6
18-d
28

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
10 C
7

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

II
9
A

II
9
A

B-18 d 28

DELECTVS EPITHETORVM LATINÆ POESEOS.

OPVS NOVO ORDINE ET LABORE ex optimis quibuſque Latinæ linguæ Poetis expreſſum, & ad commodiorem ſtudioſæ iuuentutis vſum, elucubratum.

Operâ & ſtudio NICOLAI LE ROVX, *Argentennenſis.*



PARISIIS,
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY,
Iacobæâ, ſub Ciconijs.

CIϽ. IϽC. XXXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

RELIGIOSISSIMIS
ERVDITISSIMISQVE

PATRIBVS

SOCIETATIS
IESV.

BIBLIOTECA ROM VITTORIO

SISTIT ſe vobis tandem aliquando noſter Epithetorum Delectus (REVERENDI PATRES) nouus hic ingenij mei fœtus, ac ne in ipſo ortus ſui limine, omnium expoſitus injurijs pateat, opẽ veſtram præſidiúmque implorat. Enimuerò perpetuam illi cum eo ſaltem hominum genere contentionem paratam eſſe ſatis intelligo, qui vel nocendi ſtudio; vel acuendi ingenij ſui causâ, quos poſſunt, & quàm ſtudiosè libros euoluunt, in eiſque nunc ſcribendi genus, nunc ſcriptionis materiam, modò diſtributionem operis,

eruditioníſue tēperiem incuſant: aut ſi quid minus graue incidat in eorum oculos quod ſugillēt, ad ſingula diligentiùs intēti, vel minimos ſyllabarum apices iniquiùs expendunt. Quæ tanta nocendi impunitas atque licentia eò vſque perſuaſit, vt nullus (quem ſciam) hactenus Cenſoriā eorum manum codex effugerit, Authoris ſui nomine, atque eruditionis famâ cæteroquin probatiſſimus. Quapropter tenuitatis meæ conſcius, recentem hunc ingenij mei partum, nullâ parentis ſui commendatione illuſtrem, in ſinum veſtrum, clientelámque committo; vti tantundem ſibi roboris & neruorum ex veſtro patrocinio acceſſiſſe credat; quantum ſibi periculi, ex virium ſuarum imbecillitate poſſet metuere. Spero enim pro ſingulari ea qua valent apud vos gratia ij omnes, qui tùm ſcribendo, tum docendo publicæ vtilitati promouendæ quoquo modo ſe impendunt, meum in hoc opere elucubrando conſilium vobis probatum iri, eóque faciliùs, quò totum id opus ad commodiorem florentiſſimæ juuentutis veſtræ vſum (vt alia taceam) in ſua capita, titulóſque, majori quàm

hactenus ſtudio, curáque digeſsi. Sic enim quam in pleríſque adoleſcentum deſideramus, in Adiunctorum Delectu faciendo maturitatem ingenij, noſter hic ordo cumulatè ſupplebit. Cur autẽ veſtro potiùs, quàm alterius cujuſpiã nomini hoc opus inſcripſerim, non leuẽ à multis agitari ſentio quæſtionem, atque inter cæteros ab ijs, qui vt liberiùs aculeos reprehenſionis ſuæ in hoc opus exererent, hunc inſcriptionis meæ titulum auidiſsimè refigerent, ſubueriti fortaſſe, ne quod ex ſuffragio veſtro præſidium accipit, omnes eorum conatus, petitionéſque eludat. Atque vt illi idoneam rationem habeant conſilij in vos deligendo mei, & ſingularis ad opem veſtram ſperandam fiduciæ, explicent diligentiùs ampliſsima amoris in me veſtri monimenta, quæ me totum vel ab ipſa pueritia obſequio veſtro manciparunt: intelligant illi veſtris me auctum, ornatúmque beneficijs, eóque animo fuiſſe, vt (quod excelſæ mentes ſolent) accipere putaretis beneficium cùm daretis: ita magnificè atque beneuolè omnia quæ potuiſtis in me dona congeſsiſtis. Sic enim mecum ſtatuent opinor,

mearum eſſe partium teſtem hanc obſeruantiæ in vos meæ quaſi tabulam nomini veſtro appendere, memoríſque beneficiorum animi leue ſaltem, & perexiguum hoc relinquere poſteris monimentum: ingratus enim eſt, tum qui nullas, tum qui remotis arbitris muneratori ſuo gratias refert.

De me verò ſic velim omnes exiſtiment, nullam aliam cogitationem vehementiùs habuiſſe me ſollicitum, quàm vt veſtrorum in me meritorũ gratiã ſi non referenda, at ſaltem habenda, memorem eſſe cognoſceretis. Patimini ergo RR. PP. hoc poſtremum ab humanitate & modeſtia veſtra impetrari, vt opuſculum iſtud veſtro probatum iudicio, atque authoritate munitum in lucem prodeat, re quidem leue, at quod maximum eſſe velim gratæ in vos voluntatis meæ argumentum.

Studioſæ Poetices Iuuentuti.

CVm in Epithetorum vero Delectu habendo, eorúmque aptâ collocatione, præcipua carminis, atque adeò totius Poeſeos dignitas poſita ſit, mirum videri poteſt, cur inter tot graues eruditóſque Authores, qui Poeticas attigerunt diſciplinas, tam pauci, atque, vt veriùs dicam, nulli reperti ſint, qui in eo ſcribẽdi genere ſummâ fuerint cum laude verſati. Donatus enim, qui (vt Iulius Cæſar Scaliger teſtatur) ſolus inter Grammaticos ANIMA POETARVM dici meritus eſt, ieiunè admodùm & frigidè eam materiam proſecutus eſt: Epitheta enim tribus tantùm de cauſis nominibus addi voluit, Diſcretionis ſcilicet, Proprietatis, & Ornatus. Quin & ipſe Scaliger totis ſeptẽ libris, quibus Poeticen complexus eſt, nihil ferè de eo habet, prærerquam libri tertij, cap. 27. in quo fontes aliquos aperit, ex quibus erui poſſint Epitheta, & quam vim ſingula habeant exponitur. Sed & Georgius Fabricius libro 7. *de Re Poetica,* vberiùs quidem, eorum vſum, vim, ſitũ, ornamentum, gratiámq; videtur explicuiſſe; at certè non multa præſtitit, eorũ habitâ ratione quæ hanc in rem dici potuere. Quid verò de Ioanne Textore dicam? qui quia farraginem Epithetorum promiſcuè, & ſine vllo delectu in vnum quaſi faſcem collegit, Tyronibus vtilitatis parum, ſibi laboris plurimum atque faſtidij attulit. Quæ me res impulit dum adhuc literis humanioribus operã

darem,vt ex optimorũ quorúmque Poetarum lectione, Epithetorum mihi quemdam Apparatum conſcriberem,in ipſos fontes digitum intenderem, vſum, proprietatémque eorum inueſtigarem, eaque omnia in vnum corpus conferrem, vt ad manum eſſent quoties ijs vtendum foret.

Quæ cùm apud me ſepoſita, diu multumque jacuiſſent,importunis amicorum meorum precibus coactus ſum, illa ex ſordibus eruere, & in lucem proferre maximo ſtudioſæ iuuentutis (vt aiebant illi) bono & commodo: Itaque accuratiùs relegi omnia & expendi, adieci non pauca, plura ſubduxi, & maiori ſtudio quæ paſſim & temerè diſiecta erant collegi: dubijs & obſcuris quam potui lucem attuli, denique certis quibuſdam limitibus, finibuſque concluſi, in quo aliorum qui ante me ſcripſerant deſiderata fuerat hactenus à pleriſque omnibus induſtria; ex quo is tandem fructus emerget, vt opuſculum iſtud in poſterum vſui pluribus eſſe poſſit, quod multò ante vnius duntaxat gratia perfectum fuerat.

Niſi enim mea me fallit opinio, grâtiam apud vos aliquam inueniet Delectus iſte: eſt enim eiuſmodi qui vos multis erroribus expedire poſſit, difficultates præcipuas exhaurire, quo non ſine improbo labore atque vigilijs ſine Mercurio atque viatore pertingitur: tot adeo diuerſæ inquirendæ ſunt vocabulorum ſignificationes, acceptiones, proprietateſque; tot euoluendi libri, Poetæ, Poetarúmque commentatores, qui lucem aliquam ſententijs afferant, & legentis animum germanâ fabularũ notitiâ imbuant. Quæ quia per ſe præſtare arduum eſt atque difficile, ſpero fore vt eò lubentiùs noſtros cónatus æqui bonique conſulatis, quò veſtrâ imprimis gratiâ ea:

difficultates exhauſimus, quæ non niſi magno incommodo, & tẽporis iacturâ vobis ſubeundæ erant.

Delectum itaque habetis Epithetorum, ex optimis linguæ Latinæ Poetis, Virgilio, Ouidio, Horatio, Catullo, Tibullo, Propertio, &c. ita copioſum, vt nihil pulchrum aut vtile in eorumdem Poetarum aſſiduâ ſane lectione prætermiſſum ſit: nihil obſcurum, quod non ſtatim vobis innoteſcat, ſi ipſos numeros, quos in ſingulis argumentis, & in ipſa Epithetorum ſerie ſibi inuicem reſpondentes appoſuimus, inueſtigare volueritis.

Veſtræ igitur partes erunt, ſiue vocabulorum, aut vis Epitheti vos lateat, ad illas numerales notas recurrere, quæ velut quodam indice quid vobis ſequendum, quid fugiendum ſit, quid de ſingulis ſtatuendum commonſtrabunt.

Enimuerò vel Epitheton erit Patronymicon, hoc eſt, à parentis nomine deriuatum, vt *Pelides:* (Achillis nomen, à patre Peleo:) vel à fluuio ducetur, vt *Oeagrius Orpheus*, ab Oeagro fluuio Thraciæ: vel à monte, vt *Parnaſſia laurus*, à Parnaſſo monte: vel ab euentu aliquo notabili, vt *Phaethontius amnis*, id eſt, Padus, ſeu Eridanus fluuius Italiæ, in quem flammatus Phaethon decidit: vel à Regibus qui certis regionibus aut vrbibꝰ præfuerunt, vt *Pandionia Athenæ*, à rege Pandione: vel ab ipſis fabularũ myſteriis, vt *Innuba laurus*: A diuis, vel loci, vel ſyluæ, atq; etiã ipſarum arborũ Præſidibus, vt *Pinus Cybeleia*: *Quercus amica Ioui. Paphia myrtus*: A locis quibus delectati, aut etiam nati ſunt, vt *Delius Apollo*: *Acidalia, Cypria, Paphia Venus*: A ceremonijs: à ſacrificijs: à ſacrorũ Miniſtris, & eorũ ritu: à locis vbi ſacrificia fieri conſueuerunt: à Dijs, Deabúſque quibus dies feſti inſtituuntur, *Inſana buxus. Æs Corybantium. Phœbeius*

Augur. Vates Apollineus: Ab vrbibus, regionibúſque vel purpurâ, vel acu pingendi, aut aliquo alio artificio celeberrimis, vt *Acus Babylonia. Siſtrum Mareoticum. Ebur Indicum. Tyrius murex*, &c. Quæ quoniam noſtri eſt inſtituti explicare: fuſiùs ſuis locis, & ſignis numeralibus, vt ſuperiùs expoſuimus, notata reperietis: quæ vos certè vna res vel ſatis monebit, vt imprimis attentè argumenta, vnde non parua vobis ceſſura eſt vtilitas, perlegatis.

In his enim proprietas, diuerſæ ſignificationes Etymologiæ, variæ elegantéſque acceptiones declarantur vocabulorũ, & ad ſplendidiorem, lautiorémque apparatum capita alia indicamus, ex quibus velut ex vbere campo immenſa exurget Epithetorum ſeges.

Diuerſarum autem ſignificationum & acceptionum exempla plurima videbitis ad capita IGNIS. FLAMMA. ARVNDO. ARCVS. TÆDA. LECTVS. AQVA. MARE. Nam cùm ignis de fulmine, amore, ira, & pro flamma Deæ Veſtæ vſurpetur, in diuerſas claſſes ita diſponendus erat, vt liqueret quid vni, quid alteri ſignificato proprium eſſet.

Quin vt diuerſos affectus iræ, odij, amoris, timoris, &c. quibus animus concitatur, certâ quâdam methodo ita ob oculos ponerentur, vt etiam ſcribenti materiam & verba ſufficerent, capita MENS. ANIMVS. OS. MANVS. PECTVS. prout afficiuntur ſuo ordine digeſſimus: nec minori religione ad fabulas acceſſimus: quas, quamuis breuiter, non ex inſtituto tetigimus, nihil tamen prætermiſimus ſtudij aut operæ quo vobis non admodum adlaborantibus opitularemur. Quæ omnia ex Authoribus in vnoquóque genere probatiſſimis collegimus; nec illis ſuam laudem & gloriam inuidimus, nihil nobis tribuendo quod ab

ijs deſumptum fuerat:eorum enim nomen & teſtimonia ſi breuiora,exſcripſimus; ſi longiora, prætermiſimus:ne pro libro librorum confuſam farraginem traderemus.

Quòd ſi, vt ſæpiùs vſu venit,ſerié verſuũ ita protraximus,vt loco Epithetorum deſcriptiones aliquas ſubiecerimus, vobis perſuadeatis velim id à nobis non ſine conſilio factum fuiſſe: vel enim illic erit aliquid,ex quo probationes & teſtimonia Ænigmatum explicationibus neceſſaria eliciantur,vel quod ad elegantiam Poeſeos faciat, aut quod certè argumenti vices ſuppleat. Nullus eſt enim verſus, quod ſciam, ſine teſte, hoc eſt, Authoris & ipſius libri nomine: quodquidem eâ à nobis diligentiâ obſeruatum eſt, vt nihil niſi bis aut ter in toto volumine peccatum fuiſſe exiſtimem.

Denique hoc poſtremũ moneo aliqua eſſe hîc poſita, quæ quamuis Epitheta dici non poſſint, eius tamen eſſe ponderis & momenti, vt abſque graui, vt ita dicam,ſcelere omitti non debeant. Hæc & ſimilia ſunt: *Pater Æneas. Rex Priamus. Laertius Heros. Dux Troianus. Priami regnorum euerſor Achilles. Nox magna curarum nutrix.* Quæ per Appoſitionem aut Antonomaſiam efferuntur.

Quæ autem capitibus Epithetorum quaſi in ſupplementum ſubiecimus,ſine teſte quidem ea ſunt: ſed quia è nobiliſſimis Poetis deprompta ſunt, ea vobis probatum iri confido.

Summa Priuilegij Chriſtianiſſimi Galliarum Regis.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis authoritate ſancitum eſt, & patentibus eius literis cautum, ne quis in regno ipſius alijſue locis eius ditioni ſubjectis intra ſex proximos annos à die impreſſionis primæ inchoandos, ac numerandos, excudat, vendat, excudendum, vendendumque quouis modo ac ratione curet librum qui inſcribitur, *Delectus Epithetorum Latinæ Poeſeos, &c.* Per NICOLAVM LE ROVX, Iuris Canonici Baccalaureum, authorem illius libri, præter SEBASTIANVM CRAMOISY, Bibliopolam Iuratum Pariſienſem, aut illos quibus ipſemet conceſſerit: Prohibitum inſuper eadem authoritate Regia omnibus eius ſubditis eundem librum extra regni ſui limites imprmendum curare, vel quempiam vbicunque fuerit, ad id agendum impellere ac inſtigare ſine conſenſu ſupra dicti authoris, ſub pœna confiſcationis librorum alijſue pœnis originali diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Fontibellaquæ vltima die Septembris 1629.

De mandato Regis.

D'AVDIGVIER.

SVpradictus D. NICOLAVS LE ROVX hoc Priuilegiũ ſupradictum SEBASTIANO CRAMOISY Bibliopolæ Pariſienſi Iurato conceſſit, vt per tempus e conceſſum fruatur. Pariſijs viginti die Septembri 1630. qua prima editio illorum Epithetorum perfecta fuit.

N. LE ROVX.

INDEX POETARVM, E' QVORVM LECTIONE HOC OPVS EXCREVIT.

Ex Ennij *Fragmentis quæ extant in corpore Poetarum.*		
Ex Lucretij *de Rerum Natura.*		*libris* 6.
Ex Virgilij	*Bucolicon*	*Ecl.* 10.
	Georgicon	*lib.* 4.
	Æneidos	*libr.* 12.
	Ceiri	*libro* 1.
	Culicis	*libro* 1.
Ex Catulli *libro*		1.
Ex Tibulli *Elegiarum*		*lib.* 4.
Ex Propertii *Elegiarum*		*lib.* 4.
Ex Cornelii Galli *Elegiarum*		*lib.* 1.
Ex Ouidij	*Epiſtolis*	21.
	Amorum	*lib.* 3.
	de Arte amandi	*lib.* 3.
	de Remedio Amoris	*lib.* 2.
	ad Liuiam	*lib.* 1.
	de Nuce	*lib.* 1.
	ad Piſonem	*lib.* 1.
	Metamorphoſeon	*lib.* 15.
	Faſtorum	*lib.* 6.
	Triſtium	*lib.* 6.
	de Ponto	*lib.* 4.
	in Ibid.	*lib.* 1.

Ex Horatii	*Carminum*	*lib.* 4.
	Epodon	*lib.* 1.
	Satyrarum ſeu ſermonum	*lib.* 2.
	Epiſtolarum	*lib.* 2.
	De arte Poetica	*lib.* 1.
Ex Manilii	*Aſtronomicon*	*lib.* 6.
Ex Senecæ	*Tragœdijs, quæ ſunt decem numero, nempe*	
	Hercules Furens.	
	Thyeſtes.	
	Thebais.	
	Hippolytus	
	Oedipus.	
	Troas.	
	Medea.	
	Agamemnon.	
	Hercules Oetæus.	
	Octauia.	
Ex Lucani	*Belli Pharſalici.*	*lib.* 10.
Ex Statii	*Syluarum*	*libr.* 5.
	Thebaidos	*lib.* 12.
	Achilleidos	*libr.* 2.
Ex Martialis.	*De ſpectaculis*	*libr.* 1.
	Epigrammaton	*lib.* 14.

INDEX.

Ex Claudiani	*De Raptu Proſerpinæ*	*lib.* 3.
	in Rufinum	*lib.* 2.
	in Eutropium	*lib.* 2.
	de Bello Getico	*lib.* 1.
	de Bello Gildonico	*lib.* 1.
	Panegyribus	8.
	de Laudibus Stiliconis	*lib.* 3.
	de Laudibus Serenæ	*lib.* 1.
	de Nuptijs Honorij; & Mariæ	*lib.* 1.
	de Nuptijs Palladij	*lib.* 1.
	Epigrammaton	*lib.* 1.
	Gigantomachiæ.	*lib.* 1.

Ex Iuuenalis *Satyris* 16.
Ex Perſii *Satyris* 6.

Ex Prudentii	*Pſychomachiæ*	*lib.* 1.
	Cathemerinon	*lib.* 1.
	De Corona	*lib.* 1.
	Apotheoſeos	*lib.* 1.
	Hamartigeniæ	*lib.* 1.
	in Symmachum	*lib.* 2.

Ex Fragmentis *Petronij Arbitri* ———
Ex Boetii *De Conſolat. Philoſophiæ* *lib.* 5.
Ex Silii Italici *Punici belli* *lib.* 17.
Ex Valerii Flacci. *Argonauticon* *lib.* 8.

Ex Auſonii	*Epigrammaton*	*libr.* 1.
	Parentalibus.	
	Proceſſoribus.	
	Epitaphijs.	
	Sapientibus.	
	Edyliis.	
	Epiſtolis.	

INDEX.

Ex Sidonii Apollinaris	*Panegyricon*	*lib.* 1.
	Epiſtolarum	*lib.* 1.
Ex Nemeſiani	*Eclogarum*	*lib.* 1.
Ex Calphurnii	*Eclogarum.*	*lib.* 1.
	Cynegetici.	*lib.* 1.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DELECTVS EPITHETORVM

Latinæ Poeſeos.

ABIES.

Arbor, pro telo, & naui plerumque vſurpatur.

Nigra.	——nigrâ nemus abiete cingunt.	*Virgil. Æn.* 8.
Enodis.	Enodiſque abies, curuataque glādibus ilex.	*Ouid. met.* 10.
Alta.	Fraxin' frāgitur, atq; abies cōſternitur alta.	*Ennius.*
Vmbroſa:	Altior & cunctis abies, vmbroſaque late.	*Cl. de rapt.* 3.

Procera. *Criſpa.* *Ardua.*

ABIES. *Nauis.*

	——caſus abies viſura marinos.	*Virg. Geor.* 2.
Apta fretis.	Apta fretis abies, bellis accommoda cornus.	*Cl. de rapt.* 1.
Audax.	——audax abies, & odoro vulnere pinus Scinditur.	*Stat. th.* 6.
Vncta.	Labitur vncta vadis abies.	*Virg. Æn.* 8.

ABIES. *Telum.*

Fata ferens.	Fata extrema ferens abies.	*Sil.* 4.
Longa.	Longâ tranſuerberat abiete pectus.	*Virg. Æn.* 11.

ABSYNTHIVM.

Herba ſatis cognita, amari ſucci, pellendis è corpore vermibus idonea.

Canum.	Cana priùs gelido deſint Abſynthia ponto.	*Oui. triſt.* 5.
Triſte.	Triſtia per vacuos horrēt Abſynthia cāpos.	*Ouid. Pōt.* 3.
Tetrum.	—— pueris Abſynthia tetra medentes.	*Lucret.* 1.
Amarum.	—— perpotet amarum Abſynthi laticem, deceptaque non capiatur.	*Lucret. ibid.*

ABYDOS. *Abydum.*

Vrbs Aſiæ, patria Leandri, ſita ad 1 *Helleſpontum, Europam ab Aſiâ diuidit.*

Oſtriferum. Pontus,& oſtriferi fauces tentantur Abydi. *Vir. Geor.* 1.
1 *Helleſpon-* Heleſpontiaci quæ protegit æquor Abydi. *Auſ. epiſt.*
(tiacum.

ACANTHVS.

Herba, in Phœniciâ frequens eſt, vbi vrbs 1 *Sidon: in* 2 *epiſtilijs columnarum in crateribus ad ornatum effingitur.*

1 *Sidonius.* ——ſidonio celſum puluinar Acantho.
Texitur. *Stat. th.* 3.
Mollis. —molli, circũ eſt anſas cõplexus Acantho. *Virg. Ecl.* 3.
Ridens. Mixtaq; ridenti, colocaſia fundet Acantho. *Virg. Ecl.* 4.
Frondens. —& baccas ſemper frondentis Acanthi. *Vir. geor.* 2.
Croceus. —circumtextũ croceo velamen Acantho. *Virg. æn.* 1.
Rutilus. —cantantem rutilo ſpargebat Acantho. *Calph. ecl.*
Flexus. —flexi tacuiſſem vimen Acanthi. *Vir. geor.* 4
2 *Inauratus.* Summus inaurato crater erat aſper Acãtho. *Oui. met.* 13
Olens.

ACCIPITER.

Auis rapaciſſima, in 1 *augurijs bellum portendebat.*

1 *Sacer.* ——accipiter ſaxo ſacer ales ab alto. *Virg. æn.* 11.
Sæuus. Acer. Prædator.

ACERRA.

Vas, ſeu nauicula, in qua reponitur thus ad ſacrificia, & incenſa.

——Quid velint flores, & acerra thuris
Plena. Plena miraris. *Hor. car.* 3.
Cuſtos thuris. Dantque Sacerdoti cuſtodem thuris acerrã. *Ou. Met.* 13
Sacrifica. Aurea. Pura.

ACERVVS.

Ingens. 1 —ad ingentem frumenti ſemper aceruum
Porrectus vigilet. *Hor. Sat.* 1.
Magnus. Heu magnũ alteri⁹ fruſtra ſpectabis aceruũ. *Vir. Geor.* 1.
Altus. ——ab ſummo tibi diffluat altus aceruus. *Lucret.* 3.
Grandis. Poſtmodo de ſtipulâ grandis aceruus erit. *Ou. amor.* 3.

ACESTES.

Crinisi fluuij in Siciliâ, ex muliere 1 *Troianâ filius. Rex fuit* 2 *Siciliæ. Troianis amiciſſimus.*

Magnus. ——magni nec mœnia curat Aceſtæ. *Virg. æne.* 9.
Clarus. —Troianoque à ſanguine clarus Aceſtes. *Virg. ænei.* 1.
Dardani⁹. —Dardanium tellus mihi ſeruat Aceſten. *Virg. ænei.* 5.
1 *Troianus.* ——Gaudet ne quo Troianus Aceſtes. *ibid.*
2 *Siculus.* quot Siculus Phrygib⁹ vini donauerit vrnas. *Iuue. Sat.* 7.

Trojâ generat⁹.—Troiâ generatus Aceſtes. *Virg. æneid. 5.*
Grauis. ———Grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. *ibid.*

ACHELOVS.

Fluuius Epiri: in radicibus Pindi fontem habet: 1 Aetoliam ab Acarnania diuidit: in Maleacum ſinum defluit: primus omnium fluuiorũ eſt, & idcò pro aquâ ſumitur. Dicitur Naupacteus à 2 Naupacto vrbe in Aetoliâ: nunc Lepanthũ: Calydonius, à 3 Calydone vrbe in Aetoliâ.

3*Calydoni⁹.* ——— nixus cubito Calydonius amnis. *Oui. Met. 8.*
2*Naupacte⁹.* ———Amphiaraïdes Naupacteo Acheloo.
Solue nefas dixit, &c. *Ouid. Faſt. 2.*
Turbidus. Turbid⁹ obiectas Acheloüs Echinadas exit *Stat. Th. 2.*
1 *Aetolus.* Non rurſus licet Ætoli referas Acheloi
Fluxerit vt magno factus amore liquor. *Proper. lib. 2.*

ACHERON.

Fluuius inferorum.

Triſtis. Triſtior his Acheron ſanie craſſoque veneno *Sil. 13.*
Æſtuat.
Auarus. —Strepitúmque Acherontis auari. (uere. *Virg. Geor. 2.*
Imus. Sollicitare vmbras, imumq; Acherõta mo- *Manil. 1.*
Tartareus. -via Tartarei quę fert Acherontis ad vndas. *Virg. Æn. 6.*
Profundus. ——quæcumque Acheronte profundo *Lucret. 3.*
Prodita ſunt.
Durus. ———Durumque Acheronta videbas. *Stat. ſyl. 2.*
Ater. Ater aquas Acheron, vaſtoque exundat hiatu
Fumeus. Fumeus. *Val. 4.*
Mœſtus. ———mœſtoque Acheronte relicto, &c. *Sil. 14.*
Sonans. ———flammis Acheronta ſonantem
Placauit plectro. *Sil. 11.*
Turbidus. Turbid⁹ hîc cœno vaſtâq; voragine gurges
Æſtuat. *Virg. Æn. 6.*
Ferox. At hinc tumultu rapitur ingenti ferox,
Inuius Et ſaxa fluctu voluit Acheron inuius
renauigari. Renauigari. (ſti *Sen. her. fur.*
Aduſtus. Præparat innumeras puppes Acherõtis adu-
Portitor *Lucanus 3.*
Nefaſtus. ———ſatis Acheronte nefaſto,
Virginibus iubet eſſe focos. *Stat. Th. 4.*
Languidus. *Piceus.* *Opacus.*

ACHILLES.

Patrem habuit 1 Peleum, 2 Æaci filium, Regem 3 Theſſaliæ: matrem 4 Thetidem, Nerei filiam: præceptorem Centaurum Chirona, à quo præclarè inſtitutus in ſummum virum euaſit. Vide Stat. Achil. 1. *Mortuus eſt ad Troiam, percuſſus Paridis ſagittâ, ictum dirigente*

Apolline. Ideò maximè fœlix quod ſuarum laudum præconem Homerum diuinâ Iliade nactus ſit.

Magnus, —iterũ ad Trojã magnus mittetur Achilles. *Vir. Ecl. 4.*
Sæuus. Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles. *Virg. Æn. 2.*
Fortis. Nec ſum Tantalide, nec forti major Achille. *Ouid. am. 2.*
Clarus. Abſtulit clarum cita mors Achillem. *Hor. car. 2.*
Inuictus. ——inuicte mortalis Dea
Nate puer Thetide. *Hor. epod.*
Peruicax. Procidit, heu! peruicacis ad pedes Achillei. *ibidem.*
Animoſus. —Priamiden, animoſumque inter Achillem
Ira fuit. *Hor. Sat. 1.*
Magnanim. Magnanimũ Æacidẽ, formidatámq; Tonãti
Progeniem. *Stat. Ach. 1.*
Indomitus. Non illum Achilles flexit indomitus minis. *Sen. Agam.*
Immitis. Troas relliquias Danaũ atq; immitis Achilli. *Virg. Æn. 1.*
Honoratus. —honoratum ſi fortè reponis Achillem:
Impiger. Impiger,
Iracundus. Iracundus,
Inexorabil. Inexorabilis,
Acer. Acer. *Hor. de a po.*
3 *Lariſſæus.* —neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles. *Virg. Æn. 2.*
3 *Æmonius.* —ab Æmonio quod ſis iugulatus Achille
2 *Æacides.* Hactenus Æacides. *Ouid. M. 12.*
3 *Phtius.* —Trojæ propè victor altę, Phtius Achilles. *Hor. car. 4.*
4 *Filius Th.* Filius quamuis Thetidis marinæ
Dardanas turres quateret tremendâ
Pugnax. Cuſpide pugnax. *Ibidem.*
2 *Pelides.* ——Peliden Chiron terrebat Achillem. *Auſ. Edyll.*
———— ——Priami regnorum euerſor Achilles. *Virg. Æn. 12*
———— Naſcetur vobis expers terroris Achilles. *Catull.*
Velox. Quid mihi profuerit velox cantat' Achilles? *Ouid. Am. 2*
Criſtatus. Hac Phryges, inſtaret curru criſtat' Achilles. *Virg. Æn. 1.*
Armipotẽs. Ipſumque Æaciden genus armipotentis Achilli. *Virg. Æn. 6.*
4 *Æquoreus.* Æmathis æquorei regnũ Pharſalos Achillis. *Lucan. 6.*
4 *Nereius.* Mouit nepotem Telephus Nereium. *Horat. epod.*
3 *Theſſalus.* Mactanda virgo eſt Theſſali buſto ducis. *Sen. tro.*
Atrox. Manibus Hectoreis atrox ignouit Achilles. *Cl. Epiſt.*

Grauis. *Superbus.* *Sanguineus.*
Ferox. *Audax.* *Belliger.*
Indocilis. *Violentus.* *Expers terroris.*

ACIES. *Exercitus.*

Exercitum ſignificat, tum ferri aciem, item & oculorum.

Directa.	Directæque acies, ac latè fluctuat omnis Legio.	*Virg. Geor. 2*
Belligera.	—Belligeras acies, Martémque ſecundum Miſcuit.	*Stat. Th. 12.*
Funeſta.	At ſi funeſtas acies, ſi dira paratis Prœlia.	*Lucan. 3.*
Ferrata.	Ferratas acies clangere claſſicum.	*Prud. Cath.*
Ærata.	—— ærataſque acies in prœlia cogit.	*Vir. æn. 9.*
Fera.	Præda feras acies cinxit diſcordibus armis.	*Tib. 2.*
Ciuilis.	Ciuilíque cadunt acie, gratantur Achiui.	*Oui. met. 7.*
Ardens.	Ardentéſque acies percuſſis ſole coruſco, Conſpexit.	*Lucan. 2.*
Trepida.	Trepidas acies, & fera bella ſequi.	*Ouid. am. 3.*

Hoſtilis. Equeſtris. Sanguinea.
Vltrix. Veſana. Cruenta.
Inſtructa. Verſa. Armata.
Iuſta. Turbata. Trux.
Pedeſtis. Horrida. Generoſa.

ACIES.

Pars gladij quæ ſecat.

	——ſtat ferri acies, mucrone coruſco	
Stricta.	Stricta parata neci.	*Virg. æn. 2.*
Parata neci.	—Strictámque aciem venientibus offert.	*Virg. æn. 6.*

Nitida. Acuta. Pura.

ACIES OCVLORVM.

Sanguinea.	Sanguineam voluens aciem.	*Virg. æn. 4.*
Torua.	Cur tibi torua acies?	*Stat. th. 10.*
Turbida.	Acieque falſum turbidâ cælum vides.	*Se. Her. fur.*
Acris.	————longius acrem. Intendens aciem. &c.	*Val. 3.*
Petulans.	—Nec petulans acies, blandique ſeuero, Igne micant oculi.	*Stat. ſyl. 2.*
Recta.	Nuſquam recta acies.	*Oui. met. 1.*
Peruicax.	——Quod vnum peruicax acies videt.	*Sen. Agam.*
Sagax.	————acieque ſagaci, (aras. Sanguineos flammarũ apices geminũq; per Ignem, & clara tamen mediæ faſtigia lucis. Orta docet.	*Stat. th. 10.*

Acris. Pura. Defixa. Intenta. Contenta.

ACONITVM:

Herba quæ ſpumis Cerberi aſperſa, dum ab inferis ab Hercule aduceretur, in venenum præſentiſſimum excreuit, dicta eſt ἀπὸ τοῦ ἀκονίζεσθαι, *quòd citò mortem acceleret, vel* ἀπὸ τῆς ἀκόνης, *à caute: quod inter cautes & ſaxa naſcatur.*

Luridum. Lurida terrbiles miſcent aconita nouerca. *Oui. met.* 1.
Viuax. Quæ quia naſcuntur durâ viuacia caute,
Mortales aconita vocant. *Oui. met.* 7.
Dirum. Aſpergit cautes & dira aconita creat cos. *Auſon.*
Pallidum. Pallida Dictæis, Cæſar, naſcentia ſaxis
Infundas aconita palam. *Luc.* 4.

ACRISIVS.

Filius 1 Abantis regis Argiuorum, pater Danaes, matris Perſei, à quo in ſaxum fuit conuerſus conſpectâ Gorgone.

1 Abantiades. Solus Abantiades ab origine cretus eâdē. *Oui. met.* 4.
Acriſius ſupereſt.

ACTAEON.

Filius Ariſtæi & 1 Autonoes 2 Cadmi filiæ: patriâ Thebanus, ſeu 3 Bœotius, aut 3 Hyantius; venatu celebris: quem quòd nudam vidiſſet Dianam, ab eâ in ceruum mutatum canes deuorarunt. Vide Ouid. Metam. 3.

3 Hyantius. Participes operū compellat Hyantius ore. *Ouid. met.* 3
Nep. 2 Cad. Ecce nepos Cadmi dilatâ parte laborum. *Ibidem.*
1 Autonoeius ——— fugit Autonoeïus Heros.
Celer. ——————— celer. *Ibidem.*
Per ſaxa montis iacuit Actæon. *Sen. th.*
Leuis. It leuis Actæon fumans & cornua tollens. *Ouid. met.* 3.
2 Cadmeus. *3 Thebanus.* *3 Bœotius.*

ACVS.

Tenuis. Et miſerum tenues in iecur vrget acus. *Ouid. Ep.* 6.
Ahena. ——— quod acu perſtrinxit ahenâ. *Oui. Faſt.* 2.

ACVS: *pro artificio telarum.*

Epitheta ſumūtur ab ijs regionibus ſeu populis, qui tapetis, telis, lanarūq; vſu claruerunt vt 1 Babylonij, 2 Ægyptij, 3 Mæonij, 4 Lydij, &c.

Auro frænat equum, perfuſâ murice veſtē,
2 Aſſyria. Aſſyriâ ſignatur acu. (victa eſt *Cl. Epigr.*
Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: *Mart. ep.* 14.
1 Babylonia. Pectine Niliaco, cū Babylonis acus? *Mart. ep.* 8.
1 Semiram. Texta Semiramiâ quæ variantur acu. *Seneca.*
3 Mæonia. Hinc Mæoniâ diſtinguit acu. *Lucan.* 10.
2 Nilotis. Quod Nilotis acus cōpreſsū pectine Serū.

Soluit, &c.

4 *Lydia.* 2 *Pharia.* *Artifex.* *Ingenioſa.* *Docta.*

ADAMAS.

Lapis pretioſiſſimus, Item duriſſimus.

lidus. ———— ſolidoque adamante columnæ. *Virg.Æn.6.*
urus. —graues potuit quercus, adamãtaq; durũ. *Ouid.Am,3.*
rennis. Inuenies illic inciſã adamante perenni *Ouid.Met. 15.*
Fata tui generis.
———— duro tua pectora ferro
uictus. Eſſe, vel inuicto clauſa adamante putem. *Ouid.Põt.4.*

ADITVS.

acilis. Dũ præbet faciles adit⁹ venerabile templũ. *Ou. Pont.3.*
Seu lento fuerint aluearia vimine texta
ngustus. Anguſtos habeant aditus. *Virg.Geor.4.*
æcus. Auſus eſt cæcos aditus adire. *Sen. Her. F.*
———— penituſque remota
lexus. Omnia, per flexos aditus. *Lucret.4.*
atus. Quo lati ducunt aditus centum. *Virg.æn.6.*
perbus. Ille ſuperbos aditus regum, duraſque fores *Sen. Her. fur.*
Expers ſomni colit.
ifficilis. Difficiles aditus primos habet. *Hor. ſer.1.*
acceſſus. Rumpit inacceſſos aditus. *Sil. 3.*

ADMETVS.

ex 1 Pheræorum in 2 Theſſalia, cuius armenta ſub paſtoritio habitu pauit Apollo. Cum illi dies mortis indicta fuiſſet, exoratis Parcis eius vxor Alceſtis, ſingulari amoris exemplo, mortem pro eo ſubijt.

heratiades. Fata 1 Pherætiadæ coniux Pagaſæa redemit. *Ou.de A.3.*
heræus. Coniugis fatum redimens 1 Pheræi. *Sen. Med.*
2 *Theſſalus.* 2 *Theſſalicus.*

ADONIS.

x infando Myrrhæ & patris 1 Cinyræ Regis Cypriorum concubitu natus eſt Adonis, quem ob pulchritudinem Venus plurimum amauit; percuſſum, interfectumque ab apro in florem 2 Anemonen mutauit. Ouid. Met. l. 10. ſub finem.

ulcher. Pan doct⁹, Faunus vates; & pulcher Adonis. *Nemeſia.*
ormoſus. —formoſus oues ad flumina pauit Adonis. *Virg.Ecl. 10*
iueus. Teſtis qui niueũ quondã percuſſit Adonim. *Prop. 2.*
Cinyreïus. Fixerat obliquo iuuenis Cinyreïus ictu. *Ouid.M. 10*
Pictus. Et Croc⁹ auricomãs, & murice pict⁹ Adonis. *Auſ.Edyll.*
2 *Purpureus, dulcis.*

ADRIA. *Adriaticum mare.*

Mare, quod ſuperum Itali vocant, Le golphe de Veniſe.

	Fruſtra cruento Marte carebimus,	
Raucus.	Fractiſque rauci fluctibus Adriæ.	*Hor. Car. 2.*
Inquietus.	Auſter Dux inquieti turbidus Adriæ.	*Hor. Car. 3.*
Ventoſus.	Sæuo rapidus freto Ventoſi tumor Adriæ.	*Sen. Thy.*
Vagus.	——— ſonat Ionio vagus Adria Ponto.	*Lucan. 5.*
Improbus.	Improbo iracundior Adriâ.	*Hor. Car. 3.*
Minax.	Et hoc negat minacis Adriatici	
	Negare littus.	*Catull.*
Præceps.	——currenti præceps gerit Adria morem.	*Stat. Syl. 3.*

Vide MARE.

ADVLTER.

Temerari⁹.	Intrat, & huc, illuc temerarius errat adulter.	*Oui. Faſt. 2.*
	——————prius Appulis	
	Iungentur capreæ lupis:	
Turpis.	Quam turpi Pholöe peccet adultero.	*Hor. Car. 1.*
	Caſtos ſequitur mala paupertas,	
Vitio potẽs.	Vitioque potens regnat adulter.	*Sen. Hipp.*
Obſcœnus.	Virginibus raptis, thalamis, obſcœnus (adulter.	*Cl. de B. Gil.*
Secretus.	——— latet & ſecretus adulter.	*Iuuen. Sat. 6*
Nocturnus.	——————— nocturnus adulter	
	Tẽpora Santonico velas adoperta cucullo.	*Idem Sat. 8.*
Pollutus.	——————— pollutus adulter	
	Concubitu.	*Idem.*

Callidus. Nitidus. Comptus.

ADVLTERIVM.

Obſcœnum.	Arguor obſcœni doctor adulterii.	*Ouid. triſt. 2*
Vetitum.	——————— vetiti ſi lege ſeuerâ	
	Dicar adulterii compoſuiſſe notas.	*Ouid. Põt. 3.*
	——————— alea turpis,	
Turpe.	Turpe & adulterium.	*Iuue. Sat. 11.*
Impurum.	——— ſe impuro dedat adulterio.	*Catull.*
Malum.	Cum quibus illa malum fecit adulterium.	*Idem.*
Fœdum.	———————fœdumque patebat	
	Matris adulterium.	*Ouid. M. 8.*

ADYTVM. *Pars templi ſecretior.*

Penetrale.	Æternũq; adytis effert penetralibus ignẽ.	*Virg. Æn. 2.*
	———adytis cum lubricus anguis ab imis	
Imum.	Septẽ ingẽs gyros ſeptena volumina traxit.	*Virg. Æn. 5*
Remotum.	— illa pauens adyti penetrale remoti	
	Fatidicũ prima Templorũ in parte reſiſtit.	*Luca. 5.*
Terrificum.	Sic Phryga terrificis genitrix Idæa cruentũ	
	Elicit ex adytis.	*Stat. Th. 10.*

Verendum. *Sacrum.* *Secretum.*
Profundum. *Horrendum.* *Arcanum.*

ÆACVS.

Iouis & Æginæ Aſopi fluuij filiæ natus; tantâ fuit iuſtitiâ, vt poſt mortem à Plutone, iudex animarum cum Minoe & Rhadamantho fuerit aſſumptus.

Iudicans.	Et iudicantem vidimus Æacum.	*Hor.Car.2.*
Iudex.	Poſitâ Iudex ſedet Æacus vrna.	*Prop.4.*
Seuerus.	Sed modo ſeueri ſectus Æaci loris.	*Mar.ep.10.*
Aſopiades.	——— huic Aſopiades petis, irrita dixit.	*Oui.met.7.*
	——— ſi quis pulſatæ conſcius vnquam	
Rigidus.	Matris, & infernâ rigidû timet Æacô vrnâ.	*Stat.Syl.3.*

Iuſtus. *Non exoratus.* *Toruus.*
Inexorabilis. *Durus.* *Rigidus.*

ÆDES. *Templum.*

	——— reddere victimas	
Votiua.	Ædemque votiuam memento.	*Hor.car.2.*
Sacra.	Quis foret? & quare ſacrâ coleretur in æde?	*Ou.met.14.*
Excelſa.	Diuus ab excelſâ proſpecter Iulius æde.	*Oui.met.15.*
Summa.	Et tremulum ſummâ ſpargit in æde iubar.	*Ouid.faſt.1.*
Magnifica.	Te quoq; magnificâ Cõcordia dedicat ęde.	*Oui. faſt.6.*
Marmorea.	Et Dea, marmoreâ cuius in æde ſumus.	*Ouid.ep.12.*

ÆDES. *Domus.*

Caua.	——— cauæ plangoribus ædes	
	Fœmineis vlulant. (ædes	*Virg.æn.2.*
Magna.	Nigra velut magnas Domini cum diuitis	
	Peruolat, & pẽnis alta atria luſtrat hirũdo.	*Virg.æn.12.*
Decora.	Thure te multo Glyceræ decoram	
	Transfer in ædem.	*Hor.car.1.*
Egregia.	——— egregias Lateranorum obſidet ædes.	*Iuuen.ſa.9.*

ÆDON. *Philomela.*

	——— verno nobile carmen	
Triſtis.	Ramo cantat triſtis Aëdon.	*Sen.Aga.*
	——— ſi vincat Acanthida cornix,	
Vocalis.	Vocalem ſuperet ſi turpis Aëdona bubo.	*Calphur.*

ÆGÆON. *Gigas.*

Cruentus.	——— rurſuſque cruentus	
	Ægæon poſitis arcto, &c.	*Cl.de Rapt.1.*
Centum geminus.	— centum gemini ſtrictos Ægæonis enſes.	*Idem de Raptu 3.*

ÆGIS.

Clypeus Iouis, & Palladis: in cuius vmbone caput Meduſæ efformatum conſpiciebatur, hàc conſpectâ homines lapideſcebant.

Nigrans. ——— cum ſæpe nigrantem
Ægida concuteret dextra nimboſq; cieret. *Virg. æn* 8.
——— ſi verbere ſæuo
Palladia. Palladiâ ſtimulet turbatos ægide currus. *Lucan.* 7.
Horrifica. Ægidaque horrificâ turbatę Palladis arma. *Virg. æn.* 8.
Sonans. Contra ſonantem Palladis ægida, &c. *Horat. C.* 3.
Coruſcans. — Coruſcanti ſignum dedit ægide virgo. *Val.* 4.
——— ipſaque Pallas
Terrifica. Ægide terrificâ. *Val.* 6.
Cruenta. ——— illic poſuiſſe cruentam
Ægida. *Cl. de Rapt.* 3
Fulua. ——— tu ſæpe Mineruæ
Luſiſti clypeo, fuluâque impune pererrans
Ægida tractaſti blandos interritus angues. *Cl. Pan.* 7.
Irata. Sentiet iratam procul ægida, ſentiet ictum
Fulminis. *Cl. de Rap.* 3
Rutila. ——— Tritonia Virgo (pectus.
Horrens. Proſilit oſtendens rutilâ cum Gorgone *Cl. Gigant.*
Tremenda. — horrentem colubris vultuque tremēdam
Gorgoneo. *Val.* 6.

Terribilis. *Cruda.* *Sanguinea.* *Gorgonea.*

AEGYPTVS, regio.

Ferax. Ægyptus ſine nube ferax. *Claud. Ep.*
Memphitis ——— anne aliam terrâ Memphitide ſiccâ
ſicca. Inuidiam facerent? *Iuuen. ſat.* 15

Tellus	*Peluſiaca.*	*Fertilis.*
Nilotica.	*Regnum Canopi.*	*Ardens.*
Memphitica.	*Parethonium littus.*	*Fœcundâ.*
Regna Lagi.	*Pharia tellus.*	*Fuſca.*

AEGISTHVS.

1 *Thyeſtæ filius, ex Pelopeiâ filiâ: Atreum occidit, Agamemnonemque è Troja reducem inſidijs oppreſſit.* 2 *Corruptâ prius eius vxore Clytemneſtrâ, quam tanti ſceleris participem effecit, ab Oreſte filio Agamemnonis fuit occiſus.*

1 *Thyeſtiades* Inde Thyeſtiadē animo, thalamoq; recepit. *Ou. de ar.* 2.
2 *Adulter.* Quæritur ægyſthus quare ſit fact⁹ adulter? *Ouid.*
Deſidioſus. In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat. *De rem. a.* 1.

AEMVS.

Æmus, mons in 1 *Thracia regione, confini* 2 *Getis, vbi* 3 *Oeagrus fluuius. Ibi occiſus eſt* 4 *Orpheus à Bacchantibus.*

Vmbroſus. Qua patet vmbroſū Rhodope glacialis ad *Ouid.* 1. *Ep.*
2 *Thracius.* ——— tunc linquitur æmus (Acmū

elidus. Thracius. *Lucan.3.*
elidus. Aut ſuper Pindo, gelidoue in æmo. *Hor.Car.1.*
Oeagius. Virgineuſq; Helicō & nōdū Oeagrius æm⁹. *Oui.met.2.*
Geticus. — Geticoque pecus ſtabulare ſub æmo. *Stat.th.1.*
Nubifer. ——nubifero ſeu tu procumbis in Æmo. *Cl.*
Niualis. Prçda ſumus iam Biſtoniis, Æmoq; niuali. *Cl.*
Opertus nubibus. Cum gelidā Thracen, & opertum nubibus Et maris Ionii tranſieritis aquas. (Æmum, *Ouid.Pōt.4.*
4 *Orphaeus.* Venit ab Orphço cultor Rhodopeius æmo. *Mart.ep.1.*

AEMONIA. *Vide Thracia.*

——— Aut leporem citus
Niualis. Venator in campis niualis —Æmoniæ. *Hor.Car.1.*

AENEAS.

1 *Troianus, ſeu* 2 *Phrygius patriā, filius* 3 *Veneris & 4 Anchiſæ, quem euerſā & incenſā Troiā humeris impoſitum, ſimul cum dijs* 5 *Penatibus per ipſos ignes extulit: profugus in Italiam ingentibus periculis mariterrāque ſuperatis appulit, regnum ibi fundauit, ductā coniuge Lauiniā Latini Regis filiā.*

——— genus vnde Latinum,
Albaníque patres, atque altæ mœnia Romæ. *Virgil.Æneid.1.*
Qui huius inſignis viri, cum bellicas, tum politicas laudes perpetua Æneide decantauit. Dicitur Rhœteius à promōtorio Troadis 6 *Rhœteo, Laomedontius, Iliades, Dardanius à* 7 *Laomedonte,* 8 *Dardano,* 9 *Ilo, regibus Troiæ.*

Sacer. ——ſacer, & ſacra altera patrem.
3 *Cythereïus.* Fert humeris venerabile onus Cythereius *Ou.M.13*
4 *Anchiſiades.* Æneas Anchiſiades, & fid⁹ Achates. (Heros. *Vir.an.8*
8 *Dardanius.* Hæc dū Dardanio Æneæ miranda vidētur. *Vir.an.1*
7 *Laomedōtius.* ——— Laomedontius Heros, Cuncta videns. *Vir.an.8*
1 *Troianus.* Speluncam Dido, Dux & Troianus candē Deuenient. *Vir.an.4*
1 *Troïus.* Troius Aeneas Libycis ereptus ab vndis. *Vir.an.1*
1 *Tros.* Haud aliter Tros Aeneas, & Daunius Heros. *V.an.12*
2 *Phryx.* Ante Phrygem Aeneam, collis & herba fuit. *Pro.4.*
2 *Phrygius.* ——Phrygio mea dicta Tyranno, Haud placitura refer. *V.an.12.*
9 *Iliacus.* Iliaco poſtquam deſerta eſt hoſpite Dido. *Sil.8.*
5 *Penatiger.* Hæc Helenū cecinisse Penatigero Aeneæ. *O.M.15*
5 *Pius.* Præcipuè pius Aeneas.
——— ſublimemque feres ad ſydera cœli *Vir.an.1*

Magnanimus. Magnanimum Aeneam. *idem.*
Ingens. —ſimul accipitalueo ingentem Aeneam. *Vir.æn.6*
Caſtus. Caſtus Aeneas patriæ ſuperſtes. *Hor.epo.*
Inſignis. Inſignem pietate virum, tot adirelabores
Impulerit. *Vir.æn.1*
Maximus. ——— tum maximus Heros,
Heros. Maternas agnoſcit aues. *Vir.æn.6*
6 Rhœteius. Talis in aduerſos Ductor Rhœteïus hoſtes
Agmen agit. *V.æn.12.*
Acer. Arma acri facienda viro. *Vir.æn.8*

Magnus. Profugus. 8 Dardanides.

AENEIS.

Diuina. Nec tu diuinam Aeneïda tenta. *Stat.th.12.*

AEOLVS.

Filius Iouis, & Sergeſtæ filiæ 1 Hippotæ Troiani. Regnauit in Æoliâ. Flatus ventorum diuerſos, diuerſámque maris mutationem mirâ animi ſagacitate prauidebat, adeò vt ventos in ſua poteſtate habere diceretur. Hunc Poetæ Regem ventorum fecere.

1 Hippotades Quod ſocer Hippotades tibi ſit qui carcere fortes
Contineat ventos. *Oui.Met.11.*
Rex tempeſt. qui tempeſtatum Regem, ventoſq; furẽtes. *Virg.æn.1.*
——————— æolus antro
Imperioſus. Portam iterum ſaxo premat imperioſus. *Stat.th.10.*
Potens temp. Nimborũque facis tempeſtatũq; potentẽ. *Virg.æn.1.*
Ferus. Vt ferus eſt multoq; ſuis truculẽtior Euris. *Ouid.ep.11.*
Truculẽtus.

AEQVOR *pacatum.*

——————— inertia tonſis
Iners. Aequora moturæ. *Lucan.5.*
Lentum. Aequora lenta iacent alto torpore ligata *Ibidem.*
Molle. ——— faceres tu mollia coniux. (pontus,
Aequora. *Ouid.ep.13.*
Marmoreũ. Et quæ marmoreo fert monſtra ſub ęquore *Virg. æn. 6.*
Tranquillũ. Tunc ſenſim infuſâ tranquilla per æquora *Sil.7.*
Stratum. Et nũc omne tibi ſtratũ ſilet æquor. (pace. *Virg.Ecl.5.*
Pacatum. Vt rate fœlici pacata per æquora labar. *Ouid ep.10.*
Peruium ——————— peruia velis
velis. Aequora frangit eques. *Lucan.5.*
Placidum. — Virideſque ſecãt placido ęquore ſyluas. *Virg.æn.8.*
Salſum. Amerque ſalſa læuis hircus æquora. *Hora.Epod.*
Inq; patens ęquor fruſtra pugnãte magiſtro
Patens. Fertur. *Ouid.faſt.3.*
Altum. ——— quodque altum texerat æquor. *Ouid.Met 2.*

Apertum. —frontemq; in apertum porrigit æquor. *Ouid.M.* 4.
——————— victa profundis
Profundū. Aequoribus,feſſus renouat ſua lumina cęlo· *Sil.*3.
Liquidum. Quid ſubitò citius liquido iubar æquore· *Ouid.faſt.*5
Cæruleum. —cęruleū deſcēdit claſſis in ęquor. (tollit. *Sil.*15.
Latum. Latum mutandis mercibus æquor aro. *Oui.triſt.*1.
Cærulum. Cærula verrentes abiegnis æquora palmis· *Catull.*
Sinuoſum. It gemitus toto ſinuoſa per æquora cælo. · *Val.* 3.
Curuum. —————curuum circumſtetit æquor. *Ouid.M.*11.
Ingens. Cras ingens iterabimus æquor. *Hor,Car.*1.
Immenſum. —immenſum ſpatiis confecimus æquor. *Vir. Geor.*2.
Vaſtum. Vela dam' vaſtūq;cauâ trabe currim' ęquor. *Virgil.æn.*3.
Diffuſum. Totaque diffuſo, latuiſſet in æquore tellus. *Lucanus* 1.
Diuerſum. Nos patriâ euerſâ diuerſa per ęquora vectę. *Vir.æneid.*3.

AEQVOR *Turbatum.*

Inimicum. Spargimur & vētis inimica per ęquora rapti. *Ouid.M.*14.
Procelloſū. —procelloſum ſcopulis errantibus æquor. *Val.*3.
Atrum. Tollat ſe nubes,atque æquore pēdeat atro. *Ibidem.*
——————— æquora ſurgunt
Spumeum. Spumea. (claſſes. *Silius* 17.
Tumefactū. —Mergunt plenas tumefacta per æquora *Silius* 16.
Canum. —— cano ſed diſcolor æquore truncus
Conſpicitur. *Lucan.* 8.
Canens. ——canenti perfunditur æquore Cyclas. *Sil.* 4.
Dubium. Et dubium pēdet vento cui pareat æquor. *Lucan.* 5.
Mobile. Mobile quà primas porrigit æquor aquas. *Ouid. Ep.*2.
Turbidum. —————turbida ponti
Aequora, lædebant naues ad ſaxa. *Lucretius* 5.
Nigrum. Aequoris nigri fremitum,& trementes.
Verbere ripas. *Hor.Car.*3.
Horridum. ——————Horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ. *Ibidem.*
Feruidum. Strauere ventos Aequore feruido.
Deprælientes. *Hor.Car.*1.
Aſperum. ———————aſpera.
Nigris æquora ventis
Emirabitur inſolens. *Ibidem.*
Ferum. —fera nimboſo tumuerunt æquora vento. *O.de Pont.*2
Rapidum. —petens rapidum ripis decliuibus æquor. *Ouid.Me.*6.
Concitum. Concita qui ventis æquora mulcet. *Ouid.Ep.*1.
Ventoſum. -quibus in patriā vētoſa per æquora vectis. *Vir. Geor.*1.
Indignatū. -indignatum magnis ſtridoribus æquor. *Vir.Geor.* 2.

Tumidum.	——dicto citius tumida æquora ſedat.	*Vir. Aene.* 1.
Vndoſum.	Troia per vndoſũ peteretur nauibus ęquor.	*Vir. Aen.* 4.
Sæuum.	——ſyluæque & ſæua quierunt Aequora.	*idem.*
Truculentũ.	————truculentum diuidit æquor.	*Catull.*
Indomitum.	Prodigia indomitis merge ſub æquoribus.	*Tibull.* 2.
Spumans.	————ſed nec ſpumantia cedunt Aequora	*Stat. Th.* 5.
Refluum.	Claſſib⁹, & refluo ſpectauim⁹ ęquore raptis.	*Sil.* 2.
Reuolutum.	———— rapit reuoluta per æquora nauem.	*Virg. æn.* 7.
Illiſum.	Porta tonat cæli, & ſcopulis illiſa reclamant Æquora.	*Virg. Ge.* 3.
Immane,	Inter eos, ſolemque iacent immania Ponti Aequora.	*Lucret.* 4.
Imperioſũ.	———— ac ſine funibus Vix durare carinæ Poſſint, imperioſius Aequor.	*Hor. car.* 1.
Magnum.	Nec dilata foret vindicta, niſi æquora ſæui Inuia feciſſent venti. (ſurgunt	*Oui met,* 11.
Vndoſum,	Continuo venti voluunt mare, magnaque Aequora.	*Virg. æn.* 3.
	Troia per vndoſũ peteretur claſſib⁹ æquor.	*Virg. æn.* 4.

Hybernum.	*Patulum.*	*Turbatum.*
Horrens.	*Patens.*	*Incitum.*
Hoſpitum.	*Quietum.*	*Inſanum.*
Laſſum.	*Salſum.*	*Inſidum.*
Longinquum.	*Spumoſum.*	*Incertum.*
Ignotum.	*Tutum.*	*Inhoſpitum.*

AER.

Vitalis.	———— tellus genitrix, vitalis & aer, Accipite hos calamos.	*Nemeſ.*
Purus.	Aera per purum, grauiter ſimulachra fe- (runtur	*Lucret.* 2.
Liquidus.	Apparet liquido ſublimis in aere Niſus.	*V. Geor.* 1.
	————iamque videntur (auras.	
Vacuus.	Aera per vacuum ferri, atque aſſurgere in	*V. Geor.* 3.
Magnus.	———— volat ille per aera magnum Remigio alarum.	*Vir. Æn.* 1.
Immenſus.	Qualis in immenſo deſederit aere tellus.	*Tibul.*
Circũfuſus.	——— circumfuſo conſiſtit in aere tellus.	*ibid.*
Humidus,	Immotæq; ſilent frondes, ſilet humid⁹ aer.	*O. Met.* 7.
Vagus.	—vagus è terris qua ſurgere nititur aer.	*Tibul.*
Agitabilis.	Terra feras aluit, volucres agitabilis aer,	*O. Met.* 1.

Tenuis. —Tenuémque magis, magis aera carpunt. *Vir.Geor.4.*
Leuis. Percutiénſq; leuẽ modo natis aera pennis. *Ouid. Me.3.*
Placidus. Natura boûm placido magis aere viuit. *Lucret.3.*
Frigidus. Tunc etiam ſomni pingues & frigidus aer. *Ouid.am.1.*
Torridus. Venit enim tẽpus, quo torridus æſtuat aer. *Proper.2.*
Tepidus. Et tepidũ volucres cõcẽtibus aera mulcẽt. *Oui.faſt.1.*
——————riſit, & aer
Serenus. Protinus ex illâ parte ſerenus erat. *Ouid.faſt.4*
Purus. Purum diſcuſſis aera reddit aquis. *Oui.Triſt.2.*
Quietus. ——————mox aere lapſa quieto
Radit iter liquidum. *Virg.an.5.*
Lucidus. Lucidus hic aer, & quæ tria corpora reſtãt. *Ouid.faſt.1.*
Rarus. ——————hæc aera rarum
Sufficiunt. (implent. *Lucret.2.*
Tener. Aera per tenerum liquidis loca vocibus *ibid.*
Mobilis. ——————vegetatur mobilis aer. *Prud.in Sy.*
Nitidus. ——————nitiduſque reducitur aer. *Valerius 3.*
Vernus. Illum trans Scythiã vernus comitabitur aer. *Claud.Mal. Pan.*
Pacatus. Tenuiſſimus. Spirabilis.
Tener. Vagus. Circumfluus.

AER OBSCVRVS, *pro Nube.*

Obſcurus. At Venus obſcuro gradientes aere cepſit. *Virg.Aen.1.*
Tenebroſus. Aera dimouit tenebroſũ & diſpulit vmbras. *Virg.Aen.5.*
Sed me per hoſtes Mercurius celer
Denſus. Denſo pauentem ſuſtulit aere. *Hor.Car.2.*
Nimboſus. ——————nimboſus diſſilit aer. *Lucanus 5.*
Turbidus. Ire vetant nubes, & turbidus implicat aer. *Stat.The.2.*
Sic erat inſtabilis tellus, innabilis vnda,
Lucis egens. Lucis egens aer. *Oui.Met.1.*
Lumine caſſus. Nã nihil eſſe poteſt aliud, niſi lumine caſſus
Aer. *Lucretius 4.*
Niger. Si nigrũ obſcuro comprenderit aera cornu, *Virg.Geor.1.*
Pallore obſitus. ——————pallore obſitus aer. *Lucanus 5.*
Denſus. Concretus. Nubilus. Nebuloſus. Pluuius.

AER CORRVPTVS.

Mortifer. Peſtifer. Craſſus. Immotus.
Morbidus. Tabificus. Malignus. Tabidus.
Inimicus. Feruidus. Nocens. Tabificus.

AERVMNA.

Grauis. Statue grauibus ærumnis modum, *Senec.Her.fur.*

AE S.

AEs æris, genus metalli. AEs 1 Temeſæum è Temeſâ vrbe in Cypro 2 inſulâ, vbi Paphos 3 in pretio fuit, ſicut & Corinthium, quod incenſâ Corintho 4 ex omnibus metallis in vnum permixtis conflatum apud antiquos in delicijs habitum eſt. Dicitur æs percuſſum deficietem Lunã, 5 apéſque fugietes reuocare: pro armaturâ, cymbalis, quæ ad ſacra cum Cybeles 6 in Phrygiâ 7 à Corybãtibus, 8 tum Rhea in Cretâ, & Bacchãtibus pertundebantur: Pro tubâ, hamo & fiſtulâ plerumque vſurpatur.

Operoſum. Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes. *Ouid. Ep. 3.*
Fuluum. Auro deterior, fuluo prætioſior ære. *Oui. Met: 1.*
Antiquum. Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ære. *Oui. Met. 13.*
Durum. ————duro quod in ære retortum. *Stat. the. 8.*
Solidum. ————ſaxis ſolida æra fatiſcunt. *Virg. æne. 9.*
Sonans. ————tota eſt ex ære ſonanti. *Ou. meta. 11.*
3 *Paphium.* More bouis, Paphio clauſus in ære gemas. *Ouid. in Ibi.*
1 *Temeſæũ.* Te quoque 1 una traho, quamuis Temeſæa
Æra tuos minuant. (labores *Oui. Met. 7.*
Inque auxilium Dictynna tuum
Pretioſum. Pretioſa ſonent æra Corinthi. *Sen. Med.*
4 *Ephyreiũ.* Illuſâſque auro veſtes, Ephyreiaque æra. *Vir. Geor. 2*
5 *Auxiliare lunæ.* Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria lunæ. *Oui. Met 4*

Decorum. *Sonorum.* 2 *Cyprium.*
Vetuſtum. *Coruſcum.* *Rigidum.*
Fulgens.

AE S. *Clypeus.* *Galea.*

————fluctuat omnis
Renidens. Aere renidenti tellus. *Virg. geor. 2.*
Micans. Ardentes clypeos atq; æra micanria cerno. *Virg. æne. 2.*
Cauum. AEre cauo clypeũ magni geſtamẽ Abantis. *Virg. æne. 3.*

AE S. *Fiſtula.*

Concauum. Concauaque æra ſonant, longóque fora- *Oui. Met 4.*
Aduncum. Lituúſq; adũco ſtridulos cãtus (miſte bux'. *Sen. OEd.*
Emiſit ære.

AE S. *Cymbalum.*

Crepitans. Curetũ ſonitus, crepitantiaque æra ſecutæ. *Vir. geor. 4.*
Acutum. Nocte ſonat Rhodope tinnitibus æris acuti. *Oui Met. 6.*
8 *Corybãtiũ.* Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaque *Vir. æneid. 3.*
Repulſum. Aeraque tinnitus, ære repulſa dabunt. (æra. *Ouid. faſt. 4*
7 *Phrygiũ.* ————Phrygii ſonus increpat æris: *Lucanus 9*
Canorum. ————Cybeleius ære canoro
Luſtrauit Corybas. *Cl Pan. Au.*
6 *Cybeleiũ.* ————qualis Cybeleia quaſſans
Hyblæus procul æra ſenex. *Cla. Pan. 6*

Tinnulum. Tinnulaque æra ſonant, & adunco tibia *Ouid.met.4.*
Argutum. ——arguta cauis tinnitibus æra. (cornu. *Sil.* 17.
Exercitum ————paulúmque exercita pulſu
pulſu. Æra tacent *Stat.achil.1*
Raucum. —rauco quod protinus ære repulſum, &c. *Vir.æneid.2.*

ÆS. *Tuba.*

Recuruum. ————quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ. (noro *Lucanus* 1.
Canorum. At tuba terribilem ſonitum procul ære ca-
Perſtrepuit. *Vir.æneid.9.*
Trux. Tirones Bellona truci non excitat ære. *Prud.pſych.*
———dat ſignum ſpeculà Miſenus ab alta
Cauum. Ære cauo. *Vir.æneid.3.*
Raucum. Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur, fractos ſonitus imitata tubarum. *Vir.æne.4.*

ÆS. *Hamus.*

Recuruum. Abdere ſupremis æra recurua cibis. *O.de rem.a.*
Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,
Vncum. Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat. *Ouid.pōt.2.*

Reſonans. Decorum. Vetuſtum. Fulgens.
Sonorum. Coruſcum. Cyprium. Rigidum.

AESCVLAPIVS.

Apollinis, 1 ſeu Phœbi, filij 2 Latonæ, ex Coronide 3 Nympha natus eſt: Medicinæ 4 Deus habitus eſt: Epidaurum 5 Achaiæ vrbem coluit; unde Epidaurius dictus eſt. Quod Hippolytum è mortuis ſuſcitaſſet, fulmine percuſſus eſt. Pergami 6 colebatur.

3 *Coronides.* Nulla Coronides, cauſſa doloris ait. *Ouid.faſt.6.*
5 *Epidaurius.* Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas. *Oui.pont.1.*
2 *Latonæ* Latonæ venerā le nepos, qui mitibus herbis
nepos. Parcarum exoras penſa, breuéſque colos. *Mart.epi.9.*
4 *Med.reper.* Ipſe repertorem Medicinæ talis, & artis
1 *Phœbigena.* Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad *Virg.æne.7.*
4 *Salutifer.* ————totíque ſalutifer orbi (vmbras.
Creſce puer. *Oui.met.2.*
1 *Phœbeius.* ——explorat iuuenis Phœbeius vrbem. *Oui.met.15.*
4 *Opifer.* —Deus in ſomnis opifer conſiſtere viſus. *ibid.*
(*meus.* ————dulcéſque capillos
6 *Perga-* Pergameo poſuit dona ſacrata Deo. *Mart.epi.9.*

5 *Epidaurius anguis.* 4 *Pæonius draco.* 1 *Apollinea proles.*

AESCVLVS.

Arbor glandifera, Ioui ſacra.

Rigida. ——nec rigidā mollior Aeſculo,

Nec Mauris animum mitior anguibus. *Hora.car.3.*

Annoſa. Annoſa excelſos tendebat ad æthera ramos

Ardua. Aeſculus, vmbroſum magnas ſuper ardua (ſyluas
Nubibus inſertans aſtris caput. *Sil. 5.*

Frondens. —frondens hederâ ſtringitur æſculus. *Cl. de nupt.*

Maxima. —nemorúmque Ioui, quæ maxima frõdet (*Honor.*
Aeſculus, atq; habitæ Grajis oracula querc⁹. *Virg.geor.2.*

AESTAS.

————nec brachia Cancri

Atrox. Vrat atrox æſtas. *Clau.pan.2*

————iam venit æſtas

Torrida. Torrida. *Virg.Ecl.7.*

Ignea. ————igneam
Defendit æſtatem capellis, &c. *Hora.car.1.*

Feruida. ——cum feruida canduit æſtas. *Lucanus 1.*
Non ſic prata nouo vere decentia

Calida. Aeſtatis calidæ diſpoliat vapor. *Seneca Hip.*

Grauis. ————cùm grauis vreret æſtas. *Calph.Ecl.1*
————ad gelidos fontes

Sitiens. Aeſtatem ſitientem prouehit alter. *Manil.1.*

Frondoſa. ——dum mox frondoſa reducitur æſtas. *Virg.geor.3.*

Noua. Qualis apes æſtate nouâ per florea rura. *Vir.aneid.1.*

Serena. ——apes æſtate ſerenâ
Floribus inſidunt variis. *Vir.æneid.6.*

Formoſa. ——formoſa eſt meſſibus æſtas. *O de re.a.1.*

Mollior. ——breuiórque dies & mollior æſtas. *Virg.geor.1.*
————glebáſque iacentes

Puluerulẽta. Puluerulẽta coquat maturis ſolibus æſtas. *ibid.*

Salubris. ————ille ſalubres
Aeſtates peraget. *Horat.ſer.2*

Florens. Feruens. Iniqua. Aduſta.
Frugifera. Violenta. Spicea. Matura.

AESTVS.

Solis & æſtiui temporis nimius calor. Significat etiam commotionem accedentis & recedentis maris: quæ commotio ad animum diuerſis affectibus concitatum ſæpius transfertur.

Rapidus. Theſtylis. & rapido feſſis meſſoribus æſtu. *Virg.Ecl.2.*

Grauis. Cum grauis exuſtos æſtus hiulcat agros. *Cat.*

Altus. Solibus æthereis altóque recanduit æſtu. *Oui. met.2.*

Magnus. —magnúmque labor geminauerat æſtum. *Ouid.met.5.*

Sydereus. Sydereo ſiccata ſitim collegit ab æſtu. *Oui. met. 6.*

Lethifer. Lethiferis calidi ſpirarunt æſtibus Auſtri.

alidus.	——validóque perurimur æſtu.	*Ou. de ar.* 3
Feruidus.	——cùm te neque feruidus æſtus	
	Dimoueat lucro.	*Hor. ſat.* 1
Calidus.	Nec calidos æſtus tuimur, nec frigora qui-	
	Vſurpare oculis. (mus.	*Lucret.* 1
Siccus.	Siccos pinguis Onyx anhelat æſtus.	*Mart ep* 6
Flammifer.	Leo flammiferis æſtibus ardens.	*Sen. Thyeſt.*
Sterilis.	————ſteriles iuuat ire per æſtus.	*Clau pan.* 3
Rabidus.	————rabidóſque per ęſtus	
	Aſpirent.	*Auſonius.*
	Incenſus. Torrens.	
	AESTVS *amoris & iræ.*	
Magnus.	——magnóque irarum fluctuat ęſtu.	*Vir. Aenei.* 4
Validus.	Vt primùm valido mentē collegit ab ęſtu.	*Ou. met.* 14
Vanus.	—vtinam vano nequicquam terrear ęſtu.	*Tibul.* 3.
Tacitus.	Torretur ęſtu tacito, & incluſus quoque	
	Quamuis tegatur, proditur vultu furor.	*Seneca hip.*
Cani.	Quid ſi iam canis ætas mea candeat annis.	*Propert. 2.*
Seri.	———ſeris venit vſus ab annis.	*Oui.met.6.*
Veteres.	———queritur veteres Pallantias annos	
	Coniugis.	*Oui.met.9.*
Extremi.	Quidquid extremis ſociamur annis.	*Sid Ap.ep.*
Fracti.	O triſte fractis orbitas annis malum!	*Sen.He.fur.*
Feſſi.	Solamen annis vnicum feſſis hera. [nos.	*Sen.Hip.*
Graues.	Quâ nunc arte graues tolerabis inutilis an-	*Mart.ep. 7.*
Fragiles.	Iam ſubeunt anni fragiles, & inertior ætas.	*Oui.triſt.4.*
	———ſpatiúmque iuuentæ (annis	
Emeriti.	Tranſit, & emeritis medij quoq; temporis	
	Labitur occultè per iter decliue ſenectæ.	*Ou.met.15.*
Imbelles.	Imbelles iamdudũ annos præuertere ſaxo.	*Silius 3.*
Squallentes.	Erigitur liber ſenio, & ſquallentibus annis.	*Stat.Th.4.*

ANSA.

Panda.	Hic tibi donatur pandâ ruber vrceus anſâ.	*Mart.epi. 4.*
	——————crat alueus illic	

Dura.	Fagineus durâ clauo ſuſpenſus ab anſâ.	*Ouid.met.* 8
Tortilis.	Tortilis à digitis excidit anſa meis.	*Ouid.ep.*15.

ANSA CALCEORVM.

Arcta.	Anſáque compreſſos alligat arcta pedes.	*Tibull.*

ANSER.

Improbus.	——————improbus anſer,	
	Strymoniæque grues.	*Vir æneid.*1.
Argutus.	——argutus anſer, gemmeíque pauones.	*Mart.ep.* 5.
Sagax.	Sollicitíue canes, canibúſue ſagacior anſer.	*Oui.met.*11.
Albus.	Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi.	*Hora. ſat.*2.
Candidus.	Romulidarũ arcis ſeruator candidus anſer	*Lucret.* 4.

Aquaticus. Fluuialis. Flumineus. Stridens. Vide Olor.

ANTENNA

Summa.	——quo non alius conſcendere ſummas	
	Ocyor antennas.	*Ou.met.* 3.
Velata.	Cornua velatarum obuertimus antennarũ.	*Virgil. æn.*3.

Alta. Tranſuerſa. Velifera.

ANTÆVS.

Gigantis nomen in Lybia, quem occidit Hercules.

	——cæſtibus fractus ſuis	
Libys.	Eryx, & Eryci iunctus Antæus Libys.	*Sen.He.fur.*
	——Herculeis preſſum ſic fama lacertis	
Terrigena.	Terrigenam ſudaſſe Libyn.	*Stat. Th.* 7.

ANTIGONE.

Filia Oedipi Thebanorum regis, ex inceſtis nuptijs cum matre Iocaſta. Occiſis fratribus mutuis vulneribus, ſumma rerum in manus Creontis deuenit, quam cùm ſciret ab Hæmone filio plurimùm adamari, eam iugulari iuſſit. At iuuenis dolore furens ad tumulum dilectæ Virginis ſe interfecit.

Thebana.	——fratrem Thebana peremptum,	
	Suppoſuit tumulo, rege vetante, ſoror.	*Oui.triſt.* 4.

ANTIOPA.

Patrem habuit Nycteum, nupſit Lyco Thebanorum Regi; propter egregiam formam à Ioue adamata eſt, ex quo Zethum, & Amphiona ſuſcepit.

Nycteis.	Tu licet Antiopę formam Nyctëidos, & tu	
	Spartanę referas laudibus Hermionæ.	*Prop.* 1.
Pulchra.	Addidit vt Satyri celatus imagine pulchrâ	
	Iuppiter implerit gemino Nyctëida partu.	*Ouid.met.* 6.

ANTIPHATES.

Rex 1 Læſtrigonum crudeliſſimus, quippe, qui cum ſocijs carnibus humanis veſceretur.

1 Læſtrigon.	Quis non Antiphatē Læſtrigona deuouet?	*Ou. de Pōt.* 2
Cruentus.	——————littúſque cruenti Antiphatis. (diſcors.	*Stat. Syl.* 1.
Ferus.	Nec ferus Antiphates, nec in vno corpore	*Ouid. Ep.*

ANTRVM.

Vaſtum.	——hic vaſto Rex Æolus antro, &c.	*Virg. æn.* 1.
Immēſum.	——————iacuítque per antrum Immenſum.	*Virg. æn.* 3.
Capax.	——————antri complere capacis Sufficiens ſpatium.	*Lucan.* 5.
Immane.	——immani ſerpens euoluitur antro	*Silius* 6.
Ingens.	Exciſū Euboicæ latus ingēs rupis in antrū.	*Virg. æn.* 6.
Exeſum.	——quiſquis exeſo iaces Puluis ſub antro.	*Sen. Thy.*
Abruptum.	——————immanis in antro Conditur abrupto Protheus.	*Sil.* 7.
Nemorale.	--in extremo eſt, antrum nemorale receſſu Arte laboratum nullā.	*Oui. Met.* 3.
Syluestre.	Qui nunc vt memorant ſyluestribus ab-(ditus antris	*Oui. met.* 13.
Viride.	——————viridi proiectus in antro.	*Virg. Ecl.* 1.
Gelidum.	——& gelidis hæc euoluiſſe ſub antris.	*Virg. Ge.* 4.
Humens.	——————humentia ſubter Antra ſoporifero ſtipatus flore, tapetis Incubat.	*Stat. Th.* 10
Roſcidum.	Roſcida muſcoſis antra tenere iugis.	*Prop.* 2.
Rorās fōtib.	——————rorantia fontibus antra.	*Oui. met.* 3.
Solum.	Surgat & in ſolis formoſius arbutus antris.	*Prop.* 1.
Secretum.	Si ſecreta magis ducis in antra ſequar	*Oui. Faſt.* 6.
Remotum.	—quære de more remotius antrum	*Ibid*
Furuum.	Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub an-(tris.	*Ouid. met.* 5.
Obſcurum.	—obſcurum timido pede fugit in antrum.	*Oui met.* 4.
Cæcum.	——————cæciſque abſcondidit antris.	*Lucanus* 4.
Nigrans.	——excedit grauior nigrantibus antris.	*Stat Th* 4.
Opacum.	Et opaca dederunt antra natiuas domos.	*Sen. Hippo.*
Effoſſum.	Gaudet in effoſſis habitare cunicul⁹ antris	*Mar. Epi.* 13
Decliue.	Illa dies nocuit, quā nos decliue ſub antrū.	*Ouid. epi.* 7.
Longum.	——longo caput extulit antro.	*Oui. met.* 3.
Pumiceum.	——pumiceis virides Nereïdes antris Exiliunt.	*Stat. Syl.* 3.

Cauum. ——— cauis vrſos detrudit ab antris. *Cla.de.St.3.*

Curuum. Scrupeum. Nemoroſum. Horridum.
Horrens. Humidum. Latebroſum. Abditum.
Vdum. Vmbroſum, Profundum. Horrendum.
Exciſum. Montanum. Tectũ arborib. Tophis laqueatum.

ANVBIS.

Deus Ægyptiorum, i capite canino ſpectandus, quem Mercurium, Deum ſagacem, & ingenioſum, hâc ſpecie ſic depictum nonnulli voluerunt, propterea quòd cane nihil ſit ſagacius. tot Anubis.

1 *Latrator.* Omnigenúmque Deûm monſtra & latra- *Virg æne.8.*
1 *Latrans.* Auſa Ioui noſtro latrãtẽ opponere Anubin. *Propert. 3.*
Verendus. Per tua ſiſtra precor, per Anubidis ora ve- *Oui.l.am. 2.*
1 *Caniformis* ——— qui caniformem (rendi.
Latrantemque throno cæli præponat A- *Prud. Apot.* (nubin.

ANVS

Curua. Longius inſidias curua videbit anus. *Ou.de art.1.*
Annoſa. Ecce anus in mediis reſidẽs annoſa puellis. *Ouid faſt.2.*
——— vbi noua funera cernam
Viuax. Viuacem differtis Anum. *Oui met 13.*
Vilis. Vilis anus populos ad ſua liba vocet. *Ouid faſt.2.*
——— Hinc, & hinc ſaxis petens
Obſcœna. Contundet obſcœnas anus. *Horat.epiſt.*
Ebria. ——— diſcedens ebriaque exit anus. *Ouid.faſt.2.*
Vinolenta. Quas vinolentæ ſomniis fingunt anus. *Pru.de Cor.*
Tremens. ——— menſam ſuccincta, treménſque
Ponit anus. *Oui.met.8.*

Frigida. Grandæua. Vini amans. Defecta. Luſca.
Delira. Cana. Turpis. Putida.

APELLES.

Pictor magni nominis, patriâ Coüs.

Coüs. Si Venerẽ Coüs nunquã pinxiſſet Apelles. *Ouid. A.3.*

APER.

Setoſus. Setoſi caput hoc apri tibi Delia paruus. *Virg. Ecl.7.*
Hiſpidus. ——— vt altis, hiſpidus ſyluis aper
Cum caſſe vinctus, &c *Sen. Aga.*
Hirtus. Nunc leo nunc arbor, nũc erat hirtus aper. *Oui.d.A.1.*
Acer. Aut acres venabor apros. *Vir.Ecl.10.*
Sæuus. Per ſyluas tum ſæuus aper. *Virg.Geor 3.*
——— percuſſit Adonin
Durus. Venantem, Idalio vertice durus aper. *Prop. 2.*
Timendus. ——— obliquo dente timendus aper. *Ouid.Ep. 4.*
Ferus. Iuueni rupit cum ferus inguen aper. *Oui. Am. 3.*

Ferox. ———modo more ferocis
Verſat apri. (hoſtes *Ou.met.14.*
Violentus. Hinc aper excitus medios violentus in
Fertur. *Ouid.met.8.*
Fortis. ———fortibus abſtinet apris. *Oui.met.10.*
Spumans Aut ſpumãtis apri curſũ clamore premẽtẽ. *Virg.aenei.1*
Nemoriuag. Vbi cerua ſyluicultrix, vbi aper nemoriuagus. *Catull.*

Apri frequentes ſunt in Arcadia, & in Italia: vt 1 Vmbri, 2 Thuſci. Sed magni nominis ſunt illi quos Marſos Horatius nominauit l.1. Carminum: Seu rupit Teretes Marſus aper plagas. *à Marſis populis, in regno Neapolitano: quare hæc ſumes Epitheta.*

Arcas.	*3 Marſus.*	*Dente minax.*	*Furens.*
Arcadicus.	*1 Vmber.*	*Horrendus.*	*Frendens.*
Erymanthæus.	*2 Thuſcus.*	*Immanſuetus.*	*Fuluus.*
Tegeæus.	*Horridus.*	*Hirſutus.*	*Vaſtator.*
Calydonius.	*Immanis.*	*Toruus.*	*Vulnificus.*
Mænalius.	*Spumeus.*	*Terribilis.*	*Setiger.*

APENNINVS.

Mons ab Alpibus ductus, totam Italiam vſque in Siciliam, in duas partes diuidit.

Niualis. ———Apenninúmque niualem
Permixtis ſociate iugis. *Clau.pan.2.*
Aerius. ———aerij de rupibus Apennini. *Sid.Ap.pan.*
Nubifer. Aeriæque Alpes, & nubifer Apenninus. *Ouid.met.2.*
Longus. —coſtam longo ſubduximus Apennino. *Perſ.ſat.1.*
Celſus. In mare ceu celſus procurrerit Apenninus. *Horat.epod.*

APIS. APES.

Celebris eſt Attica 1 Græciæ regio, apibus: item & 2 Sicilia, propter ſuaueolentis thymi, ibi naſcentis copiam, vnde mel excellentiſſimum conficiunt. Decorum 3 ingenio & republica, vide Virgilium 4. perfecti operis.

———ô dulcior illo
1 Attica. Melle quod in ceris Attica ponit apis! *Oui.triſt.3.*
2 Hyblæa. Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti. *Virg.Ecl.1.*
1 Cecropia. Cecropias innatus apes amor vrget habẽdi. *Vir.geor.4.*
Parca. ———apibus quanta experientia parcis. *Virg.geor.1.*
Sedula. Non apis inde tulit collectos ſedula flores. *Oui.met.13.*
3 Opifex. ——hæc opifex apis aerio
Rore liquat tenuíſque thymo,
Neſcia cõn Nexilis inſcia connubii. *Prud.Cath.*
———illis certantibus auſa eſt
3 Dedala. Dædala nectareos apis intermittere flores. *Calph.ecl.*

Mellifera. Melliferarum apium ſine membris corpora *Oui.met.15.*
———de putri viſcere paſſim (naſci.
Florigera. Florilegæ naſcuntur apes. *ibid.*
Leuis. Rure leuis verno flores apis ingerit alueo. *Tib. 2.*

APIDANVS.

Fluuius in Theſſalia, qui tardè fluit donec Enipheo fluuio rapidiſſimo commiſceatur.

Herboſus. Qualis in herboſo concidit Apidano. *Prop. 3.*

APEX.

Summitas eſt pilei Flaminum ex lana: pro ipſo pileo apud Virg. æn. 8 Pro quacúmque ſummitate accipitur: item pro excellentia & decore.
Regum apices & militum arma. *Hor.car.3.Od.21.*
Hic pro montis vertice habe.
Sublimis. Conſpicitur ſublimis apex. *Iuuen.ſat.12*
Conifer. Coniferi micuere apices, creuitque fauillis Ætna nouis. *Cl.de rap. 3.*

APIS.

Apis, qui etiam dictus eſt Serapis, & Oſiris Deus Ægyptiorum 1. Colebatur ſub forma bouis. 2 Apis quippe eorum linguâ bouem ſignificat. Dicitur hic Mareoticus à 3 Mareotide lacu, Memphites ab vrbe 4 Memphi.
3 *Mareoticus* Non Apin Mareoticum ſonabo. *Sid.Ap.pan.*
4 *Memphites* Turbaq; Memphitē plangere docta bouē. *Tib. 2.*
2 *Corniger.* Et comes in pompa corniger Apis erit. *Ouid.am.2.*
1 *Sacer.* Et ſacer in Magni cineres mactabitur Apis. *Lucanus 9.*

APIS. Vide, Apes. *ſuprà.*

APIVM.

Amarum. ————apio crines ornatus amaro. *Virg.Ecl.6*
Viuax. Neu viuax apium, neu breue lilium, &c. *Hor Car. 1.*
Viride. Nunc apio viridi criſpetur florida tellus. *Columell.*

APOLLO.

Deus, filius Iouis & 1 Latonæ alio nomine 2 Phœbus 5 autor fertur carminis, Præſes 3 Vaticiniorum, Medicinæ inuentor, & ſagittandi peritiſſimus. Deus colebatur in 5 Delo & 6 Claro inſulis, in mari Ægeo, 14 Cyrrhæ, & 14 Delphis, in Phocide, 7 Patara in 8 Lycia. Dicitur 9 Grynæus ab oppido Ioniæ Grynæo, Cynthius à monte Cyntho in inſula Delo, 10 Pythius à Pythone ſerpente quem occidit. Vide Ouid.Met. 1. *Thymbræus à 4 Thymbra, Smintheus à Sminthe oppidis in Troade. Et quia tanquam Alexicacus colebatur ab Athenienſibus, dictus eſt Horatio 12 Agyieus, quaſi vijs & vicis publicis præpoſitus. Dicitur 13 Paan* ἀπὸ τοῦ παίειν *à medendo.*

Diuus. Diue, quem proles Niobæa magnæ

Vindicem linguæ &c *Hor.car.* 4.
2 *Phœbus.* ——————mihi Phœbus Apollo
Prædixit. (bræus Apollo. *Virg. æne.* 3.
11 *Thymbr.* Si modo, quem perhibes pater eſt Thym- *Vir.geor.* 4.
9 *Grynæus.* Sed nũc Italiã magnã Grynæus Apollo, &c *Virg.æne.* 4
——————qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalémque ſyluam,
7 *Patareus.* Delius & Patareus Apollo. *Hora.car.* 3.
Læuis Dauniæ defende decus Camœnæ,
12 *Agyieus.* Læuis Agyieu. namus. *Hora.car.* 4.
1 *Latrides.* Latoidam votis iterúmque iterúmque ca- *Stat.The.* 1.
1 *Latoius.* Laomedontæis Latoius aſtitit aruis. *Oui.met.* 11.
6 *Clarius.* Et Paros, & Clario Delos amata Deo. *Ouid.am.* 2.
10 *Pythius.* Pythius in longa carmina veſte ſonat. *Prop.* 2.
5 *Delius* ——————mentem animúmque
5 *Vates.* Delius inſpirat vates *Virg æne.* 6.
8 *Lycius.* Prouiſum eſt Lycio vota probante Deo. *Prop.* 2.
Formoſus. Orphei Calliopea Lino formoſus Apollo. *Virg.Ecl.* 4.
Pulcher. Taurũ Neptuno, taurũ tibi pulcher Apollo. *Virg.æne.* 3.
Intonſus. Dũ petit intonſi Pythia regna Dei. lo, &c. *Prop.* 3.
Flauus. Vilia miretur vulgus, mihi flauus Apol- *Ouid.am.* 1.
1 *Augur.* Heu furiis incẽſa feror, nunc augur Apollo. *Virg.æne.* 4.
Arcitenens Hũc Deus Architenẽs, & nũquã talibus armis, *O.met* 1.
Arcipotens. Arcipotẽs, aduerte precor, nũc deniq; Apollo. *Val.* 5.
Fide conſp. Me fide, cõſpicuus Troiæ munitor amauit. *Oui.epiſt.* 5.
4 *Opifex.* Inuentũ Medicina meũ eſt, opiféxq; per orbẽ
Dicor, & herbarum ſubiecta potẽtia nobis. *Oui.met.* 1.
11 *Sminth.* Conſulitur Smintheus, &c. *Oui.Faſt.* 6.
14 *Delphic.* Ambage nexâ Delphico mos eſt Deo,
Arcana regere. *Seneca.*
14 *Cyrrhæ⁹.* Et Martis frameã, & Cyrrhæi ſpicula vatis. *Iuue.ſat.* 12.
Altus. Sic pater ille Deûm, faciat ſic altus Apollo. *Virg.æn* 10.

13 *Pæan.* 1 *Stirps.* 5 *Vatum Pater*
3 *Fatidicus.* 1 *Proles* ——*Latonia.* 4 *Canorus.*
1 *Latonigena.* 1 *Soboles* 5 *Lauriger.*
1 *Latonius.* 1 *Progenies.* 3 *Veridicus.*

AQVA FONTIVM.

Fontana. Oraque fontanâ feruida pulſat aquâ. *Oui.de ar.* 3.
Viua. Hic mihi cauſa moræ viuarum obſeſſor *Oui.faſt.* 2.
Pura. Puræ riuus aquæ, ſyluaque iugerũ (aquarũ. *Hora.car.* 3.
Paucorum.
Virgo. Defeſſos artus virgine tangit aquâ. *Oui.triſt.* 3.

Fluunt

Perennis. —fluunt lachrymæ more perennis aquæ. *Ouid.Faſt.2.*
Iugis. ——————vicinus iugis aquæ fons. *Horat.ſat.2.*
——————trames cauá
Errans. Conualle ſerpens, tangit errantes aquas. *Senec. Oed.*
Rigua. ——riguæ ductile flumen aquę. *Mar.Ep.12.*
——————iam volucrem ſequor
Volubilis. Campi te per aquas, dúre, volubiles *Hor. car. 4.*
Currens. Carmine currentes, ille tenebat aquas. *Oui.Faſt. 2.*
Irrigua. —bibit irriguas fertilis hortus aquas. *Tib.2.*
Recens. ——————corpuſque recenti
Spargit aquá. *Virg.Æn.6.*
Vber. Vberibus fœcundus aquis. *Oui. met. 3.*
Simplex. Pellebatque ſitim ſimplicis humor aquæ. *Ouid.am.2.*
Salutifera. ——ſalutiferis candidus Anxur aquis. *Mar.Ep.5.*
Salubris. Nutriant fœtus & aquæ ſalubres,
Et Iouis auræ. *Hor.Car.4.*
Dulcis. Dulcis aquę ſaliente ſitim reſtinguere riuo. *Virg Ecl. 5.*
Amœna. ——————per lucos amœnæ
Quos, & aquæ ſubeunt, & auræ. *Hor. Car 3.*
Leuis. —leues curſum ſuſtinuiſtis aquæ *Oui.Faſt. 5.*
Frigida. Frigida de tota fronte cadebat aqua. *Prop 2.*
Gelida. Vix mater gelida mœſta refecit aquâ. *Ouid.Epiſt.*
Liquida. Dum licet in liquida nat tibi linter aqua. *Tib.1.*
Placida. Nec ſonitum placidæ ducere poſſit aquæ. *Tib.1.*
Lene ſonans. Sectus humum riuo lene ſonantis aquæ. *Ouid.Faſt.2.*
Blanda. ——temperie blandarum captus aquarũ. *Oui.met.4.*
Strepens. Aquæ ſtrepentis vitreus ambit liquor. *Hor Ep. 5*
Fluens. Ludite eunt anni more fluentis aquæ. *Oui d. A.3.*
Luſtralis. Sparſit aquâ captos luſtrali Graia ſacerdos. *Ouid Pôt.3.*
Sacra. Stratus nũc ad aquæ lene caput ſacræ. *Hor.Car.1.*
Medica. Telluri medicas fundere iuſſit aquas. [tos. *Clau.Ep 18.*
Properans. -properãtis aquæ per amœnos ambitus hor- *Hor. de Ar.*
Exigua. Sic ſolet exiguæ currere riuus aquæ. *Ouid.triſt 5.*
Mollis. Dura tamen molli ſaxa peredit aquâ *Oui. de art.*
Lenis. Ipſe potes riuos ducere lenis aquæ. *O. de re.a.2.*
Saliens. Serpens. Vitrea. Nitida. Sonans Humens. Serena. Aſſiliens. Profluens.

AQVA FLVMINVM.

——————triſtia crimina cordis
Fluminea. Flumineâ tolli poſſe putaris aquâ. *Oui.Faſt.2.*
Cita. ——citis Ladon in mare currit aquis. *Ibidem.*
Currens. Carmine currentes ille tenebat aquas. *Ibidem.*

Curua.	Quem Tyberis curuis in latus vrget aquis.	*Oui. faſt. 3.*
Flaua.	Detulerit flauis in mare Tybris aquis.	*Ibidem.*
Vitrea.	——vitreaſque natatu	
	Plaudit aquas.	*Stat. Syl 1.*
Torrens.	——violentus aquis torrentibus amnis,	*Prud. ham.*
Hyberna.	Paſſus & Hybernas dũ quoq; currit aquas.	*Ouid. Ep. 23.*
Quieta.	——non rura quæ Lyris quietâ	
	Mordet aquâ taciturnus amnis.	*Hor. Car. 1.*
	Fluuialis.	

AQVA PALVDVM.

Paluſtris.	Paluſtribus quà maria dulceſcunt aquis.	*Sen. Med.*
Limoſa.	Truncaque limoſâ tempora merſit aquâ.	*Ouid. Ep. 9.*
Craſſa.	Et turpi craſſas gurgite voluis aquas.	*Ouid. Am. 3.*
Pigra.	*Torpens.*	*Atra.*

AQVA IMBRIVM.

	——quà ſe demittere riui	
Pluuialis.	Aſſuerant pſuuialis aquæ.	*Ouid. met. 8.*
Pluuia.	Purpureus pluuias cur bibat arcus aquas?	*Pro. 3.*
Cæleſtis.	Terraque cæleſtes arida ſorbet aquas.	*Oui. de A. 2.*
Ætherea.	—ætherea ſpargite ſemen aquâ.	*Ouid. faſt. 1.*
Effuſa.	——effuſis æthera ſiccat aquis.	*Oui. faſt. 3.*

AQVA MARIS.

Æquorea.	Nec petat æquoreas naufraga puppis aquas.	*Ouid. Ep 7.*
Compoſita.	Blandaque cõpoſitas aura ſecundet aqnas.	*Ouid Ep. 13.*
Tranquilla.	Tranquillas etiam naufragus horret aquas.	*Ouid. Pòt. 2.*
Immenſa.	Vixque per immenſas feſſa trahũtur aquas.	*Ouid Ep. 17.*
Vaſta.	Icarus & vaſtæ nomina fecit aquæ.	*Ouid. faſt 4.*
Alta.	Nauiget hinc, alta iam mihi linter aqua.	*Ouid. faſt. 2.*
Cærula.	Ipſaque cæruleis charta feritur aquis.	*Ouid. triſt. 1.*
Viridis.	Clauſerunt virides ora loquentis aquæ.	*Ouid. de a. 2.*
Cana.	Merſa foret cana naufraga puppis aqua.	*Ouid. Ep. 2.*
Rauca.	Nunc ſcopulus raucis pendet adeſus aquis.	*Ouid. Ep 10.*
Inſana.	Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.	*Ouid. Ep. 1.*
Vaga.	Hærentem ſcopulo quã vaga pulſat aqua.	*Ouid. Ep. 10.*
Funeſta.	Argo funeſtas preſſa bibiſſet aquas.	*Ouid am. 2.*
Tumeſcens.	Læta tumeſcentes æquoris audit aquas.	*Ouid. Am. 3.*
Grauis.	Ipſa grauas ſpargunt ora loquentis aquæ.	*Ouid. triſt. 1*
	——fert aſſilientia longè	
Sæua.	Æquora, nec ſæuis victa madeſcit aquis.	*Ibidem.*
Tumida.	—redit in tumidas naufraga puppis aquas.	*Ou. Triſt. 2.*
Infeſta.	Plus habet infeſta, terra timoris aqua.	*Oui. Triſt. 1.*
Rapida.	In vento, & rapida ſcribere oportet aqua.	*Catull.*

Euerſa. Aſpice, vt euerſas concitet Eurus aquas. *Ouid.Ep.* 7.
Torrens. ——torrentis aquæ vel turbinis atri
More furens. *Virg.æn.* 10.

A Q V A Inferna, Stygia.

Inferna. Si non infernas viuus adiſſet aquas. *O.Triſt.*1.
Lethæa. Cunctane Lethæis merſa feruntur aquis. *Ibidem.*
Auernalis. ——ſpargens auernales aquas
Horret capillis. *Hor.Epod.*
——audax
Stygia. Cerberus, & Stygiæ nauita puppis aquæ. *Tib.*1.

A Q V A R I V S.

Eſt cæleſte ſignum in Zodiaco. Vult Seruius eſſe Ganymedem Phrygium, qui ob egregiam formam in cælum raptus à Ioue, inter ſidera collocatus eſt.

——frigidus olim
Frigidus. Iã cadit, extremoq; irrorat Aquarius anno. *Virg.Geo.*3.
Leuis. Iam leuis obliquâ ſubſedit aquarius vrna. *Oui.Faſt.*2.
Regẽs aquas. Per iuuenis curres ſigna regentis aquas. *Oui.Faſt.*1.

A Q V I L A.

Auis prædatrix Ioui ſacra, Horatio, & cæteris Poëtis dicitur Iouis geſtare fulmen, cæteriſque auibus dominari. In cælum tranſlata eſt propter Ganymedem ab ea raptum.

Qualem miniſtrum fulminis alitem
Cui rex Deorum regnum in aues vagas
Permiſit, expertus fidelem
Iuppiter in Ganymede flauo. *Horat.car.*4. Ode 3.

1 *Iouis ales.* Ætheria quos lapſa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cælo. *Virg.æn.*1.
3 *Regin.vol.* Dic mihi quem portes volucrum regina. *Mart.Ep.*5.
3 *Regia.* Implicat vt ſerpẽs, quẽ Regia ſuſtinet ales. *Oui.met.*4.
4 *Miniſter fulminis.* Qualẽ miniſtrũ fulminis alitẽ, &c. *Hor.Car.*4.
4 *Flammiger.* ——flammiger ales olori
Imminet. *Stat.the.*8.
Trux. Exagitanſque truces aquilas
Per vaga nubila. *Prud. Cath.*
Ferox. ——nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam. *Hor.Car.*4.
Adunca. Tunc oritur magni præpes adunca Iouis. *Oui.Faſt.*1.
Fulua. ——raptum cum fulua draconem
Fert Aquila *Virg.æneі.*11
Fuluus. ——fuluuſque tonantis
4 *Armiger Iouis.* Armiger, ad liquidã cunctis ſpectantibus æthrã,

——— Correptũ pedibus curuis, innexuit hydrũ. *Cl.de Bel.G.*

Præpes. ——————præpes ab Ida
Sublimẽ pedib⁹ rapuit Iouis armiger vncis. *Virg.ænei.5.*

Prædatrix. ——————pedibus prædator aduncis

Ales. Depoſuit nido leporem Iouis armiger ales. *Ouid.met.6*

4 *Famula Iouis*- leporem, aut capream famulæ Iouis, & generoſæ

generoſa. In ſaltu venantur aues. *Iuuen.ſat.14.*

AQVILA: ſignum militare.

Aquila fuit ſignum legionum Romanarum vt habet. Ouid. Faſt 5.
Signa decus belli Parthus Romana tenebat,

Romana. Romanæque aquilæ ſignifer hoſtis erat.

Victrix. ———victrices aquilas deponere iuſſus. *Lucan. 1.*

Terribilis. Terribiles aquilas infeſtaque ſigna relinquas. *Lucan. 5.*

Bellatrix. Stent bellatrices aquilæ ſæuique dracones. *Cl.de nu.ho.*

AQVILO. *Vide Boreas.*

Ventus Latinis Aquilo, Græcis Boreas: dicitur Aquilo ab eius volatu rapidiſſimo, ad inſtar aquilæ. Flat à Septentrionis partibus, vt ſunt 1*Scythia,* 2*Thracia,* 3 *Caucaſus,* 4*Hyperborei, &* 5*Riphæi mõtes. Tempeſtates grauiſſimas concitat. De ſe ſic apud Ouid. met. 6. loquitur.*

———ego cum ſubij conuexa foramina terræ
Suppoſuique ferox imis mea regna cauernis
Sollicito manes, totumque tremoribus orbem.
Idem Ouid. l.3. triſt. eleg. 10.
Tantaque commoti vis eſt Aquilonis, vt altas
Æquet humo turres, tectaque rapta ferat.

Luculentam habes deſcriptionem illius apud Ouid. met. 6.
——————nunc mare nunc ſyluæ

2 *Threicius.* Threicio Aquilone ſonant. *Hor. Ep.*

2 *Sithonius.* Ille Noto Zephyroq, & Sithonio Aquiloni
Imperat. *Oui. Ep. 11.*

1 *Scythicus.* Sed Scythici vicit rabies Aquilonis. *Lucan. 5.*

2 *Strymoni⁹.* Strymonius altas Aquilo contorquet niues. *Sen. Aga.*
——————non illum Sirius ardens

5 *Riphæus.* Brumaue, Riphęo ſtridẽs Aquilone retardet. *Cl.in Ruf.*

Magnus. Aut actũ cælo magnis Aquilonibus imbrẽ. *Vir. Geor. 2.*

Frigidus. Frigidus, & ſyluis Aquilo decuſſit honorem. *Ibidem.*

Siccus. Protinus æquato ſiccis Aquilonibus Iſtro. *Ouid. Tri. 3.*

4 *Hyperbo-* Qualis Hyperboreis Aquilo cum denſus ab oris

Dẽſus (*reus.* Incubuit. *Vir.geor.3.*

Impotens. Quod non imber edax, non Aquilo impotens.
Poſſit diruere, &c. *Horat.car.3.*

Sæuus. Et tu ſæue Aquilo numquã mea vela videbis. *Prop.* 3.
At cum December canus, & bruma impotens
Raucus. Aquilone rauco mugiet. *Mar. Ep.* 1.
Niuoſus. Aut quà niuoſi patitur Aquilonis minas. *Sen. Her. Oet.*
Triſtis. *Horribilis.* *Terribilis,* *Rapidus.* *Stridens.* *Rigidus.* *Horridus.* *Durus.* *Ater.* *Commotus.* *Ferox.* *Hybernus.*

ARA.

Marmorea. Vinaq; marmoreas paterâ fundebat in aras. *Oui. met.* 9.
Herboſa. Placat odoratis herboſas ignibus aras. *Oui. met.* 15.
Graminea. Gramineas vndis ſtrauit ſocialibus aras. *Sil.* 4.
Viridis. Araque gramineo viridis de ceſpite fiat. *Oui. triſt.* 5.
Sacra. ———Sacram quamuis inuiſus ad aram
Confugiam. *Ouid. triſt.* 5.
Sancta. Thuraq; dant ſanctaſq; colũt Iſmenides aras. *Ou. me.* 3.
Pia. ———non cruor largus pias
Inundat aras. *Sen. Hipp.*
Sacrifica, ———ſacrificas cum coniuge venit ad aras. *Val.* 8.
Solemnis. Solemnes taurũ ingentem mactabat ad aras. *Virg ænéi.* 2.
Culta. ————cultis
Arceor ô nati niſi vos ſuccurritis aris. *Oui met* 6.
Perpetua. ———perpetuis olim ſacrabor in aris. *Ouid. faſt.* 1.
Thuricrema. Thuricremas propter mactatus concidit aras. *Lucret.* 1.
Thurifera. Thuriferas modo conſulit anxius aras. *Stat. The.* 1.
Flagrans. —admouetque pecus flagrantibus aris. *Virg. æn.* 12.
Fumans. Acciperent læti diûum fumantibus aris. *Catull.*
Fumida, Fumida cingatur florentibus ara coronis. *Oui. triſt.* 3.
Fumoſa. ———thura dabo fumoſis candidus aris. *Oui. Am.* 2.
Calens. Cuius vt impoſuit perfecta, calentibus aris. *Ou. met.* 11.
Fulgens. Cernite, fulgentes vt eat ſacer agnus ad aras. *Tib.* 2.
Tepens. ———coliturque tepentibus aris. *Sil.* 3.
Pinguis. ———ante ora deûm pingues ſpatiatur ad aras. *Vir. æn.* 4
Coronata. Inde coronatas vbi thure piaueris aras. *Prop.* 3.
Ornata. ——Deûm nexis ornatæ floribus aræ. *Vir. geor.* 4.
Ardens. *Thure calens.* *Caſta.* *Feſta.* *Celebris* *Odorata.* *Votiua.* *Dicata.* *Honorata.* *Venerabilis.* *Adorata.* *Incenſa.*

ARABS. ARABES.

Populi ſunt in Arabiâ fœlici, quæ ſita eſt in Aſiâ extremâ, Meridiem verſus inter duos ſinus Arabicum, & Perſicum, fœcundiſſima eſt regio, quippe quæ bis in anno ſeratur, plantis odoriferis, Thure, Balſamo, palmis, & gemmis abundat.

1 *Lęus.* Eoique Arabes, diues & Aſſyria. *Tib.* 3.
Mollis. Siue in Hircanos, Arabaſque molles, &c. *Catull.*
——————vrantur odores
Tener. Quos tener, è terrâ diuite mittit Arabs. *Tib.* 2.
Diues. Cultor odoratæ diues Arabs ſegetis. *Tib.* 4.
3 *Palmifer.* Palmiferos Arabas, Panchæaq; ruraque reliquit *Oui. me* 10.
2 *Thurilegus.* Thurilegos Arabas modo reſpicit Indos. *Oui. faſt.* 4.
4 *Extremus.* Qui maris extremos Arabas ditantis, &c. *Hor. Epiſt.*
Niger. *Odoratus.* *Odorifer.* *Remotus.* *Thurifer.* *Coloratus.*

ARACHNE. *ARANEA.*

1 *Idmonis filia, puella lanificiorum peritiſſima, dicta Lydia ab eius patriâ* 2 *Lydiâ in minori Aſiâ, quæ prius vocabatur* 3 *Mæonia, ab Maeone fluuio qui eam alluit: cum Pallade in certamen lanificij venire auſa eſt: ægre ferens confractum à deâ opus ſuum laqueo ſe ſuſpendit: in araneam mutata eſt, proinde aranea & Arachne Poëtis idem ſonant.* Vide Ouid Met. 6.

3 *Mæonis.* Mæonis eluſā deſignat imagine tauri [Europā. O. *met.* 6
3 *Mæonia.* Mæoniæque animū fatis intendit Arachnes. *Ibidem.*
2 *Idmonia.* Ter quater Idmoniæ frontē percuſſit Arachnes. *Ibidem,*
Infœlix. —non tulit infœlix laqueoque animoſa ligauit
Guttura. *Ibidem.*

ARANEA.

Inuiſa Mineruæ. ——————inuiſa Mineruæ
In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes. *Virg. Ge.* 4.
Putris. Putris, & in vacuo texetur aranea lecto. *Prop.* 3.
Vaga. Nec vaga, tam tenui diſcurſat aranea telâ. *Mar. ep.* 8.
Arida. Arida cum tota deſcendat aranea tela. *Iuuen. ſat.* 14.
Operoſa. *Pendula.* *Solers.* *Sublimis.* *Docta.*

ARAR. araris.

Fluuius in Gallia, la Saone, *ex eodem ex quo Rhodanus monte exiens, cui commiſcetur propè Lugdunum, & in mare mediterraneum influit: ita tardus eſt, vt neſcias vtram in partem eat.*
Lentus. Lentus Arar Rhodanuſq, celer & diues Iberus. *Cl. Mall. pan.*
Pigerrimus. —ſerpit Arar per rura pigerrimus vndæ. *Sil.* 14.
Tardior. Quos Rhodanus velox araris quos tardior ambit. *Claud.*
Morans. *Segnis.* *Lene fluens.*

ARATOR, Vide Agricola.

Curuus. Tēpora quæ meſſor, quæ curuus arator haberet. *V. Ecl.* 3
Robuſtus. Robuſtus quoq; iam tauris iuga ſoluet arator. *V. Ecl.* 4.
Durus. ——————————quos durus arator
Obſeruans nido implumes detraxit, &c. *Virg. Geor.* 4.

ARATRVM.

Vncum. Vncíque puer monſtrator aratri· *Virg.geor.1.*
Inflexum. Vomis,& inflexi primùm graue robur aratri. *ibid.*
Pandum. ———pando pronus aratro
Vertit inexcoctã per pinguia iugera glebã. *Sid. Ap pan.*
Curuum. —curui formam accipit vlmus aratri. *Vir. georg. 1.*
Incuruum. Agricola incuruo terram molitus aratro. *ibid.*
Ruricola. Tempore ruricolæ patiẽs fit taurus aratri. *Oui. triſt. 4.*
Findẽs terrã. Hoc tenuat dentem terrã findentis aratri. *ibid.*
Durum. Ille grauem duro terrã qui findit aratro. *Horat ſat. 1.*
Graue. Sudabátque graui Conſul Serranus aratro. *Cla. in Ruf.*
Aduncum. ———adunci vulnera aratri
Raſtrorũmque fero. *Ou. met. 2.*
Aſſiduum. Agricola aſſiduo primùm ſatiatus aratro. *Tib. 2.*
Patiens. Ergo cum ſilices, cum dens patientis aratri
Depereant. *Ou. amor. 1.*
Depreſſum. Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere. *Virg. geor. 1.*
Impreſſum. ———impreſſo tellurem vertere aratro. *Silius 3.*
Habile. ———habili tauros adiungit aratro. *Tibull.*

ARAXES.

Fluuius Armeniæ, ſuper quem Alexander Magnus, & Auguſtus Cæſar pontes fabricauerunt. Sume Epitheta ab ijs populis & regionibus quas perlabitur.

Medus. Medumque flumen gentibus additum. *Hor. car. 2.*
Barbarus. Sub iuga iam Seres, iã barbarus iſſet Araxes. *Lucanus 1.*
Armenius. ———Armeniũmq; bibit Romanus Araxẽ. *Lucanus 7.*
Impacatus. ———vos impacatus Araxes,
Vos celer Euphrates timeat. *Claudianus.*
Pharetrat⁹.— pharetratũ inuaſit Araxem —Belliger. *Stat. ſyl. 5.*
Scythicus. Vagus. Ferox. Gelidus. Pontem indignatus.

ARBOR.

Syluestris. Quod potui puero ſylueſtri ex arbore lecta
Aurea mala decem miſi. *Virg. eclog. 3*
Tenera.—teneriſque meos incidere amores—Arboribus. *V. Ecl. 10.*
Sacra. ———iuuat arbore ſacra
Læta patefactis incidere carmina ſagis. *Cal. ecl.*
Fertilis. ———bis pomis fertilis arbos. *Vir. geor. 2.*
Vberrima. —arbor ibi niueis vberrima pomis
Ardua. Ardua morus erat. *Ouid. met. 3.*
Patula. patula defendimus arbore ſoles. *Stat. ſyl. 3.*
Alta. Iamque male hærentes alta rapit arbore vẽtus. *Ouid. met. 3*

Opaca. ————latet arbore opacâ
Aureus & folijs & lento vimine ramus. *Vir.æneid.6.*
Vmbroſa. ——vmbroſâ caritur os arbore montes. *Ouid.põt.4.*
Prædiues. ————lucis arbor prædiues opacis,
Curuata. Fulgentes viridi ramos curuata metallo. *Cl.de rap.2.*
Curua. Puniceum curuâ deceperat arbore pomũ. *Ouid.met.5.*
Exeſa. Pumicibúſque cauis exeſǽq; arboris antro. *Virg.geor.4.*
Odora. Illius lachrymis, quas arbore fundit odorâ,
Spargimur. *Ou.de arte 1.*

Peregrina.	*Nobilis.*	*Fæcunda.*	*Caua.*
Ramoſa.	*Fœlix.*	*Dura.*	*Ardua.*
Frugifera.	*Læta.*	*Viridis.*	*Verna.*
Virens.	*Sicca.*	*Procera.*	*Fœta.*
Frondens.	*Inanis.*	*Diues.*	*Onerata pomis.*
Aprica.	*Vacua.*	*Agreſtis.*	*Matura.*
Sublimis.	*Turpis.*	*Cauata.*	*Pomifera.*
Rigida.	*Mitis.*	*Incurua.*	*Comans.*
Ferax.	*Luxurians.*	*Inculta.*	*Folijs viduata.*

ARBVTVS. *ARBVSTVM. ARBVTVM.*

Viridis. ——vos rarâ viridis tegit arbutus vmbrâ *Virgil ecl.7.*
Horrida. Inſeritur verò ex fœtu nucis arbutus hor *Virg.geor.2.*
Frondens. ————iubeo frondentia capris [rida.
Arbuta ſufficere. *Virg.geor.3.*
Fœlix. Arbuſtiſque tenent fœlicibus obſita circũ. *Lucretius 5.*
Onerata po- ————pomóque onerata rubenti
mis. Arbutus. *Ou.met.10.*

ARCES. *ARX.*

Celſa. ————celſâ ſedet Æolus arce. *Vir.æneid.1.*
Summa. Nec moriens Dido ſummâ vidiſſet ab arce. *O.de re.a.1.*
Excelſa. Illinc tela cadunt excelſas vrbis in arces. *Lucanus 3.*
Prærupta. Arx imminet prærupta, quæ ſpectat mare. *Sen.Agam.*
Edita. ————grauiùs vt ruerem editâ
Receptus arce. *Sen. Agam.*
Vmbroſa. Impiger vmbroſâ Parnaſſi conſtitit arce. *Ouid.met.1.*
Aeria. Protinus aerias Phæacũ aſcendimus arces. *Vir.æneid.3.*

Munita.	*Ardua.*	*Tuta.*	*Sublimis.*
Superba.	*Regia.*	*Præceps.*	*Regalis.*
Turrigera.	*Conſpicua.*	*Potes opib⁹.*	*Ingens.*

ARX Arcis, pro cælo.

Alta. Qualiter ex alta cũ Iuppiter arce coruſcat. *Val.5.*
Ætheria. Ipſe quoq; ætherias meritis inuect⁹ es arces. *Ou.triſt.5.*
Summa. Quæ pater vt ſummâ vidit Saturnius arce. *Ouid.met.1.*

Syderea. ——ſydeream mundi qui temperat arcem. *Ouid.am.3.*
Hac arte Pollux & vagus Hercules
Ignea. Innixus, arces attigit igneas. *Hora car.3.*
Supera. —qui nutu ſuperas, nunc temperat arces. *Stat. ſyl. 3.*
Quamuis emeritum peteret natura reuerti
Aurata. Numen, & auratas aſtrorum panderet arces. *Cla. pan. 1.*
Sacra. *Sancta.* *Celeſtis.*

ARCTOPHILAX. *Vide* Bootes.

Arctophilax, Arcturus, Bootes idem ſunt. Cuſtos Vrſæ dicitur. Eſt ſtella in cauda vrſæ.

Cuſtos Vrſæ. ————————cuſtodem protinus Vrſæ
Aſpicies geminos exeruiſſe pedes *Ouid. faſt. 2*
Tardus. ——————cuſtóſque ſui tardus Plauſtri,
Iam non ſtabilis ruet Arctophilax. ————
Piger. Siue eſt Arctophilax, ſiue eſt piger ille Bootes. *O. faſt. 3.*
Portit. Vrſæ. Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vrſę. *Stat. Th. 1.*
Hiperboreus. *Frigidus.* *Rigens.*

ARCTOS.

Latinè Vrſa dicitur, ſignum cæleſte eſt, propè polum Septentrionalem. Duæ ſunt: vna maior, quæ Helice; vna minor, quæ Cynoſura, id eſt cauda canis, dicitur. Illam Græci internauigandum ſequuntur, hanc Sidonij, & Tyrij. Ouid. Faſt. 3.

Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura petatur
Sidoniis, Helicen Graia carina notat.

Arctos quæ Helice appellatur, fuit Caliſto, filia 1 Lycaonis, Regis 2 Arcadiæ, venatrix ſtudioſa Dianæ, quam Iuppiter compreſſit, & ex ea Arcadem filium ſuſcepit. Iuno Zelotypa, & tantæ iniuriæ non patiens, miſellam in vrſam conuertit, quam filius Arcas iam adultus, vt occideret cum ſagittam neruo iam eſſet expulſurus, in cælum cum Arcade tranſtulit Iuppiter; renuente Iunone, quæ impetrauit à Dijs marinis, vt Arctos cum cæteris ſtellis in mari non tingeretur. Nam continuâ vertigine circa polum voluitur, nec vnquam occultitur Sume Epitheta ab ijs regionibus quæ propiùs ad Septentrionem vergunt, vt 3 Thracia & 4 Scythia, &c.

3 *Sythonia.* Sythonia mallē nupſiſſet Virgo ſub arcto. *Stat. Theb 3*
3 *Strymonia.* —hos Strymoniâ Boreas eiecit ab arcto. *ibid.*
1 *Lycaonia.* Stella Lycaoniam vergit decliuis ad arctō *Ouid. faſt. 3.*
2 *Mænalia.* Mænaliam tactis ne lauet arcton aquis. *Ouid. faſt. 2.*
2 *Parrhaſia* Parrhaſiæ gelido Virginis axe premor *Oui. triſt. 2.*
2 *Parrhaſis.* Parrhaſides ſtellæ (nāq; oīa noſſe poteſtis)
Æquoreas nunquam cùm ſubeatis aquas. *Oui. faſt. 4.*
Clara. Pleïadas Hyadas, clarámq; Lycaonis arctō. *Virg. geor. 1.*

Alta. Altaq; cæruleum dum Nerea neſciet arctos. *Sen. Oed.*
——————polum (bus arcton.
Iũctã Aquil. Effugit auſtralem, iunctámque Aquiloni- *Ouid.met.2.*
Sicca. ——————dum ſiccas polus
Verſabit arctos. (gentem, &c. *Sen. Med.*
Frigens. Proxima frigentes arctos, Boreámque ri- *Manil. 1.*
Hyberna. Hyberna quãuis arctos & rudis Peuce, &c. *Mart. ep. 7.*
Horrens. ——————tu nunc horrente ſub arcto
Bellica ferrato rapid⁹ quatis Iſmara Thyrſo. *Stat. The. 4.*
Niualis. Iurauit tibi iam niualis arctos. *Stat. ſyl. 4.*
Gelida. Inſuetum per iter gelidas enauit ad arctos. *Vir. æneid. 6*
——————[*ti.* Arctos Oceani metuentes æquore tingi. *Virg geor. 1.*
Immunis pō.——————liquidíque immunia ponti
Proxima polo. Alloquitur gelido proxima ſigna polo. *Ouid faſt. 4*
4 *Scythica.* ——————Scythica nutrite, ſub arcto. *Sid. Ap. pa.*
Arcadicum Sydus. Plauſtrum Arcticum. Aſtrum Lycaonium. Parrhaſium. Lycaonia puella. 2 Virgo Tegeæa. Parrhaſia. Glacialis. Ventoſa. Pruinoſa. Niuoſa.

ARCVS.

1 *Lycij,* 7 *Ityræi,* 2 *Perſæ.* 3 *Parthi,* 8 *Sarmatæ,* 9 *Getæ,* 4 *Armenij,* 5 *Cretes,* 6 *Amazones,* 10 *Scythæ ſagittandi arte apud Antiquos claruerunt. Ab ijs populis, locis, & regionibus quas incoluerunt epitheta potes eruere.*

7 *Ityræus.* ——Ityræos taxi torquentur in arcus. *Virg. geor. 2*
[*nius.* ——————penna, & fulmine. & vndis
2 *Achæme-* Hybernis, & Achæmenio velocior arcu
Euolat. *Silius 15.*
5 *Cydonius.* Primúſque Tencer tela Cydonio
[*cus.* Direxit arcu. *Hor. car. 4.*
5 *Gortynia-* —Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu. *Ou. met. 7.*
4 *Armenius.* Armenióq; arcu Geticis intendere neruis. *Lucanus 1.*
5 *Gnoſiacus.* Gnoſiacos arc⁹ habet, & vaga tela Meneſthe⁹. *Stat. Th. 6.*
6 *Amazo-* —Amazonio cinctus Stymphalidas arcu
(*nius.* Appetit. *Claud.*
9 *Geticus.* Ipſe quidem Getico pereã violatus ab arcu, *Ouid. pōt. 1.*
(*cus.* ——————contendere diſcam
8 *Sarmati-* Sarmaticos arcus. *ibid.*
1 *Lycius.* ——Lycios damnans haſtilibus arcus. *Silius 8.*
Curuatus. Excutit, & ſolui curuatos imperat arcus. *Claudianus.*
Curuus. ——curuos trans ripam miſerat arcus. *Ou. met. 9.*
Validus. Tum validis flexos incuruant viribus arcus *Vir. æneid. 5.*
Sinuoſus. Lunauítque genu ſinuoſum fortiter arcũ, *Ouid. am. 1.*

——————Tegeæa ſagittam
Sinuatus. Impoſuit neruo, ſinuatóque expulit arcu. *Oui.met.* 7.
Aduncus. ——————arcu præſignis adunco. *Ouid.ep.*4.
Tenſus. ———tenſóque modos imitabitur arcu. *Stat.ſyl.*3.
Adductus. Poſt acer Mneſtheus adducto cõſtitit arcu. *Virg.ænei.*5.
Flexibilis. Nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus. *Ouid.am.*3.
Lentus. Exuit hic humero pharetrã, lentóſq; tetẽdit
arcus. *Ouid.met.*1.
Contentus. ———ſonuit contento neruus ab arcu. *Ouid.met.*6.
Patulus. Impoſitis calamis patulos ſinuauerat arcus. *O.met.* 8.
Facilis. —faciléſque humeris gaudentibus arcus
Geſtat Hylas. *Val.*1.
Strictus. ——ſtricto ſtat proximus armiger arcu. *Val.* 5.
Intentus. Fertur, & intento decurrit montibus arcu. *Val.*3.
Laxus. Iam Scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis. *Hor.car.* 3.
———aderat querenti
Remiſſus. Perfidum ridens Venus, & remiſſo
Filius arcu. *ibid.*
Acer. Aut acres tendũt arcus, aut lęta lacertis, &c. *Virg.an.*7.
Lethifer. ——————ſonat vnà lethifer arcus. *Virg.ænei.*9.
Ferus. Parce mouere feros animoſę Virginis arc⁹. *Oui.epiſt.*19.
Fugax. Pannoniúſq; ferox, arcuq; horrẽda fugaci
Armenia. *Stat.ſyl.*1.
Leuis —intentus neruo leuis arcus equino. *Ouid.põt.*1.
Trux. Pone truces arc⁹, agmẽq; immite Pharetrę. *Stat.ſyl.*3.
Minax. —& arcus—Oppoſitis foribus minaces. *Hor. car.* 3.
Teres. -nil te mea tela iuuabũt,-Nec teretes arcus. *Stat. Th.* 4.
Sonorus. —immanes pharetras, arcúſque ſonoros
Aſſimulat. *Cl in Ruf.*
Fatifer. —vt fatiferos conuerti proſpicit arcus. *Silius* 1.
Certus. Tẽdit in hũc nimiũ certos Tirynthius arc⁹. *Oui. met.*6.
Sonans. Oſtentans artẽ pariter, arcúmque ſonãtem. *Vir.æneid.* 5.
Fulgens. Augur, & fulgente decorus arcu Phœbus. *Horat.epod.*
Aureus. Aureus ex humero ſonat arcus. *Virg.an.*11.
Corneus. Corneus huic arcus, ſi nõ foret aureus illi. *Ouid.met.* 1
Rigidus. Vaſtus. Toruus. Inſanus. Stridens. Stridulus. 5 *Dictaus.*

ARCVS CÆLI. *Vide* Iris.

Pretex.cælũ. Quamuis prætexẽs picta ferrugine cælum,
Imbrifer. Venturam admittat imbrifer arcus aquam. *Tib.* 1.
Pluuius. Aut flumẽ Rhenum, aut pluuius deſcribitur *Ho.de ar.põ.*
Ingens. ———ingens ſub nubibus arcus. (arcus. *Vir.æneid.*9.

——————ceu nubibus arcus
—————— Mille trahens varios aduerſo ſole colores. *Vir. aneid.* 5
Purpureus. Purpureus pluuias cur bibat arcus aquas. *Propert.* 3.
Rubens [*ce.* Nec grauiter flantes pluuiali frigore Coros
Variatâ lu- Inuocat, aut arcũ variatâ luce rubentẽ. [cus. *Claud. epig.*
Percuſ. nub. Qualis ab imbre ſolet percuſſus nubibꝰ ar- *Oui. met.* 6.
Gyrus pluuius. Picturatus. Pictus.
Coloratus. Cæleſtis. Sydereus.

ARDOR IGNIS.

Acrior. Acrior ardor enim conductis partibus eſſet. *Lucret.* 1.
Feruidus. Inde duas porrò propè partes feruidꝰ ardor. *Lucret.* 5.
Flammeus. ——————flammeus ardor
Horribili ſonitu ſyluas exederat. *ibid.*
Turbidus. At nimis eſt ingens incẽdij turbidus ardor. *Lucret.* 6.
——————per alta
Vulcanius. Collucet iuga diſſultans Vulcanius ardor. *Silius* 9.
Anhelus. Igneus. Immodicus.
Immenſus. Inſanus. Ingens.

ARDOR AMORIS, IRÆ.

Occultus. ——occultus ſub corde renaſcitur ardor. *Stat. The.* 1.
Temerariꝰ. ——————me Pyrithoi temerarius ardor
Tentat. *Stat. The.* 8.
Malus. ——————retinet malus ardor amantem. *Ou. met.* 10.
Vetitus. —noſtro vetitus de corde fugabitur ardor. *Oui. met.* 9.
Grauis. Credo vt tũ grauis acquieſcat ardor. [ardor. *Catull.*
Ferus. Cumque ferus lachrymas animi ſiccauerat *Oui. met.* 8.
Bellicus. ——————ſed bellicus ardor
Conſiliis obſtat Diuûm prohibétq; timeri. *Stat. The.* 7
Implacabilis. ——————quiſnam implacabilis ardor
Exturbare odiis tranquilla ſilentia noctis. *Stat. Th.* 1.
Deuius. Me timor impulerit, me deuiꝰ egerit ardor. *Claudian.*
——————nec regi mentis poteſt
Generoſus. Generoſus ardor: ſed malis vires capit. *Sen. Oct.*

AREA. [cap. 20.

Locus vbi frumenta triturantur, & excutiuntur. Collu. l. 2.
Plena. Tunc nitidus plenis confiſus ruſticus areis. *Tib.* 1.
Diues. Si bene floruerint vites, erit area diues. *Ouid. faſt.* 5

ARENA.

Pro 1 littore, portu 2 & 3 regione eleganter ponitur.
Sterilis. Sterilem exiguus ne deſerat humor arenã. *Virg. geor.* 1.
Squallens. Scrutatur venas penitùs ſquallentis arenæ. *Lucan.* 9.
Putris. Quos calor adiuuit, putríq; incoxit arenæ. *ibid.*

Arens.	———tentabo & arentes arenas,	
	Littoris Aſſyrii viator.	*Hor.car.3.*
Sicca. [*guis.*	Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.	*Vir.geor.1.*
Male pin-	—cumulóſque ruit male pinguis arenæ.	*ibid.*
Madida.	———madidâ reſupinus arenâ	
	Calcitrat.	*Ou.met.12*
Bibula.	Collectum humorem bibula diducit arenâ.	*ibid.*
	———cum murmure labens	
Attrita.	Ibat,& attritas verſabat riuus arenas.	*Ou.met.12*
Raſa.	——ſuper raſa celebratur arena.	*Oui.faſt.3.*
Nuda.	———nuda fuſus arena	
	Excubat.	*Lucanus 9.*
Fulua.	———at fuluæ nimbus arenæ	
	Tollitur.	*Vir.geor.3.*
Flauens.	——torquens flauentes Iſter arenas.	*ibid.*
Nigra.	Miſcēt ſe maria,ac nigræ attollūtur arenæ.	*Vir.æne.9.*
Dura.	Anguiferúmq; caput dura ne lædat arena.	*Ou.met.4.*
Fluminea.	Hunc ego fluminea deformis trūcus arena.	*Lucan.1.*
Vda.	Doque leues ſaltus,vdęq; immittor arenę.	*Ou.meta.3.*
Littorea.	Littoreā tractu ſquamæ crepitantis arenam	
	Sulcat.	*Oui.met.15*
Æquorea.	Fertur ad æquoreas ac ſe proſternit arenas.	*Lucanus 5.*
Mobilis.	Sed quia mobilibus facilis turbatur arenis.	*Lucanus 9.*
Vaga.	At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ.	*Hor.car.1.*
Mollis.	——in molli nequicquam laſſor arena.	*Ou.meta.2.*
Limoſa.	Cantat & innitens limoſæ pronus arenæ.	*Oui.triſt.4*
Nitida.	——melior nitidis gladiator arenis.	*ibid.*
1 *Deſerta.*	Quid me in deſertis morituram liber arenis	
	Seruabas?	*Oui.faſt.3.*
2 *Ignota.*	Nudus in ignota, Palinure, iacebis arena.	*Vir.æn.5.*
1 *Peregrina.*	Cōtingēt fletus,peregrinæq; hauſtꝰ arenæ.	*Ouid.ep.13.*
3 *Libyca.*	Hic niue Riphęâ, Libycis hic paſtus arenis.	*Stat.Th.11*
Numero ca-	Te maris & terræ, numeróq; carētis arenæ	
rens.	Menſorem cohibent Archita, &c.	*Hor.car.1.*
	———ac magno telluris amore	
2 *Optata.*	Egreſſi optata potiuntur Troes arena.	*Virg.æn.1.*
2 *Nota.*	Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.	*Virg.æn.7.*
Gelida.	Æſtuat,& gelidam eructans cum murmure	*Sil.13.*
Vndans.	———cumulos vndantis arenæ [arenam.	
	Aggerat.	*Stat.Th.8.*
Madens.	O nemus! ô fontes! ſolidūq; madētis arenæ	
	Littus!	*Mart.ep.10*

Humens. Humida. Sordida. Vilis. Turbida. Diſcolor. Vitrea. Gracilis. Fluctuans.

ARETHVSA.

Nerei, & Doridis filia, Elidis Nympha, & Dianæ comes ſtudioſiſſima: ab 1 Alpheo fluuio plurimùm adamata eſt quam cùm violetius eius potiundi cupidine inſequeretur, iamiamq; aſſequeretur, puella diu fugiens Deorum commiſeratione in 2 fontem ſui nominis mutata eſt. ſecretis meatibus per mare, terráſque in Siciliam labitur, ibique nomen retinet. Dicitur Piſæa à 3 Piſa ciuitate in Elide, Peloponneſi regione.

1 *Alpheïa.* Tum caput Eleis Alpheïas extulit vndis. *Ouid.met.4.*
2 *Frigida.* Frigida cæleſtum matres Arethuſa vocarat. *Ouid.faſt.4.*
3 *Piſæa.* Et medium Cyanes, & Piſeæ Arethuſæ. *Ouid.met.5.*

ARGOS. ARGI.

Vetus & nobilis vrbs in 1 Achaïa, vbi 2 Inachus, & 3 Abas regnarunt. Floruit equorum gloriâ.

2 *Inachij.* ————Inachijs ſeſe referebat ab Argis. *Virg.ænei.7.*
3 *Abantæi.* Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis. *Ouid.met.15*
Dites. ————da quam modò ditibus Argis
Campus alit. *Valer.4.*
Nobile. Argos nobilibus nobile ciuibus. *Sen. Agam.*
1 *Achaïum.* Argos & ſuperis ſi quis Achaïum. *idem.*

ARGILLA.

Eſt terra tenax, quâ figuli vtuntur.

Tenuis. Tenuis vbi argilla, & dumoſis calculus aruis. *Vir.geor 2.*
Vda. ————argilla quiduis meditabitur vda. *Hor.ep 2.*

ARGO.

Nauis 1 prima, quâ vſus eſt Iaſon Theſſalus cum 54. delectis Heroibus 7 Græcis, Minyis & 2 Magnetibus ad aureum vellus è Colcho reportandum: ſic dicta vel ab artificis nomine, vel à velocitate: ἀργὸς enim velocem ſignificat: vel ab 8 Argiuis, vt vult Ennius.

Argo qua vecti Argiui delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis.

Sacra erat 3 Palladi, cui præuiam ducémque præfecerat columbam. Dicta eſt Pelias 4 à Pelio monte 5 Theſſaliæ, vnde exciſæ fuerant trabes ex quibus compacta erat, & 6 Pagaſæa à Pagaſa oppido in Theſſalia.

3 *Sacra.* Vltimus è ſociis ſacram conſcẽdis in Argò. *Ouid.ep.6.*
————————columba
3 *Palladia.* Eſt data Palladiæ præuia duxque rati. *Ouid.in Ib.*
5 *Theſſala.* Quaque viã fecit Theſſala puppis eam. *Ouid.ep.17.*
2 *Magnetis.* Cur vnquã Colchi magnetida vidim⁹ Argo? *Ouid.ep.12.*
6 *Pagaſæa.* Iãq; fretũ Minyæ Pagaſæa puppe ſecabãt. *Ouid.met.7.*

7 *Achiua.* Magna ſequar ſeruatæ puppis Achiuæ. *ibid.*

4 *Peliaca.* Si modo Peliacæ non ſum captiua carinæ. *Valer.* 1

4 *Pelias.* Phryxæam petiit Pelias arbor ouem. O*uid. ep.* 12.

1 *Temeraria.* Et puppem temerariam Mineruæ. *Stat. ſyl* 2.

1 *Audax.* ——— ſcopulis audax irrumperet Argo. *Cl. de bel. gil.*

1 *Rudis.* ——————— rudis Argo
Miſcuit ignotas temerato littore gentes. *Lucanus* 1.

3 *Tritonis.* Quid mihi cum Minyis? quid cũ Tritonide O*uid. ep.* 6.

8 *Argoa* Horruit Argoæ legio ratis. (pinu? *Val. Flac.*

8 *Argiua.* Incipit Argiuámque ratem, &c. *Manil.* 2.

Nobilis. —tum nobilis Argo—In cælum ſubducta. *ibid.*

5 *Æmonia.* Typhis in Æmonia puppe magiſter erat. O. *de arte* 1.

ARGONAVEÆ.

Quinquaginta quatuor iuuenes, qui in Argo nauigarunt in Colchum, Iaſon ſcilicet, Caſtor, Pollux, Hercules, Typhis, Orpheus, *&c. repete quæ ſupra ad Argo.*

Pelaſgi. Excipit hoſpitio iuuenes Aeeta Pelaſgos. O*u. ep.* 12.

Mynia. Iamque fretũ Myniæ Pagaſæâ puppe ſecabant. O. *m.* 7.
———— iam tertia viderat æſtas

Magnanimi. Magnanimos Minyas. V*al.* 6.

Audaces. Nobiles. Graij. Semidei. Heroes. Argoi. Argolici. Æmonij. Theſſali.

ARGVS.

Filius fuit Ariſtoris. de quo ſic habet Ouid. *Metamorph.* 1.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,
Inque ſuis vicibus capiebant bina quietem:
Cætera ſeruabant, atque in ſtatione manebant.

Huic Iuno Inachi filiam in vaccam mutatam cuſtodiendam dederat, quam vt repeteret Iuppiter, Argum per Mercurium occidendum curauit. Oculos *Argi in caudam pauonis ſuæ volucris Iuno indidit.*

Ariſtorides. Donec Ariſtoridæ ſeruandã tradidit Argo. O*uid. met.* 1

Stellatus. Talia dicenti ſtellatus ſummouet Argus. O*uid. ibid.*

Cuſtos Iun. Dum nimiùm ſeruat cuſtos Iunonius. O*uid. am.* 2.

Cuſtos Virg. ———— cuſtos Virginis Argus. *Virg. Æn.* 7.

Cent. lumine Argum fama canit centeno lumine cinctũ *Claudian. de*

Cinctus. Corporis excubiis vnã ſeruaſſe iuuencam. *laud. Stil.*

ARIADNA. *ARIADNE.*

Filia 1 Minois, Regis 2 Cretæ, vbi 3 Gnoſſus vrbs, & Dicte mons. forma fuit eleganti, quam Theſeus adamauit, occiſo eius ope Minotauro, ſed per ſummam perfidiam dum in patriam rediret, in inſula deſerta reliquit, relictam 5 Bacchus duxit, & poſt mortem in 6 cælum tranſtulit. Nouem ſtellis lucet. Vocaturque Corona Ariadnes, Gnoſis, Gnoſſia.

3 *Gnoſia.*	Gnoſiaque ardentis decedat ſtella coronæ.	*Vir.geor.1.*
5 *C~iuxBac.*	——— Bacchi coniunx redimita corona.	*Ouid.Ep.6.*
3 *Gnoſſiaca.*	Mundus puellæ ſerta Gnoſſiacæ gerit.	*Sen.He.fu.*
2 *Creſſa.*	————— non talem Creſſa ſuperbum	
	Callida ſollicito reuocauit Theſea filo.	*Stat.ſyl.2.*
Lucida	————— hoc lucida Gnoſis [ſaxo	
3 *Gnoſis.*	Illo Maia tholo, Venus hoc non improba	
	Accipiunt vultus.	*Stat ſyl. 5.*
3 *Gnoſſias.*	Pone metum Bacchi, Gnoſſias vxor eris.	*Ou.de ar.2*
6 *Syderea.*	Teſtis ſydereæ torta corona Deæ.	*Prop. 3.*
1 *Minoïs.*	*Minoia. 2Cretaa. 2Dictaa.*	

ARIES: ſignum cæleſte.

Vernus.[*les.*	Sed poſtquã vernus calidũ Titana recepit,	
Portit.Hel-	Sydera reſpiciens delapſæ portitor Helles.	*Lucan. 4.*
Phryxæus.	Phryxæus roſeo producat fertile cornu	
[*les.*	Ver aries. [Helles.	*Cl.de l.ſtil.*
Pecus Hel	Et fruſtra pecudem quæres Athamantidos	*Oui.faſt.4*
Lanigerum	*ſydus. Phryxæum ſignum. Nepheleïa ſigna.*	
	Nitidiſſimus auro.	

ARIES.

Trux.	Cum mare trux aries decertat.	*Oui.faſt.4*
Salax.	Sitque ſalax aries, cõceptaq; ſemina coniux	
	Reddat.	*ibid.*
Celer.	*Laniger. Corniger. Petulcus. Pugnax.*	

ARIES BALISTA.

Ferreus.	————————— ferreus olim	
	Cum laceras aries baliſtaue concutit arces.	*Ou.met. 12*
Sæuus.	——— quod non aries impellere ſæuus,	
	Quod non vlla queat violẽti machina belli.	*Lucan. 6.*
	——— murali libretur machina pulſu:	
Præceps.	Saxa rotet præceps aries, prætectaq; portas	
	Teſtudo feriat	*Cla.pan. 7*
Durus.	————— duróque reſoluere muros	
	Ariete.	*Silius 5.*
Creber.	*Violentus. Muralis. Impulſus. Impactus. Incuſſus.*	

ARISTA.

Proſpica, & frumento accipe.

Chaonia.	Chaoniam pingui glandem mutauit Ariſta.	*Vir.geor.1.*
Grauida.	—ne grauidis procumbat culmus ariſtis	*ibid.*
Fœcunda.	——fœcundas in vertice fregit ariſtas.	*Sid.Ap.pa.*
Matura.	Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis.	*Vir.geor.1.*
Cana.	——ſiquis canis ignem ſupponit ariſtis.	*Ou.met.6.*

flaua

Flaua. ———flaua quercum damnauit ariſta. *Valer.* 1.
Rubens. Mihi rubens ariſta ſole feruido. *Catull.*
Arida. ——non ſic dēnſior aridis ariſtis. *ibid.*
Denſa. Nāq; velut denſas præſternēs meſſor ariſtas. *Catull.*
Gracilis. Vtq; leui Zephyro graciles vibrātur ariſtæ. *Ouid.epi.*14.
Grauida. —renouatus ager grauidis canebat ariſtis. *Ouid.met.*15
Mollis. —molli paulatim flaueſcet campus ariſta. *Virg.Ecl.*4.
Tenera. ———nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. *Virg æne.*7.
Leuis. ——— leuis aſſiduis ſolibus vſta riget. *Ouid.epi.* 5.
Æſtiua. Fragilis. Fœcunda. Læta. Opima. Frugifera. Flauens.

ARISTÆVS.

Ex Apolline & Cyrene Penei Regis Arcadiæ filia prognatus. Hic primus apum, mellis & olei vſum adinuenit.

Paſtor. Paſtor Ariſtæus fugiens Peneïa Tēpe, &c. *Virg.geor.*4.
Arcadius. —Arcadij memoranda inuenta Magiſtri. *ibid.*

ARMA. *ARMATVRA.*

Fulgentia. Ipſe vrbē repeto, & cingor fulgentibus armis. *V.ænei.*2.
Picta. ———pictis conſpectus in armis. *Virg æneį.*8.
Nitida. Integer eſt melior nitidis gladiator in armis. *Ou.tr.*4.
Nitentia. ———inde arma nitentia natis
Et formidādos monſtrāt ſub caſſide patres. *Stat.The.*7.
Niuea. ———niuea arma, tridentem,
Atque auro rude fulmen habent. *ibid.*
Radiantia. ———radiantibus armis
Induitur. *Silius* 12.
Crepitantia. Sāguineaq; manu crepitātia cōcutit arma. *Ouid.met.*1.
Lucida. ———& lucida comunt
Arma manu. *Stat.The.*11.
Dura. Ipſa nouas veſtes, dura vir arma ferat. *Oui.epiſt* 13.
Furialia. Ritibus inſtruitur, furialiáq; accipit arma. *Oui.met.*6.
Funeſta. Care nepos Palla funeſta quid induis arma. *Ou faſt.*1.
Grauia. ———prato grauia arma quieſcunt. *Oui.met.*10.
Egregia. ———egregiis modo formidatus in armis. *Stat.The.*8.
Verſicoloria. Aſtur equo fidens & verſicoloribus armis *Vir.æne.*10.
Aurea. Aurata. Sonantia. Ferrea. Cælata. Micantia.

ARMA, pro bello.

Horrentia. ———at nunc horrentia Martis
Arma, &c. *Virg.æn.*1.
Diſcordia. —quibus ipſa procul diſcordibus armis. *Virg.geor.*2.
———furor impius intus,
Sæua. Sæua ſedens ſuper arma. *Virg.ænei.*1.
Victricia. Res Agamēnonias victriciaq; arma ſecutus. *Virgil.æn.*6.

F

Impia. Quiq;ob adulteriũ cæſi,quiq; arma ſecuti
Impia. *Vir æneid.6.*
Triſtia. ————————nec triſtia noſſem
Arma, nec audiſſem corde micâre tubam. *Tibullus* 1.
Dira. Non ob regna magis diris cecidere ſub armis. *Prop.* 2.
Caſtrenſia. Hic ſatus ad pacẽ,hic Caſtrenſibus vtilis armis. *Prop.*3.
Infeſta. Tyndaris infeſtis fugitiua repoſcitur armis. *Ou. epiſt.*5.
Horrida. Sæuior ingeniis,& ad horrida promptior arma. *C.m.*1.
Fera. Qui canat eſt clamor?ſed qui fera nunciet arma? *O.m.*5.
Scelerata. ————ſceleratáque deuouet arma. *ibid.*
Honeſta. —ſua libertas ad honeſta coegerat arma. *Ouid. am.* 3.
Iuſta. Androgeique necẽ iuſtis vlciſcitur armis. *Ouid.met.*7.
Perfida. Perfida magnanimi contudit arma Iubæ. *Ouid.faſt.*2.
Luctuoſa. —Medus infeſtus ſibi luctuoſis diſſidet armis *H.car.*3.
Nocitura. Cladibus irruimus,nociturâque poſcimus arma. *Luc.*7
Inimica. ——————————inimica ſubegit
Arma metu. *Idem* 5.
Fatalia. Indixit miſeris fatalia ciuibus arma. *Calphur.*
Cruenta. Cernat ſemineci ſibi me rapere arma cruenta. *V.æn.*10.
Hoſtilia. ————————hoſtilibus armis
Lugendus fratri,iuuenis Thebane,iaceres. *Stat. Th.* 1.
Egregia. ———egregiis multùm miratus in armis. *Stat. ſyl.* 5.
Inſana. —inſanis Capaneus metuendus in armis. *Stat.Th.*10.
Inuicta. Belliger inuictis quod Mars tibi ſæuit in armis *Mar.de ſpec.*
Dira. Cùm gener atque ſocer diris cõcurreret armis. *Mar.epig.* 9.
Calentia ca- ———norum quid cæde calentibus armis,
ce. Quantum iræ liceat *Silius* 2.
Rabida. His dictis fractus furor,& rabida arma quierũt. *Silius* 7.
————————vidit quoque triſte parari
Coniurata. Pontifici lethum,& coniurata arma parari. *Ou.met.*15.
Ciuilia. *Exitialia.* *Nefanda.* *Violenta.* *Veſana.*
Inuiſa. *Flagrantia* *Fortia.* *Rebellia.* *Sanguinolenta.*
Auida. *Mœſta.* *Peſtifera.* *Infœlicia.* *Truculenta.*
Crudelia. *Nocentia.* *Vltricia.* *Iniqua.* *Improba.*
Rapida. *Aſpera.* *Trepida.* *Potentia.* *Trepidantia.*
Valida. *Pugnacia.* *Lethalia.* *Mauortia.* *Victricia.*

ARMENTVM.

De bobus,equis, aſinis dicitur: ſicut grex de ouibus,capris,ſuibus,&c.
Bucerum. Lanigeróſque greges,armentaque bucera pauit. *O.m.*6.
Candidum. Cãdida quæ Lariis præbẽt armenta triũphis. *Cl.A.pan.* 2
Montanum. Quid tibi cum ſpeculo montana armẽta,&c. *O.de ar.*1.
Latum. ———tenent oleæ,armentaque læta. *Vir.geor.*2.

Bucerum, id eſt, *Cornutum. Toruum. Mutum. Forte.*

ARMVS.

Antiqui humeros cum brachiis armos vocabant: vnde arma, ab iis dependentia dicta ſunt. Differunt autem armi, & humeri, quòd hi ſint hominum, illi autem belluarum, quanquam, & de homine vſurparit Virgilius.

Lati. ——————latos huic haſta per armos
Acta tremit. *Virg. æn. 11.*

Validi. Igitur & validos ſonipes Ætolus in armos *Stat. Th. 9.*

ARS, pro fraude.

Pelaſga. ——ille dolis inſtructus, & arte Pelaſga. *Virg. æn. 2.*

Noua. ————nouas artes noua pectora verſat. *Vir. Æn. 1.*

Doloſa. Retia cum pedicis, láqueóſque artéſque doloſas
Tollite, nec volucres viſcatâ fallite virgâ. *Ou. met. 15.*

Turpis. Et Gabios turpi fecerat arte ſuos. *Ouid. faſt. 2.*

Mala. Odi doloſas munerum, & malas artes. *Mar. epig. 5.*

Vafra. Arte ſed emptorem vafrâ corrumpis. *idem 11.*

ARS, pro induſtria.

Docta. Necdum etiam doctas ſolertia fecerat artes *Manil. 1.*

Magiſtra. Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magiſtra, *V. æn 6*

Mollis. Atque animos molli contudit arte feros. *Ouid. de ar. 1.*

Mira. ———niueum mira feliciter arte
Sculpſit ebur. *Ou met 10.*

Operoſa. Seu capitale nefas operoſâ diluis arte. *Ouid. Ad. Pi.*
———— ——poſitóque timore

Audax. Icarus audaci fortius arte volat. *Ou de ar. 1.*

Rara. ——————raras dotata per artes. *Ouid. am. 1.*

Diuina. Inſtar montis equum diuinâ Palladis arte
Ædificant. *Vir. æneid. 2.*

Apta. ——————aptâ iungitur arte ſilex. *Tibul. 1.*

Decora. Munditię, cultúſque adſunt, artéſq; decoræ. *Manilius.*

Summa. Præcipua. Præclara. Ingenioſa. Solers. Conſummata. Magna. Dædala. Dædalea. Perita. Clara. Elaborata.

ARTES LIBERALES. Muſica. Poetica.

Bona. Inque bonas artes, & tua ſacra redi. *Ouid triſt. 3.*

Ingenua. Non minus ingenuis artibus illa vacat. *Ouid. faſt. 3.*

Honeſta. ————quando artibus inquit honeſtis
Nullus in orbe locus. *Iuuen. ſat. 1.*

Pieria. Non ſine Pieriis exercuit artibus arma. *Cl ad Stil. 3.*

Orphea. Arionia. Phœbea. Muſica. Amphionia.

Apollinea. Aonia. Liberalis. Præclara.

A præclaris cantoribus deſumpta habes epitheta.

ARS MEDICA

Ab 1 Apolline, ſeu 2 Phœbo, 3 Machaone, 4 Pæante, 5 Pæone peritiſſimis Medicis profecta eſt.

2 Phœbea. Vos quoq; Phœbea morbos qui pellitis arte. *Ou. faſt. 3*
1 Apollinea. Nullus Apollineâ qui leuet arte malum. *Ouid triſt. 3.*
Medica. Promiſſam Medicæ non tulit artis opem. *Ouid. triſt. 5.*
3 Machaonia. Vtque Machaoniis Pæantius artibus Heros, *Ou. Pot. 1*
Docta. Interdum docta plus valet arte malum. *ibid.*
Salutaris. Qui ſalutari leuat arte feſſos
Corporis artus. *Hor. ep.*
4 Pæantia. 5 Pæonia. Salutifera.

ARS MAGICA.

A 1 Theſſalia vbi vrbs 2 Atrax, 3 Colchis & 4 Ææâ inſulâ in freto Siculo, vbi Circe 5 venefica habitauit, deliges Epitheta.

———Teſtor, chara, Deos, & te Germana, tuûmque
Magica. Dulce caput, Magicas inuitā accingier artes. *Vir. ænei. 4.*
1 Æmonia. Fallitur Æmonias ſi quis decurrit ad artes. *Ou. de ar. 2.*
————————carmen
Secreta. Auxiliare canit, ſecretiſque aduocat artes. *Oui. met. 7.*
———qualis per nubila Phœbes
2 Atracia. Atraciâ rubet arte color. *Stat. Theb. 1.*
O vtinam fieri ſubito mea munera poſſem
4 Ææa. Artibus Ææis Carpathiique ſenis! *Oui. amor. 1.*
3 Colchica. 1 Theſſala. Sacrilega. Ignota. Nefanda. Dira. Arcana. Noxia. Circæa.

ARS DIVINANDI.

Ab Apolline qui reddebat oracula in Delo inſula.

Apollinea. Apollinea clarus in arte ſenex. *Ou. in Ib.*

ARTVS.

Partes ſunt corporis inter iuncturas connexæ: ſic dictæ artus quòd inter ſe arctentur. Pro corpore accipiuntur.

Adulti. Vmbratúſque genas & adultos fortior artus. *Stat. ſyl. 3.*
Formoſi. Sed modo fonte ſuo formoſos perluit artus. *Ou. met. 4.*
Niuei. Qui poſtquam niueos flexerunt corporis artus. *Catul.*
Pulchri. ———& pulchros ferro perſtrinxerit artus. *Stat. Achill.*
Graciles. Nec quererer quod ſol graciles exureret artus. *Tib. 2.*
Exiles. Sed tibi ſi exiles videor tenuatus in artus. *Prop. 2.*
Roſei. Pulchri. Teretes.

ARTVS, in morbo & morte.

Feſſi. ———ſopor feſſos complectitur artus. *Virg. ænei. 2.*
Infirmi. —infirmos baculo quoque ſuſtinet artus. *Ouid. met. 6.*

Exangues. Gelidus per artus vadit exangues tremor. *Sen.Her fu.*
Gelidi. Ille quidem gelidos radiorum viribus artus. *Ouid.met.* 4.
Exanimes. Exanimes artus primo mox oſſa requirens. *Ouid met.* 2.
Inualidi. Iam ſatis inualidos calamo laſſauimus artus. *Ou.epi.* 19.
Pallentes. Effice ne macies pallentes occupet artus. *Tib.* 4.
Extincti. ——extinctos ferrum demittere in artus. *Oui.pont.* 4.
Attoniti. ——attonitos tremor occupat artus. *Ouid. met.* 3.
Miſeri. ——ſitis miſeros adduxerat artus. *Virg.georg.* 3.
Tabentes. Et ſale tabentes artus in littore ponunt. *Virg. aenei* 1.
Moribundi. Titubantes. Collapſi. Exangues. Putres. Semianimi. Spirantes. Defecti ſanguine. Tepidi.

ARVSPEX. Vide Haruſpex.

ARVNDO. Canna.

Fluuialis. ——ripis fluuialis arundo
Cæditur. *Vir georg.* 2.
Vmbroſa. ——crines vmbroſa tegebat arundo. *Virg aenei.* 8.
Tremula. Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus. *O.m.* 11.
Viua. Viuaque per rimas, proceráque ſurgit arundo. *O.m.* 13.
Tenera. —virides tenera prætexit arundine ripas. *Virg Ecl.* 7.
Gracilis. Vtque leui Zephyro gracilis vibratur arundo. *Ou.am.* 1.
Glauca. ——velatus arundine glauca. *Virg. aenei.* 9
Longa. Ludere par impar, equitare in arundine longa *H.ſer* 2.
Deformis. ——circum limus niger, & deformis arundo. *Vir.g.* 4.
Procera. Fluminea. Paluſtris.

ARVNDO. Fiſtula.

Fiſtulam inuenit Pallas, quæ 1 *Tritonia & Tritonis vocatur. Pan* 2 *diſparibus* 3 *ſeptem inter ſe* 4 *cerâ compactis calamis fiſtulam fecit.*
Tenuis. Agreſtem tenui meditabor arundine muſam *Vir. Ecl.* 6
2 *Inæqualis.* Paſtor inæquali modulatur arũdine carmẽ. *O de re.a.* 1
1 *Tritoniaca.* ——Tritoniaca Latous arundine victum
Affecit pœna. *Oui.met.* 6.
4 *Cerata.* Et leue cerata meditatur arundine carmẽ. *Ouid.met.* 11.
3 *Septena.* ——ſeptena modulatus arundine carmen
Mulcebat ſyluas. *Silius* 14.

ARVNDO. Iaculum. Sagitta.

Deligenda epitheta ab ijs populis qui laude ſagittandi floruerunt: vt 1 *Cretes, Lycij, Scythæ. Parthi, &c.*
1 *Gortynia.* Intrauit toruum Gortynia lumen arundo. *Silius* 5.
1 *Cydonea.* Ecce Cydonea violatus arundine plantam. *Sil.* 10.
Parthica. Parthica non æq; ventos tranſcurrit arũdo. *Brud.Ham.*
Præpes. Præpes enim volucres dum pennis tranſuolat auras

Improuiſa. Improuiſa venit.
Stridens. ——ſtridens per nubila fertur arundo. *Silius 9.*
Ales. ————————ales arundo
Pulſa. Neruo pulſa fugit, *Prud. Pſich.*
Gracilis. Non mittent gracilem Cretes arundinem *Sen. Hip.*
Volucris. Extremũ volucri qui fixit arundine malum. *Virg. æn. 5.*
Lethalis. ———hæret lateri lethalis arundo. *Virg. æn. 4.*
Hamata. Inque cor hamatá percuſſit arundine Ditẽ. *Ouid. met. 5.*
Acuta. Dotatæ vxori cum arundine fixit acuta. *Mar epi. 10.*
Volans. Namq; volans liquidis in nubibus arſit arundo *Virg. æn. 5.*
2 Lycia. *1 Dictæa.* *1 Cretæa.* *1 Gortynis.* *3 Scythica.*
Pennata. *1 Cydoniaca. Celeris.* *Penetrabilis.*

A R V N D O. V. Hamus.

Virga quæ armatur hamo, capiendis piſcibus.

Tremula. ———tremulâ dum captat arundine piſces. *Ouid. met. 8.*

A R V V M.

Pingue. Vt gregibus tauri, ſegetes vt pinguibus aruis. *Virg. ecl. 5.*
————————vagantur
Lætum. Incuſtoditæ læta per arua boues. *Ouid. faſt. 1.*
Frugiferum. ———frúgiferis eſt inſula nobilis aruis. *Lucanus 3.*
Fœtum. Sed arua per ſe fœta poſcentes nihil
Pauere gentes. *Sen. Hip.*
Vitiferum. Vitiferis late florebat Maſſicus aruis. *Silius 7.*
Oliuiferum Primus oliuiferis Romam deuectus ab aruis. *Ouid. faſt. 3*
Odoriferũ. —odoriferis Arabum quod doctus in aruis. *Stat. ſyl. 1.*
————————Lydius arua
Opimum. Inter opima virũ leni fluit agmine Tybris. *Virg. æn. 2.*
Pictum. Picta peregrinos ignorant arua colores. *Sid. Ep.*
Fertile. ————————in horto fertilis arui
Punica ſub lento cortice grana rubent. *Ouid. pont. 4.*
Florens. Quàcunque ingreditur florentia proterit arua. *Ouid. met. 2*
Dulce. Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua *Virg. ecl. 1.*
Flauens. Sole ſub ardenti flauentia demetit arua. *Catul.*
Flauum, Sæpe ego cũ flauis meſſorẽ induceret aruis. *Virg. georg. 1.*
Lætum. ————& lætis rendebat in aruis. *Vir. æneid. 8.*
Vaſtum. ————————tum vaſtis ager
Squallebit armis. *Sen. Her. fur.*

Amœnum. Floreum. Apricum. Cultum. Operoſum. Luxurians.
Riguum. Cereale. Floridum. Ferax. Redolens. Pomiferum.
Patulum. Apertum. Vber. Virens. Beatum. Beneolens.
Benignum. Amicum. Frondens. Spirans. Ingenioſum. Mite.

A R V V M infœcundum.

Arens. ———creberſque arentia temperat arua. *Sen. Her. fu.*

Squallens. ————late ſquallentibus aruis. *Lucanus* 9.
Dumoſum. Tenuis vbi argilla, & dumoſis calcul⁹ aruis. *Vir. georg.* 2.
Fallax. Nec ſemper credenda fides fallacibus aruis. *Oui. de ar.* 1.
Durum. Dura lacertoſi fodiebant rura coloni. *Ouid. met.* 11
Aridum. Attonſum. Segne. Vaſtatum. Populatum Marte.

ARX. V. Arces.

ASCANIVS.

Filius Æneæ Troiani, alio nomine Iulus. Vnde vocatur Binominis. Dicitur Aſcanius à fluuio Phrygiæ eiuſdem nominis. De quo ſic Virg. lib. 3. perfecti operis.

Illas ducit amor trans Gargara, tranſque ſonantem
Aſcanium.

Binominis. Inde ſub Aſcanii ditione binominis Alba,
Reſque Latina fuit. *Oui. met.* 14.
Æneides. Sit ſatis Æneide telis impune Numanum
Oppetiiſſe tuis. *Virg. ænei.* 9.
Iulus. At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno. *Virgil. æn.* 1.
Dardanius. Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum. *Virg. æneid.* 10.

ASINVS Aſella.

Auritus. ———auritus miſerandæ ſortis aſellus. *Oui. amor.* 2.
Turpis. Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola *Oui. de ar.* 3.
Rudens. Ecce rudens rauco Sileni vector aſellus, &c. *Ou. faſt.* 1.
Tardus. Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli, &c *Virg. geor.* 1.
Tardè grad. Induitúrque aures tardè gradientis aſelli. *Ouid. met.* 11.
Iniquæ men- Demitto auriculas, vt iniquæ mentis aſellus, *Hor. ſat.* 1.
Pandus. Ebrius ecce ſenex pando Silenis aſello, &c. *Ou. de ar.* 1.
Segnis. Piger. Deformis. Iners. Ignauus.

ASPECTVS.

Cruentus. —aſpectúque accenſa cruento—Turba furit. *Lucan.* 9.
Mitis. Pulcher. Decorus. Dulcis. V. Oculus.

ASPIS.

Serpens veneneſiſſimus, qui frequens eſt in Lybia, & Ægypto.

Somnifera. Aſpida ſomniferam tumida ceruice leuauit *Lucanus* 9.
Sicca. —ſtabant in margine ſiccæ—Aſpides. *ibidem.*
Lethifera. Lethiferâ dubios explorant aſpide partus. *ibidem.*
Pharia.

ASSARACVS.

Trois filius, auus Anchiſæ, & pater Capys. Regnauit in Phrygia.

Phryx. Cum Phrygis Aſſaraci Tithonia fratre relicto, *O. faſt.* 4

ASSVETVDO.

Longa. ——longáque alit aſſuetudine flammas. *Oui. met.* 10.

ASTRVM. Aſtra. Stellæ.

——aſtra inoffenſos agant F iiij

Æternum, Æterna curſus. *Sen. Her. fu.*

Æthereum. Cũ leuis æthereis delapſus ſonus ab aſtris. *Virg. ænei. 5.*

Cæleſte. — recentem animam cæleſtibus intulit aſtris. *Oui. met. 15*

Radians. Quadriiugo curru radiantibus intulit aſtris. *Oui. me. 5.*

Nitens. ———Latona nitentibus aſtris
Intulit *Ouid faſt. 2.*

Lucidum. Lucida Pieria tendis in aſtra via. *Oui. pont. 2.*

Roſcidum. Roſcida iam nouies cælo dimiſerat aſtra
Lucifer. *Stat. The. 6.*

Purum. Puris leniter admouentur aſtris. *Mar. epig. 4.*

Nitidum. ———nitidis vt conditus aſtris
Inferiore tonet nube ſerenus apex. *Mart. ep. 8.*

Sydereum. Sydereóque Deũ venerãdũ ſuadet in aſtro. *Pru. in Sym.*

Arduum. ——————ardua magni
Iã ſuper aſtra poli terrenũ extendere regnũ. *ibid.*

Ardens. Attrahit ardenti fulgentẽ Scorpion aſtro. *Manil. 1.*

Fulgens. Attribuit totidem numeris fulgentibus aſtris *Manil. 2.*

Igneum. ———quoties aſtra ignea ſurgunt. *Virg. ænei. 4.*
———vitámque relinquit in aſtris

Aerium. Aeriis. *Virg. ænei. 5.*

Altum. Altaque mortali deligere aſtra manu. *Prop. 2.*

Aureum. Aurea cum luna ſuccedítis ignibus aſtra. *Oui. met. 7.*

ASTRA de nocte.

Vaga. Lucentia nocte. Surgentia. Errantia. Micantia. Candida. Noctiuaga. Sublimia. Clara. Flammea. Pulchra. Lucentia. Decora. Refuga. Inclinantia. Ardua. Titannia. de Phœbo.

ASTRÆA Iuſtitia.

Filia Iouis, & Themidis, pro Iuſtitia ſumitur. Fingitur vitiis in ipſo exordio mundi creſcentibus indignata, in cælum euolaſſe. In ſignũ cæleſte mutata eſt, cui nomen Libræ dederunt Aſtronomi.

———Virgo cæde madentes

Virgo. Vltima cæleſtum terras Aſtræa reliquit. *Oui. met. 1.*

Alma. Videt alma pios Aſtræa *Stat. ſyl. 1.*
Neglecta terras fugit, & mores feros

Cæli decus Hominum, & cruenta cæde pollutas manus,
magnum. Aſtræa Virgo, ſyderum magnum decus. *Sen. He. Oet.*

ASTVS.

Solers. ——ſolerti furtim dum traditur aſtu. *Oui. met. 4.*

Callidus. Nectit pectore aſtus callidos. *Sen. Tro.*

Peruicax. Procul eſto peruicaci præſtigiator aſtu. *Prud. Cath.*

Fallax. Non aſtus fallax, non præda aliúſue Cupido. *Silius 6.*

Mendax. Ceſſent mendaces obliqui carminis aſtus. *Stat. ſyl. 1.*

Proxidus. Cæcus. Acer. Callidus Pellax. Cautus. Occultus. Verſipellis. Captioſus. Plectilis. Varius. Multiplex.

ASTYANAX

Filius Hectoris, & Andromaches, quem diruta & incenſa Troia, ne quid Hectoreæ ſtirpis remaneret, Vlyſſes è ſumma turre precipitem dedit. Vide Ouidium Met. 13 & Senecam in Troad.

Hectoreus. Hectoreus patria vidit ab vrbe puer. *Oui. in Ib.*
Paruus. —paruúmque manu Aſtyanacta trahebat. *Vir. æneid. 2.*

ATALANTA, vxor Meleagri.

Puella 1 venatrix, quæ cum cæteris fortibus Græciæ ad occidendum aprum Ætoliam deuaſtantem, venit, prima vulnerauit. Meleagro nupſit, patrem habuit 2 Iaſium, patriam Arcadiam, vbi 3 Mænalus & 4 Nonacris montes. & 5 Tegæa vrbs. Vide Ouidium Metam. 8.

1 *Dura.* ———nullos fugiendo Tulle labores
2 *Iaſis.* Sæuitiam duræ contudit Iaſidos. *Propert. 1.*
3 *Mænalia.* Arſit & Oenides in Mænalia Atalanta. *Ouid. ep. 4.*
4 *Nonacrina.* Quid fuit aſperius Nonacrina Atalanta. *Ou. de ar. 2.*
5 *Tegeæa.* ————celerem Tegeæa ſagittam
Impoſuit neruo. *O. met. 8.*
4 *Nonacria*——ſume mei ſpolium Nonacria iuris, *ibid.*
Dec⁹ Lycæi.——nemoriſque decus Tegæa Lycæi,
Pulcherrima. Venit Atalante Schœnei pulcherrima Virgo. *O. m. 8.*
Arcadica. Trux. Fugax. Aſpera.

ATALANTA HIPPOMENIS.

Fuit alia Atlanta, filia Schœnei Regis in Scyro inſula, curſu nobilis, & Poetis cantatiſſima, quæ nupſit Hippomeni. Vide *Ouid. Met. 10. ſub finem, quod parũ caſte & religioſe in templo Cybeles ſe geſſiſſent, ambo in leones ſunt mutati. Vtramque & Schœnei, & Iaſii Atalantem Ouidium promiſcuè vſurpaſſe, patet ex eo, quod deſcribens Atalantem Iaſii, eam Schœneida vocet.*

Pulcherr. Venit Atalante Schœnei pulcherrima Virgo. *Ouid met. 8.*
Schœneis. Vt tulit Hippomenes Schœneida præmia curſus. *O. ep. 15*
Schœneia. Talia dicentem molli Schœneia vultu
Aſpexit. *Ou. met. 10.*
Pernix. Emicuit pernix populo trepidante virago. *Sid. pan.*
Decora. Cruenta. Crudelis. Iniqua. Celeris. *Velox. Formoſa. Præſtans laude pedum Violenta. Ales.* Cita.

ATHENÆ.

Ciuitas Græciæ in Attica regione oliuifera, inter Achaiam & Macedoniam, florentiſſima, propter bonas 1 artes 2 palladi ſacra, cuius nomen habet: nam Pallas græcè Athena dicitur. Ab 3 Erichthæo, 4 Actæo, 5 Mopſopo, 6 Cecrope, 7 Pandione Regibus Epith. deſume.

Præruptus. Te præruptus Athos, te fera Caſpia, &c. *Sen. H. œ*
Profundus. ———niuibuſque profnndum.
Scandebat præruptus Athon. *Cl. ad ſtil. 1.*

ATLAS.

Filius 1 Iapeti 3 Rex Mauritaniæ in 4 Africa qui Aſtronomiam dicitur inueniſſe: 2 quæ res impulit poetas. vt dicerent illum humeris cælum geſtare. Coſpectâ Gorgone quod Perſeum non recepiſſet hoſpitio, conuerſus fuit in mõte ſui nominis: de eo ſic habet Virg. l. 4. diuini operis

———Iamque volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum aſſiduò cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulſatur & imbri:
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

Fuit alter Atlas Rex Mauritaniæ, pater Maiæ matris Mercurij: unde ipſe dicitur. Atlantiades. Arcas. Atlantis nepos, &c.

Præſtãs cor. ———cunctis ingenti corpore præſtaus
1 *Iapetionides.* Iapetionides Atlas. *Ouid. met. 4.*
———cythara crinitus Iopas
1 *Maximus.* Perſonat aurata, docuit quæ maximus Atlas. *Virg. æn. 1.*
2 *Califer.* ———Cælifer Atlas
———Axem humero torquet ſtellis ardẽtibus aptũ *Virg. æn. 6.*
———Æthereos humeris qui ſuſtinet axes. *Virg. æn. 8.*
———Cæli qui ſydera tollit. *Ibidem.*
2 *Vector Olympi.* Stelligeri Vector olympi. *Sen. Her. [illegible]*
2 *Aſtrifer.* Aſtriferumque domos Atlanta ſupernas.
Ferre laborantem nullo vehis ipſa labore. *Stat. th. 8.*
3 *Maurus.* Nouit & Atlantis pridẽ plaga perfida Mauri. *Prud. Apo.*
2 *Signifer.* ———nec ſe iam ſignifer aſtris [tinet Atlas.
4 *Marmaricus.* Iactet Marmaricus, quem vertice con- *Sid. ap. pan.*
3 *Maurutius.* ———Maurutius Atlas
Gildonis furias, &c. *Claud. de Cõſ Hon.*
Arduus. ———procul arduus Atlas
Horruit. *Stat. Thе.*
———inerti ſede relictâ
Validus. Nube vehi, validique humeris inſiſtere Atlantis. *O. m 15*
———& latera ardua cernit
Durus. Atlantis duri. *Virg. Æn. 4.*
Ferreus. ———ſtat ferreus Atlas. *Val. 5.*

Gelidus. *Pinifer.* *Libycus.* *Nubifer.*
Sublimis. *Niualis.* *Nimboſus.* *Glacialis.*

ATLANTIDES. *Vide Pleiades.*

Eoæ. Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur. *Virg. Ge.* 1.

Vagantes. Paſſim vagantes exerunt Atlantides. *Sen.*

ATREVS.

Filius 1 *Pelopis ex Hippodamia, regnauit Mycenis: Tantâ crudelitate fuit, vt Fratri Thyeſtæ filium epulandum appoſuerit; quod facinus impium deteſtatus Sol, dicitur aufugiſſe. Vide Sen. Thyeſt.*

1 *Pelopeïus.* ——auus idem nobis Pelopeïus Atreus. *Virg. Ep.* 8.

Crudus. Non tibi Theromedon, crudusq; rogabitur Atreus. *O. Pōt.* 1

Nefarius. Cur humana palā coquet exta nefari' Atreus. *Hor. de ar. p.*

Ferus. ——ferus ille, & acer,

Truculētus Nec potens mentis truculentus Atreus, &c. *Sen. Thyeſt.*

Furens. ——quò poſtquam furens
Intrauit Atreus. *Ibidem.*

Dirus. Sic dirus Atreus capita deuota impiæ
Speculatur iræ. *Ibidem.*

ATRIDES. Vide Agamemnon.

ATRIA.

Ampla. Fit ſtrepitus tectis, vocemque per ampla volutant
Atria. *Virg. æn.* 1.

Aurea. ——reſeratis aurea valuis
Atria tota patent. *Oui. met.* 4.

Regalia. ——fremitu regalia turba
Atria complentur. *Oui. met.* 5.

Marmore tecta. ——perque atria marmore tecta
Ad dominam ducunt. *Oui. me.* 14.

Cur inuidendis poſtibus, & nouo

Sublimia. Sublime ritu moliar atrium? *Hor. car.* 4.

Effulta columnis. ——purpureis effulta columnis
Atria. *Cl. in Ruf.*

————diuitis ædes

Alta. Peruolat, & pennis alta atria luſtrat hirundo. *Vir. æn.* 12.

Alta. Spatioſa. Regis. Splendida. Ambitioſa. Pulchra. Immenſa. Ingentia. Superba. Magna. Marmorea. Ardua.

ATROPOS. Vide Parca.

Vna ex Parcis. Dictam volunt ab α *&* τρέπω, *quòd ita ſit inexorabilis, vt nec flectatur, nec ad cuiuſquam preces moueatur.*

——cui linquere poſſim

Dura. O vtinā! quos dura mihi rapit Atropos annos. *Stat. ſyl.* 5

Immota. ——immota vocabat
Atropos. *Stat. Th.* 3.

Ferrea. ——hos ferrea neuerat annos

Antropos. *Stat.The.4.*

Infeſta. Exire metas vetuit infeſta Atropos. *Auſ.parent.*

ATYS.

1 Phrygius patriâ, vbi 2 Celænæ oppidum, & mons 3 Ida celeberrimus propter ſacra 4 Cybeles matris deorum quæ tanto, ſed pudico amore dilexit Atym, vt eum ſacris ſuis præfecerit. Cum verò parum caſtè in Sangarithida puellam ſe geſſiſſet facti pœnitens, & in furorem verſus, 5 marem in ſe excidit. Vide Catulli *Atym. Mutatus fuit in pinum arborem de eo ſic. Ouid. Met. 18.*

Et ſuccincta comas hirſutaque vertice pinus
Grata Deûm matri: ſiquidem Cybeleius Atys
Exuit hac hominem, truncoque induruit illo:

1*Phryx facie* Phryx puer, in ſyluis facie ſpectabilis altis
(*ſpectab.* Turrigeram caſto iunxit amore Deam. *Ouid.faſt.4.*

4*Berecynth.* Claudere ſic verſū didicit Berecynthi⁹ Atys. *Per.ſat.1.*

4*Cybeleius.* ——ſiquidem Cybeleius Atys
Exuit hac hominem. *Oui.met.10.*

Pulcher. —cum pulcher ſeſe caſtrauerat Atys. *Prud.in ſy.*

Tener. Tenerũque vidit Atym prope marmora pelagi. *Catull.*
——furenti rabie

3*Vagus ani-* Vagus animi, diuellit ille acuto ſibi pōdera ſilice. *Ibidē.*
[*mi.* 3 *Idæus.* 2*Celænæus.* 1 *Phryx.* 5 *Semiuir.*

AVARITIA.

Immodica. -notatur, Immodicæ fœdo crimine auaritiæ. *Mart.ep.2.*

Cruenta. —vis nulla cruentam—Caſtrat auaritiam; *Cl.in Eutro.*

Profunda. ———quodamque profunda
Traxit auaritia luxu pejore refudit. *Cl.de Bel.Gil.*

Sceler mater. Ac primum ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo

Sitiens. Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurum
Trudis auaritiam. *Cl. de lau.ſtil.*

Turpis. Furens. Acris. Sacra. Fœda Sceleſta. Deteſtabilis. Vigil. Inhians. Cupida. Inexpleta. Inſatiabilis. Sollicita. Cæca. Rapax. Violenta.

AVCEPS.

Callidus. Inque ſuũ laqueis quos callidus abſtulit anceps. *Oui.me.11*

Pellax. Verſipellis. Inſidioſus. Prudens. Cautus. Captioſus. Hians. Inhians. Solers.

AVDACIA.

Ingens. Et quanquam ſupereſt ingens audacia menti. *Ou.triſt.3*

Perdita. Ingenium velox, audacia perdita. *Iuuen.ſat.3*

Præceps. Aſt vbi paulatim præceps audacia creuit. *Cl. de Rapt*

Petulans. Nulla meos traxit petulans audacia ſenſus.

Fera. Ferox. Peruicax. Efferata. Effrenis. Impudens.
Inſolens. Cæca. Contumax. Effrenata. Effrons. Impotens.

AVENA.

Vitium frumenti eſt, & in eam degenerat hordeum ſecundum Plinium. Pro ſtipula, calamo, ſeu culmo ſegetis accipitur, & per tranſlationem fiſtulam apud Poetas ſignificat.

Sterilis. Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ. *Virg. Ecl.* 1.
——— ——————illos
Vana. Expectata ſeges vanis eluſit auenis. *Virg Geor.* 1.
Leuis. Et leuis obſeſſo ſtabat auena ſolo. *Ouid. faſt.* 4
Gracilis. Iners.

AVENA FISTVLA.

Anguſta. Anguſtâ cantare licet videaris auenâ
Dum tua multorum vincat auena tubam. *Mart. ep.* 5.
Tenuis. Syluestrem tenui muſam meditaris auena. *Virg. Ecl.* 1.
Gracilis Ille ego qui quondã gracile modulatus auena. *Vir. æn.* 1.
Arens. Et ſatur arẽti primum eſt modulatus auena. *Tibull.* 2.
Perlucens. Sed perlucenti cantus meditabar auena. *Tibull.* 3.
Lenis. ———leni modulatur carmen auena. *Valer.* 4.
Teres. Dicamus, tereti que ſonũ modulemur auena. *Calph. Eg.* 1.
Docilis. Me Syluanus amat dociles mihi donat auenas. *Ibidem.*
Acerba. Carmen inops, & acerbę ſtridor auenę. *Ibidem.*
Stridens. Tum Pan excuſſus ſonitu ſtridentis auenæ. *Nemeſ. Eg.*
Phœbea. Lætus Phœbea dixiſti carmen auena. *Ibidem.*
Inæqualis. Fuſus inæquales cera texebat auenas. *Cl. de Nup. honor.*
Iuncta pice. Sub galea paſtor iunctis pice cantat auenis. *Oui. Triſt.* 3.
Diſpar. Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis. *Ouid. me.* 8.

AVERNVS. *Auerna.*

Auernum lacum in Campania ſic deſcribit Seruius. Lacus hic ſyluarum denſitate ſic ambiebatur antè, vt exhalans inde per anguſtias aquæ ſulphureæ odor grauiſſimus ſuperuolantes aues necaret, unde Auernus dictus eſt quaſi ἄορνος. hunc libro 6. Lucretius deſcripſit. Et Virgilius lib. 6. Æneid. cuius verſus ſubijciam.

Spelunca alta fuit, vaſtoque immanis hiatu
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris,
Quàm ſuper haud vllę poterant impune volantes
Tendere iter pennis: talis ſe ſe habitus atris
Faucibus eructans, ſupera ad connexa ferebat,
Vnde locum Graii dixerunt nomine Auernum.

Pro inferis accipitur.

Graue olens. ———venere ad fauces graueolentis Auerni *Vir. æn.* 6.
Peſtifer. ———peſtiferi pacatum limen Auerni

Innocuæ tranſiſtis aues. *Claud. de Rap.2.*

Niger. Hũc quoq; ſumma dies nigro ſubmerſit Auerno. *Ou.a.3.*

Pallens. ——deis pallentis Auerni
Emmenidumque audita comes. *Stat. Syl. 5.*

Triſtis. ——Reges tibi triſtis Auerni.
Placat. *Stat. ibidem.*

Tartareus. Nunc quoque tartareo multũm, diuiſus Auerno. *St. Th. 5*

Immitis. Laïus immiti quem iam Deus ales Auerno
Reddiderat. *Stat Th. 4.*

Tacitus. Non tulit inuidiam, taciti regnator Auerni. *Mart. Ep. 7.*

Pallidus. Pallidi fauces Auerni voſque Tænarei ſpecus. *Sen. Hipp.*

Vmbroſus. Lucidus vmbroſo miſcebitur axis Auerno. *Cl. de Rap. 1.*

Vaſtus. Immerſit tenebris, vaſtoq; obſedit Auerno. *Pru. Ham.*

Liuens. Vadis liuentis, Auerni
Demitti globus iſte cupit *Silius. 10.*

Vacuum. Dij, quibus innumerum vacui famulatur Auerni
Vulgus iners. *Cl. de Rapt. 2*

Silens. *Stygius.* *Obſcurus.* *Infernus.*
Profundus. *Furuus.* *Flebilis.*

AVFIDVS.

Fluuius in Apulia: exonerat ſe in mare Adriaticum dicitur tauriformis, quia omnes fluuij pinguntur taurino vultu, & 1 cornibus, propter mugitum, & impetum aquarum.

Violens. Dicar qua violens obſtrepit Aufidus. *Hor. Car. 3.*

Sonans. Longe ſonantem natus ad Aufidum. *Hor. Car. 4.*

1 *Tauriformis.* Sic Tauriformis voluitur Aufidus. *Hor. Car. 4.*

—————— Adriacas qui verberat Aufidus vndas. *Luc. 2.*

Acer. Cum ripa ſimul auulſos ferat Aufidus acer. *Hor. ſer. 1.*

Anhelans. ——fundoque imo mugiuit anhelans.
Aufidus. *Sil. lib. 8.*

AVGVR.

Augur ille eſt, qui ex auium vel geſtu, vel garritu, vel guſtatu futura prædicit.

Fatidicus. ——fatidici mens expugnata fatiſcit
Auguris. *Stat. Th. 4.*
——fata qui mundi videt

Fidelis. In nos fidelis augur. *Sen. Aga.*

Prouidus. ————at veri prouidus augur
Teſtorides vincemus ait gaudete Pelaſgi. *Oui. Met. 12.*

Phœbeius. Interea ductis Phœbeius augur habenis. *Stat. The. 6.*

Peritus. ——ſi cuncta perito
Augure mens cæli noua ſigna notaſſet. *Lucan. 8.*

AVGVRIVM. Vide Auſpicium. Omen.

Irritum. ———vatum non irrita currunt
Auguria. *Stat. Syl. 5.*
———ſeque ipſa coronat
Fatale. Augurium fatale thori. *Cl. de R. 2.*
Triſte. ———nullusque dies non triſte minatur
Augurium. *Cl. de R. 3.*
Siniſtrum. Heu regio funeſta Getis! heu terra ſiniſtris
Auſpicijs calcata mihi! *Cl. Aug. Pan. 2.*
Inane. ———menſque augurio ludatur inani. *Valerius 6.*
Magnum. ———magnoque futurum
Augurio monſtrum. *Virg. an 5.*
Infauſtum. Funeſtum Cæcum. Vide Omen, infauſtum.

AVGVRIVM BONVM.

Lætum. Augurium clangor lætum dabat. *Sil. 19.*
Fauſtum. ———fauſto trepidi parentis aulam
Impleui augurio. *Sid. Ap pan.*

AVI. Vide AVVS.

AVIS. Vide VOLVCRIS. ALES.

Canora. Auia tum reſonant auibus virgulta canoris. *Vir. geor. 2.*
Loquax. Indocilique loquax gutture vernat auis. *Ouid. triſt. 3.*
Aëria. Nec nos aëriæ voce mouemur auis. *Ouid. A. 1.*
Garrula. Garrula per ramos auis obſtrepit. *Sen. Oed.*
Candida. Candida venit auis longis inuiſa colubris. *Vir. Geor. 2.*
Fluminea. Et quam fluminea luſit adulter aue. *Ouid. am. 1.*
Querula. ———hic aues querulę fremunt
Ramique ventis lene percuſſi tremunt. *Sen. Hipp.*
Solatiũ ruris. Intactæ fueratis aues ſolatia ruris
———Aſſuetum ſyluis, innocuumque genus
———Quæ facitis nidos, & plumis oua fouetis
———Et facili dulces editis ore ſonos. *Oui. faſt. 1.*
Vagans. ———paſſimque vagantes
Dulce ſonant tenui gutture carmen aues. *Tibull. 1.*
Vaga. Cui rex Deorum regnum in aues vagas
Permiſit. *Hor. Car. 4.*
Et portare ſuis veſtitas frondibus vuas
Varia. Aut variam plumæ verſicoloris auem. *Prop. 3.*
Arguta. Criſtata. Præpes. Celeris. Rara. Ingenioſa.

AVIS pro augurio.

Fati prouida. Scit bene quid fati prouida cantet auis. *Tib. 2.*
Bona. Iſte bonis auibus viſi natoque mihique
Ripaque

Ripáque felici tacta ſit iſta pede. *Ou faſt.1.*

Mœſta. —à læua mœſta volauit auis *Ou.in ibid.*

Secund.i. Aduerſa.

AVIA.

Auia dicuntur illa loca per quæ iri non poteſt.

——————iter ingrediens

Nemoroſa. Nemoroſa per auia. *Auſ. Edyl.*

Frondoſa. ———celerem frondoſa per auia ceruum
Suſcitat. *Valerius 3.*

Horrenda. ———tot caſus, horrenda tot auia menſi
Cernimur. *Val.1.*

Ignota. Mirantem curuas ignota per auia valles. *Cl.pan.7.*
————lateb roſa per auia ſaltus
Euolat. *Silius 12.*

Inculta. Secreta. Abdita. Aſpera.

AVLA.

Domus, Atrium, Regia Principum.

Nitida. Oderat hic vrbes, nitidáq; remotus ab aula. *Oui.met.11.*

Sublimis. Fraus ſublimi regnat in aula. *Sen.Hipp.*

Regalis. ——————ſceptra regali potens
Geſtauit aula. *Sen. To.*

Tumens. Qui faſtu poſito tumentis aulæ. *Sid.Ap.pan.*

Infida. ———infida præceps prorumpit ab aula. *Val.7.*

Prædiues. ———ſacraſque fores prædiuitis aulæ
Intrat. *Claud.in Ruf.*

Alta. Deſerit altam Iuppiter aulam. *Sen.in Oct.*
Admittas timidam, breuemque chartam,

Sanctior. Intra limina ſanctioris aulæ. *Mar. Ep. 5*
——————caret obſoleti

Inuidenda. Sordibus tecti caret inuidenda
Sobrius aulâ. *Hor. Car.2.*

Auguſta. Hic iacet ille ſenex auguſta natus in aula. *Mart. ep.7.*
Stamine fatorum claram ſubrepſit in aulam. *Claudianus*

Clara. Fallax. Potens. Tumida.

AVLÆA

Tapetes, & ornamenta, quibus parietes, & aulæ teguntur.

Purpurea. Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. *Virg.geor 3.*

Superba. ———aulæis iam ſe regina ſuperbis
Aureâ compoſuit ſpondâ, mediamque locauit

Attalica. Porticus aulæis nobilis Attalicis. *Prop.2.*

Sarrana. In tunica Iouis, & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ. *Iuuen.Sat.10.*

Suſpenſa. Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas
In patinam fecere. *Hor.ſer.2.*

Ditia. Pendula. Aurea. Picta. Sidonia. Aſſyria. Babylonica. Barbarica.

AVLIS.

Portus 1Eubœa inſula inBœotia,quo naues Græcorum Agamemnone duce Troiam,proficiſcentium conuenerunt coniuraruntque ſe non ante reuerſuros quam caperetur. Virgil. Æneid.4.

Non ego cum Danais Trojanam excindere gentem
Aulide iuraui. ————

2 Bœota. ——Bœotáque tellus
Piſcoſa. Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras. *Oui.met 12*
1 Euboica. Aulidaque Euboicâ cōplerunt mille carinas. *Oui.met.13*

AVRA.

Lenis eſt quidam ventorum flatus & ſpiritus dulcior, qualis Zephyrorum: communi acceptione pro ventis vtere.

Tepens. ——Zephyrique tepentibus auris
Laxant arua ſinus. *Virg.geor.2.*
Leuis. Exceptantq; leues auras & flumina tranant. *Virg.geor.3.*
Tenuis. ——deſeruit tenueſque receſſit in auras. *Virg.an.2.*
Celer. Celeres defer mea dicta per auras. *Virg.an.4.*
Volucris. ——volucres diuerberat auras. *Virg.an.5.*
Inanis. Multa deos auraſque pater teſtatus inanes. *Virg.an.7.*
Lenis. ——naue leui nitens ac lenibus auris. *Catull.*
Rorifera. Quà roriferâ mulcens aurâ
Zephyrus vernas euocat herbas. *Sen. Hipp.*
Iam cæli furor æquinoctialis
Iucunda. Iucundis Zephyri ſileſcit auris. *Catull.*
Fœcunda. Aura parit flores tepidi fœcunda Fauoni. *Catull.*
Beata. Mulcet vbi Elyſias aura beata roſas. *Prop.4.*
Optata. Crebreſcunt optatę auræ portuſq; pateſcit. *Vir.anei.3.*
Blandior. ——venit incœptis blandior aura meis. *Ouid.epiſt.3.*
Blanda. Blandaque compoſitas aura ſecundat aquas. *Ouid.ep.13.*
Facilis. Ille dedit faciles auras ventoſque ſecundos. *Ouid.ep.15.*
Frigida. Frigidáque arboreas mulceat aura comas. *Ouid.1A.2.*
Humida. ——humida dulces—Afficit aura cibos. *Calph. ecl.*
Salubris. Lenibus impulſa Zephyris aurâque ſalubri. *Ou.de am.3.*
Mobilis. Accipienda ſinu mobilis aura venit. *Oui.de A.3.*
Feruens. Feruenteſq, auras veluti è fornace profūda
Ore trahit *Ouid.met.2.*
Rapida. Inde ruunt alij rapidâ velocius aurâ. *Ouid. met.3.*
Grauis. —— auræque graues captantur hiatu. *Ou.met.7.*
Vaga. ——quas vaga mouerat aura

	Captabat plumas.	*Ouid.met.* 8.
Volucris.	———ventis volucrique fugacior aura.	*Oui. met.* 13
Mitior.	———à Zephiris mitior aura venit.	*Ouid.faſt.* 2.
Secunda.	Dum tulit Antennas aura ſecunda meas.	*Oui. triſt.* 5.
Vtilis.	Curuet vt impulſos vtilis aura ſinus.	*Ouid.Pōt.* 4.
	Pone me pigris vbi nulla campis	
Æſtiua.	Arbor æſtiua recreatur aurâ.	*Hor. Car.* 1.
	————iam videor pios	
Amœna.	Errare per lucos amœnæ	
	Quos & aquæ ſubeunt & auræ.	*Hor. Car.* 1.
Gratior.	————vbi gratior aura	
	Leniat & rabiem canis & momenta leonis.	*Hor. ep.* 1.
Grandior.	Lenis alit flammas grandior aura necat.	*O.de R.a.* 2.
Tenera.	Aeris in teneras poſſunt efferrier auras.	*Lucret.* 1.
Aeria.	Corpus & aerias auras roremque liquorū.	*Ibidem.*
Supera.	Superas delapſa per auras —Pallas adeſt.	*Ouid. met.* 5.
Verna.	Mobilis Æſonide vernâque incertior aurâ	
	Cur tua polliciti pondere verba carent.	*Ouid. ep.* 6.
Violentior.	———cæli violentior aurâ.	*Stat.The.* 6.

Vaga.	*Diffuſa.*	*Facilis.*	*Vana.*	*Ventoſa.*
Ætheria.	*Spirans.*	*Dulcis.*	*Languida.*	*Glacialis.*
Liquida.	*Gelida.*	*Sonans.*	*Stridens.*	*Hyberna.*
Fluens.	*Cita.*	*Suauis.*	*Tumens.*	*Frigida.*

AVRA VITALIS.

1 *Diuinæ auræ particulam, elegantiperiphraſi animū eſſe ſignificauit Horatius; quoniam illum è cælo demiſſum, cæleſtis ignis particulā credebant veteres, quin & ipſa aura pro reſpiratione aeris accipitur.*

	Quiſquis es (haud credo inuiſus cæleſtibus), auras	
Vitalis.	Vitales carpis, Tyriam qui adueneris vrbem.	*Virg. æn.* 1.
Simplex.	Ætherium ſenſum, atque auraï ſimplicis ignē.	*Vir.æ.* 6.
	————ſi veſcitur aura	
Ætheria.	Ætheria nec adhuc crudelibus occubat vmbris.	*V.æn.* 1.
Genitabilis.	Genitabilis aura Fauoni.	*Lucret.* 1.
	———Quin corpus onuſtum	
	Heſternis vitiis, animū quoque prægrauat vnà,	
Diuina.	Atque adfigit humo diuinæ particulā auræ.	*Hor.ſer.* 2.
	Perque ſuos intus numeros componitur infans.	
Communis.	Nec niſi maturus communes exit in auras.	*Ouid.met.* 7.

Dulcis. Chara. VIDE *Vita. Aer. Æther.*

AVRA PRO SPLENDORE.

Diſcolor.	Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit.	*Virg.æn.* 6.

AVRA, PRO FAVORE.

	———ſequitur iactantior Ancus	
Popularis.	Nūc quoq; iam nimiū gaudēs popularib⁹ auris.	*V.an.6.*
	————ſemper amabilem	
	Sperat neſcius auræ	
Fallax.	Fallacis.	*Hor. car.1.*
Mollior.	Non venit incœptis mollior aura meis.	*Ouid. ep. 3.*
Secunda.	Dum tulit antennas aura ſecunda meas.	*Ouid. tr. 5.*

AVRIS.

Arrecta.	———arrectiſque auribus aſtant.	*Virg aenei.1.*
Intenta.	Intentáque tuis precibus ſe præbuit aure.	*Tib. 4.*
Suſpenſa.	Incipe ſuſpenſis auribus iſta bibam.	*Pro.3.*
Attenta.	Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurē.	*Hor. ſat.2.*
Sollicita.	Miſſaſque voces aure ſollicitâ excipe.	*Sen. Tro.*
Benigna.	Explorat cauſas victor poſcitque benignâ	
	Aure preces.	*Stat.Th.12.*
Patiens.	Si modo culturæ patientē accommodet aurē.	*Hor. ep. 1.*
Acuta.	Quidquid id eſt ſylueſtre licet videatur acutis	
	Auribus.	*Calph. eg.*
Placida.	———placidáſque viri deus obſtruit aures.	*Virg.aenei.4.*
Grata.	Nam mihi conſiliat gratas impenſius aures	
	Vel meritum libri, vel Stiliconis amor.	*Cl.de Bel.ge.*
Facilis.	Vos remanete quibus facili deus annuit aure.	*Pro. 1.*
Pura.	Auribus & puris ſcripta probaſſe mea.	*Pr.2.*
Memor.	Auditos memori detulit aure ſonos.	*Ou. de A. 3.*
Amica.	—datus eſt verbis ad amicas tranſitus aures.	*Ouid.met.4*
Fida.	Murmura verborum fidas nutricis ad aures	
	Peruenisse ferunt.	*Ou.met.10.*
Docilis.	Barbaricos docili concipit aure ſonos.	*Cl. Epigr.*
Caua.	—penetratque cauas vox omnis ad aures.	*Ou. met.12.*
Vacua.	———vacuas implent ſermonibus aures.	*ibidem.*
Rimoſa.	Et quæ rimoſâ bene deponuntur ab aure.	*Hor. ſat. 2.*
Secreta.	Stridere ſecretâ diuiſos aure ſuſurros.	*Hor. ſer.2.*
Iuſta.	Iuſtas date vocibus aures.	*Val.7.*
Caſta.	——— ne turpia caſtis	
	Auribus Italiæ factorum exempla nocerent.	*Cl.pan, 2.*

Non inuita. Prona. Cupida. Dulcis. Clemens.

AVRIS DIFFICILIS.

Surda.	Nunc ego me ſurdis auribus eſſe velim.	*Tib.4.*
Dura.	Accipe non dura ſupplicis aure preces	*Oui. pont.2*
Tarda.	Quod ſi quis meritis tardas aduerterit aures.	*Pr. 1.*
Sollicita.	Sollicitæ, plenæque ſonoribus aures.	*Lucret.6.*

Odioſa. Neue aliquis verbis odioſas afferat aures. *Ou.de A.1.*
Obſtinata. Dic modos Lyde quibus obſtinatas
applicet aures. *Hor.Car.3.*
Obſerata. Quid obſeratis auribus fundis preces? *Hor.Ep.*
Obtuſa. Obtuſæque aures niſi cum vox ſola mariti
Noſcitur. *Stat.ſyl. 5.*
Tetrica. Non tetrica nugas exigat aure meas. *Mar. Ep.4.*
Inuita. ——inuitas crimen peruenit ad aures. *O. de art.2.*
Miſera. ——miſeram vinoſus inebriet aurem. *Iuuenal.ſat.9.*
————quæcumque vouentur
Auerſa. Audiat auerſa non meus aure deus. *Tib.3.*

AVRORA.

Aurora dicitur terræ, & Titani filia, nō quod re verâ ex Titano nata ſit, ſed è ſole qui ſæpius vocatur Titan à Titane patre: Aurora enim ſolis eſt illa prima claritas, quæ ideò dicitur terræ filia, quia videtur è terra prodire. Nupſit 1 Tithono fratri Laomedontis Trojano, ex quo 2 Memnonem filium ſuſcepit. Dicitur aurora ante ſolis ortum, ab eo quod ab igne ſolis tum aureo, aer aureſcit. Varro de lingua Lat. li. 6.

Surgens. Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit. *Virg æneı.11.*
Prima. Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Thitoni croceum linquens Aurora cubile. *Virg. æn.4.*
Præuia lucis.————cum præuia lucis.
Pallantias. Tradendū Phœbo Pallantias inficit orbē. *Ou. met.15.*
1 Titho.con- Cum croceis rorare genis Tithonia conjux
jux. Cœperit. *Ouid faſt.3.*
Roſcida. R[illegible]cida luciferos cum dea iungit equos. *Ou.de ar.3.*
Lutea. Aurora iñ roſeis fulgebat lutea bigis. *Virg. ænei.7.*
——hunc illum nobis Aurora nitentem
Candida. Luciferum roſeis candida portet equis. *Tibull.1.*
Roſea. Nec Cephalus roſeæ præda, pudenda deæ. *Ou.de art.3.*
Purpurea. —nubibus eſſe ſolet aut purpureæ Auroræ. *Oui. met.3*
Fulgens. Iā vaga cælo ſydera fulgēs —Aurora fugat. *Sen. Oct.*
Vigil. —ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores. *Oui. met.2.*
Pallida. ————pallida ſurgit
Thitoni croceū linquens Aurora cubile, *Virg.geor.1.*
Pallens. ——vigileſque deæ pallentis habenas. *Stat.The.6.*
Rubra. Quos Aurora ſuis rubra colorat equis. *Prop.3.*
2 Memnonis Proxima cum veniet terras viſura patentes,
Mater. Memnonis in roſeis lutea mater equis. *Ouid.faſt.4.*
Flaua. Flaua pruinoſo quæ vehit axe diem. *Oui.am.2.*
Clara. Clara laboriferos cælo Tithonia currus

Extulerat. *Stat. The. 6.*

Genitrix lucis. *Formoſa.* *Fulgida.* *Humens.*
Pallantis. *Lucifera.* *Aurea.* *Pulchra.*
Rubens. *Alma.* *Humida.* *Matutina.*

AVRVM.

Pro 1 metallo, pecunia & ipſis diuitijs accipitur; & quoniam auri vſum ad 2 cædes, execrandaque facinora perpetranda cõuertitur, hinc dicitur impium, nocens, &c. ex eo ſumma induſtria fila 3 ducuntur ex quibus telas pannóſque aurifices cõficiunt: aurum Barbaricum, 4 Phrygium intellige & Lydum 5 Crœſi Regis Lydorum.

Pictum. ——picto veſtes diſcriminat auro. *Lucan. 2.*
Micans. —micante auro flãmaſq; imitante pyropo. *Oui. met. 3.*
Diues. ——neque enim me diuitis auri
Imperioſa fames & habendi ſæua libido. *Luc. ad piſ.*
Nobile. Nobile gemmato ſpeculũ portauerat auro. *Stat. ſyl. 3.*
Purpureum. Chriſtus purpureo gemmanti pictus in auro
Signabat labarum. *Idem.*
Cælatum. Pondera cælati fulgent antiquitus auri. *Sil. 11.*
Fuluum. Fuluum mandunt ſub dentibus aurum. *Virg. æn. 7.*
Flauum. ————aut vbi flauo
Argentum pariuſue lapis circũdatur auro. *Virg. æn. 1.*
4 Barbaric9. Barbarico poſtes auro gemmiſq; ſuperbi. *Virg. æn. 2.*
Fulgens. Fulgenti ſplendens auro atque argento. *Catull.*
Nitidum. ——cum ſpicis nitido flauentibus auro. *Oui. met. 9.*
Clarum. Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro. *Oui. met. 13.*
Regale. Regali conſpectus in auro nuper & oſtro. *Hor. de ar p.*
5 Lydum. Viue Mydæ gazis & Lydo ditior auro. *Stat. ſyl. 1.*
2 Infandum. Impius infando miles corrumpitur auro. *Mar. ep. 5.*
2 Exitiale. Hoc aurum vati fata exitiale canebant. *Stat Th. 4.*
2 Inuiſum. Nec tamen inuiſo pectus mihi carpitur auro. *Pro. 3.*
——quid non mortalia pectora cogis
2 Sacrum. Auri ſacra fames? *Virg. æn 3.*
2 Nocens. Iamq; nocens ferrum ferroq; nocentius aurũ. *O. met. 1.*
Fuſile. Fuſile per rictus aurum fluitare videres. *Oui. met. 11.*
Solidum. Eruimus terrâ ſolidum pro frugibus aurum. *Oui. Am. 3.*
3 Lentum. Illic & lentum filis immittitur aurum. *Oui. met.*

Pretioſum. *Inſigne.* *Gemmatum.* *Operoſum.*
Rutilum. *Purum.* *Clarum.* *Coruſcum.*
Intextum veſtibus. *Leue.* *Pallidum.*

AVSPICIVM. Vide Augurium.

Bonum. Nunc ab auſpicio bono profecti. *Catull.*
Grande. Auſpicium cui das grande. *Ou. Triſt. 2.*

Fauens. Horaque conueniens, auſpiciúmqre faués. *Ouid.Pót.*3.
———immanéſque Rhœtos

Secundum. Auſpiciis pepulit ſecundis. *Hor.car.*4.
Fauſtum. Excolit auſpiciis fauſtis. *Sid. pan.*
Vtile. Attamen auſpiciū ſi ſit ſtipis vtile quæris. *Ouid.faſt.*1.
Molle. Solemne.

AVSPICIVM vanum, infauſtum.

Vanum. Obſtupui vano credulus auſpicio. *Propert.* 1.
Infauſtum. Cuius ob auſpiciū infauſtū, moréſq; ſiniſtros. *V.Æ.*11.
Ferale. Auſpicium veteri ſedit ferale ſepulchro. *Cl.inEutr.*2.
———ſtabo ipſa in limine portæ
Infœlix. Auſpicium infœlix. *Stat.Th.*11.
Malum. Subſtitit auſpicii lingua timore mali. *Oui.epiſt.*13.
Siniſtrum.

AVSTER.

Ventus Meridionalis: & quia 1 *Libya prouincia Africæ ſita eſt ad Meridiem, dicitur Auſter Libycus, quod ab ijs partibus perflet.* 2 *Fingitur à Virgi'io alatus.*

1 *Libycus.* Libycus arenas Auſter, ac Syrtes agit. *Sen. Agam.*
Humidus. ———quid cogitet humidus Auſter. *Vir.georg.*1.
Pluuialis. Vere madent vdo terræ, & pluuialibus Auſtris. *V geor.*3
Pluuius. Nubibus aſſiduis pluuióq; madeſcit ab Auſtro. *O.m.* 1.
—————quam nec veſtigia duri
Aquaticus. Calcauere pedis nec ſoluit aquatic⁹ Auſter. *Ouid.met.*2
Imbrifer. —imbriferos verſa eſt Pachynos ad Auſtros. *Ou.met.*13
Vdus. Quas vdo Numidæ legunt ſub Auſtro. *Stat. ſyl.* 1.
Humens. Nec quas humēti Numidæ rapuere ſub Auſtro. *St.ſyl.*2.
Madens. Auſtrum madentē ſiccat & nimbos trahit. *Sen. Her.Oe.*
Madidus. —quantum madidus tranſmiſerit Auſter. *Clau.pan.*2.
Nigerrimus. ———aut vnde nigerrimus Auſter
Naſcitur. *Virg.geor.*1.
Frigidus. Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat Auſter. *V.g.*3
Furens. Nimborū in patriā loca fœta furentibus Auſtris *V. Æ* 1
Procax. In vada cæca tulit, penitúſq; procacibus Auſtris. *ibid.*
Crepitans. Et lenis crepitans vocat Auſter in altum. *Virg. Æn.*3.
Tumidus. ——tumidóque inflantur carbaſa vento. *ibid.*
Denſus. Turbidus imber aquæ, denſíſque nigerrimus Auſtris. *V.æ.*5
Creber. Creber & aſpirans rurſus vocat Auſter in altum. *ibid.*
Fallax. ———quid enim fallacibus Auſtris
Et cæli toties deceptus fraude ſereni. *Virg.Æn.*5.
2 *Ales.* ——rutili tres ignis & alitis Auſtri. *Virg.Æn.*8.
Hybernus. —gelidas hybernus aquas cum fuderit Auſter. *Tib.*1.

Nubilus. ——timeas quoties nubilus Auſter erit. *Propert.* 2.
Tepidus. —tepidus pluuias concitat Auſter aquas. *Ou. de arte* 3
Calidus. Lethiferis calidi ſpirarunt æſtibus Auſtri. *Ouid met.* 7.
Fortis. ————propulſáque fortibus Auſtris
Tranſeat inſtabiles ſtrenua Cyaneas. *Ouid. triſt.* 1.
Fulm. poll. Altitonans Vulturnus, & Auſter fulmine pollēs. *Lucr.* 5.
Niger. —denſis fremuit niger imbribus Auſter. *Lucan.* 9.
Inſanus. ——inſani ſpirant clementiùs Auſtri. *Stat. ſyl.* 2.
Ingens. Vt Siculas ſi quando rates tenet æſtus, & ingens
Auſter agit. *Stat. Theb.* 6.
Torridus. ————coxit quod torridus Auſter
Niliacum Libycúmque ſolum. *Sid. Ap. pan.*
Inexorabilis. Et Notus, & Boreas, & inexorabilis Auſter. *Silius* 16.
——————————Auſter
Turbidus. Dux inquieti turbidus Adriæ. *Hor. carm.* 3
Furens. *Gelidus.* *Validus.* *Stridens.* *Æolius.* *Nebuloſus.*
Sæuus. *Fumans.* *Calens.* *Torrens.* *Noxius.* *Violentus.*
Proteruus. *Tepens.* *Præceps.* *Truculentior.* *Spirans æſtibus.*

AVSVM. *AVSVS.*

Forte. ———me nulla dies tam fortibus auſis
Diſſimilem arguerit. *Vir. æneid.* 9.
Ingens. Adiuuet, & præſens ingentibus annuat auſis. *Ou. met.* 7.
Magnum. Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis *O. m.* 2
Superbum. Sed furiata cohors, auſiſque accenſa ſuperbis. *Silius* 3.
Furiale. ——ſupplex pro tam furialibus auſis
Ante pedes iacuit. *Ouid. met.* 11.
Grande. *Amens.* *Cruentum.* *Proteruum.*
Crudele. *Immane.* *Nobile.* *Inſanum.*
Sons. *Nefandum.* *Generoſum.* *Magnanimum.*

AVTOLOLES.

Mauritaniæ populi in Africa, velociſſimi, bellicoſiſſimique. De quibus ſic Silius Ital. lib. belli Punici 3.

Celeres. Necnon Autololes leuibus gens ignea plantis,
Cui ſonipes curſu, cui ceſſerit incitus amnis:
Tanta fuga eſt, certant pennæ, campúmque volatu,
Cum rapuere pedum fruſtra veſtigia quæras.
Fugaces. ————repetunt deſerta fugaces
Autololes. *Claudianus.*

AVTVMNVS.

Quarta pars anni, quæ æſtatem ſequitur: & quia propter nimios æſtus & putrefactionem aeris morbi ingraueſcunt, dictus eſt Iuuenali Lethifer.

1 *Lethifer.* ———iam lethi fero cedente pruinis
Autumno. *Iuue.ſat.* 4.
Maturus. Excipit autumnus poſito feruore iuuentæ.
Mitis. Maturus, mitíſque inter iuuenémque ſenémque,
Tēperie medius, ſparſis quoq; tempora canis. *Ou.met.* 2.
———————————ſimul
Pomifer. Pomifer autumnus fruges effuderit. *Hor car.* 4.
1 *Grauis.* Autūnúſq; grauis. Libitinæ quæſt⁹ acerbæ. *Hor.ſat.* 2.
Diues. ————————ditémque putatur
Autūnū, & caris gaudet redimita racemis. *Statius ſyl.* 5.
Sordidus. Stabat & autumnus calcatis ſordidus vuis. *Ouid.met.* 2.
1 *Inæqualis.* Perq; hyemes, æſtúſque, & inæquales autūnos. *Ou.m.* 1.
Pampineus. ———tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager. *Vir.georg.* 2.
Purpureus. Diſtinguit autumnus racemos
Purpureo varius colore. *Hor.car.* 2.
Opimus. Grauidus. Frugifer. Ferax.

AVVS. *AVIA.*

Priſcus. Ritus vt à priſco conditus extat auo. *Tibul.* 2.
Longæuus. Regnaque longæuo reſtituuntur auo. *Ouid.faſt.* 3.
Vetuſtus. ———vetuſtos *Sil.* 1.
A Belo numerabat auos.
Squallens. Squallentes producat auos. *Iuuen.ſat.* 8.
Illuſtris. Nec ſi qua illuſtres fœmina iactat auos. *Prop.* 2.
Nobilis. ———nobiles non ſunt mihi
Aui, nec altis inclytum titulis genus. *Sen.Her.fu.*
Vetus. Dum veteres auias tibi de pulmone reuello. *Perſ.ſat.*
Antiquus. Grauis.

AXIS, pro Cælo.

Ignifer. Non tamen ignifero quiſquam cōſiſtat in axe. *O.m.* 2.
Æthereus. Eſt auus æthereum qui fert ceruicibus axē. *Ouid. met.* 6
Aſtrifer. Qua niger aſtriferis connectitur axibus aer. *Lucanus* 9.
Rapidus. At tu ſeu rapidum poli per axem, &c. *Stat.ſyl.*
Stelliger. Nondum ſtelligerum ſenior demiſſus in axem
Claudius. *Sta.ſyl.* 3.
Flammiger. Hic ſi flammiferos teneret axes. *Stat.ſyl.* 4.
Lucidus. Lucidus vmbroſo miſcebitur axis Auerno. *Cl. de rap.* 1.
Serenus. ————————quater axe ſereno
Intonuit. *Stat.The.* 4
Eous. Axe ſub Eoo Nabatheum tenſus in Eutum. *Sid. pan.*
Nitidus. ———ire polo, nitidóſque errare per axes. *Stat.ſyl.* 1.
Igneus. ———dum nemo prior rapit igneus orbes
Axis. *Stat.The.* 6.

AXIS. *POLVS ARCTICVS. Vide* ARCTOS.

Arctous. —ab Arctoo currus aget axe per vrbem. *Silius* 3.

Lycaonius. Quæque Lycaonio terra ſub axe iacet. *Ouid.triſt.*3.

Boreus. Vita procul patriâ peragẽda ſub axe Boreo eſt. *id.triſt.*4.

Hyperbore'. Exul hyperboreum ſi dimittatur ad axem. *Iuuen ſat.*6.

Scythicus. Scythico ſub axe genita domuiſſet meas
Vires Amazon. *Sen.Her.Oe.*

Gelidus. Non pater à gelido cui venit axe nurus, *Ouid.epiſt.*6.

Parrhaſius. Parrhaſiæ gelido Virginis axe premor. *Ouid triſt.*2.

Niualis. ————ſed me iam, Care, niuali
Sexta relegatum bruma ſub axe videt. *Ouid. Pōt.*4.

Inuſtus ſole. Ire lubet quà Zona rubens, atque axis inuſtus
Solis equis. *Lucanus* 9.

Niuoſus. Biſtonias ſuper vſque niues, axẽmque niuoſi
Syderis. *Stat.The.*7.

Frigidus. Et quos ſub axe frigido ſuccos legunt. *Sen. Med.*

————ſed qui non mergitur vndis

Inocciduus. Axis inocciduus geminâ clariſſim' Arcto. *Lucanus* 8.

AXIS. *CVRRVS.*

Lignum eſt teres, circa quod voluuntur currus rotæ.

—valido nitens ſub pondere faginus axis. *Virg.geor.* 3.

Pro curru frequens eſt.

Citatus. ————peruolat axe citato. *Iuuen.ſat.*1.

Citus. ————ne te citus auferat axis. *Ouid.met.*2.

Sonorus. ————alteque ſonoro
Strident axe niues. *Claudianus.*

Feruidus. ————volat vi feruidus axis. *Virg.geor.*3.

Feruens. Non Eleus eat campo feruentior axis. *Silius* 14.

Effuſus. ———effuſum ſinuabat deuius axem. *Silius* 16.

AXIS. *Currus ſolis.*

Phœbeus. ————ora Phœbeus modo
Afflabat axis. *Sen.Her.Oe.*

Purpureus. Purpureo tepidum qui mouet axe diem. *Ouid.epiſt.*4.

Flammifer. Hic ſi flammiferos teneret axes. *Stat.ſyl.*4.

Rapidus. ——& rapido ſol natum imponeret axi. *Stat.Theb.*6

Aureus. Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
Curuatura rotę, radiorum argenteus ordo. *Ouid.met.*2.

Tepidus. Lucidus. Lucifer. Vide CVRRVS, EQVI SOLIS.

AXIS. *Currus Auroræ.*

Pruinoſus. Flaua pruinoſo quæ vehit axe diem. *Ouid am.*1.

Roſeus. Croceus. Laborifer. Matutinus.

B. BABYLON.

Vrbs in Meſopotamia magni nominis,quã Semiramis regina condidit, muris coctilibus,ambitus 385. ſtadiorum, altitudinis 200. pedum, latitudinis 50. cinxit; adeò vt quadrigæ ſibi occurrentes facilè tranſire poſſent. Quapropter inter 7. orbis miracula numerauit Martial. lib. 1. Epigram. *Caput erat ſeu Metropolis regni 1 Aſſyriorum & 2 Perſarũ.*

Superba. Cũq; ſuperba foret Babylõ ſpoliãda trophæis. *Lucan. 1.*
Antiqua. Antiquæ Babylonis opes. *Stat. ſyl. 3.*
1 Aſſyria. ——Aſſyriæque vehi Babylonis ad arces. *Prud. in Sy.*
Alta. ————————vbi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbẽ. *Ouid. met. 4*
2 Perſæa. —Babylõ Perſæa licet, ſecteta q; Mẽphis. *Lucanus 6.*
Superba. Creditur & centum portis Babylona ſuperbam
Cẽtũ portis. Fœmineus ſtruxiſſe labor. *Cla. in Eutr.*
2 Vrbs Perſ. Perſarũ ſtatuit Babylona Semiramis vrbẽ. *Propert. 3.*

BACCA. *Eſt minutior fructus arborum, qualis eſt in 1 lauris, 2 oliuis, cornis, myrthis, lentiſcis, &c.*

Sanguinea. Sãguineis ebuli baccis minióque rubentẽ. *Virg. Ecl. 10.*
Syluestris. ——& ſtrati baccis ſyluestribus agri. *Virg. geor 2.*
2 Bicolor. ——bicolor ſinceræ bacca Mineruæ. *Ouid. met. 8*
2 Fœlix. Nulla mihi floret baccis fœlicibus arbos. *Silius 15.*
Amara. ————————baccis oleaſter amaris. *Ouid. met 4*
Turgens. Nam dũ Pallas amet turgentes ſanguine baccas. *Nem.*
2 Sicyonia. Palladia. Pinguis. Diues. Canens.

BACCA pro gemma.

Nereia. ——ſpirat variis Nereïa gemma figuris *Claudianus.*
Conchea. Cõchea bacca maris pretio eſt à pectore puro. *V. in Cu.*
Inſignis. ——aceto—Diluit inſignem baccam. *Horat. ſer. 2.*
Gramineus. Araque gramineo viridis de cæſpite fiat. *Ou.triſt.*5.

Viuus. ————hic viuum mihi cæſpitem hic

Verbenas pueri ponite. *Hor.car.*1.

Nudus. ——cæſpite aut nudo leues

Duxiſſe ſomnos. *Sen.Hip.*

Fragilis. ——nec cæſpite tantùm

contentus fragili. *Lucanus* 6.

Mollis. Agreſtis. Leuis.

CÆSTVS.

Genus eſt clauæ, pileas plumbeas loris bubulis appenſas habens, quo Hercules Erycen, 1 *Pollux Amycum regem Bebryciorum interfecit. Huiuſmodi pugnam Entelli cum Darete Virgil. æneid.*5. *deſcripſit,& Stat.libro 6 Theb.*

Crudus. ——————crudo decernet Græcia cæſtu. *Vir.geor.*3.

Durus. ————————duróſque reductâ

Librauit dextrâ media inter cornua cæſtus. *Virg. Æn. 5.*

Infeſtus. Nũc opus eſt animis infeſtos tollere cæſt⁹. *Stat. The. 6*

Validus. ———valido quamuis decernere cæſtu Norint. *Cl. de pr. cõſ.*

Vulnificus. Taurea vulnifico portat, cælataque plumbo Terga Lacon. *Valerius 1.*

1 *Oebalius.* ——Oebalii coeunt in prælia cæſtus. *Stat. The. 7.*

CALAMVS.

Frutex naſcens circa paludes, Dicitur arundo, quanquam arundo longior & procerior ſit. Pro fiſtula & ſagitta Poetæ vſi ſunt.

Paluſter. Corpore pro Nymphę calamos tenuiſſe paluſtres. *O. m. 1.*

Fragilis. fragiles calamos nodis rubus arctat acutis *Pru. in Sy. 2.*

Leuis. Tum leues calamos & raſæ haſtilia virgæ. *Virg. geor. 2.*

CALAMVS. *FISTVLA.*

Agreſtis. Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti *Virg. Ecl 1*

Leuis. Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus. *Vir. Ecl. 5.*

Paluſter. Atq; illum calamo lætum recinẽte paluſtri. *Virg. in Cul.*

Hians. Vnco ſæpe labro calamos percurrit hiantes. *Lucret. 4.* Egit armentum, poſitóque plectro

Impar. Impari tauros calamo vocauit. *Sen. Hip.*

Inflatus. Solueret inflatos murmura per calamos. *Sid. Ap. pan.*

CALAMVS, pro ſagitta.

Leuis. —Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu. *Ouid. met. 7.*

————————ille volantia

Gnoſius. Præfigit calamis ſpicula Gnoſiis. *Prud. Cath.*

Volans. ——————calamíque volantis

Prapes. Præpete tranſcurſu cordis penetralia figẽs. *Prud. Ham.*

CALATHVS.

Calathus, vel quaſillus eſt vas vimineum, in quo mulieres, ſeu puellæ fila, ſtamina vel flores reponunt.

Virgatus. Vellera virgati cuſtodibant calathiſci. *Catul.*

Raſilis. Raſilibus calathis impoſuiſſe manum. *Ou. epiſt. 9.*

Nexus vim. Hæc implet lento calathos à vimine nexos. *Ou. faſt. 4.*

Virgineus. Lilia virgineos lucida per calathos *Propert. 2.*

Leuis. Inque leues calathos munera noſtra legũt. *Ouid. faſt. 5.*

Capax. ————cythiſos crocos Amellos Calathi ferunt capaces. *Sid. Ap. ep.*

————tibi lilia plenis

Plenus. Ecce ferunt Nymphæ calathis. *Virg. Ecl. 2.*

Agreſtis Vimineus. Leuis.

CALCHAS.

Theſtoris Troiani filius, Augur maximus, qui mox Apol-

linis Græcorum partes ſequutus eſt ad bellum Troianum.

Vates. Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit. *Virg. Æn.2.*
——at veri prouidus author
Theſtorides. Theſtorides vincemus ait. *Ou. met. 8.*
Augur. ——Augur hoc Calchas canit. *Sen. Troad.*

CALIGO.

Spiſſa nubium inter ſolem poſitarum denſatio, vnde ſiunt tenebræ.

Atra. Voluitur ad muros caligine turbidus atrâ
Puluis. *Vir. Æneid. 11.*
Ingens. At nox obruit ingenti caligine terras. *Lucretius 5.*
Nigrans. ——nigranti traxit caligine cælum. *Silius 10.*
Terribilis. Nox vbi teribili terras caligine texit. *Lucret. 5.*
Craſſa. ——fuluæ nubis caligine craſſâ. *Lucret. 6.*
——ruit atram
Picea. Ad cælum piceâ craſſus caligine nubem. *Virg. geor. 2.*
Cæca. Tres adeo incertos cæca caligine ſoles
Erramus pelago. *Virg. æneid. 3.*
Alta. Pandere res altâ terrâ & caligine merſas. *Vir. æneid. 6.*
Spiſſa. Principio cælum ſpiſſâ caligine terras
Preſſit. *Ouid met. 7.*
Opaca. Arduus obſcurus, caligine denſus opaca. *Ou. met. 10.*
Atra. ——caput caligine protulit atra. *Prud. Ham.*
Denſa. ——procul denſa in caligine reges
Agnoſcit. *Val. 6.*
Inducta. Cùm Deus inducta latas caligine terras
Occuluit. *Ouid. met. 1.*

Furua. Obſcura. Nocturna. Nigra.

CALIX.

Poculum eſt quo bibitur, ſiue vitreum, ſiue ex auro, aut argento ſit.
Calices ſolebant 1 coronare cum Dijs antiqui libabant.

Auratus. Spumet & aurato mollius in calice. *Propertius 2.*
Fœcundus. Fœcundi calices quē non fecere diſertum? *Hor. epiſt. 1.*
Perſpicuus. Prodat perſpicuus ne duo vina calix. *Mar. epig. 4.*
Aut è veſte ſua tendent vmbracula ſertis
1*Coronatus.* Vincta, coronatus ſtabit & ipſe calix. *Tib. 2.*

CALISTO. *V.* Arctos.

Filia fuit Lycaonis Regis Arcadiæ: odio Iunonis conuerſa eſt in vrſam, quæ à Ioue tranſlata in cælum vocatur vrſa maior. V. Vrſa.

Caliſto Arcadios errauerat vrſa per agros,
Hæc nocturna ſuo ſydere vela regit. *Prop. lib. 2.*

Vide ea quæ diximus ad Arctos. Fabulam vide apud Ouid. Met. 2.

Lycaonis. ——virgineos periura Lycaoni cætus Delere. *Ouid. faſt. 2.*

Nonacrina. Dum redit itque frequens in Virgine Nonacrina Hæſit. *Ouid. met. 2.*

Parrhaſis. Parrhaſis erubuit. *ibid.*

Lycaonia. Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis. *ibid.*

Tegeæa. ———in ſylua virgo Tegeæa lauemur. *ibid.*

Vide fabulam apud Ouid. faſt. 2.

CALOR.

Viuus. ——in viuum tentat reuocare calorem. *Ou. met. 4.*

Feruidus. ———ſi neque feruidis Pars incluſa caloribus Mercatorem abigunt. *Hor. car. 3.*

Aridus. Vrere ne poſſit calor aridus amplius ora. *Lucret. 4.*

———calores

Horrificus. Horrificos, & quæ nunquam nocitura timentur Iurgia, contentus ſolo terrore coërces. *Cl. pan. 2.*

Rapidus. *Ignitus.* *Æſtiuus.* *Feruens.* *Torrens.* *Vrens.* *Siccus.* *Ætnæus.*

Vide Ignis.

CALPE.

Hiſpaniæ mons, quem 1 *Herculem in columnam ſtatuiſſe volunt Poetæ quaſi terminum & metam ſuorum laborum. Dicitur autem occidua, quia Hiſpania vergit in* 2 *occaſum ſolis; & ideò ſolem feſſum quotidie excipere, quia ibi occidit. Dicitur Tarteſſia ab vrbe* 3 *Tarteſſo ad radices eius condita.*

ceu pater Oceanus cum ſæuior æthere calpen

1 *Herculea.* Herculeam ferit. *Silius 5.*

3 *Tarteſſia.* condiderat cum ſolis equos Tarteſſia calpe *Auſon.*

2 *Occidua.* ——occiduam texere cadauera calpen. *Sid. ap. pan.*

Vaſta. *Ibera.* *Iberica.* *Heſperia.* *Tarteſſiaca.* *Solis cubile.*

CALTHA.

Eſt viola coloris albi.

Luteola. Mollia luteola pingit vaccinia caltha. *Virg. ecl. 2.*

Flammeola. Preſſaque flammeola rũpatur fiſcina caltha. *Columel.*

CALYDON.

1 *Æoliæ oppidum, regia Oenei* 2 *Meleagri patris, ſylua &* 3 *feris in ea frequentibus, agriſque vicinis nomen dedit. De his vide plura apud Ouid. Met. 8.*

Alta. Alta iacet calydon, lugent iuuenéſq; ſenéſque. *O. met. 8*

1 Meleagr.	Et Meleagræam maculatus ſanguine Neſſi	
	Euenos calydona ſecat.	*ibid.*
	1 Ætola. *3 Monſtrifera.*	

CALYPSO.

Nympha eſt 2 Oceani & Tethyos filia, vel vt vult Tibullus, 1 Atlãtis. Regnauit in Ogygia inſula, in qua exceptum hoſpitio Vlyſſem naufragum ſex annis liberaliter habuit.

1 Atlantis.	Non amor, & fœcunda Atlantidos arua calypſus	
	Finis & errorum miſero Phæacia tellus.	*Tib.* 4.
Pulchra.	An graue ſex annis pulchram fouiſſe calypſo?	
2 Æquorea.	Æquoreæque fuit, &c.	*Ouid. põt.* 4.

CAMINVS.

Perpetuus.	Illum ego perpetuis mihi deſudare caminis	
	Si iubeam.	*Stat. Th* 3.
Anhelans.	—anhelanti coquitur dum maſſa camino.	*Perſ. ſat.* 5.
	————————maioraque fiunt	
Ardens.	Incude aſſidua ſempérque ardẽte camino.	*Iuu. ſat.* 14.
Vrens.	Vdos cum foliis ramos vrente camino.	*Hor. ſer.* 1.
Fumifer. Vndans. Auidus. Feruens. Ignitus. Æſtuans.		V. Ignis.

CAMOENA. *Vide* MVSA.

Camœnæ, Muſæ, à carminibus ſunt dictæ, vel quòd canunt Antiquorum laudes, vel quòd ſint caſtæ mentis præſides. Feſtus.

Aonia.	Talibus Aoniæ fœcunda voce camœnæ.	*Ouid faſt.* 4
Inſignis.	Gratus inſigni referam camœna	
	Fabriciúmque.	*Hor. carm.* 1.
Pindaricæ.	————Pindaricæ latent,	
Minaces.	ceæque & Alcæi minaces,	
Graues.	Steſichorique graues camœnæ.	*Hor. car.* 4.
Dulces.	Vina fere dulces oluerunt mane camœnæ.	*Horat. ep.* 1.
Tragicæ.	Ignotũ tragicæ genus inueniſſe camœnę.	*Ho. de ar. po.*
Vocalis.	Ille vocali genitus camœna.	*Sen. Med.*
Clariæ.	Indulgẽt clariis tantum inter caſtra camœnis.	*Auſ. epig.*
Hyantiæ.	Quid cyrrham, vel Hyantias camœnas, &c.	*Sid. Ap. ep.*
Caſtaliæ.	Paule camœnarũ celeberrime caſtaliarũ.	*Auſ. ad Pau.*
Cecropiæ.	cecropiæ commune decus, Latięq; camœnę.	*idem.*

CAMPVS.

Eſt planities terræ ampla, & grandis. Pro hortis etiã & agris ſumitur.

Virens.	circa virẽtes eſt anim⁹ tuę—cãpos iuuẽcę.	*Hor. carm.* 2.
Viridis.	Et viridi in cãpo templũ de marmore ponã	*Virg. geor.* 3
Fertilis.	—frequens herbis & fertilis vbere campus.	*Virg. geor.* 2.
Pinguis.	——ſi pinguis agros metabere campi.	*ibidem.*
Veſt. gram.	Itur in æterno veſtitos gramine campos.	*claud.*

Nitens.	——campoſque nitentes	
	Deſuper oſtentat.	*Virg. æn. 6.*
Humens.	Humentes rapido circũdat gurgite campos.	*Sil. 11.*
Fœlix.	Chloris eram Nymphe campi fœlicis, &c.	*Oui. faſt. 5.*
Vdus.	——interiorque per vdos	
	Alba ſedet campos.	*Sil. 8.*
Apricus.	———— cur apricum	
	Oderit campũ, patiens pulueris, atq; ſolis.	*Hor. Car. 1*
Herboſus.	Ludit herboſo pecus omne campo.	*Hor. Car. 3.*
Spectabilis.	Purus ab arboribus ſpectabilis vndiq; cãpus.	*Ou. met. 3.*
Apertus.	Expatiata ruunt per apertos flumina cãpos.	*Ou met. 1.*
Patulus.	Et ſtagnante vado patulos inuadere cãpos.	*Sil. 6.*
Patens.	—ergo vbi ver nactæ campoſque patentes.	*Virg. Ge. 4.*
Planus.	Et partim plano ſquatere, atque eripere cãpo.	*Lucret. 5.*
Æquus.	Non æquo dare ſe campo, non obuia ferre	
	Arma viros, &c.	*Virg. æn. 9.*
Iacens.	Vrebant montana niues campoſque iacentes.	*Lucan. 4.*
Frondens.	Vngula frondentem diſcuſſit cornea campũ.	*Lu. 6.*
Irriguus.	——ad irrigui premitur faſtigia campi.	*Lu. 4.*
	——nullo certamine tendit	
Gramine°.	Gramineum in campum.	*Virg. Æn. 5.*

Vber.	*Florens.*	*Halans floribus.*	*Ferax.*
Frequens herbis.	*Frugifer.*	*Dulcis.*	*Oliuifer.*
Latus.	*Opimus.*	*Amœnus.*	*Vitifer.*
Cultus.	*Spatioſus.*	*Vernans.*	*Vernus.*

CAMPVS ſterilis.

Deformis.	Triſtia deformes pariunt abſynthia campi.	*Ouid Põt. 3.*
Rudis.	At rudis enituit impulſo vomere campus.	*Virg. Geo. 2.*
Horrens.	—campũ horrentẽ fractis inuertere globis	*Virg. Geo 3.*
Rigidus.	Seu me finget equum rigidos percurrere cãpos.	*Tib, 4.*
Arenoſus.	Vidit arenoſis Tatium proludere campis.	*Prop. 4.*
Nudus.	Aſpiceres nudos ſine frõde, ſine arbore cãpos.	*Ou. tri 3.*
Piger.	Pone me pigris vbi nulla campis	
	Arbor æſtiuâ recreatur aurâ.	*Hor. Car. 1.*
Putris.	Quadrupedũque putrẽ curſu quatit vngula cãpũ.	*V. æ. 11.*
Vaſtus.	Terra procul vaſtis colitur Mauortia campis.	*Vir. æn. 3.*

Puluereus. Iners. Sterilis. Vide TERRA.

CANACE.

Canace filia Æoli regis ventorumque quæ è fratre Macareo cum peperiſſet iuſſu Æoli necata eſt. Vide epiſtolam vndecimam Ouidij.

Æolis.	Hæc eſt Æolidos fratri incubentis imago.	*Ou. epiſt. 11.*

CANALIS.

A canna fit: lignum eſt ad cannæ ſimilitudinem cauatum, per quod aqua deducitur ſignificatque quemlibet aquæ ductum.

Arundineus. Melláque arundineis inferre canalibus vltro
Hortantem. *Virg. Geo. 4.*
——.——greges ad ſtagna iubeto
Ilignus. Currētem ilignis potare canalibus vndam. *Virg. Geo. 3.*
Irriguus. —potes irriguis mutare canalibus hortos. *Calphurn.*

CANCER.

Genus eſt piſcis: dictus eſt Virgilio rubens non quia per naturam ſit eius coloris, ſed quum vritur.

Littoreus. concaua littoreo ſi demas brachia cancro
cætera ſupponas terræ, de parte ſepulta
Scorpius exibit. *Ou. met. 15.*
Rubens. ——neue rubentes
Vre foco cancros. *Virg. Geor. 4.*
Æquoreus. Octipes. Tardus.

CANCER, ſignum cæleſte.

Eſt ſignum in Zodiaco, ad quod cum ſol peruenit, incipit retrocedere, tuncque facit ſolſtitium æſtiuum, quo tempore æſtus immenſus eſt.

Octipes. Octipedis fruſtra quæruntur brachia cancri. *Ou faſt. 1*
Torrens. Nam quis ad exuſtam cancro torrente Syenen
Ibit? *Luc. 8.*
Calidus. —hunc calidi tetigit cum brachia cancri
Sol rapit. *Lucan. 10.*
Ardens. Auſus in ardentem ripas attollere cancrum. *Ibidem.*
Feruens. Si qua feruenti ſubjecta cancro eſt, *Sen. Hip.*
Calens. Flāmiferæ patiens Zonæ cancrique calentis. *Claud. epi.*
Æſtifero Libye torquetur ſubdita cancro. *Silius 1.*
Furens. ——non experiere furentis
Ardorem cancri. *Silius 15.*
Æſtiuus. Æſtiui donec venient ad ſydera cancri. *Manil. 3.*
Rapidus. ——rapidi ſub limite cancri
Semper, & Icarij quamuis iuba fulguret aſtri. *St. th. 4*
Curuus. —ſecum Geminos trahet & curui
Brachia cancri. *Sen. Thy.*
Ambit perēptus cancer ardentem plagam
Sydus Libyæ. Libyæque ſydus fertur & meſſes alit. *Sen. Her. æt.*
Feruidus Exuſtus. Æſtifer.

CANCER morbus.

Malum Vtque malum latè ſolet immedicabile cancer
Immedicab. Serpere & illæſis vitiatis addere partes. *Ou. met. 2.*

CANDOR. Albedo.

Niualis.	Tondentes campum latè candere niuali.	*Virg. æn. 3.*
Niueus.	—& in niueo mixtum candore ruborem.	*Ouid. met. 3.*
Suffuſ. ſang.	O vbi purpureo ſuffuſus ſanguine candor.	*Stat. ſyl. 2.*
	Hic color apricâ pendentibus arbore pomis	
	Aut ebori tincto eſt, aut ſub candore rubenti. ——	

Clarus. *Marmoreus.* *Virgineus.* *Puellaris.*
Dulcis. *Lenis. Purus.* *Lacteus.* *Eburneus.*

CANI.

Capilli ſunt albi in capite ſenum: pro ipſa ſenectute accipiuntur. Efferuntur tantum in plurali.

Candens.	—Candentes præberet purpura canos.	*Virg. in Ceir.*
Honorati.	Inter honoratos medio de vertice canos, &c.	*Oui. m. 8.*
Venerandi.	———perque venerandos pijs	
	Canos, ſenectæ parce deſertæ precor.	*Scr. Her. fur*
Intonſi.	Intonſos rigidam in frōtem deſcendere canos.	*Lucan. 2.*
Niuei.	——niuei circumdant tempora cani.	*Cornel. Gal.*

CANITIES. Vide SENECTVS.

Color albus capillorum, ſenectutis indiciū, pro ipſa ſenectute accipitur

	——cui plurima mento	
Inculta.	Canities inculta iacet.	*Virg. æn. 6.*
Moroſa.	——donec virenti canities abeſt	
	Moroſa.	*Hor. Car. 1.*
Arida.	Arida pellente laſciuos amores	
	canitie facilemque ſomnum.	*Hor. Car. 2.*
Canitiem.	——horrificam ſancto dimouit ab ore	
	Canitiem.	*Lucan. 2.*
Nigra ſqual.	Canitiem nigram ſquallore, & ſordida fuſis	
	Ora canis.	*Stat. Th. 8.*
Impexa.	canitiem impexam dira tellure volutans.	*Stat. The. 3*
Propexa.	——manſere comæ, propexaque mento	
	Canities.	

Reuerenda. *Veneranda.* *Sancta.* *Niuea.* *Frigida,*
Seuera. *Hirta.* *Horrida.* *Neglecta.*

CANIS. *CANICVLA.*

1 Icario patri occiſo ab incolis Atticæ regionis quibus vſum vini communicarat, filia 2 Erigone noluit ſuperuiuere, ſed laqueo ſe ſuſpendit. Mæra vero canicula dominorum mortem ægre ferens dolore contabuit. Erigone cum cane, in cælum deorum commiſeratione tranſlata

eſt. Porro canicula eſt ſydus ardentiſſimum quod terram ſegeteſque comburit. Vide SIRIVS.

Æſtifer.	——hiulca ſiti findit canis æſtifer arua.	*Virg. geo.* 2.
Æſtiuus.	——æſtiui tempora ſicca canis.	*Tibull.* 1.
Siccus.	Incipit & ſicco feruere terra cane.	*Prop.* 2.
2 *Icarius.*	Et micet Icarij ſtella proterua canis.	*Ouid. A.* 2.
Sitiens.	Ne graue te tẽpus, ſitienſue canicula tardet.	*Ou. de a.* 2.
Sydereus.	Pro cane ſydereo, canis hic imponitur aræ.	*Ouid. faſt.* 4.
2 *Erigoneius.*	Nocte ſequẽte diẽ canis Erigoneius exit.	*Oui. faſt.* 5.
Flagrans atrox.	——te flagrantis atrox hora caniculæ Neſcit tangere.	*Hor. Car.* 3.
Rubra.	——ſeu rubra canicula findet Infantes ſtatuas.	*Hor. ſat.* 2.
Canis Erig.	Æſtifer Erigones ſpumat canis.	*Stat. Th.* 4.
Inſanus.	——ſiccas inſana canicula meſſes Iamdudum coquit, & patula pecus omne ſub vlmo eſt.	[*Perſ. ſat.* 1

Procyon. Sydus feruidum. Proteruus canis. Atrox. Igneus.

CANIS. hic & hæc.

Magni nominis erant antiquitus canes 1 *Spartani in Peloponneſo* 2 *Galli ſeu* 3 *Belgici* 4 *Vmbri in Italia* 5 *Thraces,* 6 *Cretes.* 7 *Moloſſi in Epiro.*

1 *Amyclæus.*	Armaq; Amyclęumq; canẽ creſſamq; pharetrã.	*Vir. g.* 3
Velox.	Veloces Spartæ catulos	*Ibidem.*
1 *Lacon.*	Præualiduſque Lacon, & curſu fortis Aello.	*Oui. met.* 3.
Fuluus.	Nam qualis, aut Moloſſus, aut fuluus Lacon Amica vis paſtoribus.	*Hor. Ep.*
1 *Spartanus audax.*	——at Spartanus genus eſt audax Auiduſque feræ, nodo cautus Propiore liga.	*Sen. Hip.*
Pernix.	Seu pernix cum denſa vagis latratibus implet. Venator dumeta Lacon.	*Nemeſ. Cyneg.*
4 *Vmber.*	——aut exigit Vmber Nare ſagax è calle feras.	*Ibidem.*
Viuidus.	——at viuidus Vmber	
Hians.	Hæret hians.	*Virg. æn.* 12.
3 *Belgicus.*	Vt canis occultos agitat cum Belgicus apros.	*Sil.* 10.
2 *Gallicus.*	Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo Vidit, &c.	*Ouid. met.* 1.
5 *Mænalius.*	Mænalius lepori det ſua terga canis.	*Oui. de a.* 1.
6 *Creſſa.*	Et pugnaces tendant creſſæ.	

Fortia trito vincula collo. *Sen. Hipp.*
Hirſutus. Hirſutæque fremunt creſſæ. *Cl. de laud. ſtil.*
Ille ruit ſpargitque canes vt quiſque furenti
Latrans. Obſtat, & obliquo latrantes diſſipat ictu. *Ouid. met.* 8
Rabida. ——errantem rabidæ venantis Iuli
Commouere canes. *Virg. Æn.* 7
Celer. Et demam celeri ferrea vincla cani. *Tib.* 4.
Citus. Sæpe citos egi per iuga ſumma canes. *Ouid. ep.* 5.
Infeſtus. Non docet infeſtos currere cerua canes. *O. de art.* 3.
Sagax. Ichnobateſque ſagax lattatu ſigna dederũt. *Ouid. met.* 3.
Trux. ——& trux cum Lælape Theron
Vtilis narib. Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre
Ferox. Hyleuſque ferox.
Curſu fortis. Prævalidúſque Lacon & curſu fortis Aello. *Ouid. met.* 3.
——noctiſue ſilentia rumpunt
Sollicitus. Sollicitique canes canibuſq; ſagacior anſer. *Oui. met.* 11.
Vigil. ——iam vigiles conticuere canes. *Ouid. faſt.* 4
Prou. turba. Et valeant vigiles prouida turba canes. *ibidem.*
Rabioſa. Hac rabioſa fugit canis hac luculẽta ruit ſus. *Hor. ep.* 1.
Odorus. ——Parthenium canibus ſectatur odoris. *Cl. de rap.* 2.
Obſcœnus. Obſcœnique canes importunæq; volucres. *Virg. geo.* 1.
Argutus. ——ſignum arguti miſere canes. *Sen. Hip.*
Armillatus. Atque armillatos colla moloſſa canes *Prop.* 4.
Auidus. ——ſcindent auidi perfida corda canes. *Ouid in Ibid.*
Blandus. Hinc canibus blandis rabies venit. *Virg. geor.* 3.
Ieiuna. Et oſſa ab ore rapta ieiunæ canis. *Hor. ep.*
7 *Moloſſus.* ——domus alta Moloſſis
Perſonuit canibus. *Hor. ſer.* 2.
Peruigil. cuſtos opaci peruigil regni canis. *Her. fur.*
Rapidus. Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis
corporibus Scyllas. *Lucret.* 5.
Ferus. Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum. *Ouid. met.* 13
Vocalis. ——vocales occupat enſe canes. *Prop.* 4.
Fidus. ——fidoſque canes fleuere moloſſi. *Stat. ſyl.* 3.
Pernix. Seu pernix cum denſa vagis lattatibus implet. *Silius* 3.

Ales. Gnoſius. Genus acre. Arcas. Comes. Proteruus. Acer. Fortis curſu. Dictæus. Amicus. Prævalidus. Raucus.

Ne quid deſideretur vſitatiora canum nomina hic ſubijcere ex Ouidio lib. 3. Met. non iniucundum duximus.

Melampus. Nebrophonos. Hylæus. Dromas. Leucon. Ichnobates. Lælape. Nape. Canache. Aſbolus. Pamphagus. Theron. Pœmenis. Sticte. Aello.

Dorceus.	*Pterelas.*	*Harpyia.*	*Tigris.*	*Thous.*
Oribaſus.	*Agre.*	*Ladon.*	*Alce.*	*Lyriſca.*
Harpalos.	*Lachne.*	*Melanchates.*	*Aglaodos.*	*Theridamas.*
Menaleus.	*Labros.*	*Hylax.*	*Hylactor.*	*Oreſitrophos.*
Lyciſca.				

CANES pro furijs & 2 Cerbero.

Stygia. ——ſtygiaſque canes in luce ſuperna.
Deſtituam. *Lucanus.*
——atque videres
Inferna.[n° Infernas vlulare canes lunámque rubentem. *Horat. ſer.* 1
2 *Tergemi-* Tartareoſque lacus tergeminumque canẽ. *Ou. de art.* 3.
Vipereus. Et tria vipereo fecimus ora cani. *Oui. am.* 3.
2*Triformis.* Non me triformis ſole conſpecto canis
Ad ſtyga reduxit *Sen. Her. œt.*

CANISTRVM. *Vide* Calathus.

Fiſcella eſt, ſeu ciſta viminea recipiendis floribus.

Patulum. ——in patulis redolentia mala caniſtris. *Ou. met.* 8.
Latum. Stat puer, & manibus lata caniſtra tenet. *Ouid faſt.* 2.
Coronatum. Pura coronatis portabant ſacra caniſtris. *Ouid. met.* 2.
Cumula. flo. At chorus æqualis cumulatis flore caniſtris. *Ou. faſt.* 4.
Purum. ——puris nunc corna caniſtris
Compoſuit. *Silius* 7.
Plenum. Pabulaq; in forib⁹ plenis appone caniſtris. *Vir. geor.* 4.
Vimineum. Virgatum. Raſile. Grauidum.

CANNA. V. Calamus.

Leuis. Vt leuis in madida canna palude tremit. *Ou. de arte* 1.
Tremula. ——tremulis circundata cannis
Reſtitit. *Ouid. met.* 6.
Paluſtris. Et quam limoſâ canna paluſtris humo. *O de re. a.* 1.
Craſſa. Nil præter ſalices craſſaque canna fuit. *Ou. faſt.* 6.
Longa. Viminaque & longę parua ſub arundine cannæ, *O. m.* 8

CANNA. *Fiſtula.*

Arguta. Arguta reuocans ad roſcida paſcua canna. *Silius* 7.
Septena. Irrita ſeptęnâ modulatur ſibila cannâ. *Calph. ecl.*

CANOPVS.

Eſt parua inſula maris Mediterranei ad oſtium Nili, quod ab ea Canopicum vocatur. Sic dicta eſt à Canobo Gubernatore nauis Regis Menelai. Hanc in rem facit Cornelius Tacitus lib. 2. Hiſtoriarum. condidere, *inquit*, id i Spartani ob ſepultum illic Rectorem nauis Canobum: quá tempeſtate Menelaus Græciam petens, diuerſum ad mare terrámque Libyam delatus eſt.

2 *A Cleopatra Ægypti Regina, à 4 Peluſio, 3 Pella & 5 Pharo vrbibus epitheta mutuatus eſt.*

2 *Famoſus.*	Barbara famoſo non cedit turba canopo.	*Iuuen. ſat.* 15
3 *Pellæus.*	——— Pellæi gens fortunata canopi.	*Virg. geor.* 4.
5 *Pharius.*	Dum venit à Phario dotalis turba canopo	*Sid. Ap. pan.*
4 *Peluſiac⁹.*	Et Peluſiaci tam mollis turba canopi.	*Lucanus* 8.
1 *Amyclæ⁹.*	Memphis Amycleo paſſim laſciua canopo.	*Silius* 1 .
1 *Terapnæ⁹.*	curue Terapnęi laſciuiat ora canopi.	*Stat. ſyl.* 3.
2 *Inceſtus.*	Scilicet inceſti meretrix laſciua canopi.	*Prop.* 4.

CANTHARVS.

Poculum eſt quo vſus eſt Bacchus vini Deus. Val. Max. de inſolentia Caii Martij ſic habet: *Poſt Iugurthinum, Cymbricúmque & Teutonicum triũphum cantharo ſemper potauit: quod Liber pater inclytum ex Aſia deducens triumphum, hoc vſus poculi genere ferebatur.*

Grauis.	Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.	*Virg. Ecl.* 6.
Ingens.	——— vbi cantharus ingens	
	Deſpuit effuſi ſpumantia damna Falerni.	*Prud. Pſych.*

CANTVS. carmen.

Ducenda ſunt epitheta vel à Poetis in ea arte clariſſimis, 1 Orpheo, 2 Homero, 3 Virgilio: à 5 Muſis, quibus 4 Apollo ſiue Phœbus carminis Deus præeſt. V. Muſa. Pro ſono fiſtulæ vſurpauit Claudianus libro 2. de raptu Proſerpinæ.

Mygdonio buxus circunſonat horrida cantu.

Ad ſepulchra canebant antiqui, & Magi cantibus ſeu incantationibus lunam è cælo deuocabant.

	——— plectro modulatus eburno	
Fœlix.	Fœlices cantus ore ſonante dedit.	*Tib.* 3.
Eloquens.	——————— eloquente	
	cantu purpureum trahes Senatum	*Stat. ſyl.* 2.
Modulatus.	——— exora modulato Phyllida cantu.	*Calph. ecl.*
5 *Pierius.*	Pierios differ, cantúſque chorósque ſororũ.	*Mart. epig.* 1
Feſtiuus.	coniugii necdum feſtiuos regia cantus	
	Sopierat.	*Clau. pan.* 2.
4 *Apolline⁹.*	Auſus Apollineos prę ſe contẽnere cãtus.	*Ouid. met.* 11
1 *Orphæus.*	cerberus Orphæo leniuit ſibilą cantu.	*Lucanus* 6.
	Mantua Muſarum domus, atque ad ſydera cantu	
3 *Andinus.*	Euecta Andino.	*Silius* 8.
Argutus.	Argutos interet volucrũ certamina cantus.	*Silius* 4.
Tremulus.	Et cantu tremulo pota cupidinem	
	Lentum ſollicitas.	*Hor. car.* 4.
	——— acta viri multum incita cantu	
2 *Mæonius.*	Mœonio.	*Stat. Achil.*

Tener. Ipſa domũ tenero mulcens Proſerpina cãtu. *Cl.de rap.* 1
Doctus. Finierat doctos è nobis maxima cantus. *Ouid. met.* 5.

CANTVS in funere.

Cantu noſtra canet tempora flebili. *Sen.Her.œt.*
Lugubris. ——præcipe lugubres
Cantus Melpomene. *Hor.Car.* 1.
Supplex. ——& ſupplice cantu
Præſtatura nouas vires incendia poſcit. *Cl.Epigr.*
Feralis. ————feralique horrida cantu
Buccina lymphatas agit in certamina mentes. *Sil.* 5.
Stridulus. ——adunco ſtridulos cantus
Emiſit ære. *Sen.œd.*

CANTVS MAGICVS.

Deducta habes epitheta à Thracia quæ magicis incantationibus floruit. V. Carmen. Ars magica.

Magicus. O vtinam magicæ noſſem cantamina muſę. *Pr.* 4.
Sic te regentem fræna nocturni ætheris
Theſſalus. Detrahere nũmquam Theſſali cantus queant. *Sen.Hip.*
Æmonius. Æmonijs agitari cantibus vmbræ. *Val.* 6.
Tacitus. ———tacitis non cantibus illum
Flexerat. *Val.* 7.

CAPANEVS.

Euadnes maritus, Argolicus patriâ, vnus è ſeptẽ ducibus qui ad bellũ Thebanum profectus eſt. Dicitur primus in oppugnationibus murorum ſcalarum vſum adinueniſſe: de quo eleganter Statius ait, Aërium ſibi portat iter. *Hic cũ in expugnatione Thebarum è ſcalis dejectus, & mole lapidum à Thebanis obrutus fuiſſet, anſam dedit poëtis, vt inde fingerẽt eum à Ioue fuiſſe fulmine percuſſum, quod parum pius deorum numina aſpernaretur.*

Temerarius. cum cecidit capaneus ſubito temerarius ictu. *O.triſt.* 4
Turbidus. Turbidus aeria capaneus occurrit in haſta. *Stat.The.* 7
Immanis. conſtitit immanis cerni, immaniſque tueri
Argolicus. Argolicus capaneus. *Stat.The.* 6.
————preſſitque dolorem
Magnanim. Magnanimus capaneus. *Stat.The.* 9.
Ferus. ————ferus Actora magno
Enſe grauat capaneus. *Stat.Th.* 10.

CAPELLA: ſignum cæleſte.

Pluuialis. ——Oleniæ ſydus pluuiale capellæ. *Ouid.met.* 3.
Inſana. Poſt inſana capræ ſydera, &c. *Hor.* 3.

CAPRA. Capella.

Laſciua. Florentem Cytiſum ſequitur laſciua capella. *Vir. Ecl.* 2.
Diſt. lacte. Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas *Vir. E.* 7.
Rorās lacte. Illi ſunt gratæ rorantes lacte capellæ. *Vir. in Cul.*
Satura. Vbera dent ſaturæ manib⁹ preſſanda capellæ. *Oui. m.* 15.
Olida. Sed minus arcta premunt olidæ conuiuia capræ. *H. ep.* 1
Sima. Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellę. *V. Ecl.* 10
Hirta. Lanigeros agitare greges hirtáſque capellas. *Vir. geor.* 3
Barbigera. Barbigeras oleaſter eo iuuat vſq; capellas. *Lucret.* 6.
Hirſuta. Diſcit ab hirſuta iaculum torquere capella. *Iuuen. ſat.* 5
Vaga. ——compellente vagæ cuſtode capellæ. *Vir. in Cul.*
Vrens culta. ——aut vrentes culta capellas *Virg. geor.* 2.
Amās ſaxa. -nec ouis placidæ, nec amantis ſaxa capellæ. *Ou. epiſt.* 15

CAPER. Hircus.

Mas caprarum caſtratus, quamuis Virgil. vſurparit pro hirco Ecl. 7.
Vir gregis ipſe caper. *Nam & verius Martialis ait,*
Dum iugulas hircum factus es ipſe caper.
Bicornis. ——aut direpta bicornis
Terga capri. *Ou. met* 15.
Libidinoſus. Libidinoſus immolabitur caper. *Hor. epod.*
Setiger. ——humeróſque tegunt velamina capri
Setigeri. *Sil.* 4.
Barbiger. Hirtus. Hirſutus. Corniger. Olens. Maritus. Vir. Dux gregis. Olidus. Laſciuus. Petulans. Petulcus. Toruus.

CAPHAREVS.

Mons præruptus & frequens ſcopulis in Eubœa, ad quem 1 fraude Nauplij, Palamedis filij mortem 2 vlciſcentis nauee Græcorum impegerunt.
Importunus. Quos communis hyems, importunúſque Caphareus
Merſit aquis. *Ou. met.* 14.
——ſaxa rapidis cluſa vorticibus tegit
1 *Fallax.* Fallax Caphareus. *Sen. Agam.*
Procelloſus. Forte procelloſi remeans ex arce Capharei *Sid. Ap. pan.*
Saxa Caph. Saxa triumphales fregere Capharea puppes
Naufraga quum vaſto Græcia tracta ſolo eſt. *Propert.* 3.
2 *Vltor.* —Euboicæ cautes, vltórque caphareus. *Virgilius.*
Triſtis. Durus. Aſper. Naufragus. Dirus. Altus. Scopuloſus.

CAPILLVS. Capilli.

Capillus dicitur quaſi capitis pilus: hunc ſolebant in feſtis, ludiſque publicis vel ad pompam, vel ad ornatum antiqui calamiſtro fingere floribus coronare, oleo & pretioſis liquoribus perfundere.
Formoſi. Formoſos circum Virgo morerere capillos. *Vir. in Ceiri.*
Illius

Nitidi. Illius è nitido ſtillent vnguenta capillo. *Tibul.* 1.

Molles. Quid tibi nunc prodeſt molles coluiſſe capillos? *ibid.*

Pulchri. Ah quoties pulchros vſſit regina capillos! *Prop.* 3.

Rutili. Ecce venit rutilis humeros perfuſa capillis. *Ouid. met.* 2.

Redimiti. Ipſa redimitos olea frondente capillos. *Prud. Pſyc.*

Puer quis ex aula capillis

Vncti. Ad Cyathum ſtatuetur vnctis. *Hor. car.* 1.

Præcincti Candida veſtis erat, præcincti flore capilli,

flore. Flaua verecundus tinxerat ora rubor. *Ou. epiſt.* 4.

Electro, auro —& hinc Sybaris veſtris conterminus oris

ſimiles. Electro ſimiles faciunt auróque capillos? *Ou. met.* 15.

Digeſti. Ergo ego digeſtos potui violare capillos, *Ouid. am.* 1.

Vittati. ———vittatis quòd erat Caſſandra capillis. *ibid.*

Nitentes. Fregi coronatus nitentes

Malobathro Syrio capillos. *Hor. car.* 2.

Coronati. Sæpè coronatis ſtillant vnguenta capillis. *Ou. epiſt.* 20.

Compti. Sanguine turpantẽ comptos de more capillos. *V. Æn.* 10

Ornati. Quid iuuat ornato procedere vita capillo. *Prop.* 1.

Odorati. Ibat odoratis humeros perfuſa capillis. *Ouid. faſt.* 2.

Flaui. Cur mihi plus æquo flaui placuere capilli? *Ou. epiſt.* 10.

———————reddes

Nigri. Forte latus nigros anguſtâ fronte capillos. *Hor. epiſt.* 1.

Longi. ———veniat longos incompta capillos. *Tibul.* 3.

Pulli. Seu pendent niueâ pulli ceruice capilli

Leda fuit nigrâ conſpicienda comâ. *Ouid. am.* 2.

Intonſi. Intõſóſq; agitaret Apollinis aura capillos. *Horat. epod.*

Fuſi. ————fuſis decet eſſe capillis. *Tibul.* 4.

Compoſiti. *Pexi. Medicati. Olentes. Dulces. Teneri.*

CAPILLI, in luctu & ira.

Demiſſi. Aſpice demiſſos lugentis more capillos. *Ouid. ep.* 10.

Incompti. Siccine eã incõptis vidiſti flere capillis? *Prop.* 3.

Paſſi. Per tumulos errat paſſis diſcincta capillis. *Ou. epiſt.* 6.

Inculti. Non venit incultis captarũ more capillis. *id. epiſt.* 9.

Diffuſi. Aut ego diffuſis errarui ſola capillis. *id. epiſt.* 10.

Inornati. Spectat inornatos collo pendere capillos. *id. met.* 1.

Neglecti. Vitta coercebat neglectos alba capillos. *id. met.* 2.

Turbati. Quæ modo cũ vili turbatis veſte capillis. *id. met.* 8.

Poſiti ſine ———poſitos ſine lege capillos

lege. Vitta coercebat. *id. met.* 1.

Sparſi per ———ſparſos per colla capillos

colla. Colligit in nodum. *id. met.* 3.

Refugi. ———refugóſque gerens à fronte capillos. *Luc.* 10.

Longi. Tūc mihi qualis erat lōgos turbata capillos. *Tib. 1.*
Et,quantum ira finit formoſa,mouenſque decoro
Immiſſi Cum capite immiſſos humerum per vtrumque capillos
per humeros. Conſtitit. *Ou. met. 6.*
Lacerati. Componit crinem laceratis ipſa capillis. *Iuuen. ſat. 6.*
Sciſſi. Deplanxere domū ſciſſis cum veſte capillis. *Ouid. met. 4*
——————planxere ſorores
Secti. Naiades,& ſectos fratri impoſuere capillos. *Ouid. met. 3.*
Promiſſi. *Diſiecti.*

CAPILLI impexi.

Hirſuti. Auſus es hirſutos mitra redimere capillos. *Ouid ep. 9.*
Pulli. Ceu pendent niuea pulli ceruice capilli. *Oui. Am. 1.*
Rigidi. Nec male deformet rigidos tōſura capillos. *Oui. d. a. 1.*
Aſperi. Horret capillis, vt marinus aſperis
Echinus aut currens aper. *Hor. ep.*
Paſſus aptari digitis ſmaragdos
Rudes. Et dari legem rudibus capillis. *Sen. Hip.*
Horrens. Horridus. Hiſpidus. Hirtus.

CAPILLI ſenum.

Albeſcens. Lenit albeſcens animos capillus. *Hor. car. 3.*
Longaui. Si mutare paras longæuos cana capillos. *Mar. ep. 13.*
Cani. Perque quod vt videā canis albere capillis. *Ou. ep. 13.*

CAPISTRVM.

Eſt capitis vinculum,quod mulis,iumentis,bobus ne fugiant adhibetur.
Ferratum. ———ferratis præfigunt ora capiſtris. *Virg. geor. 3.*
Molle. ——————det mollibus ora capiſtris
Inualidus. *Ibidem.*

CAPITOLIVM.

Mons eſt ingens,arx Romæ,extructa à Tarquinio Superbo. De hoc ſic ait Tit. Liu. 1. Decad. lib 5. ad finem. Hic Capitolium eſt, vbi quondam capite humano inuento reſponſum eſt, eo loco caput rerum ſummamque imperij fore.
————ad Capitolia ducit
Aureum. Aurea nūc,olim ſylueſtrib⁹ horrida dumis. *Virg. æn. 8.*
————ſtet capitolium
Fulgens. Fulgens,triumphatiſque poſſit
Roma ferox dare iura Medis. *Hor. car. 3.*
Altum. Ille triumphatā capitolia ad alta corintho
Victor aget currum *Virg æn. 6.*
Celſum. ———Capitolia celſa tenebat. *Virg. æn. 8.*

CAPREA.

Eſt capra ſylueſtris.

Fera. Ecce feræ ſaxi dejectæ vertice capræ. *Virg æn.4.*

Syluestris. Syluestres capreæ ſollicituſque lepus. *Ouid.faſt.5.*

Sequax. Syluestres vri aſſiduæ capreæque ſequaces. *Virg.Geor.3*
——— & nuſquam talibus armis

Fugax. Ante niſi in damis capreiſq; fugacibus vſus. *Oui.met.1.*

Laſciua. Laſciuæ ſimilem ludere capreæ. *Hor. Car.3.*

Imbellis. Imbelles capreæ ſollicituſque lepus. *Ouid.faſt.5.*

CAPRICORNVS.

Signum eſt cæleſte ad ſimilitudinem capri: vnam habet in naſo ſtellã, duas in pectore, duas item in pedibus; inter ſcapulas ſeptem, in ventre ſex, in caudà duas: tempeſtates in Oceano Atlantico, ſeu Occidentali concitat. Capricornus autem 1 Saturno attribuitur. Dicuntque aliqui Tyrannos qui ſuam patriam oppreſſerunt, pro natalitio ſigno Capricornum ſortitos fuiſſe, 2 quaſi illis naſcentibus, Tyrannis fuerit fatalis: ad quæ forſan reſpexit Horatius, cum Capricornum Tyrannũ vocarit. Ad illud ſignum cum ſol peruenerit, 4 cõuerſus ad ſigna auſtralia dies longiores efficit. —intra gelidũ capricorni ſydus, & axem. *Manil. 1.*

1 *Rigens.* ——— & te capricorne rigentem
Maxima turba petit. *Idem.*
——— pars violentior

2 *Tyrannus.* Natalis horæ ſeu Tyrannus
Heſperiæ capricornus vndæ. *Hor Car. 2.*

4 *Tropicus.* Quãtaq; nox tropico ſe porrigit in capricorno. *Auſ.Ed.*

3 *Heſperius.* Lotus & Heſperiâ quid capricornus aqua. *Pro.4.*

CAPVLVS.

Manubrium gladij, à capiendo dictum.

Eburnus. Cũ caput in capulo gladii cognouit eburno. *Ou.met.7.*

CAPVT.

Honeſtum, Et quocũque Deus circum caput egit honeſtũ. *Virg.2.*
——— vittaſque reſoluit

Sacratum. Sacrati capitis. *Virg.æn.5.*
——— terque quaterque

Illuſtre. Concutiens illuſtre caput. *Ouid. m. 11*

Nitidum. Nũc decet aut viridi nitidũ caput impedire myrtho. *H. 1.*

Celſum. Sic tulit celſum caput. *Sen Hip.*

Mite. Mite nec in rigido pectore pone caput. *Ouid.am. 1.*

Flauum. Ille caput flauum lauro Permeſſide vinctus. *Oui.met.11.*
Quis deſiderio ſit pudor, aut modus

Carum. Tam cari capitis? *Hor. Car.1.*

Altum. Talis prima Dares caput altũ in prælia tollit. *Virg. æn. 5.*

Arduum. Abduxere retro longe capita ardua ab ictu. *Ibidem.*

Purum. Longa probat facies capitis diſcrimina puri. *Ou. de air.*

Teſtor cara deos, & te germana, tuumque

Dulce. Dulce caput! *Virgil. æn. 4.*

Decorum. ————formoſa mouenſque decoro

Cū capite immiſſos humerū per vtrūq; capillos. *O. m. 6*

Denſum ————mouit pictis innixa cothurnis

cæſarie. Denſum cæſarie terque quaterque caput. *Oui. am. 3.*

Iuuenile. Vtq; meū intonſis caput eſt iuuenile capillis. *Oui. met. 2*

Intonſum. Bis caput intonſum fontanâ ſpargitur vnda. *Oui. faſt. 4.*

Canum. Magna fuit quondā capitis reuerentia cani. *Ouid. faſt. 5.*

CAPVT, pro ipſo homine.

Fidele. Et ſumpta & poſitâ pacè fidele caput. *Tib. 2.*

Quis deſiderio ſit pudor aut modus

Charum. Tam chari capitis. *Hor. Car. 2.*

Inſuperabile. ———Æacides caput inſuperabile bello. *Ouid. me. 12.*

Decorum. Egregium. Ingenuum. Nobile. Dulce. Audax. Fidum. Indomitum. Fidele. Dilectum. Illuſtre. Inſigne. Honoratum.

CAPVT, pro homine peſſimo.

Triſte. Triſte caput pedibus ſuppoſuiſſe Ducis. *Ouid. triſt. 3.*

Miſerabile. Siue dies igitur caput hoc miſerabile cernit. *Ou. pont. 1.*

Inuiſum. Protinus inuiſum ne petat haſta caput. *Ouid. in Ib.*

Malefidum. Carmina dū capiti malefido dira canūtur. *ibid.*

————ſed tu ſimul obligaſti

Perfidum. Perfidum votis caput. *Hor. car. 2.*

Impium. Grauiſque tellus impio capiti incubet. *Sen. Hip.*

Periurum. Nullâne periuri capitis fraudiſque nefandæ

Pœna erit? *Iuuen. ſat. 13*

Infeſtum. congerite, ciues, ſaxa in infeſtum caput. *Sen. Oed.*

Noxium. Me dede neci, noxium macta caput. *Sen. Med.*

Ignauum. criminaq; ignaui capitis mihi turpia fingis. *Prop. 3.*

Audax. Furiale. Inuiſum. Exitiale. Nefandum. Tetrum. Dirum. Damnatum.

CAPVT, vertex montis.

Summum. Excelſum. Niuale. Nimboſum. Præruptum. Aerium. Sacrum. Intonſum. Pruinoſum. Nemoroſum.

Vide MONS. CACVMEN.

CAPVT arborum.

Vmbroſum. Comans. Sacrum. Altum. Inuiolatum. Sublime. Excelſum. Opacum. Arduum. Virens.

Vide ARBOR.

CARBASVS. *CARBASA* orum.

Genus lini valdè tenue, pro veſte & velis nauium accipitur. In ſingulari per fœmininum & maſculinum, in plurali vero per neu-

trum tantùm effertur.

Pendens. ———pendentiaque vndique rector carbaſa deducit. *Ou.met.6.*

Fluxum. Iuxa coloratis aſtringunt carbaſa gēmis. *Lucan.3.*

Alba. Exhibuit viuos carbaſus alba focos. *Prop.*

Tenuis. ——cum tenuis glauco velabat amictu carbaſus. *Vir. Æn.8.*

CARCER.

Locus in quo ſeruantur noxij & vnde quis exire prohibetur. Dictus quaſi arcer ab arcendo. Oſtia verò illa per quæ arcentur equi ad curſum, carceres vocant Poetæ in plurali; quanquam Virgilius promiſcuè vſus ſit Æn.3. ——ruúntque effuſi carcere currus.

Sollicitus. ——ſollicito carcere dignus eras. *Ouid. am.1.*

Squallidus. Squallidus orba fide pectora carcer habet. *Ouid. am. 2*

——————ſcelerísque luela,

Horribilis. carcer & horribilis, de ſaxo iactus deorſum, Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ. *Lucret. 3.*

Dirus. Quod ipſe cuſtos carceris diri horreat. *Sen. Thyeſt.*

Cæcus. Abſtruſa cæco carcere, & ſaxo exigat Æuum. *Sen. Agam.*

Ater. Laxabit atri carceris iam iam fores. *Sen. Her. Oe.*

Tenebroſus. Elicit oppreſſas tenebroſo in carcere leges. *Cl. in Ruf.*

Mæſtus. carnifici in mœſto carcere dandus erit. *Ou. ad Liu.*

Niger. ————& nigri patietur carceris vncum. *Iuuen. ſat. 13*

Squallens. Obſcurus. Sæuus. Mærens. Inuiſus.

Opacus. Teter. Profundus. Rigidus. Vmbroſus.

CARDO.

Ferrum eſt affixum parieti l us ſuper quod portæ voluuntur.

Æratus. Marmoreo æratus ſtridens in limine cardo. *Vir. in Ceiri.*

Ahenus. Stridens. Durus. Ferreus. Tacitus. Horriſonus.

Rigens. Æreus. Solidus. Facilis. Tardus. Rigidus.

CARDVVS.

Horrens. Ancipites tribuli ſubeunt, & carduus horrēs. *Pru. in Sy.*

Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos

Segnis. Eſſet rubigo, ſegníſque horreret in aruis carduus. *Vir. geor.1.*

CAREX.

Herba eſt acuta & duriſſima.

Acuta. ————& carice paſtus acuta. *Virg. geor. 3.*

CARICA.

Propriè eſt ficus ſicca.

Rugoſa. Quid vult palma ſibi, rugoſaq; carica dixi. *Ouid. faſt.1.*

CARINA. *Vide* PVPPIS NAVIS. RATIS.

Sunt trabes illæ quibus naues fundantur, vel eſt infima pars nauis. Pro naue vſurpatur. V. Ouid. Triſt. 1. Eleg. 9.

Curua. Iã tibi tũ curuis male tẽperat vnda carinis. *Virg. geor. 1.*
Panda. Texitur & coſtis panda carina ſuis. *Oui. epiſt. 15*
Incurua. ——incuruæ fumabant tranſtra carinæ. *Ou. met. 14.*
Ærata. Æratas iuſſu texamus mille carinas. *Sil. 11.*
Vncta. Labitur vncta carina, volat ſuper impet' vndas. *Ennius.*
Inflexa. Signa dabat pars inflexis ſuper acta carinis. *Vir. in Cul.*
Longa. ——longæ ſulcant vada ſalſa carinæ. *idẽ æneid. 5.*
Velifera. Non ego veliferã tumidũ mare findo carinã. *Propert. 3.*
Celeris. ———celerique carina
Ægeas metiris aquas *Ouid. met. 9.*
Audax. Quiſquis audacis tetigit carinæ
Nobiles remos- *Seneca Med.*
Firma. Quæ tulit Aſoniden firma carina fuit. *Ouid. pont. 1*
Valida. Dũ mea puppis erat valida fundata carina. *idẽ pont. 4.*
Impulſa. ——impulſæ tonſis tremuere carinæ. *Lucanus 3.*
Picta. ————pictáſque exure carinas. *Vir. æneid. 7.*
Turrigera. Et iã turrigeram Brutii comitata carinam. *Lucanus 3.*
Caua. *Veliuola.* *Volucris.* *Leuis.* *Vaga.* *Cita.*
Bellatrix. *Ærata.* *Dubia.* *Profuga.* *Lacera.*

CARMEN.

Carmen dicitur quidquid certa lege & menſura ſiue dimenſione poeta componit. Venit à cano, carmen quaſi canimen. Sumit plerumque Epitheton ab ipſis poetis qui in ea arte claruerunt, vt ab Homero 3 Mæonium, Virgilio Andinum; 4 Sappho Sapphicum Leſbium, ab Alcæo 1 Æolium, Heſiodo 2 Aſcræum, &c. A 5 Phœbo item & 6 Muſis, quæ & carminibus præſunt. Sibyllæ verſibus oracula edebant. Magi incantatoréſque carminibus dicebantur lunam è cælo deducere. Elige Epitheton ex illis regionibus in quibus veneficia incantationéſque ſæpius fiebant. In nuptijs rebuſque lætis ſicut in funeribus cantores adhibebantur.

1 Æolium. Princeps Æolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos. *Hor. car. 3.*
2 Aſcræum. Aſcræũq; cano Romana per oppida carmen. *Virg. gẽ. 2.*
Molle. Mollia ſed tenui pede currere carmina verſu *V. in Cul.*
Deductum. Paſcere oportet oues, deductũ dicere carmẽ. *Virg. Buc. 6*
————non Indis flectere conchis,
Blandum. Sed potui blandi carminis obſequio. *Pro. 1.*
Graue. Quid tibi nũc miſero prodeſt graue dicere carmẽ? *Ibid.*
Lene. Carmina manſuetus lenia quærit amor. *Ibid.*
Fœlix. Sunt mihi pro magno fœlicia carmina cenſu. *Oui. A. 1.*

Sublime. Non ego cõtulerim ſublimia carmina noſtris. *Oui. A.* 3.
Bonum. Carminibus confide bonis, iacet ecce Tibullus, *ibid.*
Vigilatum. His ergo ant illis, vigilatũ carmen ad illas, &c. *O. de a.* 2.
Cultum. Dum feris Auſoniâ carmina culta lyrâ. *Oui. triſt.* 4.
Fauſtum. Et cecini fauſto carmine digna toro. *Ouid. pont.* 1
Regale. Quique dedit Latio carmen regale Seuerus. *Ou. pont.* 4.
3 *Mœonium.* Victor Mœonij carminis alite. *Hor. Car.* 1.
Suaueloquens. ———————volui tibi ſuaueloquenti
6 *Pierium.* Carmine Pierio rationem exponere noſtrã. *Lucret.* 1.
Operoſum. ———operoſa paruus carmina fingo. *Hor. car.* 4.
Amabile. ——————ſeu condis amabile carmen
Prima feres hederæ victricis præmia. *Horat. epiſt.*
———ſtetit vrna paulùm
Gratum. Sicca dum grato Danai puellas
Carmine mulcet. *Hor. car.* 3.
Laudabile. ———natura fieret laudabile carmen an arte
Quæſitum eſt. *Hor. de ar. p.*
Liquidum. Et cytharæ liquidũ carmẽ chordaſq; loquẽtes. *Lucret.* 4.
Vocale. Carmine vocali clarus citharáq; Philemon. *Oui. met.* 11.
Leue. ——————leuia carmina cantu
Concelebrare homines poſſent. *Lucret.* 5.
Sacrum. Vnde ſacro Latij ſonuerũt carmine montes *Stat. ſyl* 1.
——————vires animoſque Thaliæ
Manſurum. Alcinoiq; dapes mãſurq carmine monſtrat. *Stat. ſyl.* 4.
Victurum. Et victura petis carmina. *Mart. ep* 8.
Æternum. Sed datur æterno victurum carmine nomen. *Mar. ep.* 10.
6 *Caſtalium.* Pectora caſtalio frãgebat carmine Teutras. *Sil.* 11.
Honorum. ———nunc laude virum nunc vatis honoro
Carmine. *Val.* 4.
Lucidum. ———obſcura de re tam lucida pango
Carmina. *Lucret.* 4.
Reſonans. ————reſonantia carmina chordis. *Oui. ad piſ.*
Blandiſſimũ. At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictãt. *O. ep* 21.
Votiuum. Auguror, en vinces, votiuaque carmina reddã. *O. d. a.* 1.
5 *Phœbeum.* ———Phœbeáque carmina chordis
Dædalum. Dædala. *Lucret.* 2.
Plenum. 4 *Leſbiacũ. Celebre. Querulum. Canorum. Sonorum.*
Amicum. Compoſitũ. Cõptum. Aureum. 6 *Aonium. Diuinum.*
Dulce. 4 *Leſbium. Lene. Heroum. Tenerum. Elegans.*
Facetum. Threicium. Viuidum. Feſtiuum. Excultum. 5 *Apollineũ.*
Præclarum. Doctum. Iocoſum. Tenue. Sonans.

CARMEN inconditum.

Inconditum. ——ibi hæc incondita ſolus
Montibus & ſyluis ſtudio iactabat inani, *Virg. Ecl.* 2.
Miſerum. Stridēti miſerum ſtipulâ diſperdere carmē *Virg. Ecl.* 3.
Leue. Et leue ceratâ modulatur arundine carmē. *Ou. met.* 11.
Barbaricū. Barbaricóque Mydan (aderat nam fortè canenti)
carmine deliniit. *ibid.*
Rude. Vel quid adhuc creſcēs & rude carmē erat? *Oui. triſt.* 1.
Iuuenile. Ad leue rurſùs op⁹ iuuenilia carmina veni. *id. triſt.* 2.
Arundineū. ——arundineo carmine mulcet oues. *id. triſt.* 4.
Diſſonum. ————————ſeu diſſona nectit
carmina. *Stat. ſyl.* 1.
Ignobile. Si valeā meminiſſe,neq;eſt ignobile carmē. *Virg. Ecl.* 9
Imbelle. ————carménque imbelle ſequuti. *Stat. Th.* 10.
Inerme. Omne fuit muſæ carmen inerme meæ. *Ouid. in Ib.*
Paruum. ————ſed neque paruum
carmen Maieſtas recipit tua. *Horat. ep.* 2.
Triuiale. communi feriat carmen triuiale moneta. *Iuuen. ſat.* 6.

CARMEN, in exequiis & fletu.

Exequiale. carmina iā motiēs canit exequialia cycn⁹. *Ou. met.* 14.
Illaudabile. ———iuuat,heu iuuat illaudabile carmen
Fundere! *Stat. ſyl.* 5.
Lachrymoſū. Quis tibi,Naſo,mod⁹ lachrymoſi carminis? *Ou. triſt.* 5.
Flebile. Flendus amor meus eſt:elegeia,flebile carmē. *idē ep.* 21
Miſerabile. ——ramóque ſedens miſerabile carmen
Integrat. *Virg. geor.* 4.
Funereum. Quam celebrat ſub honore pio
Nænia carmine funereo. *Auſ. parent.*
Lamētabile. ————————lamentabile carmen
Da Genitor. *Stat ſyl.* 5.
Mœſtum. Et cecinit mœſtum deuia carmen auis. *Ou epiſt.* 2.
————————ter omen
Lethale. Funereus bubo lethali carmine fecit. *Ou. met.* 10.
Ferale. Seráque culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri. *Vir. æneid.* 4.

CARMEN, in nuptiis.

O mihi ſi liceat thalamis intendere carmen
Connubiale. connubiale tuis! *Cl. pan.* 7.
Ipſe albis veheretur equis:currúmque ſequutus
Feſtum. Laurigerum feſto fremuiſſet carmine miles. *Cl. pan.* 3.
Nuptiale. Nuptialia concinens
Voce carmina tinnulâ. *Catul.*
Sociale. Tibiaque effudit ſocialia carmina vobis. *Ou. epiſt.* 12.

Solemne. Solemne Phœbus carmen
Edit infuſis humero capillis. *Sen. Oed.*
Lætum. —& te Bacche vocant per carmina læta. *Virg. geor. 2*

CARMEN probroſum.

Nec ſocerum quærit quem verſibus oblinat atris,
Famoſum. Nec ſpōſæ laqueū famoſo carmine nectit. *Hor. epiſt.*
Mordax. Non ego mordaci diſtrinxi carmine quēquā. *O. triſt. 2.*
Obliquum. ceſſent mendaces obliqui carminis aſtus. *Stat. ſyl. 1.*
Fœdum. ———fere ſcriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt. *Hor. epiſt. 2.*
Dirum. carmina dū capiti maleſido dira canuntur. *Ouid. in Ib.*

CARMEN SIBYLLÆ.

Epitheton deduxit Statius ab 1 Eubœa inſula, vbi 2 Calcis ciuitas, vnde venerunt ij qui 3 Cumas in Campania fundarunt, vbi Sibylla oracula reddebat.

———Euboïcæ carmen legit ille Sibyllæ. *Stat. ſyl. 1.*
3 *Cumæum.* Vltima cumæi venit iam carminis ætas. *Vir. ecl. 4.*
Immotum. ————ſi ſtant immota Sibyllæ
Carmina. *Cl. de bel. Gi.*
Diuinum. Vt Linus hæc illi diuino carmine paſtor
Dixerit. *Virg. Ecl. 6.*
Verum. Ore dabat pleno carmina vera Deo. *Ouid. faſt. 1.*
1 *Euboicum.* Quod Deus Euboico carmine munus habet. *O. faſt. 6.*
2 *Calcidicū.* ———cui calcidicum fas voluere carmen,
Lanea cui Phrygii eſt coma flaminis. *Stat. ſyl. 1.*
Ratum. Aut ſi Pergameæ ſero rata carmina Vatis. *Propert. 3.*
————————quid carmine poſcat
Fatidicum. Fatidico cuſtos Romani carbaſus æui. *Cl. de be. Ge.*

Sacrum.

CARMEN, pro incantamento.

Conſule ea quæ diximus ad capu- Ars Magica: vbi rationem Epithetorum reperies. Dicitur carmen Hecateium ab 1 Hecate ſorore Medeæ venefica. Citeinum à 2 Cite oppido in Colchide.

Magicum. Deficiunt magico torti ſub carmine Rhōbi. *Prop. 2.*
Ææum. Illa Magas artes Ææaque carmina nouit. *Ouid am. 1.*
Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
1 *Hecateiū.* conterit & tritis Hecatēia carmina miſcet. *Ou. met. 14.*
At nos ſolliciti lumine turbido
Theſſalicū. Tractum Theſſalicis carminibus rati
Tinnitus dedimus. *Sen. Hip.*
Inſanum. Non anus inſano carmine rumpet humū. *O. de re. a. 1.*
Valens. Per atque libros carminum valentium

Refixa cælo deuocare ſydera. *Hor. epod.*

Cantatum. Tũc quoq; cãtato denſãtur carmine cælũ. *Ou.met.14.*

——————carmen

Auxiliare. Auxiliare canit, ſecretáſque aduocat artes. *idẽ met.7.*

——————latices radice nocenti

Obſcurum. Spargit, & obſcurum verborum ambage nouorum

Ter nouies carmẽ Magico demurmurat ore. *idẽ met.14*

Iſta veneficii vetus eſt via: noſter Apollo

Sacrum. Innocuam ſacro carmine monſtrat opem. *idẽ de re.a.1.*

Tunc ego crediderim vobis & ſydera & omnes

1*Citeinum.* Poſſe Citeinis ducere carminibus. *Prop.1.*

2*Colchicum.* *Profanum.* *Vox ſacra.* *Secretum.* *Circaum.* *Peſtiferum.* *Æmonium.* *Infandum.* *Murmur magicum.* *Theſſalicum.* *Marſa Nenia.* *Murmur arcanũ.*

CARMENTA, & carmentis.

Nicoſtrata priùs appellata. verùm ſic dicta à Carmine, quippe vates erat, reſponſaque dabat. Fuit Euandri Arcadis mater. Dea poſtea facta eſt.

Tegeaa. *Mænalis.* *Fatidica.* *Fatiloqua.* *Dea Arcadica.* *Veridica.* *Vates.* *Docta Parrhaſia.* *Euandria mater.*

CARTHAGO.

Vrbs 4 Africæ percelebris, à Didone condita, de cuius potentia, vt ait Saluſtius, ſatius eſt ſilere quàm pauca dicere. Eam ſuo imperio ſubiecerunt Romani Duce Scipione. Dicitur Agenorea & Sidonia & Tyria ab 1 Agenore, 2 Tyri & 3 Sidonis rege, vnde Dido erat orta.

1 *Vrbs Age.* Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris vrbẽ. *Vir.æn.1.*

2 *Tyria.* ——————Tyria carthagine qui nunc

Expectat *Vir.aneid.4.*

Alta. Regnaue prima Remi, aut animos carthaginis altæ. *Pr.2*

Tumida. Flebile cũ tumida bellũ carthagine geſſi. *C. de bel.Gi.*

4 *Afra.* Afra carthago tua promet oſſa

Ore facundo cypriane doctor. *Pru. de Cor.*

Acerba. ——————ne tollat acerba

Hoc carthago decus. *Sil.17.*

Alma. ——————ſi nunc exiſteret alma

Celſa. carthago ante oculos turrita celſa figura. *Silius 13.*

Perfida. ——————cur perfida, & vrbi

Altera carthago noſtræ poſt fœdera rupta. *ibid.*

Antiqua. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni

[ra belli.] carthago Italiam contra Tiberinaque longè

Diues. Aſpe- Oſtia, diues opũ, ſtudiiſq; aſperrima belli. *Vir.æneid.1.*

Impia. Non incendia carthaginis impiæ. *Hor.car.4.*

Superba.	Non vt ſuperbas inuidæ carthaginis	
	Romanus arces vreret.	*Hor. epod.*
Magna.	O magna carthago probroſis	
	Altior Italiæ ruinis!	*Hor. car. 3.*
	Regius accitu cari genitoris ad vrbem	
3 *Sidonia.*	Sidoniam puer ire parat.	*Vir. aneid. 1.*
Fera.	cùm fera carthago Romanis arcibus olim.	*Virg. an. 10.*
Ferox.	——patitúrque ferox Oenotria iura	
	carthago.	*Silius 1.*

CARYSTE, & caryſtos.

Inſula vna eſt è Cycladibus, varii marmoris 1 ferax. In hac (vt ait Solinus capite 17.) Titanes 2 regnarunt. Briareo enim (inquit) Caryſtij rem diuinam faciunt, ſicut Ægeoni Calcidenſes.

1 *Ferax mar.*	An ferax varii lapidis caryſtos.	*Sen. Troad.*
Vndoſa.	Nō huc admiſſæ Thaſos, aut vndoſa caryſtos.	*Stat. ſyl. 1*
Saxoſa.	Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa caryſtos	*Lucanus 5.*
Graia.	————————iam Graia caryſtos	
Diues.	Sicanio diues meditatur dona ſepulchro.	*Sid pan.*
2 *Titana.*	Subliméſque ornet poſtes Titana cariſtos.	*ibid.*

CASA.

Humile tectum Ruſticorum.

Humilis.	Atq; humiles habitare caſas & figere ceruos.	*Virg. ecl. 2*
Parua.	Occupat in parua pigra ſenecta caſa.	*Tib. 1.*
Exigua.	Surge, nec exiguæ deſpice tecta caſæ.	*Ouid. faſt. 4.*
Iaces humi.	Humi iacentem ſcelera non intrant caſam.	*Sen. Thyeſt.*
Anguſta.	Et caſa pugnaces Curios anguſta tegebat.	*Cl. in Ruf.*
Putris.	Putris odorato luxerat igne caſa.	*Prop. 4.*
Immunda.	——————immmunda ſæpe latere caſa.	*Propert. 2.*
Sordida.	————————lapſaque ſordidæ	
	Fient templa caſæ.	*Sen. Her. Oe.*
Straminea.	Stramineis eſſet nunc quoque denſa caſis.	*Ouid. am. 2.*
Frondea.	Sunt quibus è ramis frondea facta caſa eſt.	*idem faſt. 3.*
Contecta	————contectam ſtramine vidi	
ſtramine.	Forte caſam.	*idem met. 5.*
Agreſtis.	*Pauper. Tenuis. Culmen agreſte.*	
Tectum,	*Deforme, Gramineū, Sordidum, Paſtorale.*	
	Vide Mapale.	

CASEVS.

Pinguis.	Pinguis, & ingratæ premeretur caſeus vrbi.	*Virg. Ecl. 1.*
Candidus.	candidus elixæ miſcetur caſeus herbæ.	*Ouid. faſt. 4.*
Niueus,	Per totū niueus premitur mihi caſeus annū.	*Calph. ecl.*

CASIA.

Frutex ſuauiſſimi odoris: in montibus potiſſimùm naſcitur.

Humilis. Vix humiles apib⁹ caſias rorẽq; miniſtrat. *Vir. Geor. 2.*
Suauis. Tũ caſia, atq; aliis intexens ſuauibus herbis. *Virg. Ecl. 2.*
Viridis. Hæc circũm caſiæ virides, &c. *Vir. Geor. 4.*
Mitis. Odora. Suaueolens. Spirans. Fragrans.

CASSANDRA.

Filia 4 Priami, Regis 3 Phrygiæ, 1 Vates, ſed cui 2 nulla fides adhiberetur: captâ Troiâ, ſorte ceſſit Agamemnoni, qui domum reuerſus, ab vxore cum Caſſandra occiſus eſt.

1 *Vates.* Nã mihi per ſõnũ caſſandræ Vatis imago. *Vir. Æneid. 5*
2 *Nõ credita.* ——— non vnquam credita Teucris. *ide Æneid. 2.*
3 *Ilia.* ——— neque enim Ilia quondam
Verax. Verax Pergameis Mænas habenda malis. *Propert. 3.*
1 *Antiſt.* ——— tractiſque comis Antiſtita Phœbi
Phœbi. Nõ profecturas tẽdebat ad æthera palmas. *Ouid. met. 13*
1 *Phœbas.* Téque Mycenæo Phœbas amata Duci. *idem triſt. 2.*
3 *Iliaca.* Phœbados Iliacæ raptũ ſatis vlta pudorẽ. *Sid. Ap. pan.*
4 *Priameïa* Ecce trahebatur paſſis Priameïa Virgo
Virgo. crinibus à templo caſſandra. *Vir. Æneid. 2*
3 *Phrygia.* Amore Phrygiæ Vatis incenſus furit. *Sen. Agam.*
Effrena. Effræna Phœbas Entheas laurus quatit. *ibid.*
3 *Pergamea.* Aut ſi Pergameæ ſerò rata carmina Vatis. *Propert. 4.*

CASSIS.

Capitis in bello integumentum. Hæc ſolebat criſtis, plumis, ſeu pilis equinis ad terrorem adumbrari: ex ære, auro, ſeu argento erat. Virgilius dixit caſſida, *in Nominatiuo ſingulari.*

Ærea. ——— tremit ærea caſſis
Ter niueâ ſcandente iubâ. *Stat. Th. 4.*
Criſtata. Seu caput abdiderat criſtata caſſide pẽnis. *Ouid. met. 8.*
Picta. ——— & à picta caſſide nomen habet. *idem triſt. 1.*
Nitida. ——— nitidæ nec caſſidis altam
compſit adornauítque iubam. *Stat. The. 8.*
Fulminea. Altum fulmineâ criſpare in caſſide ferrum. *Cl. Aug. pan.*
Martia. ——— taléſue metus non Martia caſſis
Sparſerit. *Val. 3.*
Aurea. Aureus ex humero ſonat arcus & aurea Vati
caſſida. *Virg. Æn. 11.*
Torua. —quippe apicem toruæ gradiuus habebat
caſſidis. *Stat. The. 8.*
Aurata. ——— ambos aurata caſſide donat. *idẽ Theb. 7.*
Celata. Vt phaleris gauderet equus, cęlataq; caſſis. *Iuuen. ſat. 11.*

Minax. ——————cùm tu claudêre minaci
caſſide, ferratúſque ſones. *Stat. Th.4.*
——————quatit aura comantes
Auricoma. caſſidis auricomæ criſtas. *Silius 4.*
——————ſtat caſſis vtrique
Hirſuta. Sydereis hirſuta iubis. *Claudianus.*
Ahena. *Fulminea.*

CASTANEA.

E nucum genere eſt: tam fructum quàm ipſam arborem ſignificat.

Mollis. caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. *Virg. Ecl.1.*
Hirſuta. Stant & iuniperi, & caſtáneæ hirſutæ. *idem Ecl. 7.*
Ipſe ego cana legam tenerâ lanugine mala,
Nux. caſtaneáſq; nuces, mea quas Amaryllis amabat. *id. Ecl.2.*
Alta. Pars autem poſito ſurgunt de ſemine, vt altæ
caſtaneæ. *idem geor.2.*

CASTOR. *CASTOREVM.*

Animal amphibium, venatoribus ob odorem teſticulorum pretioſum maximè appetitur: quod ſe vrgeri ſi ſentiat, mordicùs apprehenſa ſectaque illa parte propter quam requiritur, periculum redimit; & ſic Caſtores à caſtrando dicti ſunt.

Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno
Teſticuli. *Iuu. ſat. 14.*

Ex eorum teſticulis componitur Caſtoreum vnguentum: quod cùm multis proſit, prægnantibus maximè obeſt: vnde dicitur viroſum à viru, non autem à viribus, vt quidam malunt.

Graue. Caſtoreoq; graui mulier ſopita recumbit. *Lucret.6.*
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi,
Viroſum. At chalybes nudi ferrum, viroſáque pontus
Caſtorea *Virg. Geo.1.*

CASTOR. *vide* Tyndaridæ.

Filius Iouis, & 1 Ledæ vxoris 2 Tyndari Regis Spartæ in 3 Peloponneſo, vbi 4 Amyclæ & Therapnæ vrbes. Fratrem habuit Pollucem, quem adeò dilexit, vt poſt mortem partem ſuæ immortalitatis ei conceſſerit. Ambo in cælum euecti ſunt, fulgéntque in Zodiaco ad ſignum Geminorum. Caſtor delectabatur equis paſcendis domandíſque, Pollux cæſtibus decertabat.

Magnus. Fraterque magni Caſtoris victi prece
Adempta Vati reddidere lumina. *Hor. epod.*
4 *Amyclæus.* caſtori Amyclæo, & Amyclæo Polluci. *Ouid. epiſt. 8.*
1 *Ledæus.* Victuram hic cernit Ledæi Caſtoris vmbrã. *Silius 13.*
Gemellus. Gemelle Caſtor, & Gemelle caſtoris. *Catull.*

4 *Therapnæus.* 3 *Lacon.* 3 *Oebalius.* 3 *Oebalides.* 2 *Tyndarides*
2 *Ledæ genus.* *Equo præſtans.*

CASTRA orum. *CASTELLVM.*

Locus munitus, vbi milites tentoria figunt, à caſtri ſimilitudine, quòd foſſâ, muro, ſeu vallo, aut palis circundetur.

Horrida. Pérq; niues aliũ, pérq; horrida caſtra ſequuta eſt. *V. Ec.* 10
Tuta. ——————Thyrreni tuta tenebant
Caſtra locis. *Virg. Æn.* 8.
Inimica. ————non hoſtem, inimicáque tela
Argiuûm veſtras ſpes vritis. *Virg. Æn.* 5.
Victricia. —tua pro Latio victricia caſtra laborent. *Cl. de pr. c. ſ.*
Ingentia. Excidiũ parat, & caſtris me ingẽtib⁹ vrget. *Val.* 5.
Fulgentia ſignis. ——————ſeu te fulgentia ſignis
Caſtra tenent. *Hor. car.* 1.
Hoſtilia. Semianimes in caſtra trahẽs hoſtilia turbas. *Lucan.* 4.
Iniqua. Theſſalóſque ignes & iniqua Troiæ
Caſtra fefellit. *Hor. car.* 1.
——————vinctas agat ante cateruas
Martia. Ponat & in capto Martia caſtra ſolo. *Tib.* 1.
Vigilata. ——————noctem vigilatáque caſtra
Explorare datus. *Stat. Th.* 10.
Turrita. —turritáq; ſummis —Diſponit caſtella iugis. *Lucanus* 6.

CASVS.

Fors, fortuna, periculum, id quod accidit homini improuiſum.

Subitus. Non ſubiti caſus numinis iſta mora eſt. *Ouid. epi.* 13.
Acerbus. At Pater Æneas caſu concuſſus acerbo. *Virg. Æn.* 5.
Iniquus. Nec minùs Æneas caſu percuſſus iniquo. *ide Æneid* 6.
Infandus. Sin aliquẽ infandũ caſum fortuna minaris. *Virg. Æn.* 8.
Amarus. Fert tamẽ vt debet caſus patiẽter amaros. *Ouid. triſt.* 5.
Impotens. Quis tã impotens, ô miſera, te caſus rotat? *Sen. Oet.*
Aſper. Vincendi ſtudiũ ſubiacuit caſibus aſperis. *Prud. Cath.*
Durus. Sed cape dicta memor duri ſolatia caſus. *Virg. Æn.* 6.
O ſors acerba, & dura famulatus grauis!
Nefandus. Cur me ad nefandos nũcium caſus vocas? *Sen. Hipp.*
Præceps. Præcipites aderunt caſus. *Lucanus* 5.
Mœſtus. ————mœſtis ſocium me caſibus addo. *Silius* 6.
Dirus. At Brutus diro caſu turbatus amici. *Silius* 7.
Incertus. Ni fors incertos iuſſiſſet ducere caſus. *Vir. in Cul.*
Dubius. Et dubios caſus, & cœcæ lubrica vitæ
Effugit immunis fati. *Stat. ſyl.* 2.
Alternus. Alternos mœſti caſus, bellíque maríſque
Et dubium rerũ euentũ ſermone volutans. *Silius* 1.

Triſtis. Néue morer referẽs triſtes ex ordine caſ⁹. *Ou. met.* 14.
Horrendus, Siniſter. Fatalis. *Vide* FORTVNA. SORS.

CASVS. *RVINA.*

Subitus. Et ſubito caſu quæ valuere ruunt. *Ouid. Pōt.* 4.
Præceps. ——præcipiti traheret ſimul omnia caſu. *Cl. de b. Get.*
Grauis. ——graui terram conſternere caſu. *Lucret.* 5.
Grauior. ————celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriúntque ſummos
Fulmina montes. *Hor. car.* 2.

CATENA. *Vide* VINCVLVM.

Arcta. ————arctâ ſeruentur colla catenâ. *Silius* 7.
Ærata. In te ego & æratas rūpā mea vita catenas. *Propert.* 2.
Nexa ex ære. ————nexis ex ære catenis. *Ouid. met.* 4
Ferrata. Barbara ferratis innectũt colla catenis. *Cl. de Stil.*
Nexa adamante. ————nexis adamante catenis
cerberon attraxit. *Ouid. met.* 7
Adamãtæa. — adamantæis diſcordia vincta catenis. *Manil.* 1.
Valida. Sed potiùs valida teneamur vterq; catena. *Tibul.* 4.
————collato pectore miſtos
Inabrupta. Iunxit inabrupta concordia longa catena. *Stat. ſyl.* 5.
Dura. Tantùm ne religer dura captiua catena. *Ou. epiſt.* 10.
Grauis. Aut ſi dignus erit grauibus vincite catenis. *Ouid. met.* 15
Sæua. Me pater ſæuis oneret catenis. *Hor. car.* 3.
Teres. Aſt alias manicæq; ligẽt, teretéſq; catenæ. *Lucanus* 3.
Vaſta. ————vaſtas furens
Quaſſat catenas. *Sen. Her. fur.*
————catenis
Carcerea. Squallens carcereis, aut nex⁹ cōpede vaſta. *Prud. in Sy.*

CATERVA.

Quid cateruæ à turmis differant, hoc verſu docet Horatius.
Dum fugiunt equitum turmæ peditúmque cateruæ.
————oculíſque ſequuntur
Fulgens ære. Pulucreã nubẽ, & fulgentes ære cateruas. *Vir. æneid.* 8.
Armata. Armatas hominũ eſt præſens hortata cateruas. *Catull.*
Obſtans. Cũ per obſtantes iuuenum cateruas—Ibit. *Hor. car.* 3.
Armifera. Illa vel armiferas pro coniuge læta cateruas
Exciperet. *Stat. ſyl.* 5.
————tu pondera ferre
Enſifera. Martis, & enſiferas inter potes ire cateruas. *Stat. The.* 4.
Victrix. Lateque victrices cateruas
conſiliis iuuenis reuictæ, —Senſere, &c. *Hor. car.* 4.
Florens ære. Agmẽ agẽs equitũ, & florẽtes ære cateruas. *Vir. æne* 7.

Spumans. Proſpectare nefas ſpumantes cæde catervas, *Lucan. 7.*
Audax. ——audaces rubuit mirata catervas. *Stat. Th.*
Hoſtilis. Rebar & hoſtiles huc aduenisse catervas *Ibidem.*
Magna. ——magnâ comitante catervâ
Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. *Virg. æn. 2.*
Inſana. Inſanis equitaſſe cum catervis. *Sid. Ap. pan.*
Populatrix. Vltrix. Horrens Armata.

CATINVM, & Catinus.

Vas grande, vbi eſca, iuſcula, olera ingeruntur, dictum à capiendo.
Anguſtus. Anguſto piſces vrgere catino. *Hor. ſat. 4.*
Niger. Simpuuium ridere Numæ nigrũque catinũ *Iuuen ſat. 6*
Ruber. ——rubrumque amplexa catinum
Cauda natat thynni. *Perſ ſat. 5.*
Thuſcus. Ponebant igitur Thuſco ferrata catino. *Iuuen. ſat. 11.*
Magnus. Fictilis.

CATO Vticenſis.

Vir integerrimæ vitæ, ſeuerus, conſtans, durus ad labores, patriæ ſuæque libertatis vindex acerrimus, pro qua & ipſe ſibi mortem conſciuit Vticæ. Deſcribitur apud Luc. l. 2. belli Pharſal. & paßim vbique, & in 9. & 10.

——————non ita Romuli
Intonſus. Præſcriptum & intonſi Catonis auſpicijs, &c. *Hor car. 2*
Sanctus. ——nec ſancto caruiſſet vita Catone. *Lucan. 6.*
——————in ſancto pectore Bruti
Inuictus. Sedit & inuicti poſuit ſe mente Catonis. *Lucan. 9.*
Durus. —mala vel duri lachrymas motura Catonis *ibidem.*
Grauis. Libertate grauem pia catonem, &c. *Stat ſyl. 2.*
Rigidus. Tunc me vel rigidi legant catones. *Mar. ep. 10.*

CATVLLVS.

Patria fuit Veronenſis in Italia, floruit Romæ tempore Iulij Cæſaris, quem ſuis carminibus proſcidit. Elegans eſt imprimis, ſed laſciuus.
Doctus. Sic cecinit pro te doctus Minoï catullus. *Tib. 3.*
Laſciuus. Hæc quoq; laſciui cantarunt ſcripta catulli. *Prop. 2.*
Tener. Sic forſan tener auſus eſt catullus. *Mar. ep. 4.*
Facundus. ——nec te facundi ſcena catulli
Detineat. *Mar. ep. 5.*
Tenuis. Nec ſua plus debet tenui Verona catullo. *Mar. ep. 10.*
Vrbanus. Nitidus. Argutus. Suauis. Mollis.

CATVLVS feræ, ſeu canis ipſe. *Vide CANIS.*

Lactens. Nec lea cũ catulis lactentibus vbera præbet *Oui. de A. 2.*
Fidelis. Seu viſa eſt catulis cerua fidelibus. *Hor. car. 1.*
Velox. Veloces Spartæ catulos acremque Moloſſum

Paſce

	Paſce ſero pingui.	Virg.geor. 3.
Sagax.	Nũc leporem pronũ catulo ſectare ſagaci.	O.de re. a. 1.

CAVCASVS.

Ingens mons in Aſia, ſemper opertus niue; herbarum veneficarum ad incantationes ferax eſt: dicitur hic affixi 1 Promethei iecur renaſcens Vultures pauiſſe.

Horrens.	——duris genuit te cautibus horrens caucaſus.	Virg. Æn. 4.
Inhoſpitalis.	Siue per Syrtes iter æſtuoſas, Siue facturus per inhoſpitalem caucaſum, &c.	Hor. Car. 1.
Ingens.	Tremuit telo Iouis altiſoni caucaſus ingens.	Sen. Hipp.
————	Sparſus cruore caucaſus Promethei.	Sen. Med.
Niualis.	Tu ſi niualis per iuga caucaſi Sæuas petiſſes pulcher Amazonas.	C. de nup. H.
1 *Iuga Promethea.*	———————an quæ Lecta Prometheis diuidit herba iugis?	Propert. 1.

1 *Cubile Promethei.*

CAVERNA.

Concauitas terræ vacua, inanis & obſcura.

Curua.	——curuiſque immugiit Ætna cauernis.	Virg. Æn. 9.
Vaſta.	————vaſtiſque abducta cauernis Hæſit.	Lucanus 5.
Vmbroſa.	——vmbroſæ penitùs patuere cauernæ.	Virg. Æn. 8.
Cæca.	————cæcis ego merſa cauernis Aduehor Ortygiam.	Ouid. met. 15
Ima.	Præbet iter, ſubterq; imas oblata cauernas.	idem met. 5.
Exeſa.	clauderet exeſis hauſtũ ſcopuloſa cauernis.	Lucanus 3.
Caua.	Inſonuere cauæ, gemitũq; dedere cauernę.	Virg. Æn. 2.
Ingens.	————penitúſque cauernas Ingentes vterũq; armato milite complēt.	ibid.

Abrupta. Effoſſa. Obſcura. Alta. Profunda. Alta. Arcana. Secreta. Tecta. Nigrans.

CAVSSA.

Inanis.	——cauſſas nequicquam nectis inanes.	Virg. Æn. 9.
Vera.	Veræ vt lateant cauſſæ finguntur inanes.	Ouid. am. 2.
Valens.	Quod niſi conuictu cauſſiſque valentibus eſſem, Temporis & longo iunctus amore tibi.	idem triſt. 1.
Occulta.	Quis fluere occultis rerũ neget omnia cauſſis?	St. Th. 6
Grauis.	Siue ea cauſſa grauis, ſiue ea cauſſa leuis.	Propert. 2.
Pia.	Hæc vos præcipuè tam pia cauſſa decet.	Ouid. faſt. 3.

——————tantæque latebat

Nocens. cauſſa nocens cladis. *Virg. Æn.* 7.

Inualida. ———inualidæ robur facundia cauſſæ. *Lucanus* 7.

Dubia. Hic quoq; mẽſis habet dubias in nomine cauſſas. *O.f.6.*

Apparens. Languor enim cauſſis nõ apparẽtib⁹ hæret. *Ou.epiſt.20.*

Certa. *Fallax.* *Iuſta.* *Optima.* *Honeſta.*

Specioſa. *Tenuis.* *Patens.* *Latens.*

CAVNVS.

Vide quæ diximus ad Biblidem. Dicitur 1 Mæandrius à Mæandro fluuio matris Cyanes patre, 2 Apollineus ab auo Apolline.

1 Mæãdrius. Attonitus ſubitâ iuuenis Mæandrius irâ. *Ouid.met.9.*

2 Apolline⁹. Biblis Apollinei correpta cupidine fratris. *ibid.*

CAVTES.

Cautes, ſiue cotes, cos, ſaxum aſperum ac præruptum.

Dura. Nũc ſcio quid ſit amor duris in cautib⁹, illũ, &c. *V. ecl. 8.*

Marpeſia. Quã ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes. *idẽ Æneid. 6.*

Ardua. ——————ardua vt cautes ſalo

Ambuſtus extat. *Sen. Agam.*

Æquorea. Æquoreęq; ſuper rigeãt pręcordia cautes. *Stat. Th.* 3.

Terribilis. Terribiles ratibus ſuſtentãt mœnia cautes. *Lucanus 6.*

Intractabilis. Vt dura cautes vndique intractabilis

Reſiſtit vndis. *Sen. Hip.*

Niuoſa. Hoſtem miles habet fractum ambuſtũmque niuoſis

cautibus. *Silius* 4.

Solida. Inde velut muro ſolidáq; à caute repulſa eſt. *Ou.met.* 12.

Putris. *Gelida.* *Rigens.* *Sipyleia.* *Abrupta.* *Præceps.*

Alta. *Sæua.* *Aſpera.* *Rigida.* *Cruda.* *Rigens.*

CAYCVS.

Fluuius eſt ex Phrygia veniens. Dictus 1 Teutrantæus à Teutrania oppido 2 Myſia à Teutrante condito.

2 Myſus. Saxoſũq; ſonans Hypanis Myſúſq; caycus. *Virg. Æn.* 4

Gelidus. Myſiáque & gelido tellus perfuſa cayco

[*tæus.*] daþis. *Lucanus* 3.

1 Teutran- Peneúſque ſenex, Teutranteúſq; caycus. *Ouid.met.*11

CEDRVS.

Arbor notiſſima, nunquam putreſcit, ideò 1 antiqua & perennis dicitur.

Odorata. Diſce & odoratã ſtabulis accẽdere cedrũ. *Virg.geor.*3.

Antiqua. ———effigies antiqua ex ordine auorum

Ex cedro *Virg. Æn.* 7.

Olens. Robora nec cuneis, nec olentẽ ſcindere cedrũ. *idẽ Æ.* 11

Ardua. Ardua directo cortice cedrus habet. *Ouid. am.* 1.

Enodis. —enodes properat proſternere cedros. *Cl. de rap.* 3.

CELÆNO. *Vna ex Harpyis.*

Dira. ———quas dira celæno,
Harpyiæque colunt. *Vir. Æneid.* 3.

Ieiuna. ———quem non ieiuna celæno
Vinceret. *Claudianus.*

Vide HARPYIA.

CELENÆ.

Vrbs eſt in Phrygia, ad quam Phœbus victum Marſyam excoriauit.

Illuſtres. Noſſent illuſtres Satyro pendente celenas. *Statius.*

Alta. Inter, ait, viridem cybelen altáſque celenas
Amnis it inſanâ, nomine Gallus, aquâ. *Ouid. faſt.* 4.

CENEVS.

Cenis vocabatur ante, erátque fœmina, quæ, vt ait Ouidius,
Æquorei vim paſſa Dei, *ab eo obtinuit vt in virum mutaretur* ———neque ſaucius vllis
Vulneribus fieri, ferróue occumbere poſſet.

In pugna Centaurorum cum 3 *Lapithis, ad nuptias Pirithoi, fortiſſimè pugnando ingenti mole ramorum & arborum oppreſſus eſt, propterea quòd ferro eſſet inuulnerabilis. Hunc ſic deſcribit Ouid. Met.* 12.

corpore non læſo Perrhæbum cenea vidi.
cenea Perrhæbum, qui factis inclytus Othryn
Incoluit: quóque id mirum magis eſſet in illo
Fœmina natus erat. *Et Virgil. lib.* 6. *Æneid.*
———at iuuenis quondam nunc fœmina ceneus,
Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram.

Dicitur Elateïus, vel ab 1 *Elatea vrbe in Thracia, vbi Perrhabe, & Phyllus vrbes: hic etiam fluuius Atrax, vnde Atraces populi dicti ſunt: vel à Patre* 2 *Elato.*

Magnus. Nec magnũ ambigui fregerũt ceneá ſex⁹. *Stat. Achil.* 1.

Imperfoſſus. ——manet imperfoſſus ab omni

1 *Elateïus.* Inque cruentatus ceneus Elateius ictu. *Ou. met.* 12.

Semimas. ——nos ſemimari ſuperamur ab hoſte. *ibid.*
——inſani deiectam viribus Auſtri

Validus. Fortè trabẽ nactus validũ cõiecit in hoſtẽ. *ibid.*

3 *Glor. Lapit.* O ſalue, dixit, Lapithææ gloria gentis

Maximus. Maxime vir quondã, ſed auis nunc vnica ceneu. *ibid.*

2 *Proles Elat.* Clara decore fuit proles Elateïa cenis

Theſſalus. Theſſalidum Virgo pulcherrima, &c. *ibid.*
Munere lætus abit, ſtudiiſque virilibus æuum

6 *Atracides.* Exigit Atracides, *ibidem*

Perrhabus. Corpore non læſo Perrhæbũ Cenea vidi. *Ouid.met.12*

Phyllaus. Nudaque Phylleí iuuenis fecit oſſa Sariſſa. *ibid.*

CENSOR.

Durus. Cum tremerent autem Fabios, durúmque catonem,

Rigidus. Et Scauros, & Fabricios, rigidíque ſeueros

Seuerus. cenſoris mores. *Iuue.ſat.11.*

CENTAVRION. *CENTAVRIA*, *plur.*

Herba genus, amari ſucci, quâ dicitur Chiron Centaurus curatus: Latinis appellatur fel terra.

Graueolens. Cecropiũq thymũ.&graueolétia cẽtaurea. *Virg.geor. 4*

Triſte. Abrotaníque graues,& triſtia centaurea. *Lucret. 4.*

Theſſalum. Et Panacea potens,& Theſſala centaurea. *Lucanus 9.*

CENTAVRVS.

Centauri populi Theſſaliæ, vbi mons 6 Oſſa: hos 5 ex nube 1 Ixionem progenuiſſe Lucanus lib. 6. Pharſal. ſcripſit.

Illic ſemiferos Ixionidas centauros;

Fœta Pelethroniis nubes effudit in aruis.

Centauri credebantur 2 bimembres & 3 ſemiferi, hoc eſt, 4 ſemihomines & ſemi equi. Veritas hiſtoriæ ſic habet. Centauri erant populi 7 Theſſaliæ, ſecundum Peliũ montem habitantes, qui quòd primi equos aſcendêre, curſu hoſtes, & feras aſſequuti, frænis ephippijs & calcaribus vſi ſunt: propterea Centauri à calcaribus equum ſtimulando vocati ſunt. Dicũtur Pelethronij 8 à Pelethronio oppido in Theſſalia. Eorum pugnam cum Lapithis vide apud Ouid. Metamorph. 12.

Furens. ———————————ille furentes
centauros letho domuit. *Virg.geor.2.*

5 *Nubigena.* Ceu duo Nubigenæ cum vertice montis ab alto
Deſcendunt. *Vir.æneid.7.*

Ambiguus. Atracis ambiguos traxit in arma viros. *Ouid. am.1.*

Ferus. Nubigenáſq; feros poſitis ex ordine mẽſis. *Ouid.met.12*

Sæuus. Nam tibi ſæuorũ ſæuiſſime centaurorum. *ibid.*

4 *Semihomo.* Hæc inter Lapithas & ſemihomines centauros. *ibid.*

Superbus. Ille centauros domuit ſuperbos. *Boet.*

Trux. Tunc vaſta trepidãt mõſtra cẽtauri truces. *Sen.He.fur.*

3 *Semifer.* Semifer aeriâ talis centaurus ab Oſſâ. *Stat.Th.9.*

2 *Bimẽbris.* —ardeſcunt germani cæde bimembres. *Ou.met.12.*

Rapidus. Ecce ruũt vaſto rapidi clamore bimẽbres. *ibid.*

1 *Ixione nati.* Nec nos matre Dea, nec nos Ixione nati. *ibid.*

6 *Oſſæus.* ——Oſſæi bello cecidere bimembres. *Stat.Th.12.*

1 *Ixionides.* 8 *Pelethronius.* 7 *Theſſalus* 2 *Biformis.* *Ferox.*

CEPHALVS.

Æoli filius, Auroræ dilectus, quem rapuiſſe dicitur. Procrin vxo-

vem zelotypam imprudens occidit. Fuit venator magni nominis. Vide Ouid. Metamorph. 7. & de Arte 3.

Latmius Endymion non eſt tibi luna rubori,

Auro.præda. Nec cephalus roſeæ præda pudénda Deæ. *Ou. de arte 3.*

Proles Cyll. Ecce redit cephalus proles cyllenia ſyluis. *ibid.*

Æolides. Equibus Æolides cephalus te coniuge fœlix Procri fuit. *Ou. met. 6.*

CEPHISVS.

Fluuius eſt ad radices Parnaſſi montis, propè quem erat ingens templum Themidi, ad quod Deucalion & Pyrrha poſt diluuium de reparanda hominum gente Deam conſulturi acceſſerunt. Propterea ille fluuius dictus eſt Fatidicus.

Bœoti coiere duces, quos impiger ambit

Fatidicus. Fatidica cephiſus aqua. *Lucanus 3.*

CERA. Vide MEL.

Flaua. ———ſed vt intabeſcere flauæ Igne leui ceræ, &c. *Virg. geor. 4.*

Flauens. Pocula quæ caua ſũt flauẽtibus illita ceris. *Ouid. met. 8.*

Odora. —puetum calamos, & odoræ vincula ceræ Iungere nunc cohibes. *Calph. ecl.*

Odorata. Mollit odoratas pennarum vincula ceras. *Ouid. met. 8.*

Cecropia. Nectare cecropias Hyblęo accẽdere ceras. *Silius 14.*

Hymettia. ———vt Hymettia ſole cera remolleſcit. *Ou. met. 10.*

——— ———impatiens cera caloris erit. *Ou. de arte 2*

Mollis. ———molli concludere vulnera cera. *Valer. 1.*

Noua. Verũ etiã generoſa nouáſq; imitãtia ceras. *Ou. met. 13.*

Impreſſa. Ecquid ab impreſſæ cognoſcis imagine ceræ. *Ou. põt. 2*

Tenax. ———deinde tenaces Suſpendunt ceras. *Virg. geor. 4.*

———captiuáque plangunt

Laborata. Mella, laboratáſq; premũt ad pectora ceras. *Stat. Th. 10.*

Pinguis. Idæáſque pices, & pingues vnguine ceras. *Vir. georg. 2.*

Liquida. Nũc pice, nũc liquida rapuere incẽdia cerã. *Lucanus 3.*

Hyblæa. Sicania. Dulcis. Attica. Liquens. Liqueſcens. Vide APIS.

CERASTES.

Genus ſerpentis, ſic appellatum quòd criſtas aut cornua quædam videatur habere.

Viridis. ———virides allambunt ora ceraſtæ. *Prud. Ham.*

Libycus. Aut viuentis adhuc Libycæ mẽbrana ceraſtæ. *Lucanus.* ———atque indiſcretus arenis

Vagus. Ammodytes,ſpináq;vagi torquẽte ceraſtę. *Lucanus 9.*
Cyniphius.

CERASVS.

Arbor nota, à Ceraſunte Ponticiuitate ſic dicta,quam inde Lucullus in Italiam tranſlatam ſic denominauit. Fructum, & arborem ſignificat.

——— Quæque ſibi vario diſtinguit poma colore,
Audiat hæc ceraſus. *Ou.de nuce.*
Dulcis. Hic dulces ceraſos ,hic autumnalia poma
cernis,& æſtiuo mora rubere die. *Propert.4.*

CERAVNIA. *CERAVNII.*

Montes Epiri ad Ambraciam vrbem.Sic dicti quòd fulminibus ſæpè infeſtentur.

Scopuloſa. ——ſcopuloſa ceraunia nautæ
Summa. Summa timent. *Lucanus 5.*
Violenta. Et quibus emineãt violẽta ceraunia ſaxis. *Ouid.am.2.*
——— qui vidit mare turgidum , &
Infamia. Infames ſcopulos Acroceraunia. *Hor.car.1.*
Alta. Aut Athon,aut Rhodopen,aut alta ceraunia telo
Diſjicit. *Virg.geor.1.*
Prærupta. Fulminea. Ignea. Excelſa.

CERBERVS.

Canis triceps,inferorum cuſtos,Orci ianitor:dictus quaſi κρεοβόρος *carnem vorans. Eius deſcriptionem ex Virgilio Æneidos 6. ſubiecimus.*

cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat aduerſo recubans immanis in antro:
cui Vates horrere videns iam colla colubris,
Melle ſoporatam,& medicatis frugibus offam,
Obiicit:ille fame rabidâ,tria guttura pandens
corripit obiectam, atque immania terga reſoluit
Fuſus humi,totóque ingens extenditur antro.
Vide Sen. Her. fur.

Inhians. ——tenuítque inhians tria cerberus ora. *Virg.geor.4.*
Vipereus. ——tria vipereo fecimus ora cani. *Ouid.am.3.*
Echidnæus. Illud Echidnęæ memorant è dentibus ortum
Eſſe canis. *Ouid.met.7*
——————villoſa colubris
Meduſæus. Terna Meduſæi vincitem guttura mõſtri. *Ou.met.10.*
Centiceps. Demittit atras bellua centiceps
Aures ,&c. *Hor. car 2.*

Immanis. ceſſit immanis tibi blandienti
Ianitor orci. Ianitor aulæ. *Hor.car.3.*
Furialis, cerberus quamuis furiale centum
Muniant angues caput eius atque
Trilinguis. ſpiritus teter ſaniéſque manet
Ore trilingui. *Hor.car.3.*
Sæuus. Hic ſæuus vmbras territat ſtygius canis. *ſen.Her.fu.*
Cuſtos orci. cuſtos opaci peruigil regni canis. *ibid.*
Triceps. Triceps catenas cerberus mouit graues. *ſen.Oed.*
Tartareus. Tartareum ille manu cuſtodem in vincla
petiuit. *Vir.æneid.6.*
Triformis. Non me triformis ſole conſpecto canis
Ad ſtyga reuexit. *ſen.Her.Oe.*
———fugiat nec triſtis in antrum *Stat.Th.8.*
Triſtis. cerberus.
Tergemine⁹. Tartareoſq; lacus, tergeminúmque canẽ. *Ou. de arte 3*
Ingens. cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat horrendo. *Vir.ænei.6.*
Aſper. ——nullo ſonet aſper ianitor aulæ. *ſtat.ſyl.5.*
Ater. Atrum per vrbes ducit Argolicas canem. *ſen.Her.fu.*
Stygius. caníſque diras ſtygius obſeruet fores. *Idem.*
Infernus. Manes loquuntur, ſonuit infernus canis. *idem Oedip.*
Improbus. Cerberus & nullas hodie petat improbus
vmbras. *Propert.4.*
Inſomnis. Perſonat inſõnis lachrymoſæ ianitor aulæ. *ſtat.ſyl.2.*

Niger. *Horribilis. Inquietus. Atrox. Triplex.*
Ferox. *Horridus. Terribilis. Cruentus. Truculentus.*

CERCYON.

Immanis latro ex Arcadia, Atticam regionem ſuis latrocinijs infeſtabat: à Theſeo occiſus eſt.

Infandus. ————infandúmque dediſti
Cercyona, & ſæuũ velles ſcyrona crematũ. *ſtat.Th.12.*

CERES.

Saturni, & Opis filia, quæ ex Ioue peperit Proſerpinam. Dea
1 *frugum ab Antiquis habita eſt, & ſic propterea appellata eſt, vt ait Cicero lib.2.de Natura Deorũ. Ceres enim tanquã geres, à gerendis fructibus: caſúque prima litera itidem immutata, vt à Græcis; nam ab illis quoque* ΔΗΜΗΤΗΡ *quaſi* ΓΗΜΗΤΗΡ *nominata eſt. In 2 Sicilia, vbi mons Ætna, diuinis honoribus & ſacrificiis culta eſt,*

4 Therapnæ⁹. 3 Lacon. 3 Oebalius. 3 Oebalides. 2 Tyndaridas.
2 Ledæ genus. Equo præſtans.

CASTRA orum. *CASTELLVM.*

Locus munitus, vbi milites tentoria figunt, à caſtri ſimilitudine, quòd foſſâ, muro, ſeu vallo, aut palis circundetur.

Horrida. Pérq; niues aliũ, pérq; horrida caſtra ſequuta eſt. *V. Ec. 10.*
Tuta. ——— Thyrreni tuta tenebant
Caſtra locis. *Virg. Æn. 8.*
Inimica. ——— non hoſtem, inimicáque tela
Argiuûm veſtras ſpes vritis. *Virg. Æn 5.*
Victricia. —tua pro Latio victricia caſtra laborent. *Cl. de pr. c. ſ.*
Ingentia. Excidiũ parat, & caſtris me ingẽtib⁹ vrget. *Val. 5.*
Fulgentia ſignis. ——— ——— ſeu te fulgentia ſignis
Caſtra tenent. *Hor. car. 1.*
Hoſtilia. Semianimes in caſtra trahẽs hoſtilia turbas. *Lucan. 4.*
Iniqua. Theſſalóſque ignes & iniqua Troiæ
Caſtra fefellit. *Hor. car. 1.*
——— vinctas agat ante cateruas
Martia. Ponat & in capto Martia caſtra ſolo. *Tib. 1.*
Vigilata. ——— noctem vigilatáque caſtra
Explorare datus. *Stat. Th. 10.*
Turrita. —turritáq; ſummis —Diſponit caſtella iugis. *Lucanus 6.*

CASVS.

Fors, fortuna, periculum, id quod accidit homini improuiſum.

Subitus. Non ſubiti caſus numinis iſta mora eſt. *Ouid. epi. 13.*
Acerbus. At Pater Æneas caſu concuſſus acerbo. *Virg. Æn. 5.*
Iniquus. Nec minùs Æneas caſu percuſſus iniquo. *idẽ Æneid 6*
Infandus. Sin aliquẽ infandũ caſum fortuna minaris. *Virg. Æn. 8.*
Amarus. Fert tamẽ vt debet caſus patiẽter amaros. *Ouid. triſt. 5.*
Impotens. Quis tã impotens, ô miſera, te caſus rotat? *Sen. Oet.*
Aſper. Vincendi ſtudiũ ſubiacuit caſibus aſperis. *Prud. Cath.*
Durus. Sed cape dicta memor duri ſolatia caſus. *Virg. Æn. 6.*
O ſors acerba, & dura famulatus grauis!
Nefandus. Cur me ad nefandos nũcium caſus vocas? *Sen. Hipp.*
Præceps. Præcipites aderunt caſus. *Lucanus 5.*
Mœſtus. ——— mœſtis ſocium me caſibus addo. *Silius 6.*
Dirus. At Brutus diro caſu turbatus amici. *Silius 7.*
Incertus. Ni fors incertos iuſſiſſet ducere caſus. *Vir. in Cul.*
Dubius. Et dubios caſus, & cœcæ lubrica vitæ
Effugit immunis fati. *Stat. ſyl. 2.*
Alternus. Alternos mœſti caſus, bellíque maríſque
Et dubium rerũ euentũ ſermone volutant. *Silius 1.*

Triſtis. Néue morer referẽs triſtes ex ordine cas᾿. *Ou. met.* 14.

Horrendus. Siniſter. Fatalis. Vide FORTVNA. SORS.

CASVS. *RVINA.*

Subitus. Et ſubito caſu quæ valuere ruunt. *Ouid. Põt.* 4.
Præceps. ——præcipiti traheret ſimul omnia caſu. *Cl. de b. Get.*
Grauis. ——graui terram conſternere caſu. *Lucret.* 5.
Grauior. ———— ———celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriúntque ſummos
Fulmina montes. *Hor. car.* 2.

CATENA. *Vide* VINCVLVM.

Arcta. ————————arctâ ſeruentur colla catenâ. *Silius* 7.
Ærata. In te ego & æratas rũpã mea vita catenas. *Propert.* 2.
Nexa ex ære. ———— ———nexis ex ære catenis. *Ouid. met.* 4
Ferrata. Barbara ferratis innectunt colla catenis. *Cl. de Stil.*
Nexa adamante. ————————nexis adamante catenis
cerberon attraxit. *Ouid. met.* 7
Adamãtæa. — adamantæis diſcordia vincta catenis. *Manil.* 1.
Valida. Sed potiùs valida teneamur vtérq; catena. *Tibul.* 4.
——————————collato pectore miſtos
Inabrupta. Iunxit inabrupta concordia longa catena. *Stat. ſyl.* 5.
Dura. Tantùm ne religer dura captiua catena. *Ou. epiſt.* 10.
Grauis. Aut ſi dignus erit grauibus vincite catenis. *Ouid. met.* 15
Sæua. Me pater ſæuis oneret catenis. *Hor. car.* 3.
Teres. Aſt alias manicæq; ligãt, teretéſq; catenæ. *Lucanus* 3.
Vaſta. ——————————————vaſtas furens
Quaſſat catenas. *Sen. Her. fur.*
————————————————catenis
Carcerea. Squallens carcereis, aut nex᾿ cõpede vaſta. *Prud. in Sy.*

CATERVA.

Quid cateruæ à turmis differant, hoc verſu docet Horatius.

Dum fugiunt equitum turmæ peditúmque cateruæ.
————————oculíſque ſequuntur

Fulgens ære. Puluereã nubẽ, & fulgentes ære cateruas. *Vir. æneid.* 8.
Armata. Armatas hominũ eſt præſens hortata cateruas. *Catull.*
Obſtans. Cũ per obſtantes iuuenum cateruas—Ibit. *Hor. car.* 3.
Armifera. Illa vel armiferas pro coniuge læta cateruas
Exciperet. *Stat. ſyl.* 5.
————————————tu pondera ferre
Enſifera. Martis, & enſiferas inter potes ire cateruas. *Stat. The.* 4.
Victrix. Lateque victrices cateruas
conſiliis iuuenis reuictæ,—Senſere, &c. *Hor. car.* 4.
Florens ære. Agmẽ agẽs equitũ, & florẽtes ære cateruas. *Vir. æne* 7.

Paſce ſero pingui. *Virg.geor.3.*

Sagax. Nũc leporem pronũ catulo ſectare ſagaci. *O.de re. a.1.*

CAVCASVS.

Ingens mons in Aſia, ſemper opertus niue; herbarum veneficarum ad incantationes ferax eſt: dicitur hic affixi 1 Promethei iecur renaſcens Vultures paniſſe.

Horrens. ———duris genuit te cautibus horrens caucaſus. *Virg.Æn.4.*

Siue per Syrtes iter æſtuoſas,

Inhoſpitalis. Siue facturus per inhoſpitalem caucaſum, &c. *Hor.Car.1.*

Tremuit telo Iouis altiſoni

Ingens. caucaſus ingens. *Sen.Hipp.*

———— Sparſus cruore caucaſus Promethei. *Sen.Med.*

Niualis. Tu ſi niualis per iuga caucaſi

Sæuas petiſſes pulcher Amazonas. *C.de nup.H.*

1 Iuga Prometheа. ————————an quæ Lecta Prometheis diuidit herba iugis? *Propert.1.*

1 Cubile Promethei.

CAVERNA.

Concauitas terræ vacua, inanis & obſcura.

Curua. ———curuiſque immugiit Ætna cauernis. *Virg.Æn.9.*

Vaſta. ————vaſtiſque abducta cauernis

Hæſit. *Lucanus 5.*

Vmbroſa. ———vmbroſæ penitùs patuere cauernæ. *Virg.Æn.8.*

Cæca. ————cæcis ego merſa cauernis

Aduehor Ortygiam. *Ouid.met.15*

Ima. Præbet iter, ſubtérq; imas oblata cauernas. *idem met.5.*

Exeſa. clauderet exeſis hauſtũ ſcopuloſa cauernis. *Lucanus 3.*

Caua. Inſonuere cauæ, gemitũq; dedere cauernę. *Virg.Æn.2.*

————————penitúſque cauernas

Ingens. Ingentes vterũq; armato milite complẽt. *ibid.*

Abrupta. *Effoſſa.* *Obſcura.* *Alta.* *Profunda.*

Alta. *Arcana.* *Secreta.* *Tecta.* *Nigrans.*

CAVSSA.

Inanis. ———cauſſas nequicquam nectis inanes. *Virg.Æn.9.*

Vera. Veræ vt lateant cauſſæ finguntur inanes. *Ouid.am.2.*

Valens. Quod niſi conuictu cauſſiſque valentibus eſſem,

Temporis & longo iunctus amore tibi. *idem triſt.1.*

Occulta. Quis fluere occultis rerũ neget omnia cauſſis? *St.Th.6*

Grauis. Siue ea cauſſa grauis, ſiue ea cauſſa leuis. *Propert.2.*

Pia. Hæc vos præcipuè tam pia cauſſa decet. *Ouid.faſt.3.*

——————————tantæque latebat

Nocens. cauſſa nocens cladis. *Virg. Æn.* 7.

Inualida. ———inualidæ robur facundia cauſſæ. *Lucanus* 7.

Dubia. Hic quoq; mẽſis habet dubias in nomine cauſſas. *O. f.* 6.

Apparens. Languor enim cauſſis nõ apparẽtib⁹ hæret. *Ou. epiſt.* 20.

Certa. *Fallax.* *Iuſta.* *Optima.* *Honeſta.*

Specioſa. *Tenuis.* *Patens.* *Latens.*

CAVNVS.

Vide quæ diximus ad Biblidem. Dicitur 1 Mæandrius à Mæandro fluuio matris Cyanes patre, 2 Apollineus ab auo Apolline.

1 *Mæãdrius.* Attonitus ſubitâ iuuenis Mæandrius irâ. *Ouid. met.* 9.

2 *Apolline⁹.* Biblis Apollinei correpta cupidine fratris. *ibid.*

CAVTES.

Cautes, ſiue cotes, cos, ſaxum aſperum ac præruptum.

Dura. Nũc ſcio quid ſit amor duris in cautib⁹, illũ, &c. *V. ecl.* 8.

Marpeſia. Quã ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes. *idẽ Æneid.* 6.

Ardua. ——————ardua vt cautes ſalo

Ambuſtus extat. *Sen. Agam.*

Æquorea. Æquoreęq; ſuper rigeãt pręcordia cautes. *Stat. Th.* 3.

Terribilis. Terribiles ratibus ſuſtentãt mœnia cautes. *Lucanus* 6.

Intractabilis. Vt dura cautes vndique intractabilis

Reſiſtit vndis. *Sen. Hip.*

Niuoſa. Hoſtem miles habet fractum ambuſtúmque niuoſis

cautibus. *Silius* 4.

Solida. Inde velut muro ſolidáq; à caute repulſa eſt. *Ou. met.* 12.

Putris. *Gelida.* *Rigens.* *Sipyleia.* *Abrupta.* *Præceps.*

Alta. *Saua.* *Aſpera.* *Rigida.* *Cruda.* *Rigens.*

CAYCVS.

Fluuius eſt ex Phrygia veniens. Dictus 1 Teutranteus à Teutrania oppido 2 Myſia à Teutrante condito.

2 *Myſus.* Saxoſũq; ſonans Hypanis Myſúſq; caycus. *Virg. Æn.* 4

Gelidus. Myſiáque & gelido tellus perfuſa cayco

[*taus.* Idalis. *Lucanus* 3.

1 *Teutran-* Peneúſque ſenex, Teutranteúſq; caycus. *Ouid. met.* 11

CEDRVS.

Arbor notiſſima, nunquam putreſcit, ideò 1 antiqua & perennis dicitur.

Odorata. Diſce & odoratã ſtabulis accẽdere cedrũ. *Virg. geor.* 3.

Antiqua. ———effigies antiqua ex ordine auorum

Ex cedro *Virg. Æn.* 7.

Olens. Robora nec cuneis, nec olentẽ ſcindere cedrũ. *idẽ Æ.* 11

Ardua. Ardua direpto cortice cedrus habet. *Ouid. am.* 1.

Enodis. —enodes properat proſternere cedros. *Cl. de rap. 3.*

CELÆNO. *Vna ex Harpyis.*

Dira. ————quas dira celæno,
Harpyiæque colunt. *Vir. Æneid. 3.*

Ieiuna. ————quem non ieiuna celæno
Vinceret. *Claudianus.*

Vide HARPYIA.

CELENÆ.

Vrbs eſt in Phrygia, ad quam Phœbus victum Marſyam excoriauit.

Illuſtres. Noſſent illuſtres Satyro pendente celenas. *Statius.*

Alta. Inter, ait, viridem cybelen altáſque celenas
Amnis it inſanâ, nomine Gallus, aquâ. *Ouid. faſt. 4.*

CENEVS.

Cenis vocabatur ante, erátque fœmina, quæ, vt ait Ouidius,
Æquorei vim paſſa Dei, *ab eo obtinuit vt in virum mutaretur* ————neque ſaucius vllis
Vulneribus fieri, ferróue occumbere poſſet.

In pugna Centaurorum cum 3 Lapithis, ad nuptias Pirithoi, fortiſſimè pugnando ingenti mole ramorum & arborum oppreſſus eſt, propterea quòd ferro eſſet inuulnerabilis. Hunc ſic deſcribit Ouid. Met. 12.

corpore non læſo Perrhæbum cenea vidi.
cenea Perrhæbum, qui factis inclytus Othryn
Incoluit: quóque id mirum magis eſſet in illo
Fœmina natus erat. *Et Virgil. lib. 6. Æneid.*
——at iuuenis quondam nunc fœmina ceneus,
Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram.

Dicitur Elateïus, vel ab 1 Elatea vrbe in Thracia, vbi Perrhabe, & Phyllus vrbes: hic etiam fluuius Atrax, vnde Atraces populi dicti ſunt: vel à Patre 2 Elato.

Magnus. Nec magnũ ambigui fregerũt cenea ſex. *Stat. Achil. 1.*

Imperfoſſus. ——manet imperfoſſus ab omni

1 Elateïus. Inque cruentatus ceneus Elateius ictu. *Ou. met. 12.*

Semimas. ——nos ſemimati ſuperamur ab hoſte. *ibid.*
——inſani deiectam viribus Auſtri

Validus. Fortè trabẽ nactus validũ cõiecit in hoſtẽ. *ibid.*

3 Glor. Lapit. O ſalue, dixit, Lapithææ gloria gentis

Maximus. Maxime vir quondã, ſed auis nunc vnica ceneu. *ibid.*

2 Proles Elat. Clara decore fuit proles Elateïa cenis

Theſſalus. Theſſalidum Virgo pulcherrima, &c. *ibid.*
Munere lætus abit, ſtudiíſque virilibus æuum

6 Atracides. Exigit Atracides. *ibidem*

Perrhæbus. Corpore non læſo Perrhæbũ Cenea vidi. *Ouid.met.12*
Phylleus. Nudaque Phyllęi iuuenis fecit oſſa Sariſſa. *ibid.*

CENSOR.

Durus. Cum tremerent autem Fabios, durúmque catonem,
Rigidus. Et Scauros, & Fabricios, rigidíque ſeueros
Seuerus. cenſoris mores. *Iuue.ſat.11.*

CENTAVRION. *CENTAVRIA, plur.*

Herbæ genus, amari ſucci, quâ dicitur Chiron Centaurus curatus: Latinis appellatur fel terræ.

Graueolens. Cecropiũq; thymũ, & graueolẽtia cẽtaurea. *Virg.geor. 4*
Triſte. Abrotaníque graues, & triſtia centaurea. *Lucret. 4.*
Theſſalum. Et Panacea potens, & Theſſala centaurea. *Lucanus 9.*

CENTAVRVS.

Centauri populi Theſſaliæ, vbi mons 6 Oſſa: hos 5 ex nube 1 Ixionem progenuiſſe Lucanus lib. 6. Pharſal. ſcripſit.

Illic ſemiferos Ixionidas centauros;
Fœta Pelethroniis nubes effudit in aruis.

Centauri credebantur 2 bimembres & 3 ſemiferi, hoc eſt, 4 ſemihomines & ſemi equi. Veritas hiſtoriæ ſic habet. Centauri erant populi 7 Theſſaliæ, ſecundum Peliũ montem habitantes, qui quòd primi equos aſcendêre, curſu hoſtes, & feras aſſequuti, frænis ephippijs & calcaribus vſi ſunt: propterea Centauri à calcaribus equum ſtimulando vocati ſunt. Dicũtur Pelethronij 8 à Pelethronio oppido in Theſſalia. Eorum pugnam cum Lapithis vide apud Ouid. Metamorph. 12.

Furens. ——————————ille furentes
centauros letho domuit. *Virg.geor.2.*
5 Nubigena. Ceu duo Nubigenæ cum vertice montis ab alto
Deſcendunt. *Vir.æneid.7.*
Ambiguus. Atracis ambiguos traxit in arma viros. *Ouid. am.1.*
Ferus. Nubigenáſq; feros poſitis ex ordine mẽſis. *Ouid.met.12*
Sæuus. Nam tibi ſæuorũ ſæuiſſime centaurorum. *ibid.*
4 Semihomo. Hæc inter Lapithas & ſemihomines centauros. *ibid.*
Superbus. Ille centauros domuit ſuperbos. *Boet.*
Trux. Tunc vaſta trepidãt mõſtra cẽtauri truces. *Sen.He.fur.*
3 Semifer. Semifer aeriâ talis centaurus ab Oſſâ. *Stat.Th.9.*
2 Bimẽbris. —ardeſcunt germani cæde bimembres. *Ou.met.12.*
Rapidus. Ecce ruũt vaſto rapidi clamore bimẽbres. *ibid.*
1 Ixione nati. Nec nos matre Dea, nec nos Ixione nati. *ibid.*
6 Oſſæus. ——Oſſæi bello cecidere bimembres. *Stat.Th.12.*
1 Ixionides. *8 Pelethronius.* *7 Theſſalus* *2 Biformis.* *Ferox.*

CEPHALVS.

Æoli filius, Auroræ dilectus, quem rapuiſſe dicitur. Procrin vxo-

rem zelotypam imprudens occidit. Fuit venator magni nominis. Vide Ouid. Metamorph. 7. & de Arte 3.

Latmius Endymion non eſt tibi luna rubori,

Auro-præda. Nec cephalus roſeæ præda pudenda Deæ. *Ou. de arte 3.*

Proles Cyll. Ecce redit cephalus proles cyllenia ſyluis. *ibid.*

Æolides. Equibus Æolides cephalus te coniuge fœlix
Procri fuit. *Ou. met. 6.*

CEPHISVS.

Fluuius eſt ad radices Parnaſſi montis, propè quem erat ingens templum Themidi, ad quod Deucalion & Pyrrha poſt diluuium de reparanda hominum gente Deam conſulturi acceſſerunt. Propterea ille fluuius dictus eſt Fatidicus.

Bœoti coiere duces, quos impiger ambit

Fatidicus. Fatidica cephiſus aqua. *Lucanus 3.*

CERA. Vide Mel.

Flaua. ———ſed vt intabeſcere flauæ
Igne leui ceræ, &c. *Virg. geor. 4.*

Flauens. Pocula quæ caua ſũt flauẽtibus illita ceris. *Ouid. met. 8.*

Odora. — puerum calamos, & odoræ vincula ceræ
Iungere nunc cohibes. *Calph. ecl.*

Odorata. Mollit odoratas pennarum vincula ceras. *Ouid. met. 8.*

Cecropia. Nectare cecropias Hyblęo accẽdere ceras. *Silius 14.*

Hymettia. ———vt Hymettia ſole
cera remolleſcit. *Ou. met. 10.*

———impatiens cera caloris erit. *Ou. de arte 2*

Mollis. ——molli concludere vulnera cera. *Valer. 1.*

Noua. Verũ etiã generoſa nouáſq; imitãtia ceras. *Ou. met. 13.*

Impreſſa. Ecquid ab impreſſæ cognoſcis imagine ceræ. *Ou. põt. 2*

Tenax. ———deinde tenaces
Suſpendunt ceras. *Virg. geor. 4.*
———captiuáque plangunt

Laborata. Mella, laboratáſq; premũt ad pectora ceras. *Stat. Th. 10.*

Pinguis. Idæáſque pices, & pingues vnguine ceras. *Vir. georg. 2.*

Liquida. Nũc pice, nũc liquida rapuere incẽdia cerã. *Lucanus 3.*

Hyblæa. Sicania. Dulcis. Attica. Liquens. Liqueſcens.
Vide Apis.

CERASTES.

Genus ſerpentis, ſic appellatum quòd criſtas aut cornua quædam videatur habere.

Viridis. ——virides allambunt ora ceraſtæ. *Prud. Ham.*

Libycus. Aut viuentis adhuc Libycæ mẽbrana ceraſtæ. *Lucanus.*
———atque indiſcretus arenis

Vagus. Ammodytes,ſpináq;vagi torquẽte ceraſtę. *Lucanus 9.* *Cyniphius.*

CERASVS.

Arbor nota, à Ceraſunte Pontici ciuitate ſic dicta,quam inde Lucullus in Italiam tranſlatam ſic denominauit. Fructum, & arborem ſignificat.

——— Quæque ſibi vario diſtinguit poma colore,
Audiat hæc ceraſus. *Ou.de nuce.*
Dulcis. Hic dulces ceraſos,hic autumnalia poma
cernis,& æſtiuo mora rubere die. *Propert.4.*

CERAVNIA. *CERAVNII.*

Montes Epiri ad Ambraciam vrbem.Sic dicti quòd fulminibus ſæpè infeſtentur.

Scopuloſa. ——ſcopuloſa ceraunia nautæ
Summa. Summa timent. *Lucanus 5.*
Violenta. Et quibus emineãt violẽta ceraunia ſaxis. *Ouid. am. 2.*
———qui vidit mare turgidum, &
Infamia. Infames ſcopulos Acroceraunia. *Hor.car.1.*
Alta. Aut Athon,aut Rhodopen,aut alta ceraunia telo
Diſjicit. *Virg.geor.1.*
Prærupta. Fulminea. Ignea. Excelſa.

CERBERVS.

Canis triceps,inferorum cuſtos,Orci ianitor:dictus quaſi κρεοβόρος *carnem vorans. Eius deſcriptionem ex Virgilio Æneidos 6. ſubiecimus.*

cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat aduerſo recubans immanis in antro:
cui Vates horrere videns iam colla colubris,
Melle ſoporatam,& medicatis frugibus offam,
Obiicit:ille fame rabidâ,tria guttura pandens
corripit obiectam,atque immania terga reſoluit
Fuſus humi,totóque ingens extenditur antro.
Vide Sen. Her. fur.

Inhians. ——tenuítque inhians tria cerberus ora. *Virg.geor.4.*
Vipereus. ——tria vipereo fecimus ora cani. *Ouid.am.3.*
Echidnæus. Illud Echidnęæ memorant è dentibus ortum
Eſſe canis. *Ouid. met.7*
———villoſa colubris
Meduſæus. Terna Meduſæi vincirem guttura mõſtri. *Ou. met.10.*
Centiceps. Demittit atras bellua centiceps
Aures, &c. *Hor. car 2.*

Immanis. ceſſit immanis tibi blandienti
Ianitor orci. Ianitor aulæ. *Hor.car.3.*
Furialis. cerberus quamuis furiale centum
Muniant angues caput eius átque
Trilinguis. ſpiritus teter saniéſque manet
Ore trilingui. *Hor.car.3.*
Sæuus. Hic ſæuus vmbras territat ſtygius canis. *Sen.Her.fu.*
Cuſtos orci. cuſtos opaci peruigil regni canis. *ibid.*
Triceps. Triceps catenas cerberus mouit graues. *Sen.Oed.*
Tartareus. Tartareum ille manu cuſtodem in vincla
petiuit. *Vir.æneid.6.*
Triformis. Non me triformis ſole conſpecto canis
Ad ſtyga reuexit. *Sen.Her.Oe.*
————fugiat nec triſtis in antrum *Stat.Th.8.*
Triſtis. cerberus.
Tergeminꝰ. Tartareoſq; lacus, tergeminúmque canẽ. *Ou. de arte 3*
Ingens. cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat horrendo. *Vir.ænei.6.*
Aſper. ——nullo ſonet aſper ianitor aulæ. *ſtat.ſyl.5.*
Ater. Atrum per vrbes ducit Argolicas canem. *Sen.Her.fu.*
Stygius. caníſque diras ſtygius obſeruet fores. *Idem.*
Infernus. Manes loquuntur, ſonuit infernus canis. *idem Oedip.*
Improbus. Cerberus & nullas hodie petat improbus
vmbras. *Propert.4.*
Inſomnis. Perſonat inſõnis lachrymoſæ ianitor aulæ. *ſtat.ſyl.2.*
Niger. *Horribilis. Inquietus. Atrox. Triplex.*
Ferox. *Horridus. Terribilis. Cruentus. Truculentus.*

CERCYON.

Immanis latro ex Arcadia, Atticam regionem ſuis latrociniјs infeſtabat: à Theſeo occiſus eſt.

Infandus. ————infandúmque dediſti
Cercyona, & ſæuũ velles ſcyrona crematũ. *ſtat.Th.12.*

CERES.

Saturni, & Opis filia, quæ ex Ioue peperit Proſerpinam. Dea 1 frugum ab Antiquis habita eſt, & ſic propterea appellata eſt, vt ait Cicero lib.2.de Natura Deorũ. Ceres enim tanquã geres, à gerendis fructibus: caſúque prima litera itidem immutata, vt à Græcis; nam ab illis quoque δημήτηρ quaſi γημήτηρ nominata eſt. In 2 Sicilia, vbi mons Ætna, diuinis honoribus & ſacrificiis culta eſt,

ſicut & 4 Eleuſi & 3 Enna, in ciuitatib⁹ 7 Atticæ regionis, vbi illi ſacra ficbant tanta cum religione & ſilentio, vt qui ea reuelaſſet execrabilis exiſtimaretur. Ad hæc ſacrificia, quæ vocabantur Theſmophoria, (quòd inuēto frumento à Cerere, ciuiliores reddit i ſunt homines, creditaq; eſt 8 legibus ferinos mores coercuiſſe) adhibebant 6 tædas, propterea quòd cùm amiſſam Proſerpinam quæreret, dicta eſt duas pinus accendiſſe. Pro ipſo pane & frugibus accipitur.

————vos ô clariſſima mundi
Lumina labentem cælo quæ ducitis annum,

1 *Alma.* Liber & alma ceres. *Virg. geor. 1.*

Magna. In primis venerare Deos, atque annua magnæ
Sacra refer cereri, lætis operatus in herbis, *ibid.*

8 *Legifera.* Legiferæ cereri, Phœboq; patríque Lyæo *Vir. æneï. 4*

1 *Frug. mat.* Placētur frugū matres, tellúſq; cerēſque. *Ouid. faſt. 1.*

1 *Frugifera.* Ego hoc ſolum frugifera quo ſurgit ceres
Premo. *Sen. Theb.*

Sancta. Si te ſancta ceres & te non caſpia tigris
Edidit. *Cl. de rapt. 3.*

Spicifera. Spiciferæ eſt virgo cereris, &c. *Manil. 3.*

Fœcunda. Nuda Ven⁹, fœcūda ceres, pharetrata Diana. *sil. Ap. p.*

Amica pacis. Pax cererē nutrit pacis amica ceres. *Ouid. faſt. 1.*

Flaua. Flaua ceres tenues ſpicis redimita capillos. *Ou. am. 3.*

4 *Eleuſina.* Tardaq; Eleuſinę matris voluētia plauſtra. *Vir. georg. 1.*

3 *Ennæa.* Nec cerere Ennæa, Phario nec victa colono. *silius 1.*

5 *Secreta.* Turba ſecretam cererem frequentat. *sen. Her fu.*

6 *Tædifera.* Et per tædiferæ myſtica ſacra Deæ. *Ouid epiſt. 2*

2 *Sicula.* —cererē siculā Pharius comitatur Oſyris. *sil. Ap. pan.*

7 *Actæa.* Tuque Actæa ceres curſu cui ſemper anhelo
Votiuā taciti quaſſamus lampada myſtæ. *stat. ſyl. 4.*

2 *Ætnæa.* Ætnææ cereri proles optata virebat
Vnica. *Cl. de rapt. 1.*

1 *Frug. gen.* -frugum genitrix, immenſos ſiſte labores. *Ouid. met. 5.*

Pia. Feſta pię cereri celebrabāt annua matres. *idē met. 10.*

Munifica. Te Dea munificā gētes vbicūq, loquūtur. *idem amor. 3*

Potēs frugū. Diua potēs frugum ſyluis errabat in altis. *ibid.*

1 *Ruricola.* Ruricolæ cereri, teneroq, aſſurgite Baccho. *ibid.*

CERES, pro frugibus.

Flaua. Aut vbi flaua ceres mutato ſydere farra. *Virg geor. 1.*

Rubicunda. At rubicūda ceres medio ſucciditur æſtu. *ibid.*

Adulta. ———denegat fructum ceres—Adulta. *sen. Hipp.*

Culta. Triticea. Virens. Fœcunda. Fertilis.
Spicea. Cana. Flauens. Matura. Diues.

CERES, pro pane.

	Tum Cererem corruptam vndis Cerealiaque arma	
	Expediunt feſſi rerum, frugeſque receptas	
	Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.	*Virg. æn.* 1.
	————cumulare caniſtris	
Perd. ſaxo.	Perdomitam ſaxo cererem.	*Stat. The.* 1.
Larga.	——deſit ſi larga ceres tunc horrida cerni.	*Lucan.* 3.

CERTAMEN.

Eſt res de qua certatur: eſtque etiam ipſa certatio, & ſignificat contentionem & tumultum: belli certamen hic accipe.

Præceps.	——cùm præcipiti certamine campum	
	Corripuere.	*Virg. geor.* 3.
Funeſtum.	Nec funeſta timet validæ certamina claſſis.	*Vir. in Cul.*
Lethiferum	Sæpe in lethifero belli certamine Mauors.	*Catullus.*
Aſperum.	Aſpera militię iuuenis certamina fugit.	*Oui. triſt.* 4.
Grande.	Grande certamen tibi præda cedat	
	Maior an illi.	*Hor. Car.* 3.
Martium.	Spectandus in certamine Martio.	*Hor. Car.* 4.
Dubium.	——dubia excluſit certamina Martis.	*Silius* 1.
Trepidum.	Ludus enim genuit trepidum certamen.	*Hor. epiſt.* 1.
Clarum.	Clara accendiſſet ſæui certamina Martis.	*Lucret.* 1.
Cæcum.	Aduocat ignauum cæca ad certamina Pœnũ.	*Sil.* 10.
Miſerandũ.	Hæc inter miſeranda virum certamina.	*Sil.* 5.
Rabidum.	Quo ruis aut quiſnã hic rabidi certaminis eſt mos?	*Sil.* 16
Sæuum.	Occumbit ſæuo Tyrius certamine victor.	*Sil.* 1.
Vaſtum.	Nec mora, nec requies vaſto certamine tendũt.	*Vir. æ.* 12
Longum.	————in certamine longo	
	Implorauit opes hominis.	*Hor. epiſt.* 1.
Æquum.	——æquo geritur certamine bellum.	*Lucret.* 2.
Magnum.	Et certamẽ erat corydon cũ Tyrſide magnũ.	*Vir. Ecl.* 7.
Alacre.	Annibalem voce, atq; alacri certamine poſcit.	*Silius* 1.
Validum.	————valida ad certamina tardos	
	Molitur greſſus.	*Stat. Th.* 6.
	————olli certamine ſummo	
Summum.	Procũbunt, vaſtis tremit ictibus ærea puppis.	*V. æn.* 5.
Sublime.	Certamen ſublime diu, ſed moribus impar	
	Virtutum.	*Cl. in Ruf.* 1.
Durum.	——iam quiſquis duro cecidit certamine.	*Cl. pan.* 4.

Graue. Anhelum. Luctuoſum. Miſerabile. Atrox.
Diſpar. Impar. Iniquum. Animoſum. Impium.
Ingens. Violentum. Acerbum. Anceps. Dirum.

CERVIX.

Eſt poſterior colli pars, vnde originem trahunt nerui. De animalibus dicitur, de boue putà, leone, equo, tigride.

Marmorea. ——marmorea caput à ceruice reuulſum. *Vir.geor.4.*
Roſea. Dixit, & auertens roſea ceruice refulſit. *Virg.an.1.*
Lactea. ——fuſos ceruix cui lactea crines
Accipit. *Vir.an.9.*
Eburnea. Hoc faciunt flaui crines & eburnea ceruix. *Ouid.ep 19.*
Niuea. Seu pendent niuea pulli ceruice capilli. *Ouid.am.2.*
Tenera. ———tenera matris ceruice pependit
Blandus. *Stat.ſyl.1.*
Pulchra. Prębēda eſt gladio pulchra hæc, & cādida ceruix. *Iu.ſ.10*
Nec quiſquam potior brachia candidæ
Candida. Ceruici iuuenis dabat. *Hor.car.3.*
Longa, Intonſi crines longâ ceruice fluebant. *Tib. 3.*
Lauis. Læuis odorato ceruix manabat oliuo. *Pro. 3.*
Mollis. Ipſe ſedens molli comitum ceruice feretur. *Ouid. fa. 4.*
Argentea. Eburna. Nitens. Blanda.

Et quoniam nerui qui caput corpuſque erectum, rigidumque faciunt, in ceruice collocati ſunt, ideo dicimus hominem dura, rigida ceruicis, id eſt indomabilis, quod flecti nequeat nec vlli caput inclinare velit: dicitur de animalibus, putà leone, boue, equo, tigride.

Horrida. ———riget horrida ceruix. *Ouid met.8.*
Rebellis. Et quoties detrectat onus ceruice rebelli *Cl. de Rap.1*
————illi ardua ceruix
Ardua. Argutumque caput. *Virg.geor.3.*
Alta. ——ſuperant capite, & ceruicibus altis. *Virg.æn. 2.*
Toroſa. Rutilam ferox toroſa ceruice quate iubam. *Catull.*
Rigida, Ceruicis rigidæ fræna remittit equo. *Ouid.triſt.1*
———ſeu rerum inſcitia vexat
Indomita. Indomitâ ceruice feros. *Hor.epiſt.1.*
Teres. Atque ita ſuſpiciens tereti ceruice repoſta. *Lucret. 1.*
————iuſſo lictore reciſa
Fortiſſima. Ignauos cadet ante pedes fortiſſima ceruix. *Silius 13.*
Fortis. Erecta. Ferox. Inflexa. Dura.
Cruda. Superba. Sublimis. Aſpera

CERVA.

————iam notus inermes
Inermis. Narratur ceruas pedes inter aperta Lycæi, &c. *Sta.th.6.*
Syluicultrix. Vbi cerua ſyluicultrix, vbi aper nemoriuagus. *Catull.*
Celeris. Flammea peruertes celeris veſtigia cerua. *Catullus.*

Pauida. Vtque canem pauidæ nactũ veſtigia ceruæ. *Oui.triſt.5.*

CERVVS.

Imbellis. ——imbelles dant prælia cerui. *Virg.geor.3.*
Poſcunt timidi prælia cerui. *Seneca.*
Trepidus. Aſpicit hunc trepidos agitantẽ in retia ceruos. *O.met.3.*
Fugax. Vtque fugax auidis ceruus deprenſus ab vrſis. *O.triſt.3.*
Leuis. Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui. *Vir. Ecl.1.*
Alipes. ——alipedes vt cerui ſæpe putantur. *Lucret.6.*
Alatus. Cruta nec alato proſunt velocia ceruo. *Ouid.met.1.*
Celer. Celerẽ frondoſa per auia ceruum —Suſcitat. *Val. 3.*
Praceps. Agmina præcipitant volucres formidine cerui. *Sil. 3.*
Velox. Veloces iaculo ceruos curſuque fatigat. *Virg. æn.5.*
Quadrupes. Saucius at quadrupes nota inter tecta refugit. *Virg.æn.7.*
Corniger. Cum me cornigeris tendentem retia ceruis *Oui.met.7.*
Celſis cornib. Aut pronos lepores, aut celſũ in cornua ceruũ. *O.m.10.*
Ingens. Ingentem clamore premes ad retia ceruum. *Virg.geor.3.*
Viuax. Dat ſparſo capiti viuacis cornua cerui. *Ouid.met.3.*
——nec volucres viſcatâ fallite virgâ
Formidans. Nec formidantes ceruos includite pennis. *Oui. met.15*
Surgẽs in cor. Cõſpexit capreã, aut ſurgentẽ in cornua ceruũ. *V.æ.10*
Volucer.

CEYX. *Vide* ALCYON.

RexTrachiniorum, filius 2 Luciferi, maritus Alcyones filiæ Æoli, qui cum ad oraculum proficiſceretur, tempeſtate ſubmerſus eſt. Huius mortem inconſolabili dolore flens conjux extincta eſt, dictus eſt OEtaus ab 3 Oeta monte finitimo vrbis Thrachini. Ambo in aues Alcyonas mutati ſunt. Vide Ouid. Metam.11.

Satus ——hic regnum ſine vi, ſine cæde regebat
2 Lucifero. Lucifero genitore ſatus. *Ouid.me.11.*
Talibus Æolidis dictis lachrymiſque mouetur.
Sydereus Sydereus conjux. *Ouid.me.11.*
1 Trachinius. ————placido Trachinius ore
Talibus alloquitur. *Ibidem.*
2 Lucif.genit. Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat
De conſorte ſuo. *Ibidem.*
Rex Inducere arma viros violentáque ſumere tela.
3 Oetæus. Rex iubet œtæus. *Ibidem.*

CHALYBS. Chalybes populi.

Populi ſunt in regno Ponti iuxta Thermodoontem, apud quos naſcitur ferrum; vocantur nudi à Virgilio, vel propter ſtudium fabrilis artis, cui inſudant, ſicut & dixit, —& nudus membra Pyragmon, *vel quod vaſtatis, & exuſtis arboribus denudentur.*

Chalybs ab ipſis nomen habet: verùm, & apud Poetas id pro opere, vt Chalybs vulnificus pro enſe accipitur.

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi
Nudi. At chalybes nudi ferrum. *Virg. Geo. 1.*

CHALYBS. *GLADIVS.*

Vulnificus. Vulnificuſque chalybs vaſta fornace liqueſcit *Vir. æn. 8.*
——————quem non lancea militis
Strictus. Non ſtrictus domuit chalybs. *Sen. Thy.*
Lethifer. It medium per iter, & pectus, & horrida nexu
Æra chalybs. *Val. 6.*
Durus. Hæc ære, & duri chalybis perfecta metallo. *Sil. 2.*

CHAOS.

Heſiodus chaos vocat confuſam quandam ab initio vnitatem, patentemque in profundum: deductum nomen à Græco χάνειν, hoc eſt, hiare. Indeclinabile eſt: confuſionem, & tenebras ſignificat. Pro inferno in vſu eſt.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cælum.
Vnus erat toto naturę vultus in orbe,
Indigeſtum. Quem dixere chaos, rudis, indigeſtaq; moles. *O. met. 1.*
Denſum. Stat chaos denſum tenebræque triſtes. *Sen. Her. f.*
Inane. Inque ſuas partes ceſſit inane chaos. *Oui. d. am. 2.*
Iterumque deos homineſque premat
Deforme. Deforme chaos. *Sen. Thy.*
Antiquum. Antiquum repetens chaos. *Lucan. 1.*
Horridum. Merſo ſole chaos ingruit horridum. *Prud. Cath.*
——————crederes cælo deos
Atrum. Decidere & atrum rebus induci chaos. *Sen. Aga.*
——————ibam comes impiger Indos,
Cymmeriũ. Cymmeriumque chaos. *Stat. ſyl. 3.*

CHAOS, pro inferis.

Dij quibus imperium eſt animarũ, vmbráſque ſilentes
Locus ſilens. Et chaos, & Phlegetõ loca nocte ſilẽtia latè. *Virg. æn. 6.*
Æternum. Fas eſt precari noctis æternæ chaos
Aduerſa ſuperis regna, manéſque impios. *Sen. Med.*
Ingens. Per chaos hoc ingens vaſtiq; ſilentia regni. *Oui. met. 10.*
Inane. Poſſidet alter opes, alter inane chaos. *Oui. faſt. 4.*
Triſte. Triſte chaos mœſtiſq; ſitus patiere ſepulchris. *St. ſyl 3.*
Tartareum. Nec tu Tartareũ chaos incomitata ſubires. *Stat. ſyl. 5.*
Dirum. ——recipe me dirum chaos,
Recipę. *Sen. Hip.*
Cæcum. ——rumpitur cæcum chaos. *Sen. œd.*
Auidum. Sic pronus aer vrget, atque auidum chaos. *Sen. Her. fu.*

Vaſtum. ———vbi Tænara triſtia vaſto
In præceps deiecta chao. *Prud. Apo.*
Horrendū. Horrendum chaos oſtendens pœnãq; barathri. *Val.2.*
Altum. Ille dolens altum repetit chaos. *Valerius 5.*
Profundum.———————profundum
Per chaos occurrunt cæcæ ſine vocibus vmbræ. *Val.7.*
Durum. Iam durum flexura chaos. *Cl. de rapt.2.*
Obſcurum. Caliginoſum. Vmbroſum. Informe. Nigrum.

CHARON.

Charontem fingunt Poëtæ ſenem horridum, animas defunctorum per Stygem & Acherontem tranſuehẽtem: hunc deſcripſit Virg. Æn.6.

Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat
Terribili ſquallore Charon: cui plurima mento
Canities inculta iacet: ſtant lumina flamma:
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus:
Ipſe ratem conto ſubigit, veliſque miniſtrat,
Et ferruginea ſubuectat corpora cymba,
Iam ſenior, ſed cruda Deo viridiſque ſenectus.

Vide Sen. Her. Fur.

Toruus. Scandenda eſt torui publica cymba ſenis. *Prop. 3.*
Auarus. ———omnes expectat auarus
Portitor. Portitor. *Ouid. ad Li.*
Horridus. Hunc ſeruat amnem cultu & aſpectu horridus,
Squallidus. Pauidóſque manes ſquallidus portat ſenex. *Sen. Her. fu.*
Dirus. ———dirus exclamat Charon,
Quo pergis audax? *ibidem.*
Durus. Flumina ſeruat durus ſenior
Crudus. Nauita crudus. *Seneca.*
Horrendus. Portitor has horrendus aquas & flumina ſeruat
Terribilis. Terribili ſquallore Charon. *Virg. æn.6.*
Pallidus. Vmbriferæque fremit ſulcator pallidus vndæ. *Stat. th.8*
Senex. Impexoſque ſenex velauit arundine crines. *Cl. de rap.2.*
Niger Orci Portitor. Flagrantis Portitor vndæ.
Auidæ trux Nauita cymbæ. Vmbriferæ Sulcator pallidus vndæ.

CHARYBDIS.

Fabulantur Poëtæ Charybdim fuiſſe mulierem quandam ſummè rapacem, quæ quia Herculis boues furto ſurripuerat de cælo tacta eſt: eamque in mare præcipitatam, ſuam adhuc rapacitatem exercere: (nã ſorbet vniuerſa.) Hiſtoricè: eſt locus periculoſus in mari Siculo, Calabriam inter & Siciliam. Mare enim alternatim erigit fluctus in altũ, mox deprimit: Quod ſi deprehenderit nauem in continuo illo æſtu, & vertigine abſorbet. Dicitur Zanclæa à Zancle vrbe in Sicilia in penitiſ-

ſimo Peloriꝑromontorij ſinu, & Tauromínitana à Taurominio oppido, à Zanclæis condito.

2Zanclæa. Effugit ad Syrtes & te zanclæa charybdis. *Oui. faſt* 4.
2 Taurominitana.——Taurominitana quo charybdis
Ructatos ſcopulos cauat profundo. *Sid. Ap. pan.*
Atra. —atra charybdis —Sanguineũ fundo torſit mare. *Luc.* 1.
——————in mare nemo
Sæua. Hunc abicit ſæua dignum veráq; charybdi. *Iuuen. ſat.* 15
Rapax. Quod rapax hauſit reuomit charybdis. *Sen. Thyeſt.*
Auida. Hunc vbi Troianæ remis, auidámque charybdim
Effugere rates. *Ouid. me.* 14
Implacata. Dextrum Scylla latus, læuũ implacata charybdis.
Obſidet. *Virg. æнei.* 3.
Irrequieta. Scylla latus dextrũ, læuũ irrequieta charybdis. *O. m.* 13.
Agitata. Armeniæ ue tigres, auſtroque agitata charybdis *O. me.* 8.
Inimica. --ratibuſq; inimica charybdis -Nũc ſorbere fretũ *O. m.* 7
Dira. Hic vomit epotas dira charybdis aquas. *Ou. de R. a.* 2.
Violenta. Nec violenta ſuo conſumpſit more charybdis *Tibul.* 4.
Vaſta. Quid Syrtes, aut Scylla mihi? quid vaſta charybdis
Profuit? *Virgil. æn.* 7.
———— ————alternas ſciſſa charybdis aquas. *Prop.* 3.

CHELYDRVS, ſerpens.

Amphibius ſerpens, propterea ſic dictus quaſi Cherſydros, nam χέρσος*, terram* ὕδωρ*, aquam ſignificat.*

Meduſæus. Inde Meduſæis terram exundaſſe chelydris. *Silius* 7.
Niger. Et tophus ſcaber, & nigris exeſa chelydris
Creta. *Virg. geor.* 2.
Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum
Grauis. Galbaneóque agitare graues nidore chelydros. *V. G.* 3.

CHELYS.

Teſtudo eſt, ſiue cithara, cuius author Mercurius: delige epitheta ab excellentiſſimis Poetis, & cantoribus 1 *Apolline, vel Phœbo,* 2 *Orphæo,* 3 *Alcæo, vel* 3 *Sappho,* 4 *Muſis, Arione, &c.*

Docta. ————doctámque trahuntur
Ad chelyn, & blandi ſcopulis delphines aberrãt. *St. ſyl.* 2.
Canora. Leui canoram verberans plectro chelyn. *Sen. Tro.*
2Odryſia. Si chelyn odryſiam pigro tranſmiſit auerno. *Stat. ſyl.* 5.
1 Phœbæa. Nec pudeat Phœbæa chelys ſi creditur illis
Pulſari manibus. *Oui. ad Piſ.*

2 Tracia. *2 Threiſcia.* *2 Biſtonia.* *4 Aonia.* *Sonora.* *Tenera.*
5 Arionia. *1 Apollinea.* *4 Pieria.* *Aurea.* *Culta.* *2 Getica.*
3 Leſboa. *3 Leſbis.* *3 Æolia.* *Aurata.* *Arguta.* *Sonans.*

Vide CARMEN, MVSA.

CHIMÆRA.

Homerus vocat Chimæram animal indomabile: quod ſic deſcribitur ab Heſiodo in Theogonia;

Huic tria ſunt capita, & fertur primum eſſe leonis,
Pulchri oculi, capræque ſimul, fortíſque draconis:
Ante leo, retróque draco, mediúmque capella eſt.
Pegaſus hanc vicit, & magnus Bellerophontes.

Et Seruius veritatem rei præferens, ſic ait; Re vera mons eſt 1 Lyciæ, cuius hodie ardet cacumen; iuxta quod ſunt leones: media autem paſcua ſunt: ima verò montis ſerpentibus plena. Hunc Bellerophon habitabilem fecit, vnde Chimæram dicitur occidiſſe.

Arm flāmis. ——flammis armata chimæra. *Vir. æneid. 6.*
Triformis. Vix illigatum te triformi
Pegaſus expediet chimæra. *Hor. car. 1.*
——————eſſe chimæram
——— A truce quæ flammis ſeparet angue leam. *Ouid. triſt. 4.*
Ignea. Me nec Chimæræ ſpiritus igneæ. *Hor. car. 2.*
Spirās flām. ——flammam ſpirantes ore chimæræ. *Lucret. 2.*
Flā. voluens. ——flammam voluens ore chimæra fero. *Tibul. 3.*
Cui triplici crinita iuba galea alta chimæram
Efflans ignes. Suſtinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes. *Vir. æn. 7.*
——————— cecidere iuſta
Tremenda. Morte centauri, cecidit tremendæ
Flamma chimæræ. *Hor. car. 4.*
Furens. Triplici furentem qui chimæram incendio
Superuolauit. *Auſon. epiſt.*
1 Lycia. ———Lyciamque chimæram
Quem ſupereſſe refert. *Sid. Ap. pan.*

CHIRAGRA.

Dolor manuū, frigido & lento humore digitorum articulos afficiens.

Lapidoſa. ——ſed cum lapidoſa chiragra
Fregerit articulos, &c. *Perſ. ſat. 3.*
Nodoſa. Nodoſâ corpus noli prohibere chiragrâ *Hor. epiſt. 1.*

CHIRON.

Filius fuit 1 Saturni ex 2 Phillyra. Erat Centaurus, 3 hoc eſt, dimidia parte homo, dimidiâ equus: ille, vt ait Plinius, herbarum vires atque medicamenta reperit. In 5 Thaſſalia ad Pelium 8 montem habitabat, vbi & educauit, præclaríſque moribus Achillem informauit. Vide Stat. Achil. 1. 2. *Genitus immortalis erat: ſed cùm caſu Herculis ſagitta veneno Neſſi illita ſuper eius pedem cecidiſſet, intolerabili dolore agitatus, mortem à Diis impetrauit, ſublatúſque in cælum in Zodiaco eſt, vocatúrque Sagittarius.*

2 *Phillyrides.* Phillyrides puerum cytharæ præfecit Achillẽ. *O.d.a.1.*
2 *Philyreïus.* —opemque tuam fruſtra Philyreïus heros
Delphice poſcebat. *Ouid.met.2.*
——venatu, fidibus, palæſtra, & herbis
1 *Saturnigena.* Sub ſaturnigena ſene inſtitutus. *Sid. App.*
3 *Biformis* Quamuis ſæpe ſenex biformis illic
Carmen rumperet hinniente cantu. *Ibidem.*
3 *Geminus.* ——geminique tulit Chironis in antrum. *Oui.met.2.*
3 *Semifer.* Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno
Lætus erat. *Ibidem.*
Nocte minus quarta promet ſua ſydera Chiron
3 *Semiuir.* Semiuir & flaui corpore miſtus equi. *Ouid. faſt.5.*
Permixtus equo. ——Peliden Chiron terrebat Achillem
Theſſalico permixtus equo. *Auſ.Edyll.*
————ſaxo ſtant antra vetuſto
Iuſtus. Quæ iuſtum memorant incoluiſſe ſenem. *Ouid.faſt.5.*
Iuſtiſſimus. Nona dies aderat cum tu iuſtiſſime Chiron
Bis ſeptẽ ſtellis annumerandus eras. *Ibidem.*
Nobilis. Nobilis vt grandi cecinit Cẽtaurus alumno. *Hor. Epod.*
6 *Peliacus.* Nec ſi Peliaco datus bimembri. *Sid. Apoll.*
Longæuus. Longæuum Chirona petit. *Stat. Achil.*
Doctus. ————ſpeluncaque docti
Muta ſenis. *Idem. 2.*
5 *Theſſalus.* Theſſalus, vt rigido ſenior me monte recepit. *Ibidem.*

CHLAMYS.

6 *Militaris veſtis eſt, & propriè vocatur Paludamentum. Deſume epithetum à diuerſis vrbibus, & regionibus vbi purpurarum vſus, quibus chlamydes inficiuntur, maximè claruit: vt* 1 *Sparta* 2 *Sidone, &* 3 *Tyri in* 4 *Phœnicia: vel à populis qui acu pingendi artem calluerunt, vt Phryges, Lydij, Babilonij, &c.*

Aurata. Victori chlamydem auratam quam plurima circum,
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit *Vir.æn.5.*
Intertex.auro. Diſcedens auro chlamidẽ dedit intertextã. *Vir.æn.8.*
3 *Tyria.* Indutus Tyriam chlamydem quam limbus obibat
Aureus. *Ouid met.5.*
2 *Sidonia.* Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. *Vir.æn.8.*
4 *Phœnica.* Phœnicã fuluo chlamydẽ cõprenſus ab auro. *O.met.14.*
Picta. Et de triumpho picta Barbarico chlamys. *Sen. Thy.*
Inſignis. —inſignem velamine picto -- Dat chlamydem. *Sil. 16.*
Fert picturatas auri ſubtegmine veſtes,
5 *Phrygia.* Et Phrygiam Aſcanio chlamydem. *Virg. æn.3.*
6 *Horrida.* ——Chlamys horrida pendet

Et

————&cono Ledæus apex *Stat. Th.* 4.

2 *Spartana.* ———Spartana chlamys, conchilia coa. *Iuuen. ſat.* 8.

Crocea. Tum croceam chlamydémque, ſinúſque crepantes carbaſeos, fuluo in nodũ collegerat auro. *Virg. Æn.* 11.

——-humeróſque ex more priorum

3 *Sarrana.* Includat Sarrana chlamys. *Sid. Ap. pan.*

CHORDA.

Alio vocabulo dicitur fides fidis. Epitheta maximè propria deſumes à Muſis, carminibus verſibus, teſtudine, lyra, &c.

Vocalis. Nũcte vocales impellere pollice chordas. *Tibul.* 2.

Querula. -querulas habili percurrit pollice chordas *Ouid. am.* 2.

Tinnula. Tinnulas plectro feriente chordas. *Sen. Troad.*

CHOREA.

Pro ſaltatione vſurpatur, vt habet Virg. Æneid. 6.

Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt.

Pernix. —————-pernice chorea

Armati in numerum pulſarent æribus æra. *Lucret.* 2.

Feſta. ————feſtis reſpondet læta choreis. *Prud. Pſych.*

Cantatrix. Implorat cytharas, cantatricéſq; choreas. *Cl. de be. Gil.*

Mollis. Et molles dare iuſſa quod choreas. *Mart. epig.* 1

Ludens. ————celebrare Deum ludente chorea. *Virg. in Cul.*

Nocturna. Tibia nocturnis ſuccumbat rauca choreis. *Prop.* 3.

Agilis. *Facilis.* *Hilaris.* *Leuis.* *Dulcis.* *Læta.*

CHORVS.

Conuentus eſt ſaltantium, canentium, ludentium in ſacris. Dicit Seruius ad . Georg. chorum eſſe propriè 1 concinentium cantum, & ſaltationem, pro qua frequens eſt apud Poetas. De 2 Muſis & Bacchi Thyaſis, 3 de Gallis Sacerdotibus 4 caſtratis Cybeles in Ida, 5 monte Phrygiæ, intellige.

1 *Æqualis.* At chorus æqualis Dryadum clamore ſupremos Implerunt montes. *Vir. Geor.* 4.

Mollis. Deſine, & ad molles mẽbra reſolue choros. *Prop.* 2.

Placidus. Victor & ad placidos exuit arma choros. *idem* 4.

———————— templa

Votiuus. Votiuis impleſſda choris. *Stat. The.* 4.

Inter Hamadryadas, iacularticémque Dianam

Sacer. Calliſto ſacri pars fuit vna chori. *Ouid faſt.* 2.

Feſtus. Et Niobe feſtos ducat vt orba choros. *idem triſt.* 5.

Leuis. Nympharúmque leues cum Satyris chori Secernunt populo. *Hor. car.* 1.

2 *Phœbæus.* Vtq; viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis. *Vir. Ecl.* 6.

2 *Pierius.* Pierios differ cantúſq; choróſq, ſororum. *Mart. epig.* 1

Permiſtæ maribus nurus

Solemnis. Solemnes agitent choros. *Sen. Her. fu.*

Plaudens. ———————chоro plaudente Philetas,
Callimachúſq; ſenex, vmbróq; Properti' antro. *St. ſyl.* 1.

Fœmineus. Fœmineos Thyrſo concitat ille choros. *Ouid. faſt.* 3

Viſus ab Aurora cælum tranſcurrere nimbus,

5 *Idæus.* Idæique chori. *Virg. Æn.* 9.

4 *Semiuir.* Semiuiríque chori, gemino qui Dindyma monte
Caſta colunt. *Silius* 17.

3 *Euans.* Duxit vt Euantes dux Ariadna choros. *Propert.* 2.

Canorus. Alacer. Virgineus. Pudicus. Caſtus. Laſciuus.

CHRYSOLITHVS.

Lapis pretioſus: de quo ſic habet Plinius lib. 37. *cap.* 9. Hyacinthos Æthiopia mittit, & chryſolithos aureo colore tranſlucentes.

Flauus. Quóſue dedit flauo lumine chryſolithos. *Propert.* 2.

Ingens. Ingẽs chryſolithus natiuo interlitus auro. *Prud. Pſych.*

CIBORIVM.

Poculi genus eſt pretioſi.

Leue. Obliuioſo læuia Maſſico
Ciboria exple. *Hor. car.* 2.

CIBVS.

Vtilis. Quernaque glans victa eſt vtiliore cibo. *Ouid. faſt.* 1.

Dulcis. Dulcẽ ferre cibũ, & curuas prębere latebras. *Vir. geor.* 2.

Et fraga paruis vulſa dumetis cibos

Facilis. Faciles miniſtrant. *Sen. Hipp.*

Lautus. Simplex. Leuis. Tener. Suauis. Mitis. Iucundus.

CICADA.

Rauca. At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro,
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis *Virg. Ecl.* 2.

Querula. Et cantu querulæ rumpẽt arbuſta cicadæ. *Virg. geor.* 3.

Arguta. Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis. *Virg. in Cul.*

Æſtiua. ———æſtiuis cantu concedo cicadis. *Nemeſ.*

CICATRIX.

Eſt ſignum quod ex vulnere, aut vlcere remanet: pro vtróque ſumitur.

Cruda. Cruda eſt cicatrix criminum,
Olétque vt antrum Tartari. *Pru. de Cor.*

Fœda. ———————illi fœda cicatrix,
Setoſam leui frontem turpauerat oris. *Horat. ſer.* 1.
———conſuto vulnere craſſum,

Recens. Atq; recens linũ oſtẽdit non vna curatrix. *Iuuen. ſat.* 3.

Vetus. Signa vides, apparet adhuc vetus inde cicatrix. *O. met.* 12.

Male ſana. Vuln'in antiquũ redi:r malè ſana cicatrix. O.*de re. A.* 1.

CICERO.

Parens Eloquentiæ Romanæ, & Pater patriæ De quo ſic eleganter Catullus.

Diſertiſſim'. Diſertiſſime Romuli nepotum,
Quot ſunt, quotque fuere, Marce Tulli,
Quotque poſt aliis erunt in annis:
Gratias tibi maximas catullus
Agit peſſimus omnium Poeta;
Tantò peſſimus omnium Poeta,
Patron' opt. Quantò tu optimus omnium Patronus.
Pater patriæ. Roma Patrẽ patriæ ciceronẽ libera dixit. *Iuuen. ſat.* 8.
Facundus. Iugera facundi qui ciceronis habet. *Mart.* 11.
Magnus. Impleuit magni quam ciceronis opus. *idem* 7.

CICONIA.

Auis inimica ſerpentibus, quibus ſuos pullos nutrit. Iuuen. ſat. 14.
————————ſerpente ciconia pullos
Nutrit, & inuentâ per deuia rura lacertâ.
Candida. ———ſumptis quin candida pennis
Ipſa ſibi plaudat crepitãte ciconia roſtro. *Ouid. met.* 6
Inuiſa colub. candida venit auis longis inuiſa colubris. *Virg. geor.* 2.

CICVTA.

Herba eſt venenoſa, ſucci frigidiſſimi, quâ tritâ, & epotâ Socrates occiſus eſt. Cicuta etiam ſignificat illud ſpatium, quod inter cannarum nodos interiacet, & pro fiſtula accipitur.

Gelida. Facta tamẽ gelida veluti mea mẽbra cicuta. *Ouid. am.* 3.
Viridis. coxerat ære cauo viridi verſata cicuta. *Ouid. met.* 1.
Mala. Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta. *Horat ſat.* 1.
————Qui partẽ acceptæ ſæua inter vincla cicutæ. *Iuu. ſat.* 13.
Trita. Et dare miſta viro tritis aconita cicutis. *O. de qr. am.*
Mœſta. Mandragoræ pariant flores mœſtámq; cicutã. *Colum.*
Triſtis. Nocens. Noxia. Lethalis.

CICVTA FISTVLA.

Caua. Agreſtes docuere cauas inflare cicutas. *Lucret.* 5.
Arguta. Iuſſit, & arguta iuuenes certare cicuta. *Calph. ecl.*
Fragilis. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta. *Virg. ecl.* 5.
Leuis. Paſtoralis. Arundinea. Fluminea. Sonans. Gracilis. Hians.

CILIX.

Populus eſt piraticam exercens, habitátque in Cilicia, quæ regio eſt in minori Aſia, croci optimi feraciſſima.

Vagus. Poſt cilicáſque vagos, & laſſi Pontica Regis
Prælia. *Lucan.* 1.

Ferus.	Sed Scythiā cilicáſq;feros,viridéſq;Britānos.	*O.am.* 2.
Intonſus.	Frigidus intonſos Taurus alit cilicas	*Tibul.* 1.
Pirata.	Itque cilix iuſta iam non pirata carina.	*Lucan.* 3.

CINGVLA, *plural.*

Quibus milites præcingebantur.

Aurea.	Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ.	*Vir.æneid.* 1.
Ignea gēmis.	Corytíque leues portantur, & ignea gemmis cingula.	*Stat. Th.* 12.
Aſpera baccis.	Quin & Sidonias chlamides, & cingula baccis Aſpera.	*C.de lau.St.*

Bullis fulgentia.

CINIS.

Puluis eſt, in quem materia combuſta redigitur.

Ater.	Nāq;ſuā patria antiqua cinis ater habebat.	*Vir.æneid.* 4.
Putris.	——lapſúſque putres iam Mulciber ibat In cineres.	*Stat. Th.* 6.
	——————donec cinis	
Aridus.	Iniurioſis aridus ventis ferar.	*Hor.epod.*
Feruidus.	Sparſitque cinis feruidus ora.	*Sen.Tro.*
Frigidus.	Flammáque non fiat frigidus ille cinis.	*Ou. epiſt.*18.
Immundus.	Effœtos cinerē immūdū iactare per agros.	*Virg.georg.* 1
Tepidus.	Inde foco tepidum cinerem dimouit.	*Ouid.met.*8.
Sordidus.	Crinem fluentem ſordidus ſpargit cinis.	*Prud. Cath.*

CINIS, pro cremato corpore.

Patrius.	—vtrum —Minxerit in patrios cineres.	*Hor.in arte.*
————	Id cinerē, aut manes credis curare ſepultos.	*Vir.æneid.*7
Extinctus.	Iam tamē extincto cineri ſua dona ferebant, compoſitíque nepos buſta piabat aui.	*Ouid.faſt.*5.
Ingratus.	——& cineri ingrato ſuprema ferebant.	*Vir.æneid.*6.
Opertus.	Expedit matris cineres opertos —Fallere.	*Hor.car.*2.
Sepultus.	Inferiæque cadunt cineri cognata ſepulto corpora.	*Ou.met.* 13.
Triſtis.	——triſtes cineres vrna coercuit.	*Sen. Tro.*
Supremus.	Nō ſati⁹ cineres patriæ inſediſſe ſupremos.	*Vir.Æn.*10.
Mutus.	Et mutū nequicquam adloquerer cinerē.	*Catul.*
Fumans.	Fumantes iuuenū cineres, ardentiáq; oſſa.	*Lucanus* 6.
Compoſitus.	Compoſitúſque cinis, tumulíque in marmore carmen Hoc breue, quod moriēs ipſa reliquit, erat.	*Ouid.faſt.*3
Exiguus.	Vos cinis exigu⁹ gelidæq; iacebitis vmbræ.	*Ouid.met.*8.

CINNAMA.

Aroma præſtantiſſimum, quod vulgus canellam vocat: naſcitur in Panchaïa regione Arabiæ.

Rara. ——————nec ſic tibi rara Sabæi
cinnama odoratus, nec Arabs decerpſit ariſtas. *St. ſyl.* 5
Panchæa. Hic caſiæ matura ſeges, Panchæaque turgent
cinnama. *C. de nup. H.*
Quaſſa. Quaſſaq; cũ fulua ſubſtrauit cinnama myrrha. *Ou. m.* 15.

CIRCE.

1 Filia Solis è Perſeide 3 Oceani filia, veneficijs & incantationibus 6 dedita. Varijs mirabilibuſque herbarum viribus, in porcos mutauit ſocios Vlyſſis, cum quo poſteà turpiter ſe 4 commiſcuit, ex eóque peperit 5 Telegonum. Dicta eſt Ææa ab vrbe 2 Ææa Colchidis.

Saua Dea. Quos hominũ ex facie Dea ſæua potẽtib⁹ herbis.
Induerat circe in vultus ac terga ferarum, *Virg. Æn.* 7.
1 Solis filia. Diues inacceſſos, vbi ſolis filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu. *ibid.*
2 Ææa. —Ææę Genitrix pulcherrima circes. *Ouid. met.* 4.
1 Sole ſata. —ſole ſatæ circes variarum plena ferarũ. *Ou. met.* 13.
1 Titanis. Aſpice nec durus Titanida deſpice circẽ. *idẽ met.* 14.
1 Titania. Teſtor cara tuas, circe Titania, voces. *Val.* 7.
—& fide Teia —Dices laborantes in vno
3 Vitrea. Penelopen vitreámque circen. *Hor. car.* 1.
6 Dædala. ——————quos Dædala circe
Suppoſitos de matre nothos furata creauit. *Valer.* 7.
6 Docta. Solum nec doctæ vertetũt pocula circes. *Tib.* 4
6 Callida. Quos legit Medea ferox, quos callida circe. *Cl. in Ruf.*
4 Meretrix.——ſub domina meretrice fuiſſet
Turpis & excors. *Hor. ep.* 1.
4 Infamata. ——————infamatæque relinquunt
Tecta Deæ. *Ou. met.* 14
5 Parens Tel. Telegoniue parens vertendis nata figuris. *idem pont.* 3
6 Venefica. Aut te traiectis Ææa venefica ramis
Deuouet. *idem am.* 3.
Pulchra. Pulchra quæ reſidens Dea
1 Edita ſole. Solis edita ſemine. *Boetius.*
Ingenioſa.

CIRCVS.

Locus erat muris ſeptùs, in quo equi, pugiléſque exercebantur.
——————————ratus apta fauoris
Puluereus. Tẽpora, puluerei venit in ſpatia horrida circi. *St. Th.* 6.
Ingens. ——ingentem tranſmittere circum. *idem* 16.
Clamoſus. ——clamoſi ſpatioſa per æquora circi. *Auſ. epit.*
Celeber. circ⁹ erat põpa celeber, numeróq; Deorũ. *Ouid. faſt.* 4
Longus. ——ipſe omnem longo decedere circo

Infuſũ populũ, & cãpos iubet eſſe patẽtes. *Virg. Æn. 5.*

——— laſciuia cordi

Rapidus. Nulla, nec aut rapidi mulcẽt te prælia circi. *Stat. ſyl. 5.*

Apertus. Haud ſecus exarſit, quã circo taurus aperto. *Ou. met. 12.*

Capax. Multa capax populi cõmoda circus habet. *Ou. de arte 1.*

Magnus. Vt ipſa magni turba neſciat circi. *Mart. epig. 7.*

Raucus. Feruet, & exultat rauco victoria circo. *Iuuen. ſat. 8*

Curuus. Obliquus. Patens. Spatioſus.

CITHARA.

Inſtrumentum muſicum, alio nomine lyra. Rationem Epithetorum vide ad carmen. chelys.

——— cithara crinitus Iopas

Aurata. Perſonat aurata. *Virg. Æn. 1.*

——— grataque fœminis

Imbellis. Imbelli cithara carmina diuides. *Hor. car. 1.*

Sonans. ——— digitóſque ſonanti

Infringit citharæ. *Stat. Ach. 1.*

Pieria. ——— Pieria

Reſonans cithara Thracius Orpheus. *Sen. Med.*

Sonora. Tunc ego nec cithara poterã gaudere ſonora. *Tibul. 3.*

Threicia. Threicia fretus cithara fidibúſq; canoris. *Virg. Æn. 6.*

Canora. Eburna. Eburnea. Mollis. Arguta. Blanda. Dulcis. Vocalis. Aurea.

CLADES.

Infortunium ſonat, & profligationem hoſtium.

Aſpera. Ne metue clades fortiter fari aſperas. *Sen. Hipp.*

Triſtis. ——— cum clade exterrita triſti. *Vir. in Ceiri.*

Mortifera. Mortiferã poſſit cladem conflare coorta. *Lucret. 7.*

Sæua. ——— inque ipſos ſæua medentes

Erupit clades. *Ouid. met. 7*

Immenſa. Sylla quoq; immẽſis acceſſit cladibus vltor. *Lucanus 1.*

——— quiſquis iuuiſum caput

Funeſta. Tegit, ac tuetur clade funeſta occidat. *Sen. Thyeſt.*

Miſeranda. Quamuis enim ſum clade miſeranda obruta. *Sen. Med.*

——— accipe noſtrum

Iniqua. Ammon ſanguinẽ, ait, ſpectatór cladis iniquę. *Silius 14.*

Subita. ——— & ſubita turbaret clade Latinos. *Vir. aneid. 12*

Recens. Ecce recens iiſdem clades à partibus exit. *Cl. in Eutr. 1*

Bellica. Aut belli, terræque lues, aut bellica clades. *Lucanus 6.*

Metuenda. ——— nequeat quamuis metuenda taceri

clades, &c. *Cl in Eutr. 2*

Triſtis. Improuiſa. Magna. Peſtifera. Acerba. Horrens.

Horribilis. Horrenda. Dira. Cruenta. Atra. Miſera. Crudelis.

CLAMOR.

Ingens.	——vocat ingenti clamore cythæron.	*Virg. geor.* 3
Magnus.	—magníſque petunt clamoribus vrbem.	*Val.* 2.
Immenſus.	clamorem immenſum tollit, quo pontus, & omnes Intremuere vndæ, penitúſque exterrita tellus Italiæ, curuiſq; immugiit Ætna cauernis.	 *Virg. æneid.* 3
Horrendus.	clamores ſimul horrẽdos ad ſydera tollit.	*idem æn.* 2.
Sublatus.	Quo fremitus vocat, & ſublatus ad æthera clamor.	*ibid.*
Vaſtus.	——vaſto clamore laceſſunt.	*idem æn.* 3.
Longus.	Horruit infœlix viſu, longóque profundum Incendit clamore nemus.	 *Stat. Th.* 5.
Horridus.	——cælum horrido clamore complet.	 *Sen. Oet.*
Attonitus.	Erectã attonitis complet clamoribus vrbẽ.	*Stat. Th.* 4.
Rapidus.	——rapidis clamoribus vrbem Exagitat.	 *idem Th.* 5.
Rabidus.	Méq; ſequebatur rabido clamore repoſcẽs.	*idẽ Th.* 8
Mœſtus.	——mœſto ſocios clãmorẽ requirunt.	*Silius* 10.
Triſtis.	——it triſtis ad æthera clamor.	*Virg. æn.* 12.
Ferox.	——Celſus clamore feroci Prouocat increpitans hoſtem.	 *Silius* 17.
Martius.	——Martius aures clamor, & obliti rurſus fragor impleat æris.	 *Val.* 2.
Æreus.	——illum æreus vndique clamor, Thebaníque vrunt ſonitus.	 *Stat. Th.* 8.
Flebilis.	ceſſatis? & vos flebilis clamor mouet.	*Sen. Tro.*
Diſſonus.	——furit vndique clamor Diſſonus.	 *Stat. Th.* 6.
Infeſtus.	—inque imum pariter mare protinus omnes Infeſto clamore ruunt.	 *Val.* 8.
Cæcus.	——coit è ſparſo concita mapali Agreſtum manus, & cæco clamore coloni.	 *idem* 2.
Dirus.	Ac dirum in ſomno, ceu bella capeſceret amens clamorem tum fortè dabat.	 *Silius* 7.
Varius.	—ſubito varius vicina clamor ab vrbe.	*Cl. de nup. P.*

Ferus. Fœmineus. Immodicus. Acutus. Repens.

CLANGOR. V. *Claſsicum.*

Sonus Gruum, Aquilarum & tubarum in bello, quem Virgil. *vocauit Thyrrhenum à tuba quam inuenerunt Thyrrheni populi in Italia.*

——ruere omnia viſa repentè

Thyrhen.	Thyrrenúſq; tubæ mugire per æthera clãgor.	*Vir. an.* 8.
Ingens.	Ingenti clangore grues æſtiua relinquunt	
	Thraciã.	*C. de bel. Gil.*
Raucus.	——raucus ſtridenti murmure clangor	
	Increpuit.	*Silius* 16.
Sæuus.	Cum mihi Tartareas ſæuo clangore volucres	
	Protulit ira Iouis.	*Valerius* 4.
Luctificus.	At tuba luctificis pulſat clangoribus vrbẽ	*Stat. Th.* 10.
	At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt	
Magnus.	Harpyiæ: & magnis quatiũt clãgoribus alas.	*V. aneid.* 3.
Martius.	Martius hic primũ ter vomere fuſus ab ipſo	
	clangor, &c.	*Valer.* 7.

CLASSICVM.

Eſt ſonus buccinarum, & tubarum in bello.

Martium.	Martia cui ſomnos claſſica pulſa ſonent.	*Tibul.* 1.
Trux.	Nec excitatur claſſico miles truci.	*Hor. epod.*
	Illum forenſis gloria,	
Triſte.	Hunc triſte captat claſſicum.	*Prud. Cath.*
Ferale.	Increpuere ſimul feralia claſſica ſignum.	*Silius* 5.
Turbidum.	Turbida nec calamos exſurdẽt claſſica noſtros.	*Calph.*

Mauortium. Crudele. Impium. V. Bellum.

CLASSIS. *Naualis eſt exercitus.*

Armata.	——quando armatas deducere claſſes.	*Vir. geor.* 1.
Volucris.	——volucri freta claſſe pererrat.	*Ouid. met.* 7.
Cita.	——fertur cita gurgite claſſis.	*Virg. an.* 5.
Curuata.	——curuata ſinus diuerſa ruebat	
	claſſis.	*Silius* 10.
Quaſſata.	Quaſſatã ventis liceat ſubducere claſſem.	*Virg. an.* 1.
Laniata.	————laniatáque claſſis	
	Poſtulat exiguas ſemirefecta moras.	*Ou. epiſt.* 7.
Peregrina.	————profugáque per æquora claſſe	
	Fertur.	*Ou. met.* 13.
Ærata.	In medio claſſes æratas, Actia bella.	*Virg. an.* 8.
Plena.	Venerat Euander plenã cum claſſe ſuorũ.	*Ouid. faſt.* 4.

CLAVA.

Eſt fuſtis teres in extrema parte craſſior rotundiórque, ad claui ſimilitudinem, quo dicitur Hercules inſtructus, monſtra & tyrannos mactaſſe.

Herculea.	Quis facta Herculeæ non audit fortia clauæ?	*Propert.* 4.
Trinodis.	Oſſa mei fratris clauã perfracta trinodi.	*Ouid. epiſt.* 4

Domit. fer.	Inſtruxitque manum clauā domitrice ferarū.	*Ouid. ep. 9*
Grauis.	Ipſa capit clauámq; graue ſpoliumque leonis.	*O. fa. 2.*
Nodoſa.	Pinea nodoſā quaſſabat robora clauā.	*Stat. Th. 1.*
Vaſta.	Vaſta grauatus horridam claua manum.	*Sen. Her. œt.*
———	———rapit arma manu, nodiſque grauatum Robur.	*Virg. Æn. 8.*

CLAVSTRVM.

Repagula ſunt, ſeu carceres, quibus aliquid clauditur.

Cohibens.	Clauſtraque cuſtodem pacis cohibentia Ianū.	*Hor. ep. 2.*
Ferreum.	Ferreis portas cohibere clauſtris.	*Sen. Thy.*
Obſtans.	———obſtantia rumpere clauſtra.	*Hor Epiſt.*
Ingens,	———portarum ingentia clauſtra,	*Virg. Æn. 7.*
Arctum.	———confringere vt arcta Naturæ primus portarum clauſtra cupiret.	*Lucret. 1.*
Pinɑum.	Incluſos vtero Danaos, & pinea furtim Laxat clauſtra Sinon.	*Virg. æn. 2.*

Ferratum. Duriſſimum. Æneum. Ahencum.
Æreum. Stridens. Durum. Rigidum.

CLEOPATRA.

Regina 1 Ægypti, è 2 Ptolemeorū familia, quæ cum Antonio 3 adultero ſuo bellum contra Auguſtum Cæſarem mouit: à quo ambo nauali certamine prope Actium 4 deuicti, pulſique in Ægyptum, infœliciter oppetierunt. Hanc pugnam deſcripſerunt Virg. æn. 8. ſub finem, & Prop. l. 4. El. 6.

3 *Meretrix.*	Scilicet inceſti meretrix Regina Canopi	
3 *Inceſta.*	Vna Philippeo ſanguine aduſta nota.	*Prop. 3.*
Ferox.	—patrio Cleopatra ferox circundata ſiſtro.	*Sid. App.*
1 *Ægyptia.*	———ſequiturque nefas Ægyptia conjux.	*Virg. æn. 8.*
2 *Ptolemeis.*	Inceſtam vacuat patrio Ptolemeida regno.	*Sid. Ap. pan.*
4 *Actias.*	Actias Auſonias fugit Cleopatra catenas.	*Stat. ſyl. 3.*

CLIVVS.

Eſt procliuitas à vertice collium, per quam facile aſcenditur.

Mollis.	Incipiunt, molliſque iugum demittere cliuo.	*Vir. Ecl. 9.*
Arduus.	Arduus in valles per fora cliuus erat.	*Oui. faſt. 1.*
Saxoſus.	Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo.	*Silius 15.*

Lenis. Facilis. Lubricus Difficilis. Inacceſſus.

CLOTHO.

Tres ſunt Parcæ, Athropos, Clotho, Lachesis.

Vide PARCA.

Grandæua.	Vtinam ante manu grandæua ſuâ Mea rupiſſet ſtamina Clotho.	*Sen. Octa.*

Ferrea. Quid bonus ille deum genitor? quid ferrea Clotho Cogitet? *Stat.th.3.*
——————at non dabat vltro
Dura. Clotho dura lacus, aramque videre Dianæ. *Silius 4.*

CLYPEVS.

Eſt id, quo milites tegunt corpus aduerſus ictus. Vide Parma.
Æreus. ——nec miſere clypei mora profuit ærei. *Vir.æneі.12*
Ardens. Ardentes clypeos atque æra micantia cerno. *Vir. Æneі.2.*
Laues. Pars læues clypeos, & lucida ſpicula tergent. *Virg.æn.7.*
Ære ——————ſeu ſumpſerat ære
Fulgens. Fulgentē clypeū, clypeū ſumpſiſſe decebat. *Ouid.me.8.*
Calatus. Clypeus vaſti cælatus imagine mundi. *Ouid.me.13.*
Vnum eſt in media lumen mihi fronte, ſed inſtar
Ingens. Ingentis clypei. *Ouid.me.13.*
Are nitens. Et clypeum læuæ fuluo dedit ære nitentem. *Lucan. 9.*
Grauis. ——graues clypeos cæſis veſtire iuuencis. *Stat.Ach. 1.*
Coruſcans. Ille coruſcanti clypeo te ſæpe volentem. Suſtulit. *Cl. Au.pan.*
Septemplex. Surgit ad hos clypei dominus ſeptēplicis Aiax *O. m. 13.*
Pulcher ſig. Pulcher ſignis, auroque aſperrimus ardet. *Sta.Ach.2.*
Habilis. Poſtquā habilis lateri clypeus, loricaq; tergo eſt. *V.æ.12.*
Spargens flammas. Æratus. Ahenus. Aheneus. Cauus. Durus.

CLYTEMNESTRA.

1 *Tyndari filia ex Leda: nupſit Agamemnoni Græcorum duci, quem reuerſum è bello Troiano impellente Ægyſtho adultero occidit: ex Agamemnone ſuſcepit Oreſten filium, qui patris mortem vleiſcens Clytemneſtrā cum Ægyſtho trucidauit.*
Sæua. ———ſæuæ ferit agmina matris Oreſtes. *Val. 7.*
Cruenta. Adeſt cruenta coniugis victrix ſui. *Sen. Aga.*
1 *Tyndaris. Luxurioſa. Infamis. Sæua Agamemnonis Vxor.*

COCYTVS. Vide, Acheron.

Fluuius inferorum dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, *id eſt, lugere.*
Inamœnus. ——inamœnum fortè ſedebat Cocyton iuxta. *Stat. Th.1.*
Iners. Palus inertis fœda Cocyti iacet. *Sen.Her fu.*
Rigens. Non me rigentis ſtagna cocyti tenent. *Sen.her.œt.*
Torrens. Parte alia torrens cocytos ſanguinis atri
Vorticibus furit, & ſpumanti gurgite fertur *Sil.3.*
Languidus Viſendus ater flumine languido
Ater. Cocytus errans. *Hor. Car.2.*

Seuerus. Inuidia infœlix furias, amnemque ſeueri
Cocyti metuet. *Virg. geor.* 3.
Altus. Niger. Piger. Deformis.

COENA.

Sumptuoſa. Dum ſumptuoſas appeto dedit cænas. *Catullus.*
Opima. —atque animum cœnis reſponſat opimis. *Hor. ſat.* 2.
Munda. Mundæque paruo ſub lare paupetum
Cœnę, ſine aulæis, & oſtro
Sollicitam explicuere frontem. *Hor. Car.* 3.
Diues. Diues, & ex omni poſita eſt extructa macello
Cœna tibi. *Mart.* 10.
Magna. Multáq; de magnâ ſupereſſent fercula mēſâ. *Hor. ſer.* 2.
Luxurioſa. Hæc olim noſtri iam luxurioſa ſenatus
Cœna fuit. *Iuuen. ſat.* 11
Lauta. Larga. Pinguis. Nitida. Mollis.

COHORS.

Armata. Armatæque rogū celebrāt de more cohortes. *O. ad Li.*
———factis, & cæde docebat
Armigera. Natorū armigerā pugnas tractare cohortē. *Silius* 10.
Rapida. In bellum rapidis ire cohortibus *Prud. Cath.*
Furibunda. At Nomadum furibunda cohors. *Silius* 2.
Furiata. Sed furiata cohors, auſiſque accenſa ſuperbis. *Silius* 5.
Bellatrix. Bellatrix ſedere cohors. *Stat. Th.* 1.
Numeroſa. Autololes numeroſa cohors. *Sil.* 11.
Tumida. ———tumidas frangebant dicta cohortes. *Stat. th.* 7.
Animoſa. Belligera. Denſa.

COLCHVS. *COLCHIS.*

Regio eſt iuxta Pontum, regnum Æetæ regis, patris Medeæ. Notum bellum pro vellere aurato 1 Phryxæi arietis geſtum. Porro in Colchide fiebant incantationes, 2 & veneficia propter quæ famâ celebrata eſt.

1 Phryxæi. Tu quoque phryxęos remo Pæantie colchos
Bis Lemnon, viſure petis *Valerius* 1.
Saui. ———ſæui, capient quæ gaudia Colchi? *Val.* 3.
Truces. ———quatiántque truces oracula Colchos. *Valerius* 1.
Plumámque nocturnæ ſtrigis
2 Venenorū ferax. Herbáſque, quas & Colchos, & Iberia
Mittit venenorum ferax. *Hor. Epod.*
2 Impij. Et impiorum Phaſiani Colchorum. *Mart.* 3.

COLLIS.

Vmbroſus. Vmbroſis mediam qua collibus Apenninus
Erigit Italiam. *Lucan.* 2.

Frondoſus. Frondoſi collis latebras ac ſaxa capeſſit *Silius* 15.
Fœcundus. Vtque nouas legeret fœcundis collibus herbas. O. M. 14
Apricus. Duceret apricis in collibus vua colorem. *Virg. Ecl.* 9.
Apertus. ————————deniqueapertos
Bacchus amat colles. *Vir. georg.* 2.
Supinus. Sin tumulis accliue ſolum colleſque ſupinos, &c. *ibid.*
Celſus. ————celſoque omnis de colle videri
Iam poterat legio. *Vir. Aenei.* 8.
Iniquus. ——ſi collis iniquus—Primus iui. *Cl. aug pan.*
Spatioſus. ——liber terræ ſpatioſis collibus hoſtis. *Lucan.* 6.
Herbifer. Herbiferos adijt colles. *Oui. met.* 14.
Scopuloſus. Qua nemoroſa iuga, & ſcopuloſi vertice colles. *Sil.* 7.
Curuus. ——quem collibus vndique curuis
Cingebant ſyluæ. *Virg. Æn.* 6.

Supremus.	*Nemoroſus.*	*Accliuis.*	*Arduus.*	*Vitifer.*	*Aerius.*
Summus.	*Patulus.*	*Decliuis.*	*Præruptus.*	*Arduus.*	*Virens.*
Viridis.	*Editus.*	*Incuruus.*	*Abruptus.*	*Inacceſſus.*	

COLLVM.

Lacteum. ————————lactea colla
Auro innectuntur. *Virg. Aen.* 8.
Candidum. Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla. *Virg. geor.* 4.
Niueum. Non niueo retinens Bacchata monilia collo. *V in Ceiri.*
Eburneum. Impubeſque genas, & eburnea colla, decuſque
Oris, &c. *Ouid. met.* 3.
Marmoreũ. Aurea marmoreo redimicula demite collo. *Oui. fa.* 4.
Splendidũ. Phœbo colla licet ſplendida compares. *Sen. Hip.*
Laue. —de more comæ per læuia colla fluentes. *Prop.* 2.
Teres. Pendebant tereti gemmata monilia collo. *Ouid. me.* 10.

Tenerum. Formoſum. Molle. Niuale. Eburneum.

Collvm Serpentvm.		Collvm ferarvm.	
Sibilum.	*Tumidum.*	*Crinitum.*	*Durum.*
Caeruleum.	*Horrens.*	*Ferox.*	*Rigidum.*
Cærulum.	*Rigens.*	*Toroſum.*	*Arrectum.*
Ferox.	*Squammeum.*	*Superbum.*	*Hirtum.*
Liuidum. Liuens.	*Tergeminum.*	*Rebelle.*	*Hirſutum.*
Atrum.	*Inflatum.*	*Teres.*	*Aſperum.*
Lubricum.	*Stridens.*	*Sublime.*	*Horridum.*

COLONVS. Vide, Agricola. Ruſticus.

Fortis. ————hinc laudem fortes ſperate coloni. *Virg. geor.* 3.
Auidus. Fructibus immenſis auidos ſatiate colonos. *Oui. faſt.* 1.
Laborans. Vana laborantis ſi fallant vota coloni. *Oui. Põt.* 2.
Lacertoſus. Dura lacertoſi fodiebant arua coloni. *Oui. met.* 11.

——————ſiue reges,.

Inops.	Siue inopes erimus coloni.	*Hor. car.* 2.
Pauper.	Te pauper ambit ſollicita prece	
	Ruris colonus.	*Hor. car.* 1.
Miſer.	Peruenit ad miſeros damno grauiore colonos.	*O. met.* 7.
Hirſutus.	——hirſuti torrebant farra coloni.	*Ouid. am.* 3.
Probus.	Grandes proborum virgines colonorum.	*Mart. ep.* 5.
Operoſus.	Sed puto magna mei eſt operoſo cura colono.	*Ou. de nu.*

Patiens. Hirtus. Hirſutus. Sollicitus. Solers. Durus.

COLOR. Colorum ſpecies.

Clarus.	———claro in terras ſplendere colore.	*Lucret.* 5.
Varius.	Aut alio quouis vno, varióque colore.	*idem* 2.
Rarus.	Quid tamen iſta fides? quid rari forma coloris?	*O. am.* 2.
Pulcher.	Nuntia præclari vultus, pulchríque coloris.	*Lucret.* 4.
Egregius.	Cuncta coloribus egregijs, & odorib' implet.	*Lucr.* 5.
Selectus.	Illi ſelectos certent præbere colores.	*Tib.* 2.
Ingenuus.	Ingenuus color, & multis decus artibus &c.	*Prop.* 1.
Decens.	Cur fugit Venus? heu! quoque color decẽs.	*Hor. car.* 4.
	————————colorque	
Fucatus.	Stercore fucatus Crocodili,	*Hor. Epod.*
	———Mileſia vellera Nymphæ	
Satur.	Carpebant hyali, ſaturo fucata colore.	*Virg. Geor.* 4.

Blandus. Suauis. Largus. Liquidus. Decorus.
Formoſus. Renidens. Purus. Natiuus. Languidus.

COLOR ALBVS.

Albus.	———ſentire colorem dicitur album.	*Lucret.* 2.
Niueus.	Serua Briſeis niueo colore	
	Mouit Achillem.	*Hor. car.* 2.
Marmoreus.	Nunquã in marmoreũ poſsũt migrare colorẽ.	*Lucr.* 2.

Candidus. Candens. Albens. Albeſcens. Olorinus. Lacteus.

COLOR NIGER.

Niger.	Cur ea quæ nigro fuerint paulo ante colore?	*Lucret.* 2.
	——————proclíuius exorientur	
Nigrans.	Candida de nullo, quam de nigrante colore?	*ibid.*
Ater.	Nec tamẽ ater erat, nec erat color aureus illis.	*O. Põt.* 3.
Informis.	Et notet informis pallida membra color.	*Tib.* 4.
	———corpus exanimum cadit,	
Morti ſimil.	Et ora morti ſimilis obduxit color.	*Sen. Hipp.*
	——————niueoſque per artus	
Stygius.	It Stygius color.	*Silius* 12.
Memnonius.	Memnonio Cycnos eſſe colore putem.	*Ouid. põt.* 3.
Exanguis.	Aſpicis exangui chartam pallere colore.	*Ou. Triſt.* 3.

Fuſcus. Eſt etiam in fuſco grata colore, &c. *Ouid. am.* 2.
Pro niueo, rutilóque prius, nunc inficit ora
Funereus. Pallor, & exanguis, funereuſque color. *Cornel. Gal.*
Cæruleus. Et iam cæruleus inficit ora color. *idem.*
Pullus. Furuus. Luridus. Nubilus. Obſcurus.
Funebris. Feralis. Liuidus. Liuens. Noctis color.

COLOR RVBER.

Purpureus. —purpereus quondam color oſſa reliquit. *Virg. æn.* 11.
Illi ſelectos certent præbere colores
Puniceus. Africa puniceum, purpureumque Tyros. *Tibul.* 2.
Oſtrinus. Et Tyros oſtrinos præbet Cadmæa colores. *Prop.* 3.
Phœniceus. Purpurea, phœniceuſque color clariſſimus. *Lucret.* 2.
Sanguinol. Ille color verè ſanguinolentus erat. *Ouid. am.* 1.
Tyrius. ——cum gemmis Tyrios mirare colores. *Hor. Epiſt.* 1.
Verecundus. Fugit Iuuentas, & verecundus color
Reliquit oſſa pelle amicta lurida. *Hor. Epod.*
Rubens. Virgineus. Sanguineus.

COLOR FLAVVS.

Aureus. ———liquidi color aureus ignis. *Lucret.* 6.
Flammeus. Flammeus eſt plærũque colos, & ſplendidus ollis. *ibid.*
Igneus. Fundebant oculi radios, color igneus illis. *Sid. Ap. pan.*
Roſeus. Splendidus. Croceus. Fuluus. Flauus.
Crocinus. Ardens. Lucidus. Cereus. Buxeus.
Luteus. Citrinus. Rutilus. Rubicundus. Pallidus.

COLOR VIRIDIS.

Viridis. In viridem verti cœperunt mẽbra colorẽ. *Oui. met.* 10
Viridans. Florida fulſerunt viridanti prata colore. *Lucret.* 5.
———Mileſia vellera Nymphæ
Hyalinus. Carpebant hyali ſaturo fucata colore. *Virgil. ge.* 4.
Vernus. Lilia per vernos lucent velut alba colores. *Val.* 6.
Vitreus. Cærulus. Cæruleus Glaucus. Fuluus Virg. æn. 5.

COLOSSVS.

Ingens ſtatua de cuius magnitudine ſic habet. Plinius l. 34. *cap.* 6.
Moles quippe excogitatas videmus ſtatuarum, quas coloſſos vocant turribus pares.
Enormis. ——enormes manus eſt experta coloſſos. *Stat. ſyl.* 1.
Marmoreus. Et de marmoreo citharam ſuſpende coloſſo. *Iune. ſat.* 8.
Sydereus. Hic vbi ſydereus propius videt aſtra coloſſus. *Mart. ep.* 1
Grandis. Immanis. Vaſtus. Ingens. Altus. Sublimis.

COLVBER *COLVBRA.* Vide SERPENS.

Viridis. Nec virides metuunt colubros. *Hor. Car.* 1.
Venenatus. Hydra venenatis poſſet vallata colubris. *Lucret.* 5.

Tumidus. Frigida ſub terra tumidũ quem bruma tegebat. *Vir. æ. 2.*
Breuis. Affuit Alecto breuibus torquata colubris. *Ouid. ep. 2.*
Longus. Candida venit auis longiſ inuiſa colubris. *Virg. ge. 2.*
Niueus. ——niueiſque frequens Sinueſſa colubris. *Oui. met. 15.*
———————coluber mala gramina paſtus. *Virg. æn. 2.*
Lubricus. Innectitq; comas, & membris lubricus errat. *Virg. æ. 7.*
Triſtis. *Tortus.* *Ceruleus.* *Squammeus.* *Ater.* *Lethifer.*
Vipereus. *Noxius.* *Sæuus.* *Frigidus.* *Dirus.* *Terribilis.*

COLVMBA.

Columbas in tutela eſſe 1 Veneris, ejuſque currui iungi, Poetæ affirmãt Prop. 4. Sed cape torquatæ Venus ô Regina columbę. *Dicuntur 2 Chaoniæ, ab illa parte Epiri, vbi 3 Dodona ſylua eſt, in qua olim reddebant oracula.*

2 *Chaonia.* Non me chaoniæ vincant in amore colombæ. *Pro. 1.*
1 *Paphia.* ————————Paphiæque columbæ
Sedet Erythræis erũta gemma vadis. *Mart. Ep. 8.*
2 *Chaonis.* Quaſque colat turres Chaonis ales habet *Ou. d. ar. am. 2.*
1 *Cythereis.* Armigerũq; Iouis cythereidaſque colũbas. *Oui. me. 15.*
1 *Cythereia.*—hanc ſedem primo cythereia condidit ales. *Silius 3.*
Alba. Vritur in calidis alba columba focis. *Oui. faſt. 1.*
1 *Dilecta Ven.* Dilectæ Veneri notaſque in amore Diones. *Silius 4.*
Niuea. Nec tantum niueo gauiſa eſt vlla colombo
Compar. *Catul.*
Imbellis. ——nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam. *Hor. car. 4.*
1 *Idalia.* ——id alias procul ablegaſſe volucres. *Stat. th. 5.*
Blanda. Oſcula dat cupido blanda columba mari. *Ouid. am. 2.*
1 *Dionæa.* Ipſe Dionææ monſtrauit Apollo columbæ. *Stat. ſyl. 3.*
Tumida. Accipitri timidas credis furioſe columbas. *Oui. met. 5.*
Trepida. Vt ſolet accipiter trepidas agitare colũmbas. *Oui. m. 15.*
Remis adugens accipiter velut
Mollis. Molles columbas. *Hor. car. 1.*
Pauida. ——pauidæ virgo de more columbæ. *Val. 7.*
Aeria. Qualis in aeriæ tergo ſolet eſſe columbæ. *Oui. Põt. 3.*
Torquata. Sed cape torquatæ venus, ô Regina columbę. *Prop. 4.*
Sine labe. —vt æquaret totas ſine labe columbas. *Ouid. me. 2.*
Volucris. Et volucrem traiecto in fune columbam. *Virg. æn. 5.*
3 *Dodonæa.* *Pura.* *Celeris.* 3 *Dodonia.*

COLVMNA.

A diuerſis regionibus vnde exciduntur columnæ quære rationem Epithetorum: 1 à Phrygia, à 2 Paro inſula in mari Ægeo, à 3 Pœnis ſeu carthaginenſibus, 4 Tænaro promontorio Laconiæ.

1 *Phrygia.* Quidue domus prodeſt Phrygijs innixa colũnis. *Tib.* 3.
3 *Pœna.* Tota erat in ſpeciem Pœnis digeſta columnis *Prop.* 2.
2 *Paria.* Subdidit & Parias fuluis laqueatibus colũnas *Prud. de C.*
4 *Tænaria.* Quod non Tænarijs domus eſt mihi fulta colũnis. *Pr.* 2.
——— ———grauibuſque ſmaragdis
———Suppoſuit cæſas Hyacinthi rupe columnas. *Cl. de nu. H.*
Purpurea —purpureis effulta columnis —Atria *Cl. in Ruf.* 2.
Rutila. ———rutilis ſic pingitur aula columnis. *Cl. de laud. ſtil.*
Nitida. Verre pauimentũ, nitidas oſtẽde columnas. *Iuue ſat.* 14
Nobilis. ———cuius auratas trabes
Varia. Varijs columnæ nobiles maculis ferunt. *Sen. Thy.*
Peregrina. Signa peregrinis vbi ſunt alterna columnis. *Ouid triſt.* 3.
Celſa ———in celſas ſurgunt electra columnas. *Cl. de Rap.* 1.
Vaſta. Templa manent hodie vaſtis innixa columnis. *O. Põt.* 3.
Sublimis. Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis *Ouid. met.* 2.
Immanis. ———————immaneſque columnas
Rupibus excîdunt. *Virg. æn.* 1.
Rigida. Pars ibi pro rigidis calamos ſtatuere colũnis *Ou. faſt.* 3.
Marmorea. *Excelſa.* *Firma.* *Solida.*

COLVS PARCARVM. Vide PARCÆ.

Euincas vtinam iura feræ ſtygis,
Irreuocabilis. Parcarúmque colos irreuocabiles. *Sen Her. fur.*
Seuera. Parcarúmque colos exoratura ſeueras. *Claud. epig.*
Suprema. ————————Diua ſupremas
Rumpit iniqua colos. *Val.* 6.
Dura.

COMA.

Comæ ſunt capillicum aliqua cura compoſiti. Quæres rationem ſubiectorum Epithetorum ad ea quæ diximus ad capillos.

Compta. Seu compſit comptis eſt veneranda comis. *Tib.* 4.
Coronata. Mitte coronatas gloria mœſta comas. *Mart.* 10.
Ambroſia. Ambroſiæ cecidere comæ. *Silius* 12.
Honorata. Venit honoratis laurea digna comis. *Ouid. Pot.* 2.
Decora. Ingenuique ſuper crines molliſque decoræ
Margo comæ. *Stat. ſyl.* 1.
Virginea. Tibi virgineas laurum quatiens
De more comas innuba fundit. *Sen. Agam.*
Nitida. Et nitidas preſſo pollice finge comas. *Prop.* 3.
Natiua. Poſtmodo natiuâ conſpiciere comâ. *Ouid. Am.* 1.
Vncta. ———habent vnctæ mollia ſerta comæ. *Ouid faſt.* 5
Formoſa. Formoſæ periere comæ. *Ouid. am.* 1.
Odorata. Sertaque odoratæ Myrthea ferre comæ. *Oui. de ar.* 1.

Sic

Ornata.	———ſic erat ornatis Laodamia comis.	*Ou.de arte* 3.
Fluens.	—de more comæ per læuia colla fluentes.	*Propert.* 2.
Compoſita.	Sertáque compoſitis demere rapta comis.	*Ou.epiſt.* 12.
Spiſſa.	———————ſpiſſâ te nitidum comâ,	
	Puro te ſimilem, Telephe, veſpero, &c.	*Hor. car* 3.
Flaua.	Et ſuperat flauæ iam noua barba comæ.	*Ouid. faſt.* 3.
Mollis.	Stetêre vittæ, mollis horreſcit coma.	*Sen. Agam.*
Flauens.	Flauentéſque abſciſſa comas.	*Virg Æn.* 4.
Diuidua.	Candida diuiduâ colla tegente comâ.	*Ouid am.* 1.
Fulua.	Fulua coma eſt, longáque manus, &c.	*Propert.* 2.
Criſpa.	————criſpámque inuoluere viſa eſt	
	Mitis flamma comam.	*Silius* 16.
Tenuis.	———tenues denſo pectere dente comas.	*Tibul.* 1.
Flexilis.	Et multâ ſpirat coma flexilis aurâ.	*Valer.* 5.
Tonſa.	Pes nud9, tonſæq; comæ, caſtúmq; cubile.	*Silius* 3.
Aurea.	———barbæ color aureus, aureáque	
	Ex humeris medios coma depēdebat in armos.	*O.m.* 12
Longa.	———longas nunc bene pecto comas.	*Tibul.* 2.
Læuis.	———————vt ſit coma pectine læuis,	
	Vt modò rore maris, modo ſe violâue roſâue	
	Implicet.	*Ou. met.* 12.
Laudata.	Gaudet laudatis ire ſuperba comis.	*Propert.* 2.
Flexa.	Tu flexa nitidus coma vagaris.	*Mar.epig.* 10
Torta.	———tortas non amo, Flacce, comas.	*Mar.epig.* 4.
Pulchra.	———erat in niueo pulchra colore coma.	*Cornel.Gall.*
Inſignis.	Et gerit inſigni myrthea ſerta coma.	*Tibul.*
Myrrhea.	Stillabat Tyrio, myrrhea rore coma.	*idem* 3.
Tenera.	Teneram cruenta falce depoſuit comam.	*Seneca.*
Intonſa.	Intonſa iuuenis perpetuum coma.	*Sen. Hip.*
Auro ligata.	Hinc & Sithoniæ gentes, auróque ligatas	
	Subſtringens Arimaſpe comas.	*Lucanus* 3.

Lucida. *Repexa.* *Aurata.* *Nigrans.* *Vincta fronde.*
Pexa. *Ingenua.* *Nitens.* *Micans.* *Odora.* *Tortilis.*
Culta. *Decens.* *Succincta.* *Reuincta.* *Simplex.* *Pura.*

COMA, in luctu & furore.

Fuſa.	Threïcias fuſis Mænadas ire comis.	*Ouid.faſt.* 4.
Diffuſa.	Sic mihi diffuſis vaticinata comis.	*Ouid faſt.* 3.
Promiſſa.	candida promiſſa flere per ora coma.	*Ouid. ad Li.*
Effuſa.	Triſtis, & effuſis ſanguinolenta comis.	*Ou epiſt.* 7.
Paſſa.	Ægro corde, comis paſſis, &c.	*Ennius.*
Prolixa.	Squallida prolixis qui tegit ora comis.	*Ouid.triſt.* 4.
Rupta.	Nec puduit ruptis exululare comis.	*Ou. epiſt.* 21

Turbata. ——turbatas reſtituítque comas. *Ouid. faſt. 3.*
Libera. Coma dimiſſa eſt libera nodo. *Sen. Tro.*
Mæſta. Si mœſtis ſquallore comis, lachrymíſque Senatum
In Numidas pulſ' ſolio cômouit Adherbal. *C. de bel. Gil.*
Lacera. ———crinis tractus, & laceræ comæ
Vt ſunt remaneant. *Sen. Hippol.*
Sed feſſus ac deiectus, & fletu grauis
Squallida. Similíſq; noſtro ſquallidâ obtectus comâ. *Sen. Tro.*
Iacta temerè. Sic temerè iactæ colla perfundant comæ,
Humeróſque ſummos. *Sen. Hipp.*
—ſoror in partem miſerâ cum matre doloris
Inornata. Venit inornatas dilaniata comas. *Ou. amor. 3.*
Neglecta. At neglecta decet multos coma. *Ou. de arte 3.*
Ni langui.. o candore pallerent genæ,
Recta. Starétque rectâ ſquallor incultus comâ. *Sen. Hipp.*
Squallens. Squallenti Dido ſanguinolenta comâ. *Ouid. faſt. 3.*
Reſoluta. *Reſupina. Sparſa. Deiecta. Abſciſſa. Soluta.*
Inculta. *Horrida. Laniata. Incompta. Sciſſa. Triſtis.*

COMA IMPEXA.

Impexa. ———impexas debet habere comas. *Ouid. faſt. 3.*
Hirſuta. Quâlibet hirſutas fronde tegente comas. *O. de arte 1.*
Rigens. Canâ rigentem populo vinctus comam. *Sen. Her. œt.*
Rigida. Non vincis rigidas Hippolyti comas:
Nulla lege iacens. Te frons hirta decet, te breuior coma
Nulla lege iacens. *Sen. Hipp.*
Torta. ——tortas non amo, Flacce, comas. *Mar. epig. 4.*
———illa verenda
Hirta. Regibus hirta coma, & generoſa decorâ
Cæſaries compreſſa manu. *Lucanus 8.*
Nigra. Inficit & nigras alba ſenecta comas. *Ou. triſt. 4.*
Horrens. ———cuius horrentes comæ
Maduere nardo. *Sen. Her. fu.*
Arrecta. Arrectęq; horrore comę, & vox faucib' hęſit. *Vir. Æn. 4.*
Nigrans. Neglecta.

COMA SENILIS.

Cana. Et manibus canas fingere velle comas. *Tib. 1.*
Alba. Quin albam, rarámque comam, lachrymoſáque vino
Lumina. *Ouid. am. 1.*
Albens. ——albentes iam ligat illa comas. *O. de arte 2.*
Splendida. per has ſenectæ ſplendidas ſupplex comas. *Sen. Hipp.*
Honorata. Venit honoratis laurea digna comis. *Ouidius.*
Verenda. ———illa verenda

Regibus hirta coma. *Lucanus* 8.

COMES.

Certus. *Fidus.* *Aſſiduus.* *Impiger.* *Officioſus.*
Perpetuus. *Sedulus.* *Verus.* *Fidelis.* V. Amicus.

COMETES.

Eſt ſtella crinita, quæ æſtate non ſine magno portento apparere ſolet.

Dirus. ——nec diri toties fulſere cometæ. *Virg. geor.* 1.
——————ſi quando cometæ
Sanguineus. Sanguinei lugubre rubent. *Vir. Æn.* 10.
Ignotus. Ignota obſcuræ viderunt ſydera noctes,
Ardentémque polum flammis, cælóque volantes
Verendus. Obliquas per inane faces, crinémque verendi
Mutās regn. Syderis & terris mutantē regna cometen. *Lucanus* 1.
Præceps. Præceps ſanguineo delabitur igne cometes
Rubens. Prodigiale rubens. *Cl. de rap.* 1.
Triſtis. Triſtis cometa intercidat. *Prud. Cath.*
Flammifer. Crine vt flammifero terret fera regna cometes,
Ater. Sanguineum ſpargens ignem, vomit atra rubentes
Sæuus. Fax cælo radios, & ſæuâ luce coruſcum
Coruſcus. Scintillat ſydus, terriſque extrema minatur. *Silius* 1.
Regnorum ——————non vnus crine coruſco
euerſor. Regnorū euerſor rubuit lethale cometes. *Silius* 8.
——————irat que vocati
Fatalis. Ab Ioue fatales ad regna iniuſta cometæ. *Valer.* 6.
Flammans. Inuoluitque ſuo flammātes igne cometas. *Manil.* 1.
Liuens. Talia ſignificant liuentes ſæpe cometæ. *ibid.*
Rubeſcens. ——rubeſcentes ferali crine cometæ. *Clau. in epig.*
Malum Hæc ſore dixerunt belli mala ſigna cometen,
belli ſignū. Multus vt in terras depluerétque lapis. *Tibull.* 1.
Volans. *Minax.* *Lethalis.* *Lethifer.* *Infœlix.*
Igneus. *Feralis.* *Lugubris.* *Ferrugineus.*

COMPAGES. COMPAGO.

Arcta. ——————compagibus arctis
Claudentur belli portæ. *Virg. Æn.* 1.
Dura. ——duráque Deum compage tenēbant. *Cl. de rap.* 2.
Solida. Sic ſolidâ Libyæ cōpage, & pondere duro. *Lucan.* 9.
Ferrea. Ferrea compago laterum, ferro arcta teruntur
Limina. *Stat. Th.* 7.
Firma. *Rigida.* *Valida.*

COMPES.

Inſtrumentum eſt quo pedes vinciuntur, irretiuntúrque. Pro vinculo eſt.
Dura. Crura licet dura compede pulſa ſonent. *Tibul.* 1.

Valida.	Spes etiam valida ſolatur compede vinctū. *Tibull. 2.*
Ferrea.	Pōdera non reprimūt, nec tardat ferrea cōpes *Pru. Ha.*
	———— ——— ———catenis
Vaſta.	Squallēs carcereis, aut nexus cōpede vaſta. *Prud. in Sy.*

Craſſa. Saua. Tenax. Firma.

CONCHA.

Pro tuba ponitur. Huius deſcriptionem ad caput Buccina *poſuimus. Concha item pro gemmis & margaritis, quas profert, accipitur. Pro cothleis item piſciculorum frequenter vſi ſunt Poeta.*

CONCHA. *TVBA.*

Caua.	———caua dum perſonat æquora concha. *Virg. Æn. 6.*
Sonans.	cæruleum Tritona vocat, concháque ſonanti
	Inſpirare iubet fluctus. *Ouid. met. 1.*
Torta.	Expauit tortæ certantia murmura conchæ. *Silius 14.*
Ventoſa.	Audit ventoſa perflantem littora concha. *Lucanus 9.*

CONCHA, gemma. *Conchylia.*

Oceanus 1 Indicus quamplurimos nutrit vniones, ſiue ex rore cæli, ſiue ex marinis aquis, ſiue ex ipſo concharum partu, vt putat Plinius, alijs diſcutiendum relinquimus. E muricis in ea incluſi ſanguine inficiebantur panni, in inſula 2 Coa, 3 Sidone & 4 Tyri, vnde purpurarum vſus inclaruit. Dicitur Veneri ſacra.

Capax.	Funde capacibus vnguenta de conchis. *Hor. car. 2.*
3 Sidonia.	Ebria Sidoniæ cū ſint de ſanguine conchæ. *Mart. 14.*
3 Sidonis.	collocat hāc ſtratis cōcha ſidonide tinctis. *Ou. met. 10.*
4 Erycinia.	Et venit è rubro concha Erycina ſalo. *Propert. 3.*
4 Cytheriaca.	Lęuior ô conchis Galle cytheriacis. *Mart. 2.*
Radians.	Et premit adiecto radiātis pōdere conchæ. *Sid. Ap pan.*
2 Coum.	———Spartana chlamys, conchilia Coa. *Iuuen. ſat. 6.*
1 Inda.	Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,
	Sed potui blandi carminis obſequio. *Propert. 1.*
Diues.	Et patulo conchæ diuitis orbe fluat. *Claud. epig.*
Lucida.	———& è rubro lucida concha mari. *Tibull. 2.*
Tenuis.	———tenues conchas, pictóſque lapillos. *Ouid. am. 2.*
Pretioſa.	Vobis rubra dabūt pretioſas ęquora cōch. *Cl. A. pan. 6.*

Æquorea. Læuis. Nitens. Lucens. Picta. 1 Eoa.

CONCHA. *COCHLEA.*

Marina.	Et procul a pelago cōchę iacuere marinæ *Oui. met. 15.*
Squallens.	———aut ſquallentes infode conchas. *Vir. georg. 2.*
Detrita.	Læuior aſſiduo detritis æquore conchis. *Ou. met. 13.*
Vilis.	———viles pellent obſtantia conchæ. *Hor. ſer. 2.*

CONCORDIA.

——— ——— concordia fertur

Mitis. Illa præcipuè mitis adeſſe die. *Ouid faſt.2.*
Inabrupta. ——collato pectore miſtos
Longa. Iunxit inabrupta concordia longa catena. *Statius ſyl.5.*
Candida. candida perpetuo reſide concordia lecto. *Mar.epig.4.*
Lauro nexa comas. Venit Apollinea longas concordia lauro
Nexa comas, placidi numen opúſq; ducis. *Ouid.faſt.6.*
Fœlix. Quid mihi ſi tanto fœlix concordia bello. *Propert.3.*

CONIVX.

Tam de marito quam de vxore dicitur.

Pulchra. Quiſquis vel locuples, pulchra vel cõiuge notus. *Clau. in Ruf.*
Legitima. Ergo legitima vacuus cũ coniuge lectus. *O.met.10.*
Amata. ———rogus aſpiciendus amatæ
coniugis. *Iuu.ſat.10.*
Caſta. Amor perennis coniugis caſtæ manet, *Sen.Oct.*
Pudica. Non ita Diis placuit, qui te ſpoliare pudica
coniuge crudeles non habuere nefas. *Ou.pont.4.*
Rariſſima. ——laudati iuuenis rariſſima coniux. *Stat.ſyl.5.*
Fidelis. ———Dij faciant poſſis gaudere fideli
coniuge. *Ouid. in Ib.*
Fida. cũ ſociis operũ, & pueris, & coniuge fida. *Hor.epiſt.*
Optata. ——niueos optatæ coniugis artus
Floribus innumeris, & olenti ſpargere thymbra. *St.ſyl.1*
Bona. Exemplumque bonæ coniugis eſto mihi. *Ouid.faſt.4.*
Sancta. Sic te reuiſat coniugis ſanctæ thorus. *Sen.Troa.*
Cara. At mihi ſi cara patriã cum coniuge reddis. *Ouid.triſt.5.*
Iucunda. Illo Phyllacides iucundæ cõiugis Heros. *Propert.1.*
Mitiſſima. Tu vero tua damna dole mitiſſima coniux. *Ouid.triſt.4*
Cariſſima. At longè patria eſt lõge cariſſima coniux. *Ouid.triſt.3.*
Pia. At pia nil aliud quã me dolet exule cõjux. *Ouid.triſt.1.*
Lepidiſſima. Gallus habet fratres, quorum eſt lepidiſſima coniux
Alterius. *Catull.*
———manet ſub Ioue frigido
Tenera. Venator teneræ coniugis immemor. *Hor. car. 1.*
Dec' mariti. ————decus mariti
Prudens. Prudens, caſta, decẽs, ſeuera, dulcis. *Sid.Ap.ep.*
Quid tantum inſano iuuat indulgere dolori?
Dulcis. O dulcis coniux! *Virg æneid.8*
Egregia. Egregia intereà coniux arma omnia tectis
Emouet. *Vir.æneid.6.*
Fœcunda. —domi ſi gnatus erit fœcundáue coniux. *Hor.ſer.2.*
————& pretium ſtupri
Iuſta. Iuſtæ maritum coniugis captat caput. *Sen. Oclau.*

Decens. Fertilis. Diues. Fidiſſima. Sancta. Venuſta. Dotata. Aurea. Formoſa. Suauis. Tori particeps.

CONIVGIVM. CONNVBIVM. *Matrimonium.*

Stabile. Cõnubio iungã ſtabili, propriáq; dicabo. *Virg. Æn. 1.*

Fœlix. ———connubiis pacem fœlicibus, eſto, confirment. *Virg. Æn. 12.*

Fortunatũ. ————fortunatúmque ſororis coniugium. *Ou. met. 12.*

Caſtum. caſta Mycenæo connubia polluit auro. *Stat. ſyl. 5.*

Dulce. Dulcia cùm Dominæ dexter connubia vultus Annuit. *Stat. ſyl. 1.*

Feſtum. —mentem vincire toris, & iungere feſta connubia. *Stat. ſyl. 3.*

———credis aut ſperas tibi

Fidele. Agamemnonis fidele coniugium. *Sen. Agam.*

Lætum. Sed cõnubia læta, ſed optatos Hymenæos. *Catul.*

Superbum. cõiugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. *Virg. Æn. 3.*

Sacratum. *Sacrum. Solemne. Geniale. Fidum. Sociale.*

CONSILIVM.

Sapiens. conſilium ſapiens, ſceleris niſi præmia magnas Adieciſſet opes. *Ou. met. 13.*

Pium. conſilium vobis fortè piſſimque dabo. *Ouid. faſt. 3.*

Mite. Qui mihi conſilium viuendi mite dediſti. *Ouid. triſt. 1.*

Lene. Vos lene conſilium, & datis, & dato Gaudetis almæ. *Hor. car. 3.*

Tutum. Quid, ſegnis anime, tuta conſilia expetis? *Sen. Agam.*

————vadit animus in præceps ſciens,

Sanum. Remeátque fruſtrà ſana conſilia appetens. *Sen. Hipp.*

Obſtinatum. Tenet obſtinatum Phædra conſiliũ necis. *ibid.*

cúras, & arcanum iocoſo

Arcanum. conſilium retegis Lyæo. *Hor. car. 3.*

Cæcum. Verum vbi nulla datur cæcum exuperare poteſtas conſilium. *Virg. Æn. 7.*

Infælix. conſiliũ infœlix, ſceleratáq; culpa Metelli. *Silius 12.*

Vtile. Vtile quod non vis do tibi conſilium. *Mar. epig. 5.*

Honeſtum. Sæuitiam damnare, & honeſtum afferre liceret conſilium. *Iuuen. ſat. 4.*

Prudens. Salubre. Fidele. Acre. Maturum. Forte. Callidum. Verum. Inſperatum. Fidum.

CONTAGIO. CONTAGIVM.

Malum. Nec mala vicini pecoris contagia lædent. *Virg. Ecl.*

Dirum. Dira per incautũ ſerpant contagia vulgus. *Virg. geor. 3.*

Fœdum. Triſte.

CONTVS.

Eſt longior duriórque ſudes, quæ ſine ferro acuta eſt: hac milites antiqui vtebantur in bello. Eſt pertica etiam oblonga, qua Nautæ fundum aquæ percontantur.

Durus. ———duris detrudere contis. *Virg. Æn. 9.*

———duro contraria conto
Detrudit muros. *Lucanus 6.*

Longus. Regit ipſe conto portitor longo ratem. *Sen. Her. fu.*

Acutâ cuſp. Ferratáſque ſudes, & acuta cuſpide contos. *Virg. Æn. 5.*

CONVALLIS. *Vide* VALLIS.

Planities eſt, ex omni parte montibus vallibúſque comprehenſa.

Caua. Qualē ſępè caua montis conualle ſolemus. *Virg. geor. 2.*

Depreſſa. Saxa per, & ſcopulos, & depreſſas cōualles. *Virg. geor. 3.*

Virens. At pater Anchiſes penitus conualle virenti. *Virg. Æn. 6.*

Abrupta. —& abruptis mergi conuallibus Hermus. *Lucanus 7.*

Obſcura. —obſcuris claudunt conuallibus vmbræ. *Virg. Æn. 6.*

CONVIVA.

Comis. Frequens. Ebrius. Auidus. Gratus. Hilaris. Plenus. Satur. Dulcis. Lætus. Madidus. Gratus. Pernox. Vinoſus Pinguis. Nocturnus. Ieiunus. Languidus.

CONVIVIVM.

Dulce. Dulciáq; ingratos adimāt conuiuia ſōnos. *Prop. 3.*

Candidum. candida nunc molli ſubeāt conuiuia luco. *Prop. 4.*

Vinoſum. Nequitiam vinoſa tuam conuiuia narrant. *Ouid. am. 3.*

Gratum. Grata coronati peragunt conuiuia Manes. *Cl. de rap. 2.*

Inſtructum. Lautum. Regale. Regium. Magnificum.

CONVS.

Eſt curuatura quæ in ſummitate galeæ prominet, ſuper quam criſtæ ſunt, vt ait Seruius.

Et conum, inſignis galeæ, criſtáſque comantes. *Vir. Æn. 3.*

Pictus. Tegmina mox capitū picto nutantia cono. *Ou. met. 13.*

Altus. Nitens. Trux. Horridus. Arduus.

COPIA. *Vide* CORNVCOPIÆ.

———hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno

Opulenta. Ruris honorum opulenta cornu. *Hor. car. 1.*

Beata. ———apparétque beata pleno
Copia cornu. *Hor. ep.*

Aurea. ———aurea fruges

Plena. Italiæ pleno diffudit copia cornu. *idem epiſt.*

Facilis. Quid ſi non eſſet facilis tibi copia? *Prop. 1.*

Anhelans. Recliuis ecce corde anhelanti æſtuat. *Sen Her.œt.*
Neſciū miteſ. Neſciaq; humanis precibus manſueſcere corda. *V.g.4.*
Efferum. Effera prę tumido quatiebat corda furore. *Cl.in Ruf.1.*
Sanguineum. Iram ſanguinei regio ſub pectore cordis
Protegit imbutam flammis. *idē pan.Au.*
Viuidum. Quo fibra cordis expiatur viuidi. *Prud. pſych.*
Ahenum. ——ſed ſcopulos & ahena precando
Flectere corda paro *Stat.Theb.3.*
Flagrans. ——curis flagrantia corda *Silius 7.*
Ferreum. Ferrea laſciuis molleſcant corda ſagittis. *Cl. de ap.1.*

COR in triſtitia.

Ægrum. Fallebat curas ægráque corda labor. *Ouid.triſt.3.*
Mæſtum. Hoc minuit luctus, mœſtaq; corda leuat. *idem triſt. 4.*
Triſte. Atque hæc ipſe ſuo triſti cū corde volutat. *Vir.æneid.6.*
Anxium. ——nouus his ſuper anxia turbat
corda metus. *Stat. Th. 4.*
Attonitum. Stat terror animis, & cor attonitum ſalit. *Sen. Her.œt.*
Stupefactū. ——arrectæ mentes, ſtupefactáque corda
Iliadum. *idem æneid 5.*
Languens. Quantos illa tulit languenti corde dolores. *catul.*
Tremens. Fœmineas vidi corde tremente genas. *Ouid.epiſt.5.*

COR in timore.

Exſultans. ——exultantiaque haurit
corda pauor pulſans. *Virg.geor.3.*
Micans. Et fert ſuſpenſos corde micante gradus. *idem faſt.6.*
——vaſto Cori cum murmure fluctus
Frigidum. Suſpenſum in terras portat mare, frigida nautis
corda tremunt. *Silius 1.*
Trepidans. ——trepidantia corda
Implet amore ſui. *Stat. Th.3.*
Miſerum. ——miſerum metu
Cor palpitat corpuſque ſollicitum ferit. *Sen.Her.fur.*
Cupidum. Graue. Hebes. Iners. Dolens.
Supinum. Infirmum. Imum. Laſſum. Profundum.
Rigens. Debile. Languidum. Miſerabile. Sollicitum.

CORALIVM. corallium, & corallum.

Lapis eſt rubri coloris. De quo ſic habet Ouid.*Met. 15.*
Sic & coralium quo primum contigit auras
Tempore dureſcit, mollis fluit herba ſub vndis.
Rubrum. ——virides algas & rubra corallia nudat. *Auſ. Moſel.*
Puniceum. Lactea puniceo ſinuantur colla corallo. *Sid.Ap.pan.*
Fragile. coralio fragili & lachrymoſo monit electro. *V.in ceiri.*

CORINTHVS.

De vrbe Corintho ſic loquitur Florus [Corinthus Achaia caput, Græcia decus inter duo maria, Ionu, & Ægeum quaſi ſpectaculo expoſita] ea capta, incenſaque à populo Rom. vt idem author refert [incendio permiſtis plurimis ſtatuis, atque ſimulachris, æris, auri, argentique vena in communi fluxere] vnde cõflatum eſt pulcherrimum, pretioſumque illud 2 as antiquis adeo celebratum. Dicta eſt Ephyra ab 3 Ephyra nympha Oceani, & Tethyos filia: & Pyrene à 4 Pyrene fonte.

1 *Bimaris.* Et quà Bacchiadæ bimari gens orta Corintho. *O. met.* 15
2 *Nobilis ære.* Orchomenoſq; ferox, & nobilis ære Corinthus. *O. m.* 6.
Superba. Nobilis Elis equis opibuſq; ſuperba Corinthus. *Sid ap. pa.*
3 *Ephyrea.* Inſedit caſtris Ephyreaque mœnia ſeruat. *Lucan.* 6.
3 *Ephyre.* Tandem vipereis Ephyren Pyrenida pennis *Oui. me.* 6.
4 *Pyrene.* Contigit.

CORNIX.

Auis eſt garrula, & 1 inauſpicata: cantu pluuiam venturam prædicit; 3 viuacitatis eſt prodigioſa. Mart. l. 10. *Et cornicibus omnibus ſuperſtes.*

1 *Siniſtra.* Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix. *Virg. Ecl.* 1.
Improba. Tum cornix rauca pluuiam vocat improba voce. *V. ge.* 1.
Loquax. Et ſine lite loquax cum Palladis alite cornix
Sedit. *Ouid. faſt* 2.
2 *Aquæ aug.* Aquæ niſi fallit augur
Annoſa. Annoſa cornix. *Hor. Car.* 3.
————Imbrium diuina auis imminentum. *Ibidem.*
Garrula. Hos nouies ſuperat viuendo garrula cornix *Auſ Edyl.*
Loquax Nec ſago clangore loquax, & ſtridula cornix
ſtirdula. Rem docuere dei. *Prud. Apo.*
Teque nec læuus vetet ire picus
Vaga. Nec vaga cornix. *Hor. car.* 3.
Inuiſa Min. Viuit & armigeræ cornix inuiſa Mineruæ. *Ouid. am.* 2.
Rauca. Quo numquam pullis appellunt corpora raucæ
Cornices. *Lucretius* 6.
————ſeruatura diu parem
3 *Vetula.* Cornicis vetulæ tempo ibus Lycen. *Hor. Car.* 4.

CORNV *CORNVA.*

Dantur cornua, lunæ fluminibus, exercitui, antennis. Cornua item pro tubis, lituis, & arcu frequenter ponuntur.

Arboreum. Ductoreſque ipſos primùm capita alta ferentes
Cornibus arboreis ſternit, &c. *Virg. æn.* 1.
Camurum. ——camuris hirtæ ſub cornibus aures. *Virg æn.* 3.
Flexum. ——Flexo circum caua tempora cornu. *Oui. met.* 7.
Aerium. Cornibus aerijs atque in ſua terga recuruis. *Oui. faſt.* 5.
Recuruum.——cornu per tempora dura recuruo. *Oui. Am.* 3.

Ramoſum. Et ramoſa Mycon viuacis cornua cerui. *Virg. Ecl.* 7
Terribile. cum ſua terribili petit irritamina cornu. *Oui.met.*12
Durum. cornua dura boum multo rubefacta cruore. *ibid.*
Rigidum. ———rigidum fera dextera cornu
Dum tenet. *Ouid me.*9.
Tortum. ——ſed tortis cornibus Ammon. *Lucan.* 9.
Vncum. Non ſolum taurus ferit vncis cornibus hoſtem, *Prop.* 2.
Inflexum. *Prælongum.* *Solidum.*

CORNV pro tuba & tibia.

Conſule quamplurima quæ ad caput Buxus hanc in rem diximus.

Recuruum. ———————cornûque recuruo
Tartaream intendit vocem. *Virg. æn.*7.
Æreum. Æreaque aſſenſu conſpirant cornua rauco. *Ibidem.*
Raucum. Nec tibi ſit rauco prætoria claſſica cornu. *Prop.*3.
Inflexum. Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu,
Flabit. *Oui.faſt.*4.
Berecynthiũ.———ſæua tene cum Berecynthio
cornu tympana. *Hor.Car.*1.
Toruum. Torua Mimalloneis implerũt cornua bombis. *Perſ.ſat.*1.
Aduncum. Cum ſignum luctus cornu graue mugit adunco
Tibia. *Stat.The.*6.
Magnum. ————magna ſonabit
cornua, &c. *Hor ſer.*1.

CORNV pro Arcu.

Rationem ſubiectorum epithetorum videbis ad caput Arcus.

Parthum. —Partho torquere cydonia cornu—Spicula. *V.Ecl.*10.
Gortynium.———alij Gortynia lentant —Cornua. *Stat.th.*3.
Lycium. Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu. *Virg. æn.*2.
Cydonæum. crebra cydonæo fundebat ſpicula cornu. *Silius.* 2.
Curuum. ———curuo dixerit ſpicula cornu. *Virg.æn.*7.
Lentum. Tũ quoq; lenta manu flectentẽ cornua Perſeus. *O.m.*5.
Flexile. Oppoſitoque genu curuauit flexile cornu. *ibid.*
Curuatum. Et ni curuato torſiſſem ſpicula cornu *Stat. Th.* 4.
Inflexum. ———inflexo terret quæ Mænala cornu. *Cl. de rap.*1.

CORNVA LVNÆ.

Lunaria. Orbe reſurgebant lunaria cornua nono. *Ouid.met.*2.
Coacta. ————————cornûque coacto
Iam Phœbe toto fratrem cum redderet orbe. *Lucan.* 1.
Circuita. cum Phœbe ſolitum lumine non ſuo
Orbem circuitis cornibus alligat. *Sen. Med.*
Iuncta. Luna quater iunctis implerat cornibus orbẽ. *Ouid met.*2.
Noua. Nec noua creſcẽdo reparabat cornua Phœbe.*idem met.*1.

Coeuntia. Cum ſuos ignes coeunte cornu
Iunxit,& curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda Phœbe. *Sen. Hipp.*
—ſic te lucidi vultus ferant,
Pura. Et nube ruptâ cornibus puris eas. *ibid.*
Luna reuertentes cumprimùm colligit ignes,
Obſcura. Si nigrum obſcuro comprenderit aera cornu,
Maximus agricolis,pelagóq;parabitur imber. *V.geor.* 1
Obtuſa. Pura nec obtuſis per cælum cornibus ibit. *ibid.*
Grauida. Puráque nec grauido ſurrexit Cynthia cornu. *Val.* 2.

CORNVA FLVMINVM.

Cornua fluminum dicuntur flexus,& curuitates alueorum,quòd multis in locis ad cornuum ſimilitudinem inflectantur.

Anguſtum. ——anguſtis incluſum cornibus æquor. *Ouid.met.* 5.
Geminum. Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus. *Virg.geor.* 4.
Elatum. Syluarúmque Deæ,atq;elatis cornibus amnes. *Valer.* 1.
Flexum. Adriacas flexis claudit quæ cornibus vndas. *Lucan.* 1.
Curuatum. *Sauum.* *Terrificum.* *Incuruum.* *Intortum.*

CORNV copiæ.

Quid ſit cornu copia oſtendit Plautus in Pſeudolo: Nam hæc illud cornu copiæ eſt vbi ineſt quidquid volo. *Ouid.Met.9.narrat Nymphas detractum & auulſum ab Hercule Acheloi cornu ſuſcepiſſe,idque refertum floribus.primitijſque frugum copia conſecraſſe.Subiecimus ea qua ſunt fabula.*

Nec ſatis hoc fuerat,rigidum fera dextera cornu
Dum tenet infregit,truncáque à fronte reuellit:
Naiades hoc pomis & odoro flore repletum
Sacrarunt,diueſque meo bona copia cornu eſt.

Contendunt alij,& ipſe Ouid.faſt. 5 capra 1 *Amalthea Iouis nutrieis cornu,ab ipſo Ioue omnibus fructibus diuitiiſque cumulatum,in ſymbolum ſumma fertilitatis apud antiquos extitiſſe. Rem percipite.*

Fertile. Sydera nutricem,nutricis fertile cornu
1*Amalthaæ.* Fecit:quod Dominæ nunc quoque nomen habet.
————————hinc tibi copia
Benignum. Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu. *Hor.car.* 1.
——————————aurea fruges.
Plenum. Italiæ pleno diffudit copia cornu. *Hor.ep.* 1.
————neglecta redire virtus
Audet, apparétque beata pleno
copia cornu. *Hor.epod.*

Quæ dat belligeris fœdera gentibus,

Diues. Et cornu retinet diuite copiam. *Sen. Med.*

Vber. Opulentum. Beatum. Fœcundum.

CORNVS, arbor.

Arbor eſt dura admodùm, è cuius ramis, haſta, ſpicula & ſagittæ conficiuntur: fructum habet ſanguineum.

Bona bello. ——————& bona bello

[*moda.* cornus. *Virg. geor. 2.*

Bellis accom- Apta fretis abies, bellis accōmoda cornus. *Cl. de rap. 2.*

CORNVS, pro iaculo.

Lethalis. Viribus intorquet lethalē in mœnia cōrnū. *Sil. 2.*

Valida. ——validam torquebat tertia cornum. *idem 3.*

Leuis. ——————non erat gracili leuis

Arm. ferro. Armata ferro cornus. *Sen. Hipp.*

Sonans. ——————cornúmque ſonantem

Scipio ſolamen properans, &c. *Silius 13.*

Stridula. ——————ſtridula cornus in hoſtes

It referens mandata Ducis. *Stat. Th. 8.*

Stridens. Audax Scipiadæ ſtridentem Sabbara cornum

Excepit. *Silius 15.*

CORNA, *plur.* Fructus corni.

Lapidoſa. ——& primis lapidoſa rubeſcere corna. *Virg. geor. 2.*

Rubicunda. ——————quod ſi rubicunda benignè

corna vepres & pruna ferant. *Hor. ep. 1.*

Autūnalia. conditáq; in liquida corna autūnalia fæce. *Ou. met. 8.*

Sylueſtria. Quinquēneis oleas eſt, & ſylueſtria corna. *Hor. ſat. 2.*

CORONA REGVM.

Corona diuerſorum generum fuerunt apud Romanos, Triumphalis, Obſidionalis, Ciuica, Muralis, Vallaris, Naualis, &c. De quibus hic loc⁹ erit. Coronis ex floribus, myrtho, lauro, pinu, populo, hederâ, &c. in ſacrificijs, feſtis, conuiuijs, ludis, premijs caput cingebant. Quæ potuimus hanc in rem decerpere è Poetis, hic appoſuimus.

Regalis. Regalémque decus capitis geſtare coronā. *Pru. in Sym.*

Gemmifera. —gemmiferæ donum exitiale coronæ. *Val. 5.*

Inſignis. Te duce vt inſignē capiā cum laude coronā. *Lucret. 6.*

Pulchra. ——pulchræ certent de laude coronæ. *Sil. 16.*

Inſignis ——————accenſa coronam

gemmis. Inſignem gemmis. *Vir. anei. 7.*

——————collóque monili

Baccatū, & dqplicē gēmis auróque coronā. *Vir. aneid. 1*

Clara auro. Dat paterā, clarámq; auro gēmiſq; coronā. *Ou. met. 13.*

CORONA è floribus.

Viridis.	In medio ſacri tripodes, viridéſque coronæ	
	Et palmæ pretium victoribus, armáque, & oſtro	
	Perfuſæ veſtes, argenti, auríque talenta.	*Virg. Æn. 5.*
Florida.	Mihi floridis corollis redimita dom⁹ erat	*Catullus.*
Florens.	Vérq; nouũ ſtabat cinctũ florente corona	*Ouid met. 2.*
Vernans.	——ferrugineo vernantes flore coronæ.	*Prud. Pſych.*
Picta.	———pictas dat flore coronas.	*Nemeſ.*
Tonſa.	Omnib⁹ in morẽ tõſa coma preſſa corona.	*Virg Æn 5.*
Sacrata.	Tempora ſacrata mea ſunt velata coma.	*Ou. pont. 4.*
Nexilis:	Tibi nexilibus turba coronis	
	Redimita venit.	*Sen Agam.*
Nexa phil.	Diſplicent nexæ philyra coronæ.	*Hor. car. 1.*
Plexa.	———humeros plexis redimire corollis,	
	Floribus, & foliis laſciuia læta monebat.	*Lucretius 5.*
	————crinémque decorum	
Roſea.	Fregiſſet roſea laſciua Thalia corona.	*Stat. ſylu. 2.*
Feſta.	Et tegitur feſta victrix Atalanta corona.	*Ou. met. 10.*
Sutilis.	Tẽpora ſutilibus cingantur tota coronis.	*Ouid faſt. 5.*
1 *Herculea.*	—Herculeæque arbos vmbroſa coronæ.	¹ *Vir. georg. 1.*
1 *Populea.*	Tempora populea fertur vinxiſſe corona.	*Hora. car. 1.*
	——gradum cape victor honorem,	
Muralis.	Tempora murali cinctus turrita corona.	*Silius 13.*
	——cui belli inſigne ſuperbum	
Naualis.	Tempora nauali fulgent roſtrata corona.	*Virg. Æn. 8.*
Vallaris.	——crinémque ſacrum tibi more priorum	
Ciuica.	Nectet muralis, vallaris, ciuica laurus.	*Sid. Ap. pan.*
Querna.	Protegat & noſtras querna corona fores.	*Ouid. faſt. 1.*

CORONA. *MVLTITVDO.*

Conuentum ſeu multitudinem hominum circumſtantium ſonat.

Stans.	conſedere duces, & vulgi ſtante corona.	*Ou. met. 13.*
	Quà rara eſt acies, interlucétque corona	
Spiſſa.	Non tam ſpiſſa viris.	*Virg. Æn. 9.*
Denſa.	Vt fera quę denſa venantum cincta corona. *ibid.*	

CORONA. Signum cæleſte. *Vide Ouid. Faſt. 5.*

Ariadne filia Paſiphaes & Minois Regis Cretæ, Bacchi vxor, in cælum tranſlata eſt, eſtque ſignum cæleſte, ſtellis nouem, quaſi in orbem circumductis emicans. Exoritur cum Scorpio, occidit oriente Cancro. Fabulam deſcripſit Ouid. *Faſt. 5. Epithetorum rationem quære ad Ariadnam.*

	————Baccho placuiſſe coronam	
Ariadnæa.	Ex Ariadnæo ſydere noſſe potes.	*Ouid. faſt.*

Dicta facit, gemmáſque nouem transformat in ignes,

Aurea. Aurea per ſtellas nunc micat illa nouem. *ibid.*

Sic micet æternum vicináque ſydera tangat

Clara. coniugis in cælo clara corona tuæ. *Ou. triſt.* 5.

Gnoſſiaca. Mundus puellæ ſerta Gnoſſiacæ gerit. *Sen. Her. fu.*

Gnoſſia. Gnoſſia deſertæ fulgẽt monimẽta coronæ. *Manlius* 1.

Ardens. Gnoſſiaque ardentis decedat ſtella coronę. *Virg. geor.* 1.

Dictæa. Seu tibi Dictææ placuerunt aſtra coronæ. *Clau. pan.* 7.

CORONIS.

Nympha fuit 1 *Theſſalica, ex qua Apollo Æſculapium Deum Medicorum ſuſcepit. Coronidis mortem, rémque totam fuſè, & eleganter Ouid. Met.* 2. *deſcripſit.*

1 *Lariſſæa.* Pulchrior in tota quam Lariſſæa coronis

Pulchra. Non fuit Æmonia. *Ouid. met.* 2.

CORPVS HVMANVM.

Virgineum. Virgineo nullum corpore paſſa virum. *Ouid. faſt.* 5.

Impube. Impube corpus quale poſſet impia

Lenire Thracum pectora. *Horat. epod.*

Iuuenile. Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires. *Vir. an.* 5.

Præſtans. Sunt mihi bis ſeptẽ præſtanti corpore Nymphę. *id. an.* 1

Niueum. Et color in niueo corpore purpureus. *Tibullus* 3.

Nitidum. Namque hæc in nitido corpore veſtis erat. *ibid.*

Tenerum. Mollia de tenero velamina corpore ponit. *Ou. met.* 4.

Egregium. Egregio inſperſos reprẽdas corpore næuos. *Hor. ſat.* 1.

————nulláque non dies

Formoſum. Formoſi ſpolium corporis abſtulit. *Sen. Hippol.*

Pulchrum. Gratior, & pulchro veniẽs è corpore virtus. *Virg. aneì.* 5

Caſtum. Procul impudicos corpore à caſto amoue

Tactus. *Seneca Hipp.*

Clarum. ————ſigna clari corporis,

Et ora, & illas nobiles patris notas. *idem Troad.*

Pudicum. Sed meriti famã, corpúſq; animúmque pudicũ. *O. ep.* 8.

Charum. Huc huc reliquias vehite chari corporis. *idem Hippol.*

Ingenuum. Ingenuum dura ponere corpus humo. *Ou. amor.* 3.

Ingens. Hic hominũ cũctis ingẽti corpore præſtãs. *idem met.* 4.

———vbi tot Simois correpta ſub vndis

Forte. Scuta virũ, galeáſq; & fortia corpora voluis. *Virg. æneì.* 1.

Durum. Illi corpus erat durũ patienſque laborum. *Ouid. triſt.* 1.

Immane. Victorem Buten immani corpore. *Virg. æneid.* 5

Salubre. Vires ingenuæ, ſalubre corpus. *Mart.* 10.

Latum. Sanum. Validũ. Firmum. Vaſtũ. Procerũ. Impatiens laboris. Incolume. Magnum. Prædurum. Arduum. Spatioſum. Superbũ. Vaſtũ.

CORPVS in morbo & dolore.

Laborum ——corpúſque quod ante laborum
impatiens. Impatiénſque nobis,inualidúmque fuit. *Ouid.triſt.5.*
Inualidum. ——inualidum liceat tibi viſere corpus. *Ou.epiſt.20.*
Caducum. Quieſce placidus,& caduci corporis
Damnum repende gloria. *Auſ.parent.*
Languens. Iucundóq;locet languentia corpora ſóno. *Virg. in cul.*
Ægrum. ——aut ægra trahebant
corpora. *Vir.æneid.3.*
Quaſſatum. ——quaſſatum viribus æui. *Lucanus 3.*
Debile. Debile fit corpus,langueſcunt omnia mẽbra. *Lucret.4.*
Effœtum. Æſonis effœtum proferri corpus ad aras
Iuſſit. *Ouid.met.7.*
Feſſum. Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
corpora. *Vir.æneid.4.*
Graue. ——grauí
Maluæ ſalubres corpori. *Hor.epod.*
Miſerabile. Et tenuant vigiles corpus miſerabile curæ. *Ouid.met.3.*
——miſerum metu
Sollicitum. cor palpitat,corpúſque ſollicitum ferit. *Sen.Her.fu.*
——palles auditâ Bibli repulſâ,
Obſeſſ. frig. Et pauet obſceſſũ glaciali frigore corpus. *Ouid.met.9.*
Tenuatum. Seu recreare volet tenuatum corpus. *Hor.ſer.2.*
——metu corpus rigens
Rigens. Remittet artus. *Sen Thy.*
Semianimum. *Infirmum.* *Gelidum.* *Obrutum.* *Pauefactum.*
Attonitum. *Mœſtum.* *Supinum.* *Languidum.* *Anxium.*

CORPVS MORTVVM.

Vide CADAVER.

Inhumatũ. Interea ſocios,inhumatáque corpora terræ
Mandemus. *Vir æneid. 11*
Spoliat.lum. ——ſpoliatum lumine corpus. *Vir.æneid.12*
Inane. Et dare plebeio corpus inane rogo. *Ouid.in Ib.*
Miſerabile. cum complexa ſui corpus miſerabile nati. *Virg.Ecl.5.*
Exangue. ——corpuſque exangue ſepulchro
Reddidit. *Vir.æneid.2.*
corpora Phocarum ſummo reſupina profundo
Exanimatũ. Exanimata iacent. *Ouid.met.2*
Exanimum. ——iacet exanimum tibi corpus amici. *Vir.æneid.6.*
Sine nomine. Auulſũq;humeris caput,& ſine nomine corpus. *V.æn.2.*
——nec autem
Caſſum. caſſum animâ corpus durare, &c. *Lucret.23.*

cerebro

———cerebro penitùs expreſſo iacet

Deforme.	Deforme corpus.	*Sen.Troad.*
Informe.	———mittamque informe ſepulchro Corpus, &c.	*Stat. Th. 6.*
Moribundū.	———animam moribundo corpore fudit.	*Lucretius 3.*
Reſupinum.	—impulſum reſupino corpore Cycnum Vi vertit multa, &c.	*Ou.Met. 12.*
Defunctum vitâ.	——— ——— defunctáque corpora vita Magnanimûm Heroum.	*Vir.Geor. 4.*
Perfuſ.frig.	Æterno corpus perfuſum frigore lethi.	*Lucretius 4.*
Conclamatum.	——— ——— corpora nondum Conclamata iacent.	*Lucanus.*

Frigidum. Exhauſtum. Gelidum. Reſolutum.
Rigens. Truncum. Fuſum. Inconditum.

CORTEX, hic, &, hæc.

Illud eſt, quo velut denſa pelle, arbores aduerſus frigus communiuntur.

Viridis.	———in viridi nuper quæ cortice fagi	*Virg.Ecl.5.*
Arboreus.	Arboreo figat ſonipes in cortice morſus.	*C.Au.pan.2.*
Amara.	Tum Phaetontiades muſco circumdat amaræ Corticis.	*Virg. Ecl. 6.*
Pinguis.	Qui furtim pingui primū ſub cortice tect*.	*Vir. Geor. 2.*
Rugoſus.	Hoc in rugoſo cortice nomen habes.	*Oui. epiſt. 5.*
Siccus.	Tum ſicco primas irritat cortice flammas.	*idem faſt. 2.*
Cauatus.	Oráque corticibus ſumūt horrēda cauatis.	*Vir.Geor. 2.*
Cauus.	Applicat hunc vlmo, corticibúſque cauis.	*Ouid. faſt. 3.*
Lentus.	Punica quæ in lento cortice poma ferunt.	*idem faſt. 4.*
Leuis.	Aſpicis vt ſumma cortex leuis innatat vnda.	*idem triſt. 3.*

CORVS, vel, Caurus.

Ventus, Plinij ſententia, ab occaſu ſolſtitiali flans.

Spirans.	Semper hyēs, ſemper ſpirātes frigora cori.	*Vir.Geor. 3.*
Repentinus.	Magna repentino ſinuantur lintea coro.	*Vir.inCeiri.*
Violentus.	———ſi non violentos inſula coros Exciperet ſaxis.	*Lucanus 2.*
	Excipiunt Notos, inſani Boreæ minas,	
Imbrifer.	Imbriferúmque corum.	*Sen. Hipp.*
Glom.nubes.	Ocyor nubes glomerante coro.	*ibid.*
Grauidus.	———grauidi aut indulgent nubila cori.	*Stat.The.4.*
	Aquiloniæ procellæ	
Rabidus.	Rabidi tacete cori.	*Cl. epit.Ho.*
Rapidus.	—rapidus ora corus Oceano exerens.	*Sen. Agam.*
Aſper.	——— ——— ———maria aſperis Inſana coris.	*ibid.*

Madidus. ——madidis illiſa tonitrua coris. *Cl. in Ruf.*
Furens. Non hic dira freti rabies, non ſæua furentum
Prælia cororum. *Auſ. Moſell.*
Hybernus. ——hyberni condunt vbi ſydera cori. *Vir. æneid* 5.
Horridus. *Immitis. Sæuus. Truculentus. Glacialis. Horrens.*

CORVVS.

1 *Phœbo ſacer eſt. V. Ouid. Met.* 2. *Dicitur* 2 *Oſcen, cum reliquis auibus, quæ cantu, ſeu accentu augurium præbent.*

2 *Oſcen.* Oſcinem coruum prece ſuſcitabo. *Hor. car.* 3.
Edax. ——coruis quod edacibus vltro
Offerat. *Prud. Pſych.*
——————clementia
Vorax. coruos voraces mitigat. *Pru. de coro.*
Immundus. Immũdiſq; iacẽt fœda ad ludibria coruis. *Pru. in Sym.*
Loquax. corue loquax ſubito nigrãtes verſus in alas. *Ou. met.* 2.
1 *Phœbeius.*—ales ——Senſit adulterium Phœbeius *ibid.*
Niger. Hians.

CORYBAS. *Corybantes.*

Plerique Corybantas, Idæoſque Dactylos 2 *& Curetas* 2 *in Creta confundunt. Erant autem Corybantes* 3 *euirati Sacerdotes* 1 *Cybelles in Phrygia. Sic dicti* ἀπὸ τοῦ κορύπτειν, *hoc eſt caput ſaltando exagitare: nam ſacro correpti furore, caput motabant, inſanientium more, manibus cymbala pulſantes.*

1 *Cybeleius.* ——cybeleius ære canoro
Luſtrauit corybas. *Cl. Aug. pan.*
2 *Dictæus.* Nunc cum Dictæis bellum corybantibus. *Pru. in Sym.*
3 *Sectus.* Iam ſectus recalet corybas. *Sid. Ap. pan.*
Trux. Obſtupuere truces omen corybantes. *Cl. in Eutr.* 2
Berecynthiacus.

CORYLVS.

Arbor, & fructus eſt, qui dicitur auellana.

Denſa. Hic inter denſas corylos modo nãq; gemellos. *V. Ecl.* 1
Dura. Et duræ coryli naſcuntur. *idẽ georg.* 2.
Fragilis. Et coryli fragiles, & fraxinus vtilis haſtis. *Ou. met.* 10.

CORYMBVS. *V. Hedera.*

Eſt racemus, hederæ quo coronabatur 1 *Bacchus.*

Diffuſus. Diffuſos hederâ veſtit pallẽte corymbos. *Vir. Ecl.* 3.
Pallens. chryſantúſq; hederæq; nitor, pallẽte corymbo *V. incu.*
Grauidus. —& grauidis diſtingunt vela corymbis *Ou. met.* 3.
1 *Bacchæus.* ——te Bacchæis Muſa corymbis
Munerat. *cal. ecl.*
Tener. ——teneris crinem redimite corymbis. *Stat. ſyl.* 1.

CORYTVS.

Eſt pharetra, ſeu theca, in qua aſſeruantur ſagittæ.

Leuis. corytíque leues humeris, & lethifer arcus. *Vir. æneid.* 10

Scythicus. Telum Scythici leue coryti
Miſſum certa librare manu. *Sen. Her. fur.*

Sagittifer. Turba ruunt, ſtridéntq; ſagittiferi coryti. *Silius* 15.

COS. V. cautes.

COSTVM. coſtus.

Herba genus. Hanc ſic deſcribit Plinius lib. 12. *cap.* 21. Radix coſti guſtu feruens, odore eximio, frutice alias inutili. *Frequens eſt in* 1 *Perſide, &* 2 *Orientis partibus.*

Molle. coſtū molle date, & blādi mihi thuris honores. *Prop.* 4.

2 *Eoum.* Et Tamarix non læta comis, Eoáque coſtos. *Luc.* 9.
——— nec Falerno

1 *Achemen.* Vitis, Achemeniúmque coſtum. *Hor. car.* 3.

Syrium. *Perſicum.* *Aſſyrium.*

COTHVRNVS.

Eſt calceamentum venatorum, conueniens vtrique pedi: Cum cothurnis, & palla Tragœdi inducebantur in theatrum recitaturi: & propterea pro ipſis Tragœdis, 1 *Sophocle, Æſchylo* 2 *Atheniēſi, &c. vnde ſumit Epitheton frequens eſt: Dicitur* 3 *Lydius, quod Lydi Tragœdias primi ediderunt.*

1 *Sophocleus.* Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. *V. Ecl.* 7

2 *Eſchyleus.* Deſine & Æſchyleo cōponere verba cothurno. *Prop.* 2.

Tragicus. Et dedim' tragicis ſcriptū regale cothurnis.

Grauis. Quæq; grauis debet verba cothurnus habet. *Ou. triſt.* 2.
——————— grande munus

2 *cecropius.* cecropio referes cothurno. *Hor. car.* 2.

Terrificus. ——— terrifico ſuper intonuere cothurno. *Stat. ſyl.* 5.

grandis. Hūc ſocci cœpere pedē, grandéſq; cothurni. *H. de a. p.*

Altus. Altera me ſceptro decoras, alto q; cothurno. *Oui. am.* 2

Pictus. Riſit amor, pallāq; meā, pictoſq; cothurnos. *ibid.*

Purpureus. Purpureoque alte ſuras vincire cothurno. *vir. æneid.* 1.

Puniceus. Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno. *idem Ecl.* 7.

3 *Lydius.* Lydius apta pedū vincla cothurnus habet. *Ouid. am.* 2.

Magnus. *Acer.* *Superbus.* *Sublimis.*

CRATER.

Vas, vel ex auro, argento, aut ære, quo vinum bibitur, quo etiam antiqui ſuis Dijs libabant.

Magnus. crateras magnos ſtatuūt, & vina coronāt. *vir. æneid.* 1.

Auro ſolidus. Crateréſque auro ſolidi, captiuáq; veſtis. *idem Æn.* 2.
Impreſſus ſi- ——————hoc munus habebis
gnis. Cratera impreſſum ſignis. *idem Æn.* 5.
Ingens. Ingentem manibus tollit cratera duabus. *Ouid. met.* 5.
Antiquus. Antiquus crater, quem vaſtum vaſtior ipſe
Vaſtus. Suſtulit Ægides. *idem met.* 12.
Signis aſper. Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ære,
Summus inaurato crater erat aſper acātho. *idem met.* 13
Inauratus. Coruus inauratum pedibus cratera recuruis
Tollit. *idem faſt.* 2.
——————fuſíque per herbam
Ahenus. Indulgent vino, & vertūt crateras ahenos. *Virg. Æn.* 9.
Altus. ——————Bacchus in altos
Crateras, pateráſque redit. *Stat. Th.* 10.
Capax. ——————vrnæ cratera capacem, &c. *Iuu. ſat.* 12.
Argenteus. Siſtitur argento crater. *Ouid. met.* 8.

CRATES.

Tabula eſt viminibus contexta, quâ clauduntur pecudes in paſcuis.

Viminea. Vimineáſque trahit crates. *Vir. Geor.* 1.
Arbutea. Arbuteæ crates, & myſtica vannus Iacchi. *ibid.*
Texta. Claudénſque textis cratibus lætum pecus. *Hor. epod.*
Fraxinea. Claudere fraxinea nolit præſæpia crate. *Cal. ecl.*
Rara, Sicci terga ſuis rara pendentia crate,
Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus. *Iuue. ſat.* 11.
Saligna. Tegmina tuta cauant capitum, flectúntque ſalignas
Vmbonum crates. *Virg. Æn.* 7.

CREON.

Rex Thebarum, pater Hæmonis mariti Antigones. Hic cùm vetuiſſet corpora occiſorum in oppugnatione Thebana terra mandari, à Theſeo interfectus eſt. Vide Stat. Theb 12.

Sæuus. ——ſæuíque palàm ſpreuiſſe Creontis
Imperia. *Stat. Th.* 12.
Immāſuetus. Ogygias leges, immanſuetúmq; Creonta. *ibid.*

CREPVSCVLVM

Creperum authoribus Feſto, & Varrone dubium ſignificat: inde crepuſculum, cùm neque lux, neque tenebræ ſunt, id eſt, cùm nox ſit, an dies, dubium eſt. Id autem tempus tàm matutinum, quàm veſpertinum intelligimus.

Serum. —traherent cùm ſera crepuſcula noctem. *Ouid met.* 1.
Dubium. ——dubiæ crepuſcula lucis. *idem met.* 11.
Opacum. Dūq; iter horrēdū per opaca crepuſcula carpit. *id. m.* 14
Obſcurum. At ſimul inducēt obſcura crepuſcula noctē. *idem faſt.* 5.

——————modò facta crepuſcula terris
——— Vltima pars noctis, primáque lucis erat. *Ou. epiſt.* 14.

Nox anceps. Nocturnum.

CRETA.

Tenax. Et vertenda manu, & creta ſolidada tenaci. *Vir georg.* 1.

Putris. Qui carbone rudi putrique creta. *Mar. epig.* 12

CRETA, & Crete.

Inſula in mari Ægæo, centum vrbibus potens, quarum nobiliſſima erant, 1 *Dicte,* 2 *Gortyna,* 3 *Cydonia,* 4 *Gnoſus, vel Gnoſſus* 5 *Minois Regia. Dicitur Curetis ab incolis* 6 *Curetibus. De hac re Virgilius Æneid.* 3.

Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto:
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula noſtræ,
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.

6 *Curetis.* ——egreſſus ratibus curetida terram
contigit. *Ouid. met.* 8.

5 *Minoia.* Pallada cecropidæ Minoia creta Dianam. *Ouid. faſt.* 3.

Cærula. Fleat Alcyden cærula creta. *Sen. Her. œt.*

Cent. vrb. potens. Quæ ſimul centum tetigit potentem
Vrbibus cretam. *Hor. car.* 3.

Vrbibus nobilis. Aut ille centum nobilem cretam vrbibus
Ventis iturus non ſuis. *Hor. epod.*

Alta. Vt quondã creta fertur labyrinthus in alta. *Vir. æneid.* 5.

Magna Dominatrix freti. O magna vaſti creta dominatrix freti!
cuius per omne littus iunumeræ rates
Tenuere pontum. *Sen. Hipp.*

Spatioſa. Vrbibus centum ſpatioſa creta. *idem Tro.*

1 *Dictæa.* 4 *Gnoſia.* 2 *Gortynia.* 3 *Cydonia.*

CREVSA. CORINTHIA.

1 *Creontis Regis* 2 *Corinthiorum filia, quam repudiata Medea Iaſon duxit. Hanc Medea, cum tota Regia & patre combuſſit.* Sen. Me.

1 *Ephyrea.* cui non defleta eſt Ephyreæ flãma creuſæ. *Ou. de arte* 1.

2 *Creontis filia.* Quibus ſuperbam fugit vlta pellicem
Magni creontis filiam. *Hor. epod.*

CREVSA. TROIANA.

Vxor fuit Æneæ, ex qua ſuſcepit Iulum ſeu Aſcanium. Mortem eius vide apud Virg. æneid. 2.

Mater Iuli. Si quæras vbi ſit formoſi mater Iuli?
Occidit à duro ſola relicta viro. *Ou. epiſt.* 7.

Dardanis. Dardanis, & diuæ Veneris nurus. *Vir. æneid.* 2.

CRIMEN. *Vide* SCELVS. NEFAS.

Noxium. Iræque, inſidiæque, & crimina noxia cordi. *Vir. æneid.* 7.

Turpe.	Iuppiter à nobis tam turpia crimina pellat.	*Ouid. d.a.3.*
Triſte.	Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis	
	Fluminea tolli poſſe putatis aquâ!	*Ouid. faſt.2.*
Magnum.	——magnum perdere crimen erat.	*Oui. faſt.3.*
Vetitum.	Protinus hæc vetiti criminis acta rea eſt.	*Ouid. triſt.2.*
	——————notatur	
Fœdum.	Immodicæ fœdo crimine auaritiæ.	*Mart. ep.12.*
Nefandum.	Nefanda iuueni crimina inſonti parat.	*Sen. Hipp.*
Sæuum.	——neque enim patiuntur ſæua quietem	
	Crimina.	*Cla. Ruf.1.*
Turpe.	Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.	*Hor. art. p.*
Nefarium.	*Acerbum. Infame. Inuidoſum.*	*Atrox.*
Inexpiatum.	*Maculoſum. Dirum. Infandum.*	*crudele.*

CRINIS. *CRINES.*

Eodem ordine, & cultu capillos, comam, & crines digeſſimus: hæc capita conſule.

Virgineus.	Virginei crines auro, gemmâque premuntur.	*O. am.2.*
Comptus.	Non ſola comptos arſit adulteri	
	crines.	*Hor. car.4.*
compoſitus.	Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura.	*Virg. geor.4*
Decorus.	————crinemque decorum	
	Fregiſſet roſea laſciua Thalia corona.	*Stat. ſyl. 2.*
collect. in nod.	crinis erat ſimplex, nodũ collectus in vnũ	*O. met.8.*
Odorus.	crinis odorus, & in iugulos	
Inuol. hum.	Fluxerat inuolitans humeris.	*Prud. de cor.*
Ingenuus.	Ingenuíque ſuper crines, mollíſque decoræ	
	Margo comæ.	*Stat. ſyl.1.*
Flauus.	Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.	*Vir an. 4.*
Flauens.	crine flauenti ſimulata virgo.	*Sen. œd.*
Niger.	Et Lycum nigris oculis, nigroque	
	crine decorum.	*Hor. car. 1.*
Vagus.	Siue vagi crines puris in frontibus errant.	*Prop. 2.*
Fluens.	————molliquè fluentem	
	Fronte premit crinem.	*Virg. an. 4.*
Sparſ. odore.	Odore crinis ſparſus Aſſyrio vacet.	*Sen. Hipp.*
Fuſus.	——fuſos ceruix cui lactea crines	
	Accipit, & molli ſubnectit circulus auro.	*Vir. an. 10.*
comans.	——cudone comantes	
	Diſiecit crines.	*Silius 16.*
Intonſi.	Intonſi crines longâ ceruice fluebant.	*Tibul. 3.*
Depexus.	Interea Liber depexis crinibus Indos	
	Vincit, & Eoo diues ab orbe redit.	*Oui. faſt. 3.*

Madens. Mæoniâ mentum mitra, crinémque madentem
Subnixus. *Virg. æn. 4.*
Dic & argutæ proper & Neæræ
Myrrheos. Myrrheum nodo cohibere crinem. *Hor. car. 3.*
Odoratus. Hic & odorato ſpirantes crine, &c. *Val. 6.*
——————fœdare in puluere crines.
Vibratos. Vibratos calido ferro, myrrháque madentes. *Virg. æn. 12*
Roſeus. Theſſalico roſeos nectebat pectine crines. *cl. de Nu. H.*
Effuſus. Non erubeſcit Bacchus effuſos tener
Sparſiſſe crines

Longus. Splendidus. Dulcis. Tener. Nitens. Spirans.

CRINES IN LVCTV.

Mæſtus. Et mœſtum Iliades crinem de more ſolutæ. *virg. æn. 11.*
Iacens. ———hos edit crine iacente ſonos. *Oui. faſt. 4.*
Solutus. ——————————ſed parce ſolutis
crinibus, & teneris Delia parce genis. *Tib. 1.*
Reſolutus. Si qua tamẽ grauida eſt reſoluto crine precetur. *O. faſt. 3.*
Effuſus. Thyadas effuſis Euantes crinibus egit. *catull.*
Supplex. ——— votíſque vacas, & ſupplice crine
Verris humum. *cl. ad Seren.*
———oſcula & fletus puer
Lacer. Laceróſque crines excipe *Sen. Tro.*
Vag. per col.———vtque vagi crines per colla iacebant. *Oui. met. 2.*
Incultus. ———incultos aris aduertere crines. *Stat. th. 4.*
Crinibus. *Vir. æn. 2.*
Paſſus. Ecce trahebatur paſſis Priameia Virgo
crinibus. *Vir. æneid. 2.*
Sordidus pul- Non turpis macies, & lachrymæ tenent,
uere. Et crinis patrio puluere ſordidus. *Sen. Her. æt.*
Fœdatus. Vtque reſurrexit fœdatis puluere turpi
crinibus. *Ou. triſt. 1.*
Inornatus. —inornatos redimitus arundine crines. *Ou. met. 9.*
Demiſſus. Ante thoros fratrũ demiſſo crine ſorores. *idem met. 6.*
Erectus. Arrectus. Sparſus per terga.
Turbatus. Diſiectus. Miſer. Sciſſus.

CRINIS IMPEXVS.

Impexus. Impexóſque ſenex velauit arundine crines. *Cl. de rap. 2.*
Implicitus. ———implicitos comebat pectine crines. *Cal. ecl.*
Hirtus. Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore *Ou. met. 8.*
Hirſutus. Saucius hirſutis auidum de crinibus ignem
Excutit. *Ou. met. 12*
Intortus. Labitur intortos per cærula tẽpora crines. *Valerius 6.*

CRINIS SENVM. *Vide Canities.*

Candidus. ——cui candidus olim
Crinis adeſt natale decus. *Val.* 6.
Canus. Exutus canos lacero diademate crines. *Stat. The.* 9.

CRISTA GALEÆ.

Criſtas galearum, diuerſorum colorum plumis, caudis, item & iubis equorum, & leonum ornabant antiqui, vt formidabiliores in bello apparerent.

Horrens. ——horrentes refer in mea lumina criſtas. *Stat. Th.* 11.
Nutans. ——nutantes caſſide criſtæ. *Silius* 4.
Summa. ——ſummas excuſſit vertice criſtas. *Virg. æn.* 12.
Comans. Et criſtam aduerſo curru quatit aura comantẽ. *Ibid.*
Rubens. ————criſtáſque rubentes
Excipiam ſorti. *Vir. æn.* 9.
Punicea. Albáque puniceas interplicat infula criſtas. *Stat. Th.* 4.
Rubra. Enſemque, clypeumque, & rubræ cornua criſtæ. *V. æ.* 12.
——tremunt in verbere criſtæ
Sanguinea. Sanguineæ. *Vir. æn.* 9.
Hoſtilis. ——hoſtiles ſuſpendit in arbore criſtas. *Cl. in Ruff.* 1
Terrifica. Terrificas capitum quatientes numine criſtas. *Lucret.* 2.
Alta. Altæ ſcintillant criſtæ. *Silius* 7.
Hirſuta. Hirſutas quatiens galeato in vertice criſtas. *Prud. Pſych.*
Fulgens. Lethiferúque micant fulgentes vertice criſtæ. *Silius* 1.
Rutila. —rutilis etiánum liuida criſtis—Ora gerens. *Sid. ap. pan.*
Olorina. Cuius olorinæ ſurgunt de vertice pennæ. *Virg. æn.* 10.
Niuea. Albentis niueæ tremulo nutamine pennæ. *Silius* 2.
Picturata. Quod picturatas galeæ Iunonia criſtas
Ornet auis. *Claud. de* 6. *Conſ.*
Equina. Ære caput fulgens criſtáque hirſutus equina. *Vir. æn.* 10.

Coruſca.	*Hirta.*	*Fulua.*	*Inſignis.*
Vndans.	*Horribilis.*	*Horrida.*	*Torua.*
Micans.	*Dira.*	*Alba.*	*Cruda.*
Cruenta.	*Sæua.*	*Rutila.*	*Trux.*

CROCODILVS.

Genus ſerpentis in Nilo fluuio Ægypti. Huic diuinos honores Ægyptij antiquitus tribuebant.

—————— ora
Niliacus. Niliacus habeat crocodilus anguſta. *Mart. ep.* 3.

CROCVS.

Crocus herba eſt laudatiſſima, folio anguſto, & fere in capillamenti modum: magni nominis eſt Corycius ab 1 *Coryco oppido* 2 *Ciliciæ,* 3 *Sicanius item qui naſcitur in Sicilia. Eſt flaui, ſed magis* 4 *aurei coloris.*

In ſacrificijs adhibebatur: ludiſque 5 feſtis dilutus aqua, effundebatur in pauimentum. 6 Pro purpura vſurpatur.

Rubens. Et glaucas ſalices, caſiamque, crocũque rubentẽ. *V. g.4.*
Ruber. Tincta gerens rubro punica roſtra croco. *Oui. Am. 2.*
Liquidus. Nec fuerant liquido pulpita rubra croco. *Ouid. de a. 1.*
Tenuis. Ipſa crocos tenues, liliáque alba legit. *Ouid. faſt. 4.*
Purpureus. Filáque purpurei languida facta croci. *Oui faſt. 5.*
1 *Corycius.* Corycioque croco ſparſum ſtetit. *Hor. ſat. 2.*
3 *Sicanius.* ——Sicanij non mitius halat
Aura croci. *Stat. ſyl. 5.*
Pallens. Pallentique croco ſtrident ardentia mella. *Stat. Th. 6.*
2 *Cilix.* Et cum ſcena crococilici perfuſa recens eſt. *Lucret. 2.*
5 *Solemnis.* Pulpita ſolennes non oluere crocos. *Prop. 4.*
Spirans. Spiranteſque crocos, & in vrna perpetuum ver. *Iuue. ſa. 7*
4 *Auricom.* Et crocus auricomans, & murice pictus Adonis. *Auſon.*
6 *Tyrius.* Et Tyrio dignum terga rubere croco. *Claud. Epi.*
Cilicum meſſes. Spica Ciliſſa. Puniceus. Mollis.

CROESVS.

Crœſus Rex fuit Lydorum, filius Halyattis, primus tributa exegit, quibus adeò ditatus eſt, vt ſe feliciſſimum, Solone vno renuente, gloriaretur: hunc Cyrus debellauit.

Diues. Diuitis audita eſt cui non opulentia Crœſi. *O. de Põt. 4.*
Pollens ſolio. Pollentem ſolio Crœſum victoria Cyri
Fregit. *Claudianus.*
————valuit rapacitatem
Lydus. Vel Lydi ſatiare gaza Crœſi. *Sid. Ap. pan.*

CRVOR.

Sanguis eſt qui vulnere funditur.

Fluidus. Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem. *Virg. æn. 3.*
Obſcœnum. Fuſáque in obſcœnum ſe vertere vina cruorẽ. *Vir. æn. 4.*
Ater. ——atros ſiccabat veſte cruores. *Virg. æn. 4.*
Craſſus. ——craſſum vomit ore cruorem. *Vir. æn. 10.*
Tepidus. ——tepidumque cruorem
Suſcipiunt pateris. *Virg. æn. 6.*
——per candida membra
Fumans. It fumans cruor, & tellus perfuſa rubeſcit. *Sil. 4.*
Spumans. Effundit patulo ſpumantem ex ore cruorem. *Silius 10.*
Teter. Teter humo lacerâ nitentum erumpit in ora
Exultans. Exultans cruor. *Silius 9.*
————vulnera vidi
Fœdus. Oraque fœdo ſparſa cruore. *Sen. Oct. 1.*
Liuidus. Infecit atras liuidus fibras cruor. *Sen. Oed.*

Infandus. ——infandos belli potura cruores
Fraxinus. *Stat.th.6.*
Rutilus. ——rutilum vomit ille cruorem. *Ouid.me.5.*
Puniceus. Candida puniceo perfudit membra cruore. *Oui.met.2.*
Flebilis. Fluatque nulli flebilis matri cruor. *Sen.Troad.*
——————hic terras cruor
Fuſus. Infecit omnes fuſus, & rubuit mare. *Sen. Hip.*
Largus. —non cruor largus pias—Inundat aras. *ibid.*
Vndans. ———vndantemque ſinu collapſa cruorem
Excipit. *Stat.th.5.*
Effuſus. Cumque anima cruor eſt effuſus in auras. *Oui. met.6.*
Luridus. Sordidus. Manans. Purpureus. Calidus. Niger.

CRVX *Vide* SVPPLICIVM.

Arborea. Arboreáſque cruces Scinis, & non hoſpita Graijs
Curuata. Saxa, & curuatas in ſua fata trabes. *Prop. 3.*
Dura. Carnifici duras præbuit illa cruces. *Oui.Am.1*
Sæua. Sæua inter rupes Scythicas ſtetit alitibus crux. *Auſon.*

CRYSTALLVM, & CRYSTALLVS.

Albi coloris gemma, quæ fit ex aqua vehementi gelu concreta.

Candidum. Candida nigreſcant vetulo cryſtalla Falerno. *Mar. ep.8.*
Aquoſa. Cryſtalluſque tuas ornet aquoſa manus. *Pro. 4.*
Lubricum. Dum cryſtalla puer contingere lubrica gaudet. *Cl Epig.*

CVBILE. *THALAMVS.*

Purpureum. Illic purpureo latus exporrecta cubili. *Prud.Ham.*
Caſtum. ———caſtum, vt ſeruare cubile
Coniugis, & poſſit paruos educere natos. *Virg.æn. 8.*
———————& inter
Inſtratum. Dura iacet pernox inſtrato ſaxa cubili. *Virg.geor.3.*
Pictum. Nec pudeat picto fultum iacuiſſe cubili. *Silius 11.*
Roſeum. Molle. Dulce Iugale.
Socium. Legitimum. Gratum. Placidum.

CVCVLLVS.

Capitis integumentum eſt, quo totum operitur, ne quis cognoſcere poſſit: illo vtuntur equites contra iniuriam aëris.

——————nocturnus adulter
Santonicus. Tempora Santonico velas adoperta cucullo. *Iuue.ſat.8.*
Nocturnus. Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos. *idē ſat.6.*
Pullus. Pullo Mæuius alget in cucullo *Mar.ep.10.*
——————menſāmque Sabellam,
Venetus. Contentuſque illi Veneto duroque cucullo. *Iuuen.ſat.3.*

CVCVMIS. *CVCVRBITA.*

Tortus. ————tortuſque per herbam
Creſceret in ventrem cucumis. *Virg.geor.4.*
Caruleus. Cæruleus cucumis,tottoque cucurbita ventre. *Prop.4.*
Pallens. Pallentéſque cucurbitæ &
Suaue olentia mala. *Catull.*
———————— vacuumque cerebro.
Ventoſa. Iampridẽ caput hoc vẽtoſa cucurbita quærat. *Iu.ſat.14.*

CVLMEN.

Veteres ſua ædificia culmis contegebant: unde ædificia culmina dicta ſunt.

Congeſt.ceſp. Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen. *V.Ecl.1*
Summum. Etiam ſumma procul villarum culmina fumant. *ibid.*
Altum. ————tuit alto à culmine Troja. *Virg. æn. 2.*
Candidum. Candida quà geminas oſtendunt culmina turres. *Pro.3.*
————Admota æthereis culmina ſedibus. *Sen. Hip.*
Arduum. Ardua turrigeræ ſurgent in culmina ripæ. *Claudian.*
Sublime. *Aerium.* *Celſum.* *Excelſum.*

CVLMVS.

Eſt frumenti calamus à radice ad ſpicam.

Fragilis. —& fragili iam ſtringeret horrea culmo. *Virg.geor.1.*
Leuis. ————culmumque leuem ſtipuláſque volantes. *ibid.*
Cerealis. Aut fœtu pecorum,aut cerealis mergite culmi. *Vir.g.2.*
Viridis. Mitia ſeu virides agitant cum flamina culmos. *Silius 9.*
Pinguis. ————pingues paleę teret area culmos. *Vir.geor.1.*

CVLPA.

Culpa,vt ait Donatus,eſt eius, qui inſciens aliquem læſit.

Cruenta. ————neque enim mea culpa cruenta eſt. *Oui.Põt.2.*
Grauis. Eſt mea culpa grauis, ſed quæ me perdere ſolum
Auſa ſit. *ibidem.*
Dira. Quanta autẽ inde feres tam diræ præmia culpę *Iuue.ſ.8.*
Probroſa. ————probroſa recedit
Culpa tori. *Auſ.Ephem.*
Conſcia. Conſcia culpa deum pauitans, *Prud. Cath.*
Triſtis. Quãdoquidẽ triſtes purgãtur ſanguine culpę. *Pru.Apot.*
Scelerata. Conſilium infœlix,ſcelerataque culpa Metelli. *Sil.12.*
Latens. ————vtque latentem
Detegeret culpam. *Ouid.met.2.*
Operta. ————ſed opertæ conſcia culpæ
Cuncta pauet. *Stat. Achil.*
Tacita. ————tacita ſudant præcordia culpa. *Iuuen.ſat.1.*
Infauſta. *Inceſta.* *Secreta.* *Turpis.*

CVLTER. *Vide* ENSIS. GLADIVS.

Stillãs ſang. Stillantéque tenens generoſo ſanguine cultrũ. *O. faſt.* 2.
Strictus. Dextera non ſegnis ſtricto dare vulnera cultro. *O. tri.* 5.
Sæuus. Alba minus ſæuis lacerantur brachia cultris. *Mart. ep* 11.
Longus. ——longi mucronem admittere cultri. *Iuue. ſat.* 14.
——————tu iam victor
Curuus. Curuo ſolues viſcera culto. *Sen. Hip.*

CVLTA pro meſſibus.

Nitentia. ————interque nitentia culta
Infœlix lolium, & ſteriles dominãtur auenæ. *Virg. ge.* 1.
Flauentia. Qua niger humectat flauentia culta Galeſus. *Idem* 4.
Pinguia. ——per pinguia culta
In mare purpureum violẽtior influit amnis. *Ibidem.*

CVLTVS, ornatus, veſtitus.

——cultuſque inſignia tegni
Purpureus. Purpureos. *Stat. th.* 6.
Regalis. Mirata regaleſque cultus
Et comites Helene Lacæna. *Hor. car.* 4.
Gemmifer. Gemmiferi ſpolium cultus, auroque rigentes
Exuuias. *Silius* 15.
Gemmatus. Gẽmatoſque humilẽ diſpergere Perſida cultus. *Cl. pan.* 6
Prædiues. ————prædiuite cultu
Illuſtrata cluis. *Prud. in ſy.*
Beatus. Aut fruar Iliacis opibus, cultuque beato. *Ouid. ep.* 16.
Diues. ———egregius forma, quam diuite cultu
Argebat. *Ouid. met.* 5.
Verſicolor. Sic eſt hæc cultu verſicolore decens. *Ouid. faſt.* 5.
Tyrius. Si Tyrios ſumpſi cultus, vnxiue capillos. *Mart. ep.* 11.
Mollis. Vnde tam molles placuere cultus. *Sen. œd.*
Decorus. Cultus decoros regiæ veſtis petit. *Sen. Tro.*
Lætus. Interea læto paritur conuiuia cultu. *Valerius* 5.
Micans. Iã parat auratas trabeas, cultuſq; micãtes. *Cl de pr. cõſ.*
Feſtus. Depone cultus ſquallidos, feſtos cape. *Sen. Tro.*

Decens.	*Pictus.*	*Simplex.*	*Solemnis.*
Luxurioſus.	*Picturatus.*	*Nitidus.*	*Vanus.*
Molliſſimus.	*Amœnus.*	*Superbus.*	*Fœlix.*
Mundus.	*Regius.*	*Aureus.*	*Nitens.*

CVLTVS IN LVCTV.

Squallidus. Depone cultus ſquallidos, feſtos cape. *Sen. Tro.*
Squaliens. Squallente cultu mœſtus ingreditur ſenex. *Sen. œd.*

Lugubris.	*Feralis.*	*Funeſtus.*	*Funereus.*
Lacer.	*Supplex.*	*Mœſtus.*	*Flebilis.*

CVMÆ. Cumarum.

Ciuitas eſt Lucaniæ in Italia, quam Calcidenſes, Eubœæ inſulæ incolæ condiderunt. In ea reddebantur oracula.

Euboicæ. Sedibus Euboicam Stygiis emerſit in vrbē. *Ouid. met. 4.*

Vrbs fatidica. Calcidica. Sibyllina. Phœbæa.

CVMVLVS.

Propriè dicitur rerum ingentium aceruus. V. Aceruus.

Ingens. ——ingentes cumulos inuoluit arenæ. *Lucanus 9.*

Immanis. ————cumulúſque immanis aquarum
In montis ſpeciē curuari, & creſcere viſus. *Ou. met. 15.*

Maximus. Equidē malorū maximū hunc cumulū reor. *Sen. Hipp.*

CVMINVM, vel Cyminum.

Herba nota, quam qui comedit coloris pallid', & exanguis redditur.

Pallens. Rugoſum piper, & pallētis grana cymini. *Perſ. ſat. 5.*

Exangue. ————biberent exangue cuminum. *Hor. epiſt. 1.*

CVPIDO. *AMOR.*

Præpes. Succubuit telis præpetis ipſe Dei. *Ou. epiſt. 8.*

Puer. ————cythereæ puer ales

Cytherea. Tibi telas, operoſæque Mineruæ

Ales. Studium aufert. *Hor. car. 3.*

Paruus. ————comitata cupidine paruo
Sponſor coniugii ſtat Dea picta ſui. *Ou. epiſt. 19.*

Pharetratus. Nullus amor tanti eſt, abeas pharetrate cupido. *id. a. 2.*

Volucer. Prô Venus, & tenerâ volucer cū matre cupido. *id. m. 9.*

Dulcis. Deſine dulcium mater ſæua cupidinum. *Hor. car. 4.*
————————rident

Ferus. Simplices Nymphæ, ferus & cupido
Semper ardentes acuens ſagittas
cote cruenta. *idem car. 2.*

Impotens. Impotens flammis ſimul, & ſagittis. *Sen. Hipp.*

Laſciuus. Iſte laſciuus puer, ac renidens
Tela, quam certo iaculatur arcu, &c. quæ ad rem. *ibid.*

Flagrans. Flagrantíſque Dei vultus. *Vir. æneid. 1.*
————hinc animum iugo

Turpis. Premit cupido turpis. *Sen. Agam.*

Idalius. *Cythereus. Immitis. Crudelis. Tener.*

Vagus. *Cæcus. Volatilis. Sagittifer. Teliger.*

Aliger. *Fœmineus. Furioſus. Inceſtus. Agilis.*

Ferox. *Flagrans. Impurus. Pulcher. Blandus.*

Trux. *Nudus Inuictus. Aureus. Inermis.*

CVPIDO. *AVARITIA.*

Nec leues ſomnos timor, aut Cupido

Sordidus. Sordidus aufert. *Hor. car. 2.*
Prauus. Eradenda cupidinis — Praui ſunt elemēta. *idem car. 3.*
——————nullus his auri fuit
Cæcus. cæcus cupido. *Sen. Hip.*
Flammans. Incidit in noſtrũ flãmante cupidine telũ. *Prud. Pſych.*

CVPIDO. *CVPIDITAS.*

Dira. Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido. *Vir. Geor. 1.*
Arrecta. ——————laudúmque arrecta cupido. *idē Æneid. 5.*
Immenſa. ——————laudúmque immenſa cupido. *idē Æneid. 6.*
Inſana. Sed furor ardentem, cædíſque inſana cupido,
Egit in aduerſos. *idē Æneid. 9.*
Cæca. ——————prædæ tam cæca cupido eſt. *Ouid. met. 3.*
Furioſa. creuerũt & opes, & opum furioſa cupido. *idem faſt. 1.*
Ieiuna. ——————ſic expletur ieiuna cupido *Lucretius 4.*
Immoderata. Verũ quid faciã? res immoderata cupido eſt. *Ou. pōt. 4.*
Mala. Quæ mala nos ſubigit vitai tanta cupido. *Lucretius 3.*
Sæua. His amor exitio, furor his, & ſæua cupido. *Stat. ſyl. 2.*
Furibunda. ——————vnde hæc furibunda cupido,
Nate tibi. *idē Theb. 4.*
Improba. Nos improba cupidine acti. *Sen. Her. fu.*
Turpis. Regnorũ immemores, turpíq; cupidine captos. *V. Æ. 4*
Miſera. Feruet auaritia, miſeráq; cupidine pectus. *Hor. epiſt. 1.*
Fœda. Succenſa. Indomita. Inſatiata. Inflammata. Intempeſtiua. Fera. Nefanda. Scelerata. Ignota. Imperioſa. Maleſana.

CVPRESSVS. *CYPARISSVS.*

Arbor conifera, quæ in 1 Ida monte Phrygiæ ſublimis excreſcebat. De hac ſic Feſtus. Cupreſſi mortuorum domibus ponebantur, quia huius generis arboris ramus exciſus non renaſcitur: ſicut ex mortuo nihil iam ſperandum. Quam ob rem in tutela Ditis patris eſſe putabatur. *Cariem non ſentit: ideò immortalis, & antiqua dicitur.*

1 Idæa. Nec ſalici, lotóque, nec Idæis cypariſſis. *Virg. geor. 2.*
Antiqua. ——————iuxtáque antiqua cupreſſus. *idē æneid. 2.*
Conifera. Aeriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi. *idē æneid. 3.*
Recta. capitibus nutantes pinos, rectáſque cupreſſus. *Ennius.*
——————lentáque ſorore
Aeria. Flammati Phaethontis, & aeria cupreſſu. *Catullus.*
Acuta. Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu. *Ouid. met. 3*
Feralis. Funeris ara mei ferali cincta cupreſſu
conuenit. *Idem triſt. 3.*
——neque quas colis arborum
Inuiſa. Te præter inuiſas cupreſſus
Vlla breuem dominum ſequetur. *Hor. car. 2.*

Funebris.	Iubet ſepulchris caprificos erutas,	
	Iubet cupreſſus funebres.	*Horat. epod.*
Plorata.	——hilaréſque hederas plorata cupreſſus	
	Excludit.	*Stat. ſyl. 5.*
Mœſta.	At ferale decus mœſtas ad buſta cupreſſos,	
	Funereas tũ deinde pyras, certamine texũt.	*Silius 10.*
Tum. tect.	Querc⁹ amica Ioui, tumulos tectura cupreſſus.	*C. de r. 2*
	————cui frondibus atris	
Feralis.	Intexunt latera, & ferales ante cupreſſos.	*Vir. aeneid. 6.*
	————ſtant manibus aræ	
Atra.	cæruleis mœſtæ vittis, atráque cupreſſo.	*idem aneid. 3*
Leuis.	Linenda cedro, & læui ſeruanda cupreſſo.	*Hor. ſat. 1.*
Triſtis.	*Funeſta. Dura. Stygia. Diti ſacra. Nigra.*	

CVRA. *SOLLICITVDO.*

Cura, eſt vehemens, & anxia animi ſollicitudo: ſic dicta, vt ait Feſtus, quod cor edat, vel quod vrat. Ennius apud Ciceronem:

O Tite ſi quid ego adiuro, curámue leuaſſo,
Quæ nunc te coquit, & verſat ſub pectore fixa?

ſolertiam & amorem ſignificat.

Inanis.	Inter quas curã clymene narrabat inanẽ.	*Vir. georg. 4.*
	————diſſipat Euius	
Edax.	curas edaces.	*Hor. car. 2.*
Mordax.	————curis animum mordacibus angit.	*Luc. 2.*
Stimulans.	Ille diu curis animum ſtimulantibus æger	
	Labitur in ſomnos.	*Cl. in Ruf. 2.*
Implacida.	Implacidas nullo ſolabor pignore curas.	*idẽ de rap. 1.*
Auida.	Effera torquebant auidæ præcordia curæ.	*idẽ in Ruf. 1.*
Anxia.	—ſpes vana procul, procul anxia cura.	*Auſ. Edyll.*
	————omnia ſomni	
Ægra.	condiderant, ægríſque dabant obliuia curis.	*Silius 4.*
Atra.	Poſt equitem ſedet atra cura.	*Hor. car. 3.*
Inuida.	Eſt vbi diuellat sõnos minùs inuida cura.	*idem epiſt. 1.*
Vltrix.	Luctus, & vltrices poſuere cubilia curæ.	*Virg. Æn. 6.*
Frigida.	————ſucceſſu frigida cura.	*Lucret. 4.*
Auara.	——iam ſomnus auaris—Inſerpit curis.	*Stat. Theb. 1.*
Inexpleta.	Semper inexpletis agnoſcit Iaſona curis.	*Valerius 6.*
Moleſta.	Et nimiùm duri cauſa moleſta viri.	*O. de arte 3.*
Vigilans.	Nõ fruitur sõno vigilãtibus excita curis.	*idem met. 2.*
Vigil.	Et tenuẽt vigiles corpus miſerabile curæ.	*idem met. 3.*
Inſomnis.	Inuenit inſomni voluentem publica curâ	
	Fata virum.	*Lucanus 2.*
Peruigil.	Anxia peruigili ducis ſuſpiria cura.	*Stat. ſyl. 3.*

Aßidua.	Nolumus aſſiduis animũ labaſcere curis.	*Ouid.triſt.* 5.
Perpetua.	Sic mea perpetuis liqueſiũt pectora curis.	*idem pont.* 1.
Amara.	——curis vitiatum corpus amaris	*ibid.*
Tacita.	——tacitíſque ſitũm depellere curis	
	Ordior.	*Stat.ſyl.* 5.
In corde ſed.	Tandẽ in corde ſedẽs ęgreſcit cura parẽtis.	*ide Theb.* 1.
Vrgens.	——in lucos curis vrgentibus Heros	
	Venerat.	*Valerius* 8.
Inquieta.	Et inquietas feſſus exuit curas.	*Mar.epi.* 10.
Pallida.	Non venit ad duros pallida cura thoros.	*ide epig.* 14.
	Pectora longis hebetata malis,	
Sollicita.	Iam ſollicitas ponite curas.	*Sen Thy.*
Grauis.	——curas Bacchus exoneret graues.	*idem Hipp.*
Secreta.	Magis exurunt quos ſecretæ—Lacerãt curæ.	*id.Aga.*
Nimia.	Sed plures nimiâ congeſta pecunia curâ	
	Strangulat.	*Iuu.ſat.* 10.
Sequax.	————curæque ſequaces	
	Nec metuũt ſonitus armorũ, nec fera tela.	*Lucretius* 2.
Acris:	————————itur in acres	
	Bellorum raptim curas.	*Silius* 4.
Languida.	Deſerit an partes languida cura ſuas.	*Ouid. põt.* 2.
Pallens.	Pallentes procul hinc abite curæ.	*Mart.ep.* 11.
Vitioſa.	Scandit æratas vitioſa naues	
	cura.	*Hor.car.* 1.
Funeſta.	Deſine funeſtis animum Proſerpina curis	
	Et vano vexare metu.	*Cl.de rapt.* 2.
Longa.	————at longis anxia curis	
	Argolis Alcmene.	*Ou.met.* 9.
Magna.	——magnas voluebat conſcia curas.	*Silius* 2.
Dura.	Duras iamdudum exercet curas.	*idem* 11.
Acrior.	————acrior illam	
	cura domat.	*Vir.geor.* 3.
Mœſta.	——mœſta refouebat vulnera cura.	*Silius* 6.
Triſtis.	———licet triſtes deponere curas.	*Vir.geor.* 4.
Vltrix.	Luctus, & vltrices poſuere cubilia curæ.	*Vir.aneid.* 6.
Ambigua.	Dũ curæ ambiguæ, dũ ſpes incerta futuri.	*Vir.aneid* 8.
	——————ægrámque leuare	
Attonita.	Attonitis mentem curis.	*Silius* 3.
Inanis.	——curam Clymene narrabat inanem.	*Vir.geor.* 4.
Volans.	—& curas laqueata circũ—Tecta volãtes.	*Hor.car.* 1.
Grauior.	———cura grauiore timetur	
	Proxima tempeſtas.	*Iuu. ſat.* 3.

Pauidà

Pauida.	———pauidâ complebant omnia curâ. *Lucretius 6.*
Dura.	Ite procul durum curę genus, ite labores. *Tibullus 3.*
Infanda.	———infandis venere obliuia curis. *Stat. Thе. 5.*
	———caſu concuſſus acerbo,
Ingens.	Nunc huc ingenteis, nunc illuc pectore curas
	Mutabat. *Virg. Æn. 5.*
Turbida.	*Pernox. Inquies. Arcana. Exæſtuans.*
Infœlix.	*Acuta. Miſera. Lugubris. Sordida.*
Maligna.	*Iniqua. Noxia. Ingrata. Nocens.*
Dira.	*Aſpera. Acerba: Anceps. Mala.*

CVRA. *SOLERTIA. Studium.*

	—tu Domino requies, portúſque ſenectæ,
Dulcis.	Tu modò deliciæ, dulces modò pectore curę. *St. ſyl. 2.*
Mitis.	———verſum miti reor æthera cura
	Suſtinuit. *ide Theb. 5.*
Impenſior.	———Arcadiæ tamen eſt impenſior illi
	Cura ſuæ. *Ouid. met. 2.*
Antiqua.	Quid tua ſancta fides? quid cura antiqua tuorũ: *V. Æ. 7.*
Prouida.	Cauit ſacrati prouida cura Ducis. *Ouid. faſt. 2.*
Maxima.	Eſt tibi de rebus maxima cura meis. *idem triſt. 3.*
Sollicita.	Cur ego ſollicitâ poliã mea carmina cura. *idem pont. 1.*
Fidelis.	Adde quod abſentis cura mandata fideli. *idem pont. 2.*
Memor.	Quę tibi quærebã memorẽ teſtantia curã? *idem pont. 3.*
Sagax.	———& curæ ſagaces
	Expediunt per acuta belli. *Hor. car. 4.*
Fortis.	———fortes caſtrorum concipe curas. *Stat. ſyl. 5.*
Solers.	Quod ſi ſolerti circumſpicis omnia cura. *Manil. 1.*
Subtilis.	———ſubtili rem ſummã perſpice cura. *idem 3.*
Vigil.	———vigili perſpexerat omnia cura. *Ou. met. 15.*
Fœlix.	*Diligens. Acris. Potior. Inſignis. Magna.*

CVRA. *AMOR.*

Mutua.	Mutua cura duos, & amor ſocialis habebat. *Ou met. 7.*
Grauis.	At Regina graui iamdudum ſaucia cura. *Virg. Æn. 4.*
Turpis.	Quò feror infœlix! turpes diſcedite curæ *Tibul. 3.*
Damnoſa.	Me duce dãnoſas, homines, cõpeſcite curas. *O. de r. a. 1*
	———omnes accipit in ſe
Inanis.	Lætitiæ motus, & curas cordis inanes. *Lucret. 3.*
Infanda.	———infandis venere obliuia curis. *Stat. The. 5.*
Spinoſa.	Spinoſas Erycina ſerens in pectore curas. *Catull.*
Feruida.	Nec tibi ſim mea lux æq; tam feruida cura. *Tibul. 5.*
	———aggreſſa es flectere ſenſus
Ignota.	Virginis, ignotáq; animũ contingere cura. *Val. 7.*

Vigil. Et tenuant vigiles corpus miſerabile curę. *Ou. met. 9.*
Deſes. ——————nec deſide curâ
Segnis marcet amor. *Cl. de Seren.*
——————præcordiaque intima ſenſi
Noua. Attonitus curis intonuiſſe nouis. *Ou. epiſt. 15.*
Recens. Altera cura recens, altera primus amor. *idem am. 3.*
Leuis. Et leuibus curis magna perire bona. *Propert. 2.*
Vana. Proieci vanas ſanato pectore curas. *Cornel. Gal.*
Infœlix. Arcana. Profana. Iners. Obſcœna.

CVRA SOLVTA.

Sedata. ——ſedatis requierunt tempora curis. *Stat. Th. 12.*
Emota. His dictis curæ emotæ, pulſúſque parumper
Corde dolor triſti. *Virg. Æn. 6.*
Pulſa. ——————pulſis è pectore curis. *Silius 13.*
Soluta. O quid ſolutis eſt beatius curis! *Horat. epod.*
Dilata. Sed nunc dilatis auerte negotia curis. *Iuu. ſat. 11.*
Sepulta. Poſita. Adempta. Compoſita. Dempta.
Depoſita. Exſoluta. Exonerata. Laxata. Lenita.
Leuata. Miſſa. Remiſſa. Remota. Secluſa.
Semota. Reſoluta. Sepoſita. Domita. Sopita.

CVRETES.

Erant populi primi cultores 1 *Cretæ, quos è cælo inſtar pluuiæ deciſiſſe vult Ouid. Met.* 4. ——largóque ſatos Curetas ab imbri. *Illos Iouem Saturni metu occultatum à matre Rhea, aluiſſe; & ne vagitu infans proderetur, cymbalis, tubis & vociferationibus Saturni aures præoccupaſſe, memoriæ traditum eſt. Hinc eſt quòd in gratiam tanti beneficij in Sacerdotes Rheæ aſſumpti ſint. Dicti ſunt Dictæi, à Dicte oppido Cretæ.*

Terrificas capitum quatientes numine criſtas,
Dictæi. Dictæos referunt, Curetas qui Iouis illum
1 *Cretes.* Vagitū in Creta quōdā occultaſſe ferūtur. *Lucretius 2.*

CVRRVS.

Vehiculi genus, quo Græci in certaminibus Olympicis, & Romani in circo, ad curſum, aut triumphantes in Capitolium bigis, vel quadrigis huic iunctis, inuehebantur. Perſæ currus falcatos ad dilaniandos hoſtes in bello admittebant. Datur Ioui, Soli, Marti, Lunæ, Plutoni.

——————ingenti mole Latinus
Quadrijugꝰ. Quadriiugo vehitur curru. *Virg. Æn. 12.*
Biiugus. ——bijugo curru belli tentare pericla. *Lucret. 5.*
Effuſus. ——ruunt effuſi carcere currus. *Virg. geor. 3.*
Volans. Et Iouis in luco currus agitare volantes. *ibid.*
Volucer. ——volucri curru medium ſecat agmen. *idem Æn. 10.*

Rapidus. Fertur equis, rapidóq; volās obit omnia curru. *V. æn.* 12
Alipes. ———alipedem plantâ currum premit. *Silius* 7.
Leuis. Sępè iuuat verſare leues in puluere currus. *Ouid. epiſt.* 4.
Habilis. ——————habili Saturnia curru
Ingreditur. *idem met.* 2.
Incitus. ————cûm ferus curru incito
Mea membra raperet. *Sen. Tro.*
Altus. Pars altos reuocant currus. *Cl de rap.* 2.
Grauior. Dum tremunt axes grauiore curru. *Sen. Hipp.*
Citatus. ———Ductorem Libyę currúſque citatos. *Silius* 8.
Citus. ——————haud aliter citos
Currus gubernat. *Sen. Hip.*
Celer. Effundit celeres in arua currus. *Sid. Ap.*

Præceps. *Pernix.* *Feruidus.* *Ales.*

CVRRVS FALCATVS.

Falcatus. Vndique falcatos deſerta per æquora currus
Inſequitur Drangæa phalanx. *Valerius* 6.
Falcifer. Falciferos memorāt currus abſcindere mēbra. *Lucr.* 3.

CVRRVS TRIVMPHANTIVM.

————Tyrio conſpectus in oſtro
Quadriiug⁹. Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus, *V. g.* 3.
At te victrices lauros Meſſalla gerentem
Eburnus. Portabat nitidis currus eburnus equis. *Ouid. ad Li.*
Inauratus. Cuius inaurati celebrarunt limina currus. *Propert.* 1.
Victor. Hos ſuper in curru, Cęſar, victore veheris. *Ouid. triſt.* 4.
Grauis. Tu graui curru quaties Olympum. *Hor. carm.* 1.
Aureus. Io triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boues. *idem epod.*
Inſignis. ———inſignem conſcendere currum, &c. *Lucret.* 6.
Auratus. Vidit aurato reſidere curru. *Sen. Oed.*
Superbus. Aut cū ſuperbo victor in curru ſtetit. *idem Tro.*
Triumphalis. Ante triūphales currus poſt terga reuinctus. *Pru. Ha.*
Ipſe albis veheretur equis, currúmque ſecutus
Lauriger. Laurigerū feſto fremuiſſet carmine miles. *Clau. pan.* 3.
Fulgens. Sed fulgēte trahit cōſtrictos gloriâ curru. *Hor. ſer.* 1.

CVRRVS SOLIS. *Deſcript. vide Ouid. Met.* 2.

O lucis almæ rector, & cæli decus,
Flammifer. Qui alterna curru ſpatia flammifero ambiens,
Illuſtre lætis exeris terris caput. *Sen. Her. fu.*
Phœbæus. Libra Phœbæos tenet æqua currus. *ibid.*
Purpureus. Scandit purpureo iam tertia ſyderea curru. *Auſ. edyl.*

Hyperioni⁹. Iámque Hyperionius metas maris vrget Iberi
Currus. *Valerius 2.*
Leuis. Occupat ille leuẽ iuuenili corpore currũ. *Ouid.met.2.*
Flammiger. —flãmigeros Phœbi conſcendere currus. *Lucanus 1.*
Quod Phœbus roſeum diem
Aureus. Curru prouehit aureo *Boetius.*
Laborifer. Clara laboriferos cælo Tithonia currus
Extulerat. *Stat.Theb.6.*
Nitidus. Alme ſol, curru nitido diem qui
Promis, & celas, &c. *Hor.epod.*
Præceps. Præcipitẽ Oceani rubro lauit æquore currũ. *Vir.geor.3*
Sacer. Illuſtris. Ignifer.

CVRRVS LVNÆ.

Agilis. Video Triuiæ currus agiles. *Sen. Med.*
Properans. ———curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda Phœbe. *idem Hip.*
Nitidus. ———nitidóſque fratri
Tradidit currus aliter regendos. *ibid.*
Lucidus. ———ſic te lucidi currus ferant, &c. *ibid.*
Gelidus. ———mouet gelidos Latonia currus. *Valerius 3.*
Aut te ſtellifero deſpiciens polo
Sydus, poſt veteres Arcadas editum,
Candidus. Currus non poterit flectere candidos. *Sen. Hip.*
Clarus. Nitens. Nocturnus.

CVRRVS MARTIS.

Martius. Biſtonas in medios ceu Martius exerit aſtris
Currus, vbi ingentes animæ clamórque tubæque
Sanguineæ iuuere Deum, &c. *Valerius 3.*
Ferreus. ———dum ferreus hæret
Currus, &c. *Claud.Pan.7.*

CVRSVS.

Dicitur curſus de ſyderibus, fato, aqua, piſcibus, auibus, beſtijs, hominibus.

Velocior. Tunc velocior, acriórque curſus,
Acrior. Tunc ipſos iuuat impetus iugales. *Stat.ſyl.4.*
Subitus. ———ſubitóque celer delabere curſu. *Ouid.met.2.*
Celer. Nec volucres celeri cõtẽta eſt vincere curſu. *idẽ triſt.1.*
Præceps. Non tam præcipiti ruerẽt in prælia curſu. *Lucanus 7.*
Volucer. ———in volucri tenuis fiducia curſu
Præcipitat ſuſpenſa fugam. *Stat. The.5.*
Anhelus. ———curſu cui ſemper anhelo
Votiuã taciti quaſſamus lampada Myſtæ. *idem ſyl. 4.*

Exanimis.	Nuntius exanimi ſuſpenſus pectora curſu.	*Stat.The.*11.
Incertus.	Errat curſu leuis incerto.	*Sen.Her.fu.*
Citatus.	Properat curſu vita citato.	*ibid.*
Citus.	——————curſibus motæ citis Ventos ſequantur.	*idem* Hip.
Mobilis.	Ætate fruere, mobili curſu fugit.	*ibid.*
Timidus.	——————timido Peneïa curſu Fugit.	*Ouid.met.*1.
Prapes.	——————præpete curſu euolat, Summam citato vix gradu tangens humũ.	*ibid.*
Properus.	I, perge propero regiam curſu pete.	*Sen.Oed.*
Rapidus.	Proſiluere alacres curſu rapido.	*Prud.de cor.*
Ingens.	Ingẽti vadit curſu, qua redditus termo eſt.	*Ennius.*
Pernix.	Pernici velox curſu rapit incita membra. ——————ruit ocyus amens	*Silius* 2.
Lymphatus.	Lymphato curſu.	*idem* 1.
Trepidus.	Quo ſecũq; fugax trepidis fert curſib⁹ agmẽ.	*Pru.Pſyc.*
Fulmineus.	Barbara fulmineo ſecuit tentoria curſu.	*Cl. Au.pan.*2.
Furens.	Vt Tigris orba gnatis Curſu furente luſtrat Gangeticum nemus.	*Sen. Med.*
Inſanus.	——————prima eſt inſano concita curſu.	*Ouid.met.*3.
Defrænatus.	Et defrænato voluuntur in æquora curſu.	*idem met.* 1.
Cæcus.	——————cæco trahis omnia curſu.	*Lucanus* 2.
Incitus.	——————hunc petam curſu incito, Non hæſitabit greſſus.	*Sen.Theb.*
Longus.	—& longos vbi circumflectere curſus.	*Vir. Æneid.*5
Inoffenſus.	——————aſtra inoffenſos agant Æterna curſus.	*Sen.Her.fu.*
Agilis.	Nec curſus agiles, ſed impeditum Tardabant iter orbitæ tacentes.	*Stat.ſyl.* 4.
Auidus.	——————auidos illidit in ægrum cornipedem curſus.	*idẽ Theb.*11.
Facilis.	Da facilẽ curſũ, atq; audacib⁹ annue cœptis.	*Vir.geor.*1.
Inuictus.	——————inuicti certamine curſus.	*Ouid.met.* 7
Magnus.	——ad lethum magno venientia curſu Agmina.	*Silius* 16.
Rectus.	Quã nequiere proci recto deflectere curſu.	*Hor.ſer.*2.
Vagus.	curſúſque vagos rapis aſtrorum, celeríque polos turbine verſas.	*Sen. Hip.*

Pronus. Incitatus. Concitus. Properans. Apertus. Attonitus. Continuus. Decliuis. Liquidus. Aerius. Æquoreus. Equeſter Liber. Contẽtus. Effus⁹.

CVSPIS. *Vide* TELVM.

Eſt pars acuta gladij, cultri, enſis, haſtæ, ſpiculi.

Ærata. Fraxineâ quatiens æratæ cuſpidis haſtam. *Ouid.met.5.*
Sæua. Et librat ſæuâ coniectum cuſpide ferrum. *Silius 4.*
Acuta. Ferratáſque ſudes, & acuta cuſpide cōtos. *Vir.æneid.5.*
Longa. Alternos longa nitentem cuſpide greſſus. *Vir.æneid.12.*
Dira. Et dira è ſumma pendebat caſſide cuſpis. *Silius 7.*
Fera. Sæpe fera toruos cuſpide fixit apros. *Oui.de ar.2.*
Præacuta. —vbi viderunt præacutæ cuſpidis haſtas. *idem met.7.*
Fulgens. Qua naſci ferrum fulgenti cuſpide cernit. *Silius 5.*
Tremenda. Dardanas turres quateret tremenda
Cuſpide pugnax. *Hor.car.2.*
Cita. ——magno cita turbine cuſpis
Fertur in aduerſum. *Stat.Th.9.*
Medicata. ———medicatæ cuſpidis ictu
Prælia moliri, & nudo non credere ferro. *Silius 13.*
Infeſta. ———infeſta rareſcunt cuſpide pugnæ. *Valerius 6.*
Violenta. Mauortia. Martia. Dira.

CVSPIS, pro Tridente.

Trifida. ——trifida & Neptunus cuſpide montes
Impulit aduerſos. *Cl.de rap. 2.*
Triplex. ———triplici quid cuſpide poſſim
Sentiat. *Oui.met.12.*

CVSTODIA.

Vigil. Dumq; vigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros. *O.m.12.*
Peruigil. Peruigil alterno paret cuſtodia ſigno. *Lucanus 4.*
Solers. ——& pecudum cuſtodia ſolers. *Virg.geor.4.*
Triſtis. Nam nihil inuitæ triſtis cuſtodia prodeſt. *Propert. 2.*
Sæua. —poſita eſt noſtræ cuſtodia ſæua puellæ. *Tibul.1.*
Dura. ———quos dura premit cuſtodia matrum. *Horat.Ep.1.*

CVSTOS.

Nocturnus. Vigil. Peruigil. Pernox. Inſomnis.
Vigilans. Aſſiduus. Acer. Fidus. Fidelis.

CVTIS.

Ægra. Arida. Atra. Candida. Dura.
Tenuis. Tenera. Lactea. Mollis. V. CORPVS.

CYANEÆ.

Duæ ſunt paruæ inſulæ, tam exiguo ſpatio ab inuicem diſiunctæ, vt quaſi videantur concurrentes. Dicuntur alio nomine Symplegades. Crediderunt antiqui, eas inſulas olim per mare mobiles, inſtar nauigiorum ſupernauigaſſe: nam & ipſe Plinius eas planetas, hoc eſt, errantes

appellauit. Ad rem faciunt quæ de illis ſcripſit Valer. Flac Argon. l. 4.

Hinc iter ad Ponti caput, errantéſque per altum
Cyaneas: furor his medio concurrere ponto:
Nec dum vllas videre rates, ſua comminus actæ
Saxa petunt, cautéſque ſuas, cùm vincula mundi
Ima labant, tremere ecce ſolum, tremere ecce repente
Tecta vides, illæ redeunt, illæ æquore certant.
——propulſáque fortibus Auſtris

Inſtabiles. Tranſeat inſtabiles ſtrenua cyaneas. *Ouid. triſt.* 1.

Errantes. Hinc iter ad Ponti caput, errantéſque per altum
cyaneas. *Valer.* 4.

Scopuloſæ. ——cyaneæ concurrunt æquore cautes. *idem* 1.

Precipites. cyaneæ iuga precipites illiſa remittunt. *idem* 6.

CYATHVS.

Vas eſt quo bibitur. V. Poculum. cymbium. crater, &c.

Commodus. Miſcentur cyathis pocula commodis. *Hor. car.* 3.

CYBELE. *CYBELLE.*

Cybele, vel Cybelle, ſic dicta à Cybelo Phrygiæ oppido, item & Berecynthia à 1 *Berecyntho monte, vbi ei ſacra fiebant, ſicut & in Ida monte, vnde* 2 *Idæa vocatur, &* 3 *Phrygia: Saturni vxor erat, Ops vocatur, & terra, eiq; propterea currus leoneſq; bijuges attribuuntur, quod, (vt aiunt) terra medio aere eſt penſilis, & circa eam veluti rotis actus curulibus, mundus circumuoluitur.* 4 *Fingebatur cum corona, turribus in orbem circumplicatis, ad inſtar terræ vrbibus & caſtellis vndequaque præcincta. Hinc eſt quod vocatur Mater; nam terra communis omnium eſt parens, & mater Deorum, quia terra omnia gignit. Dicitur Rhea* ἀπὸ τοῦ ῥέω, *fluo: nam terra eſt affluens omnium quæ victui ſuppetunt. Vocatur Peſinuntia à* 5 *Peſinunte oppido, & Dindymene à* 6 *Dindymo monte in Phrygia, vbi corybantes & Galli exſecti, & euirati Sacerdotes varijs cultrorum digladiationibus inuicem ſanguinem appetebant, quem deinde cum vulneribus, & cultris ad ſonum cymbalorum, tympanorum, fiſtularum, inconditis inſuper clamoribus in fluuio lauabant.*

1 *Berecynth.* Ipſa Deûm fertur genitrix Berecynthia magnum
Genitr. Deũ, Vocibus his affata Iouem. *Virg. Æn.* 9.

6 *Dindym.* Simul ite Dindymenæ Dominæ vaga pecora. *Catul.*
——qualis Berecynthia mater

4 *Turrita.* Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes
Læta Deũ partu centũ cõplexa nepotes. *Virg. Æn.* 6.

Magna. Vertice turrigero iuxta Dea magna cybelle. *Prop.* 3.

4 *Turrigera.* Turrigerámque petit cybelen ſinuoſa draconum

Membra regens. *Cl. de rap. 1.*
Idæa. Idæam vocitant matrem. *Lucret. 2.*
3 *Phrygia.* Idæumque Iouem, Phrygiamque ex ordine matrem
Inuocat. , *Virg. æn. 7.*
Cybeleia. ——————Cybeleia mater
Concinitur Phrygijs exululata modis. *Oui. d.a. 1.*
Sacra. Dyndimus, & ſacræ fabricata inuenta Cybelles. *Pr. 3.*
Sancta Deûm genitrix. *Genitrix fœcunda deorum.*
Alma parens Idæa. *Cæleſtis mater.* 5 *Peſinuntia.*

CYCLADES.

Inſulæ ſunt in mari Ægeo circa inſulam Delon, quam vndequaque cingunt: ſunt quinquaginta numero, quarum nomina perſequitur. Plinius l. 4. cap. 12.

Sparſæ ———ſparſaſque per æquor
per æquor. Cycladas, &c. *Virg. æn. 3.*
Ægææ. Cycladas Ægæas obſtupuiſſe puto. *Oui. triſt. 1.*
Nitens. Interfuſa nitentes
Vites æquora Cycladas. *Hor. Car. 1.*
Fulgentes. Quæ Gnidon fulgenteſque tenet Cycladas. *Hor. Car. 3.*
Altæ. ———placet ire per altas — Cycladas. *Stat. Ach. 1.*
Vadoſæ. ——————Interque vadoſas
Cycladas, Ægææ frangunt vbi ſaxa procellæ. *Ibidem.*
Procelloſæ. *Naufragæ.*

CYCLAS.

Eſt veſtis fœminea, quâ totum corpus in veli modum operitur.

Tenuis. Hæc ſunt quæ tenui ſudant in cyclade. *Iuuen. ſat. 6.*
Longa. ———longâ cyclade verrit humum. *Propertius.*
Aurata. ———auratâ cyclade verrit humum. *idem 4.*

CYCLOPS. *Vide* Polyphemus.

Cyclopes, erant homines immani corporis ſpecie, qui apud Poetas fingebantur fulmen Iouis in Lipara inſula conficere. Horum nobiliſſimi cenſentur, Brontes, Steropes & Pyragmon, quorum nomina, & artem paucis expoſuit Virgilius Æneid. 8.

Ferrum exercebant vaſto cyclopes in antro,
Brontéſque, Steropéſque, & nudus membra Pyragmon.

ſed Claudianus eorum munia artemque clariùs expoſuit his verſibus:

——————vobis iam Mulciber arma
Præparat, & Sicula cyclops incude laborat,
Brontes innumeris exaſperat Ægida ſignis:
Altum fulmineâ criſpare in caſſide conum
Feſtinat Steropes, nectit thoraca Pyragmon,
Igniſluíſque gemit Lipare fumoſa cauernis.

Infandus. Infandi cyclopes,& altis montibus errant. *Vir. aneid.* 3.
Vaſtus. ——————vaſtóſque ab rupe cyclopas
Aſpicio. *Vir. aneid.* 3.
Ætnæus. Ætnæi cyclopes,& huc aduertite mẽtem, *Vir. aneid.* 8.
Ferus. Huc ferus aſcẽdit cyclops, mediúq; reſedit. *Ou. met.* 13
Immãſuetus. ——————immanſuetíque cyclopis
Ire negabamus, vel tecta ignota ſubire. *idẽ met.* 14.
Rapidi. Qualis Ætnæis rapidi cyclopes in antris. *Valerius* 4.

CYCNVS.

Regulus erat in Italia, quem dicunt mortem Phaetontis ægrè ferentem, in auem ſui nominis fuiſſe mutatum. De eo ſic habet Virgilius Æneid. 10.

Námque ferunt luctu cycnum Phaetontis amati,
Populeas inter frondes, vmbrámque ſororum
Dum canit, & mœſtum muſâ ſolatur amorem:
canentem molli pluma duxiſſe ſenectam,
Linquentem terras, & ſydera voce ſequentem.

Vide Ouidium Metamorph. 2. *Veneri ſacer erat.* 1 *Cayſter fluuius Lydiæ* 2 *Cycnis affluit.*

Niueus. Paſcentẽ niueos herboſo flumine cycnos. *Virg. geor.* 2.
Flumineus. Non ego fluminei referã mendacia cycni. *Ou. epiſt.* 8.
Amãs flum. cederet anſerib⁹, nec amãti flumina cycno. *idem met.* 2.
2 *Cayſtrius.* Vtque iacens ripa deflere caïſtrius ales
Dicitur, ore ſuam deficiente necem. *Ouid. triſt.* 5.
Mollis. ———molles agitat Venus aurea cycnos. *Stat. ſyl.* 5.
Cantator Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Funeris. cantator cycnus funeris ipſe ſui. *Mar. epig.* 13.
Raucus. Dant ſonitũ rauci per ſtagna loquacia cycni. *Vir. an.* 11.
————rubrâ fuluus Iouis ales in æthra
Littoreus. Littoreas agitabat aues, turbámque ſonantem
Aliger. Agminis aligeri. *Vir. aneid.* 11.
1 *Idalius.* 3 *Dionæus.*

CYDNVS. *Ciliciæ fluuius.*

At te cydne canam, tacitis qui leniter vndis
Cæruleus cæruleus placidis per vada ſerpis aquis. *Tibullus* 1.

CYLLARVS.

Pollucis filij 1 *Ledæ equus eſt, ex* 2 *Amyclis in* 3 *Laconia, vbi Sparta ciuitas, oriundus.*

2 *Amyclæus.* Talis Amiclæi domitus Pollucis habenis
cyllarus. *Virg. geor.* 3.
3 *ſpartanus.* ſpartanum poteris flectere cyllarum. *Sen. Hipp.*
1 *Ledæus.* Et pauet aſpiciens Ledæus ab æde propinqua

Aſsidua. Nolumus aſsiduis animũ labaſcere curis. *Ouid.triſt.5.*
Perpetua. Sic mea perpetuis liquefiũt pectora curis. *idem pont.1.*
Amara. ——curis vitiarum corpus amaris *ibid.*
Tacita. ——tacitíſque ſitũm depellere curis
Ordior. *Stat.ſyl.5.*
In corde ſed. Tandẽ in corde ſedẽs ęgreſcit cura parẽtis. *ide Theb.1.*
Vrgens. ——in lucos curis vrgentibus Heros
Venerat. *Valerius 8.*
Inquieta. Et inquietas feſſus exuit curas. *Mar.epi.10.*
Pallida. Non venit ad duros pallida cura thoros. *ide epig. 14.*
Pectora longis hebetata malis,
Sollicita. Iam ſollicitas ponite curas. *Sen Thy.*
Grauis. ——curas Bacchus exoneret graues. *idem Hipp.*
Secreta. Magis exurunt quos ſecretæ — Lacerãt curæ. *id.Aga.*
Nimia. Sed plures nimiâ congeſta pecunia curâ
Strangulat. *Iuu.ſat.10.*
Sequax. ————curæque ſequaces
Nec metuũt ſonitus armorũ,nec fera tela. *Lucretius 2.*
Acris. ————itur in acres
Bellorum raptim curas. *Silius 4.*
Languida. Deſerit an partes languida cura ſuas. *Ouid. põt. 2.*
Pallens. Pallentes procul hinc abite curæ. *Mart.ep.11.*
Vitioſa. Scandit æratas vitioſa naues
cura. *Hor.car.1.*
Funeſta. Deſine funeſtis animum Proſerpina curis
Et vano vexare metu. *Cl.de rapt.2.*
Longa. ——at longis anxia curis
Argolis Alcmene. *Ou.met.9.*
Magna. ——magnas voluebat conſcia curas. *Silius 2.*
Dura. Duras iamdudum exercet curas. *idem 11.*
Acrior. ————acrior illam
cura domat. *Vir.geor.3.*
Mœſta. ——mœſta refouebat vulnera cura. *Silius 6.*
Triſtis. ——licet triſtes deponere curas. *Vir.geor. 4.*
Vltrix. Luctus,& vltrices poſuere cubilia curæ. *Vir.aneid.6.*
Ambigua. Dũ curæ ambiguæ,dũ ſpes incerta futuri. *Vir.aneid 8.*
————ægrámque leuare
Attonita. Attonitis mentem curis. *Silius 3.*
Inanis. ——curam Clymene narrabat inanem. *Vir.geor.4.*
Volans. —& curas laqueata circũ — Tecta volãtes. *Hor.car.1.*
Grauior. ——cura grauiore timetur
Proxima tempeſtas. *Iuu.ſat.3.*

Pauida. ———pauidâ complebant omnia curâ. *Lucretius 6.*
Dura. Ite procul durum curę genus, ite labores. *Tibullus 3.*
Infanda. ————infandis venere obliuia curis. *Stat. The. 5.*
————————caſu concuſſus acerbo,
Ingens. Nunc huc ingenteis, nunc illuc pectore curas
Mutabat. *Virg. Æn. 5.*

Turbida.	*Pernox.*	*Inquies.*	*Arcana.*	*Exæſtuans.*
Infœlix.	*Acuta.*	*Miſera.*	*Lugubris.*	*Sordida.*
Maligna.	*Iniqua.*	*Noxia.*	*Ingrata.*	*Nocens.*
Dira.	*Aſpera.*	*Acerba.*	*Anceps.*	*Mala.*

CVRA. *SOLERTIA.* *Studium.*

—tu Domino requies, portúſque ſenectæ,
Dulcis. Tu modò deliciæ, dulces modò pectore curę. *St. ſyl. 2.*
Mitis. ————verſum miti reor æthera cura
Suſtinuit. *ide Theb. 5.*
Impenſior. ——Arcadiæ tamen eſt impenſior illi
Cura ſuæ. *Ouid. met. 2.*
Antiqua. Quid tua ſancta fides? quid cura antiqua tuorũ: *V. Æ. 7.*
Prouida. Cauit ſacrati prouida cura Ducis. *Ouid. faſt. 2.*
Maxima. Eſt tibi de rebus maxima cura meis. *idem triſt. 5.*
Sollicita. Cur ego ſollicitâ poliã mea carmina cura. *idem pont. 1.*
Fidelis. Adde quod abſentis cura mandata fideli. *idem pont. 2.*
Memor. Quę tibi quærebã memorẽ teſtantia curã? *idem pont. 3.*
Sagax. ————————& curæ ſagaces
Expediunt per acuta belli. *Hor. car. 4.*
Fortis. ————fortes caſtrorum concipe curas. *Stat. ſyl. 5.*
Solers. Quod ſi ſolerti circumſpicis omnia cura. *Manil. 1.*
Subtilis. ———ſubtili rem ſummã perſpice cura. *idem 3.*
Vigil. ———vigili perſpexerat omnia cura. *Ou. met. 15.*

Fœlix.	*Diligens.*	*Acris.*	*Potior.*	*Inſignis.*	*Magna.*

CVRA. *AMOR*

Mutua. Mutua cura duos, & amor ſocialis habebat. *Ou met. 7.*
Grauis. At Regina graui iamdudum ſaucia cura. *Virg. Æn. 4.*
Turpis. Quò feror infœlix! turpes diſcedite curæ *Tibul. 3.*
Damnoſa. Me duce dãnoſas, homines, cõpeſcite curas. *O. de r. a. 1*
——————omnes accipit in ſe
Inanis. Lætitiæ motus, & curas cordis inanes. *Lucret. 3.*
Infanda. ———infandis venere obliuia curis. *Stat. The. 5.*
Spinoſa. Spinoſas Erycina ferens in pectore curas. *Catull.*
Feruida. Nec tibi ſim mea lux æq; tam feruida cura. *Tibul. 5.*
————aggreſſa es flectere ſenſus
Ignota. Virginis, ignotáq; animũ contingere cura. *Val. 7.*

Rapidus. Fertur equis, rapidóq; volãs obit omnia curru. *V. æn.* 12
Alipes. ——alipedem plantâ currum premit. *Silius* 7.
Leuis. Sępè iuuat verſare leues in puluere currus. *Ouid. epiſt.* 4.
Habilis. ——habili Saturnia curru
Ingreditur. *idem met.* 2.
Incitus. ——cûm ferus curru incito
Mea membra raperet. *Sen. Tro.*
Altus. Pars altos reuocant currus. *Cl de rap.* 2.
Grauior. Dum tremunt axes grauiore curru. *Sen. Hipp.*
Citatus. ——Ductorem Libyę currúſque citatos. *Silius* 8.
Citus. ——haud aliter citos
Currus gubernat. *Sen. Hip.*
Celer. Effundit celeres in arua currus. *Sid. Ap.*
Præceps. *Pernix.* *Feruidus.* *Ales.*

CVRRVS FALCATVS.

Falcatus. Vndique falcatos deſerta per æquora currus
Inſequitur Drangæa phalanx. *Valerius* 6.
Falcifer. Falciferos memorãt currus abſcindere mẽbra. *Lucr.* 3.

CVRRVS TRIVMPHANTIVM.

——Tyrio conſpectus in oſtro
Quadriiug⁹. Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus, *V. g.* 3.
At te victrices lauros Meſſalla gerentem
Eburnus. Portabat nitidis currus eburnus equis. *Ouid. ad Li.*
Inauratus. Cuius inaurati celebrarunt limina currus. *Propert.* 1.
Victor. Hos ſuper in curru, Cęſar, victore veheris. *Ouid. triſt.* 4.
Grauis. Tu graui curru quaties Olympum. *Hor. carm.* 4.
Aureus. Io triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boues. *idem epod.*
Inſignis. ——inſignem conſcendere currum, &c. *Lucret.* 6.
Auratus. Vidit aurato reſidere curru. *Sen. Oed.*
Superbus. Aut cũ ſuperbo victor in curru ſtetit. *idem Tro.*
Triumphalis. Ante triũphales currus poſt terga reuinctus. *Pru. Ha.*
Ipſe albis veheretur equis, currúmque ſecutus
Lauriger. Laurigerũ feſto fremuiſſet carmine miles. *Clau. pan.* 3.
Fulgens. Sed fulgẽte trahit cõſtrictos gloriâ curru. *Hor. ſer.* 1.

CVRRVS SOLIS. *Deſcript. vide Ouid. Met.* 2.

O lucis almæ rector, & cæli decus,
Flammifer. Qui alterna curru ſpatia flammifero ambiens,
Illuſtre lætis exeris terris caput. *Sen. Her. fu.*
Phœbæus. Libra Phœbæos tenet æqua currus. *ibid.*
Purpureus. Scandit purpureo iam tertia ſyderea curru. *Auſ. edyl.*

Hyperioni⁹.	Iámque Hyperionius metas maris vrget Iberi Currus. *Valerius 2.*
Leuis.	Occupat ille leuẽ iuuenili corpore currũ. *Ouid.met.2.*
Flammiger.	—flãmigeros Phœbi conſcendere currus. *Lucanus 1.*
	Quod Phœbus roſeum diem
Aureus.	Curru prouehit aureo *Boetius.*
Laborifer.	Clara laboriferos cælo Tithonia currus Extulerat. *Stat.Theb.6.*
Nitidus.	Alme ſol, curru nitido diem qui Promis, & celas, &c. *Hor.epod.*
Praceps.	Præcipitẽ Oceani rubro lauit æquore currũ. *Vir.geor.3*
	Sacer. Illuſtris. Ignifer.

CVRRVS LVNÆ.

Agilis.	Video Triuiæ currus agiles. *Sen. Med.*
Properans.	———curru properante pernox Exerit vultus rubicunda Phœbe. *idem Hip.*
Nitidus.	————nitidóſque fratri Tradidit currus aliter regendos. *ibid.*
Lucidus.	———ſic te lucidi currus ferant, &c. *ibid.*
Gelidus.	———mouet gelidos Latonia currus. *Valerius 3.*
	Aut te ſtellifero deſpiciens polo Sydus, poſt veteres Arcadas editum,
Candidus.	Currus non poterit flectere candidos. *Sen.Hip.*
	Clarus. Nitens. Nocturnus.

CVRRVS MARTIS.

Martius.	Biſtonas in medios ceu Martius exerit aſtris Currus, vbi ingentes animæ clamórque tubæque Sanguineæ iuuere Deum, &c. *Valerius 3.*
Ferreus.	————dum ferreus hæret Currus, &c. *Claud.Pan.7.*

CVRSVS.

Dicitur curſus de ſyderibus, fato, aqua, piſcibus, auibus, beſtijs, hominibus.

Velocior.	Tunc velocior, acriórque curſus,
Acrior.	Tunc ipſos iuuat impetus iugales. *Stat.ſyl.4.*
Subitus.	——ſubitóque celer delabere curſu. *Ouid.met.2.*
Celer.	Nec volucres celeri cõtẽta eſt vincere curſu. *idẽ triſt.1.*
Praceps.	Non tam præcipiti ruerẽt in prælia curſu. *Lucanus 7.*
Volucer.	————in volucri tenuis fiducia curſu Præcipitat ſuſpenſa fugam. *Stat.The.5.*
Anhelus.	————curſu cui ſemper anhelo Votiuã taciti quaſſãmus lampada Myſtæ. *idem ſyl.4.*

Exanimis.	Nuntius exanimi ſuſpenſus pectora curſu.	*Stat. The.* 11.
Incertus.	Errat curſu leuis incerto.	*Sen. Her. fu.*
Citatus.	Properat curſu vita citato.	*ibid.*
Citus.	——————curſibus motæ citis	
	Ventos ſequantur.	*idem* Hip.
Mobilis.	Ætate fruere, mobili curſu fugit.	*ibid.*
Timidus.	——————timido Peneïa curſu	
	Fugit.	*Ouid. met.* 1.
Prapes.	——————præpete curſu euolat,	
	Summam citato vix gradu tangens humũ.	*ibid.*
Properus.	I, perge propero regiam curſu pete.	*Sen. Oed.*
Rapidus.	Proſiluere alacres curſu rapido.	*Prud. de cor.*
Ingens.	Ingẽti vadit curſu, qua redditus termo eſt.	*Ennius.*
Pernix.	Pernici velox curſu rapit incita membra.	*Silius* 2.
	—— ——————ruit ocyus amens	
Lymphatus.	Lymphato curſu.	*idem* 1.
Trepidus.	Quo ſecũq; fugax trepidis fert curſib⁹ agmẽ.	*Pru. Pſyc.*
Fulmineus.	Barbara fulmineo ſecuit tentoria curſu.	*Cl. au. pan.* 2
	Vt Tigris orba gnatis	
Furens.	Curſu furente luſtrat	
	Gangeticum nemus.	*Sen. Med.*
Inſanus.	———prima eſt inſano concita curſu.	*Ouid. met.* 3.
Defrænatus.	Et defrænato voluuntur in æquora curſu.	*idem met.* 1.
Cæcus.	——————cæco trahis omnia curſu.	*Lucanus* 2.
Incitus.	———hunc petam curſu incito,	
	Non hæſitabit greſſus.	*Sen. Theb.*
Longus.	—& longos vbi circumflectere curſus.	*Vir. æneid.* 5
Inoffenſus.	———aſtra inoffenſos agant	
	Æterna curſus.	*Sen. Her. fu.*
Agilis.	Nec curſus agiles, ſed impeditum	
	Tardabant iter orbitæ tacentes.	*Stat. ſyl.* 4.
Auidus.	——————auidos illidit in ægrum	
	cornipedem curſus.	*idẽ Theb.* 11.
Facilis.	Da facilẽ curſũ, atq; audacib⁹ annue cœptis.	*Vir. geor.* 1.
Inuictus.	——————inuicti certamine curſus.	*Ouid. met.* 7
Magnus.	———ad lethum magno venientia curſu	
	Agmina.	*Silius* 16.
Rectus.	Quã nequiere proci recto deflectere curſu.	*Hor. ſer.* 2.
Vagus.	curſúſque vagos rapis aſtrorum,	
	celeríque polos turbine verſas.	*Sen. Hip.*

Pronus. Incitatus. Concitus. Properans. Apertus. Attonitus. Continuus. Declinis. Liquidus. Aerius. Æquoreus. Equeſter. Liber. Contẽtus. Effuſ⁹.

CVSPIS. *Vide* TELVM.

Eſt pars acuta gladij, cultri, enſis, haſtæ, ſpiculi.

Ærata. Fraxineā quatiens ærataæ cuſpidis haſtam. *Ouid. met.* 5.
Sæua. Et librat ſæuâ coniectum cuſpide ferrum. *Silius* 4.
Acuta. Ferratáſque ſudes, & acuta cuſpide cõtos. *Vir. æneid.* 5.
Longa. Alternos longa nitentem cuſpide greſſus. *Vir. æneid.* 12.
Dira. Et dira è ſumma pendebat caſſide cuſpis. *Silius* 7.
Fera. Sæpe fera toruos cuſpide fixit apros. *Oui. de ar.* 2.
Præacuta. —vbi viderunt præacutæ cuſpidis haſtas. *idem met.* 7.
Fulgens. Qua naſci ferrum fulgenti cuſpide cernit. *Silius* 5.
Tremenda. Dardanas turres quateret tremenda
Cuſpide pugnax. *Hor. car.* 2.
Cita. ——magno cita turbine cuſpis
Fertur in aduerſum. *Stat. Th.* 9.
Medicata. ———medicatæ cuſpidis ictu
Prælia moliri, & nudo non credere ferro. *Silius* 13.
Infeſta. ———infeſta tareſcunt cuſpide pugnæ. *Valerius* 6.
Violenta. Mauortia. Martia. Dira.

CVSPIS, pro Tridente.

Trifida. ——trifida & Neptunus cuſpide montes
Impulit aduerſos. *Cl. de rap.* 2.
Triplex. ———tripliei quid cuſpide poſſim
Sentiat. *Oui. met.* 12.

CVSTODIA.

Vigil. Dumq; vigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros. *O. m.* 12.
Peruigil. Peruigil alterno paret cuſtodia ſigno. *Lucanus* 4.
Solers. ——& pecudum cuſtodia ſolers. *Virg. geor.* 4.
Triſtis. Nam nihil inuitæ triſtis cuſtodia prodeſt. *Propert.* 2.
Sæua. —poſita eſt noſtræ cuſtodia ſæua puellæ. *Tibul.* 1.
Dura. ——quos dura premit cuſtodia matrum. *Horat. Ep.* 1.

CVSTOS.

Nocturnus. Vigil. Peruigil. Pernox. Inſomnis.
Vigilans. Aſſiduus. Acer. Fidus. Fidelis.

CVTIS.

Ægra. Arida. Atra. Candida. Dura.
Tenuis. Tenera. Lactea. Mollis. V. CORPVS.

CYANEÆ.

Duæ ſunt paruæ inſulæ, tam exiguo ſpatio ab inuicem diſiunctæ, vt quaſi videantur concurrentes. Dicuntur alio nomine Symplegades. Crediderunt antiqui, eas inſulas olim per mare mobiles, inſtar nauigiorum ſupernauigaſſe: nam & ipſe Plinius eas planetas, hoc eſt, errantes

appellauit. Ad rem faciunt quæ de illis ſcripſit Valer. Flac Argon. l.4.

Hinc iter ad Ponti caput, errantéſque per altum
Cyaneas: furor his medio concurrere ponto:
Nec dum vllas videre rates, ſua comminus actæ
Saxa petunt, cautéſque ſuas, cùm vincula mundi
Ima labant, tremere ecce ſolum, tremere ecce repente
Tecta vides, illæ redeunt, illæ æquore certant.
——propulsáque fortibus Auſtris

Inſtabiles. Tranſeat inſtabiles ſtrenua cyaneas. *Ouid. triſt. 1.*
Errantes. Hinc iter ad Ponti caput, errantéſque per altum
cyaneas. *Valer. 4.*
Scopuloſa. ——cyaneæ concurrunt æquore cautes. *idem 1.*
Præcipites. cyaneæ iuga præcipites illiſa remittunt. *idem 6.*

CYATHVS.

Vas eſt quo bibitur. V. Poculum. cymbium. crater, &c.
Commodus. Miſcentur cyathis pocula commodis. *Hor. car. 3.*

CYBELE. *CYBELLE.*

Cybele, vel Cybelle, ſic dicta à Cybelo Phrygiæ oppido, item & Berecynthia à 1 Berecyntho monte, vbi ei ſacra fiebant, ſicut & in Ida monte, vnde 2 Idæa vocatur, & 3 Phrygia: Saturni vxor erat, Ops vocatur, & terra, eiq; propterea currus leoneſq; biiuges attribuuntur, quod, (vt aiunt) terra medio aere eſt penſilis, & circa eam veluti rotis actus curulibus, mundus circumuoluitur. 4 Fingebatur cum corona, turribus in orbem circumplicatis, ad inſtar terræ vrbibus & caſtellis vndequaque præcinctæ. Hinc eſt quod vocatur Mater; nam terra communis omnium eſt parens, & mater Deorum, quia terra omnia gignit. Dicitur Rhea ἀπὸ τοῦ ῥέω, *fluo: nam terra eſt affluens omnium quæ victui ſuppetunt. Vocatur Peſinuntia à 5 Peſinunte oppido, & Dindymene à 6 Dindymo monte in Phrygia, vbi corybantes & Galli exſecti, & euirati Sacerdotes varijs cultrorum digladiationibus inuicem ſanguinem appetebant, quem deinde cum vulneribus, & cultris ad ſonum cymbalorum, tympanorum, fiſtularum, inconditis inſuper clamoribus in fluuio lauabant.*

1 *Berecynth.* Ipſa Deûm fertur genitrix Berecynthia magnum
Genitr. Deû. Vocibus his affata Iouem. *Virg. Æn. 9.*
6 *Dindym.* Simul ite Dindymenæ Dominæ vaga pecora. *Catul.*
——qualis Berecynthia mater
4 *Turrita.* Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes
Læta Deû partu centû cõplexa nepotes. *Virg. Æn. 6.*
Magna. Vertice turrigero iuxta Dea magna cybelle. *Prop. 3.*
4 *Turrigera.* Turrigerámque petit cybelen ſinuoſa draconum

Membra regens. *Cl. de rap.* 1.
Idæa. Idæam vocitant matrem. *Lucret.* 2.
3 *Phrygia.* Idæumque Iouem, Phrygiamque ex ordine matrem
Inuocat. , *Virg. æn.* 7.
Cybeleia. —————Cybeleia mater
Concinitur Phrygijs exululata modis. *Oui. d. a.* 1.
Sacra. Dyndimus, & ſacræ fabricata inuenta Cybelles. *Pr.* 3.
Sancta Deûm genitrix. *Genitrix fœcunda deorum.*
Alma parens Idæa. *Cæleſtis mater.* 5 *Peſinuntia.*

CYCLADES.

Inſulæ ſunt in mari Ægeo circa inſulam Delon, quam vndequaque cingunt: ſunt quinquaginta numero, quarum nomina perſequitur. Plinius l. 4. cap. 12.

Sparſæ —————ſparſáſque per æquor
per æquor. Cycladas, &c. *Virg. æn.* 3.
Ægææ. Cycladas Ægæas obſtupuiſſe puto. *Oui. triſt.* 1.
Nitens. Interfuſa nitentes
Vites æquora Cycladas. *Hor. Car.* 1.
Fulgentes. Quæ Gnidon fulgenteſque tenet Cycladas. *Hor. Car.* 3.
Altæ. ———placet ire per altas — Cycladas. *Stat. Ach.* 1.
Vadoſæ. —————Interque vadoſas
Cycladas, Ægeæ frangunt vbi ſaxa procellæ. *Ibidem.*
Procelloſæ. *Naufragæ.*

CYCLAS.

Eſt veſtis fœminea, quâ totum corpus in veli modum operitur.

Tenuis. Hæc ſunt quæ tenui ſudant in cyclade. *Iuuen. ſat* 6.
Longa. —————longâ cyclade verrit humum. *Propertius.*
Aurata. —————auratâ cyclade verrit humum. *idem* 4.

CYCLOPS. *Vide* Polyphemus.

Cyclopes, erant homines immani corporis ſpecie, qui apud Poetas fingebantur fulmen Iouis in Lipara inſula conficere. Horum nobiliſſimi cenſentur, Brontes, Steropes & Pyragmon, quorum nomina, & artem paucis expoſuit Virgilius Æncid. 8.

Ferrum exercebant vaſto cyclopes in antro,
Brontéſque, Steropéſque, & nudus membra Pyragmon.

ſed Claudianus eorum munia artemque clariùs expoſuit his verſibus:

—————vobis iam Mulciber arma
Præparat, & Sicula cyclops incude laborat,
Brontes innumeris exaſperat Ægida ſignis.
Altum fulmineâ criſpare in caſſide conum
Feſtinat Steropes, nectit thoraca Pyragmon,
Igniflúiſque gemit Lipare fumoſa cauernis.

Infandus. Infandi cyclopes,& altis montibus errant. *Vir. æneid.* 3.
Vaſtus. ——————vaſtóſque ab rupe cyclopas
Aſpicio. *Vir. æneid.* 3.
Ætnæus. Ætnæi cyclopes,& huc aduertite mẽtem. *Vir. æneid.* 8.
Ferus. Huc ferus aſcẽdit cyclops, mediúſq; reſedit. *Ou. met.* 13
Immãſuetus.——————immanſuetique cyclopis
Ire negabamus, vel tecta ignota ſubire. *idẽ met.* 14.
Rapidi. Qualis Ætnæis rapidi cyclopes in antris. *Valerius* 4.

CYCNVS.

Regulus erat in Italia, quem dicunt mortem Phaetontis ægrè ferentem, in auem ſui nominis fuiſſe mutatum. De eo ſic habet Virgilius Æneid. 10.

Námque ferunt luctu cycnum Phaetontis amati,
Populeas inter frondes, vmbrámque ſororum
Dum canit,& mœſtum muſâ ſolatur amorem:
canentem molli pluma duxiſſe ſenectam,
Linquentem terras,& ſydera voce ſequentem.

Vide Ouidium Metamorph. 2. *Veneri ſacer erat.* 1 *Cayſter fluuius Lydiæ* 2 *Cycnis affluit.*

Niueus. Paſcentẽ niueos herboſo flumine cycnos. *Virg. geor.* 2.
Flumineus. Non ego fluminei referã mendacia cycni. *Ou. epiſt.* 8.
Amãs flum. cederet anſerib*, nec amãti flumina cycno. *idem met.* 2.
2 *Cayſtrius.* Vtque iacens ripa deflere caïſtrius ales
Dicitur, ore ſuam deficiente necem. *Ouid. triſt.* 5.
Mollis. ———molles agitat Venus aurea cycnos. *Stat. ſyl.* 5.
Cantator Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Funeris. cantator cycnus funeris ipſe ſui. *Mar. epig.* 13.
Raucus. Dant ſonitũ rauci per ſtagna loquacia cycni. *Vir. æn.* 11.
————rubrâ fuluus Iouis ales in æthra
Littoreus. Littoreas agitabat aues, turbámque ſonantem
Aliger. Agminis aligeri. *Vir. æneid.* 11

1 *Idalius.* 3 *Dionæus.*

CYDNVS. *Ciliciæ fluuius.*

At te cydne canam, tacitis qui leniter vndis
Cæruleus. cæruleus placidis per vada ſerpis aquis. *Tibullus* 1.

CYLLARVS.

Pollucis filij 1 *Ledæ equus eſt, ex* 2 *Amyclis in* 3 *Laconia, vbi Sparta ciuitas, oriundus.*

2 *Amyclæus.* Talis Amiclæi domitus Pollucis habenis
cyllarus. *Virg. geor.* 3.
3 *Spartanus.* ſpartanum poteris flectere cyllarum. *Sen. Hipp.*
1 *Ledæus.* Et paucæ aſpiciens Ledæus ab æde propinqua

Cyllarus. *Stat ſyl.* 1.

CYLLENE.

Mōs Arcadiæ vbi Maja Mercuriū enixa eſt, vnde Cyllenius appellatur.

Vobis Mercurius pater eſt quem candida Maja

Gelida. Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. *Virg. æn* 8.

Cupreſſifera Hæc enixa iugo cupreſſiferæ Cyllenes. *Oui. faſt.* 5.

Fœlix ——non ipſa Deo vocat alite fœlix

Mercurio. Cyllene. *Statius.*

CYMBA, parua nauicula.

Inſtabilis. Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram

Tollunt. *Virg. geor.* 4.

Concaua. Concaua trajecto cymba rudente vehat. *Ouid am.* 3.

Celeris. Pars pede, pars etiā celeri decurrite cymba. *Ouid. faſt.* 6.

Sutilis. ——gemuit ſub pondere cymba

Sutilis. *vir. æneid.* 8

Fugax. Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci. *Prop.* 3.

CYMBALVM.

Eſt inſtrumentum muſicum, quod in ſacris Cybeles matris deorum cum tympanis, & fiſtulis adhibebatur.

Vocale. ——alius vocalia cymbala mergit. *Nemeſ. ecl.*

—tympana tenta ſonant, & cymbala circum

Concauum. Concaua *Lucret.* 2.

Raucum. Tundet ad Idæos cymbala rauca choros. *Prop.* 3.

CYMBIVM.

Eſt poculi genus, factum ex luto, in formam cymbæ.

Fictū luto. Ficta Sagunthino cymbia malo luto. *Mar. ep* 8.

Spum. lacte. Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. *Val.* 3.

Argenteum. Cymbiaq; argento perfecta, atq; aſpera ſignis. *Val.* 5.

CYNOSVRA. V. Arctos Vrſa.

Cicero l. 2. *de Natura Deorum, citans Aratum, quid ſit Cynoſuræ explicat.* Hunc circū ἄρκτοι, duæ feruntur nunquam occidentes

Ex his altera apud Grajos cynoſura vocatur

Altera dicitur eſſe Helice.

CYNTHIA.

Cynthiam pro Luna, & Diana promiſcue vſurpant Poëtæ.

Tu curua recines lyra

Celeris. Latonam, & celeris ſpicula cynthiæ. *Hor. Car.* 3.

CYNTHIA. *LVNA.*

Pura. Puráque nec grauido ſurrexit Cynthia cornu. *Val.* 2.

————quo ſaucia vento

Decolor. Decolor iratos attollat Cynthia vultus. *Cl. Pan.* 2.

Vaga. Saturn⁹ profugus vaga cynthia, Phœbus, ephœbus. *Sid. app.*
Moder. noct.—Arcanæ moderatrix cynthia noctis. *Stat. th.* 10.

CYNTHIVS. V. Phœbus. Apollo.

CYPARISSVS. Vide Cupreſſus.

Puer erat qui mortem ceruæ, ab Syluano occiſæ, ægerrime ferens, dolore contabuit: hunc Syluanus in cupreſſum arborem mutauit. Virg. geo. 1.
Et tenerarn ab radice ferens Syluane cupreſſum.

CYPRVS.

Inſula Veneri ſacra, vnde dicitur Cypria, fœcunda metallis, & frugibus: ſita eſt ad ſinum Iſſicum: huic imperitauit Cynaras Rex, pater Myrrhæ.

Opima.	——genitor tùm Belus opimam Vaſtabat cyprum.	*Virg. æn.* 1.
Cynarea.	Quæſtor ab Icario cynareæ littore cypri.	*Lucan.* 8.
Beata.	O quæ beatam diua tenes cyprum!	*Hor. Car.* 3.

CYTHERA. *Pluraliter. Inſula.*

Proloquetur Plinius l. 4. *cap* 12. Cythera cum oppido in Laconico ſinu inſula eſt, antea Porphyris appellata. Hæc ſita eſt à Maleæ Promontorio V. M. paſſ. ancipiti propter anguſtias nauium ambitu. *Veneri ſacra erat.*

Alta.	Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta cythera, &c	*V. æ.* 1.
	Tunc læua Creten, dextra Pelopeidas vndas	
Veneri ſacra.	Deſerit, & Veneri ſacra cythera petit.	*Oui. faſt.* 4.

CYTORVS.

Paphlagoniæ mons, buxo abundans: vnde ea quæ ex buxo fiunt Cytoriaca à Poëtis *appellantur. Ouid. Met.* 4.
Sæpe cytoriaco diducit pectine crines.

Vndãs buxo.	Et iuuat vndantem buxo ſpectare cytorum.	*Virg. geo.* 2.
Buxifer.	Amaſtri pontica & cytore buxifer.	*Catull.*

D.

DÆDALVS.

Faber ingenioſiſſimus, qui crudelitatem Minois Regis Cretæ, humeris alis aptatis per aërem fugit. ab eo omnia affabrè facta dædala vocantur. V. Ouid. Met. 8. & Virg. *Æneid.* 6.

Celeberrim⁹.	Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.	*Ou. met.* 8.
callidus.	————callidus medium ſenex Dædalus librans iter.	*Sen.*
Faber.	Et mare percuſſũ puero, fabrũq; volantẽ.	*Iuuen. ſat.* 1.

DÆMON.

Vagans. Noctis ſatelles. Tartareus miniſter. V. Pluto.

DAMA. *Genus capræ ſyluestris, tam maſcul. quàm fœmin.*

Timidus.	——timidi damæ, ceruique fugaces.	*Vir. georg.* 3.

Agreſtis.	———agreſtes ſupereſt tibi figere Damas.	*ſtat. Th.* 9.
Imbellis.	Aſpicis imbelles tentent quam fortia damas	
	Prælia.	*Mar. epig.* 4.
Velox.	Nunc veloces figis damas	
	Leuiore manu.	*ſen. Hip.*
Pauida.	Et ſuperiecto pauidæ natarũt	
	Æquore damæ.	*Hor. car.* 1.

DAMNVM.

Triſte.	Damna ſub aduerſo triſtia Marte tulit.	*Ouid. faſt.* 1
Flebile.	———iam nulli flebile damnum.	*Claud. in Ruf.* 2.
Ferale.	———& feralia bubo	
	Damna canens.	*ſtat. Theb.* 3.
Acerbum.	——————qui ſemper acerbis	
	Me damnis vrgere ſolet.	*Claud. Gig.*
Fatale.	ſed quoniã accedũt fatalib⁹ hæc quoq; damnis.	*O. faſt.* 1
	——————nec damna pudoris	
Turpe.	Turpia ſufficiunt.	*cl. de be. Gil.*

Graue. Irreparabile. Hoſtile. Violentum.

DANAVS.

Filius Beli, & Rex Ægypti, quinquaginta filias habuit, quæ omnes. vnâ exceptâ Hypermneſtrâ, quæ Lino marito pepercit, ſuos maritos prima nuptiarum nocte interfecerunt. De iis aliquid reperies ad caput Belides.

DANAIDES. *Vide* Belides.

Infames.	Cocytus errans, & Danai genus	
	Infame.	*Hor. car.* 2.
Cruentæ	Nunc, nunc cruentæ Regis Ægyſti nurus,	
Nurus.	Adeſte multo ſanguine infectæ manus.	*ſen. Her. fu.*

Truces. Impiæ. ſceleſtæ.

DANVBIVS.

Plinius lib. 4. cap. 12. de Danubio ſic loquitur. Ortus in iugis Abnobæ montis Germaniæ, ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi, multis vltra Alpes millibus, ac per innumeras lapſus gentes, Danubii nomine, immenſo aquarum auctu, & vnde primum Illyricum alluit, Iſter appellatus, ſexaginta amnibus receptis, medio ferme eorum numero nauigabili, in pontum vaſtis ſex fluminibus euoluitur.

Profundus.	Non qui profundum Danubum bibunt.	*Hor. car.* 4.
capax.	Danubiuſq; capax, & Daci⁹ orbe remoto.	*Ou. ad Liu.*
Ferox.	——alii per terga ferocis	
	Danubij ſolidata ruunt.	*cl. in Ruf.*
Rapidus.	——at rapidus tacitas prætermeat ingens	
Ingens.	Danubius ripas.	*clau. pan.* 8.

Maximus. Innumeríque alii, quos inter maximus omnes
cedere Danubius ſe tibi Nile negat *Ou. pont.* 4.
Vagus. Vide *Flumen, Amnis, Fluuius.*

DAPES.

Feſtæ. Diffugiunt, feſtáſque dapes, redimitáque vina
Abripiunt. *stat. ſyl.* 3.
Benignæ. Egens benignæ Tantalus ſemper dapis. *Hor. epod.* 1
Ambroſiæ. Temperat ambroſias cum tua cura dapes. *Mar. epig.* 4.
Opimæ. Extruimúſq; toros, dapibúſq; epulamur opimis. *V. æ.* 3.
Opulentæ. Lautæ. Lætæ.

DAPHNE.

Filia Penei fluuij Theſſaliæ, quæ ab Apolline adamata, in laurum arborem mutata eſt. V Ouid. met. 1.
Peneïa. Primus amor Phœbi Daphne Peneia. *Ouid. met.* 1.
Peneïs. ——hoc Deus in Nympha Peneide fixit. *Ibidem.*
Phœb. virgo. Tempora Phœbæa Virgine nexa tulit. *idem pont.* 2.

DARDANVS.

Iouis ex Electra Atlantis filia, Coriti Regis Italiæ vxore filius, pulſus ab incolis ſubditiſque in Phrygiã ſe recepit, vbi Ilium condidit. Hic Troianorum primus Rex, & à quo gens Troiana nomen obtinuit. De eo ecce Virgil. Æneid. 8.
Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & author,
Electra vt Graij perhibent Atlantide cretus
Aduehitur Teucros.
Auth. Troiæ. Ilus, Aſſaracúſq; & Troiæ Dardanꝰ author. *Vir. Æneid.* 6

DEA. V. Deus. Dii.

DECEMBER.

Gelidus. —gelido tremerem cùm menſe Decembri. *Ou. triſt.* 1.
Hybernus. Voluit in hybernum glaciali fine Decembrẽ. *Auſ. edyl.*
Fumoſus. Talia luduntur fumoſo menſe Decembri. *Ouid. triſt.* 2.
Grau. mero. Et multo grauidus mero December. *stat. ſyl.* 1.
canus. At cùm December canus, & bruma impotens
Aquilone rauco mugiet. *Mar. epig.* 1.
Horridus. Horridus ecce ſonat Boreæ ſtridore Decẽber. *M. ep.* 7.
Atrox. Cum flaret madidâ fauce December atrox.

DECOR.

Decor, vt ait Valla, eſt quaſi pulchritudo quædam, ex decentia rerum, perſonarúmque in locis, temporibus, ſiue in agendo, ſiue in loquendo.
Diuinus. ——diuini ſigna decoris
Ardentéſque notate oculos. *Vir. Æn.* 5.
Verecundus. sola verecundo deerat prætexta decori. *stat. ſyl.* 2.

Virgineus. Vincit virgineus decor. *Sen. Med.*

Tener. Tenerque nitidi corporis cecidit decor. *Sen. Hip.*

———nondum validę tibi ſigna iuuentæ

Integer. Irrepſere genis, & adhuc decor integer æui. *Stat. ſyl. 5.*

Eximius. Carpitur eximium fato Priſcilla decorem. *Stat. ſyl. 5.*

Incomptus. In te magis refulget incomptus decor. *Sen. Hip.*

Decens. Venuſtus. Modeſtus.

DECVRSVS. *Vide* Curſus.

Pronus. Atque illud prono præceps agitur decurſu. *Catull.*

Rapidus. Aut vbi decurſu rapido, de montibus altis
Dant ſonitum. *Virg. æn. 12.*

Magnus. ———magnus decurſus aquarum
Vndique declarat. *Lucret. 5.*

DECVS.

Eſt honor propriè ex rebus bene geſtis emanans.

———cum ſpiſſis nitido flauentibus auro.

Regale. Et regale decus, &c. *Oui. Met. 9.*

Regium. ———regium vultu decus
Gerens, & alto vertice attollens caput. *Sen. Hip.*

Inſigne. —decus inſigne, & quæſitum cuſpide nomen. *Silius 7.*

Altum. ———veterum decora alta parentum. *Virg. Æn. 2.*
O & de latio, ô & de gente Quirinâ

Præcipuum. Præcipuum matrona decus! *Oui. me. 14.*

Æternum. ———æternum ſic habet illa decus. *Oui. triſt. 3.*

Admirabile. Parce puer noſtri decus admirabile ſecli. *Oui. pont. 2.*

Dulce. O & præſidium, & dulce decus meum. *Hor. Car. 1.*
Phœbe ſyluarumque potens Diana

Lucidum. Lucidum cœli decus. *Hor. Car. 3.*

Egregium. Egregium mirata decus. *Stat. ſyl. 1.*

Eximium. Sed decus eximium formę par reddit imago. *Stat. ſyl. 3.*

Ingens. Decus illud ingens, Gręciæ florem inclytū. *Sen. Hip.*

Immortale. Aurea ſacrarum decus immortale comarū. *Cl. in Eutro.*

Superbum. Pectora noſtra calent quæ te via ſcire ſuperbum
Ad decus, & ſummas laudum perduxerit artes. *Sil. 13.*

Maximum. Nam te Pelaſgæ maximum gentis decus
Ad ſancta lecti iura legitimi petit. *Sen. tro.*

Natiuum. Natiuum retinent inuiolata decus. *Oui. de nuce*

Venerabile. Permanſiſſe decus ſacræ venerabile formæ. *Lucan. 8.*

Ventoſum. Ventoſumq; decus, tituliq; in morte latētes. *Stat. th. 10.*

Inclytum. Verum. Sublime. Conſpicuum.

DEDECVS.

Ingens. ———heu dedecus ingens!

Mynichus exclamat. *Oui. me.* 12.

Inceſtum. Infandas etiam Veneres inceſtáque noctis
Dedecora. *Auſ. eph.*

Grande. Grande ferunt vna cum damno dedecus. *Hor. ſat.* 2.

Magnum. Ebrius & (magnum quod dedecus) ambulat ante
Noctem cum facibus. *Hor. ſer.* 1.

Probroſum. *Maculoſum.* *Turpe.* *Pudendum.*

DEVS. DEI. DII. DIVI.

Sancti. Non dicta in ſanctos impia verba deos. *Tib.* 1.

Æterni. Dicit in æternos aſpera verba Deos. *Tib.* 4.

Perennis. Deus ex Deo perennis. *Prud. cath.*

Æquus. Sed bene conſuluit caſto Deus æquus amori. *Oui. ep.* 1.

Iuſti. Prodeat iuſtis operata diuis. *Hor. car.* 4.

Magni. Ardet, vt ad magnos pinea tæda deos. *Ouid. ep.* 12.

Potens. ———queriturque DEO placuiſſe potenti. *Oui. Ep.* 9.

Immortalis. ———Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Inſiluit. *Hor de art. poet.*

Nitidi. Reſtabant nitido iam duo ſigna Deo. *Oui. faſt.* 3.

Alti. ———altorum Rexque, paterque Deûm. *O. faſt.* 3.

Inuicti. Et probat inuictos illa tenere DEOS. *Oui. faſt.* 5.

Superi. Pro ſuperi, viridéſque Dei quibus ęquora curæ. *O. triſt.* 1.

———cœleſti ſede receptum

Fortunati. Cum fortunatis ſuſpicor eſſe diis. *Oui. pont.* 5.

Quo nihil maius melius-ve terris

Boni. Fata donauere bonique diui
Nec dabunt. *Hor. Car.* 4.

Benigni. Dabimuſque diuis thura benignis. *Hor. ibid.*

Recti. Fana DEOS habuere rectos. *Hor. ibid.*

Morte carentes. ———gelidáque diuos
Morte carentes. *Hor. car.* 2.

Terr. Dom. Terrarum dominos quam colis ipſe Deos. *Oui. Pont.* 1.

Rerũ Dom. In rerum dominos mouimus arma deos. *Ouid pont.* 2.

Præſides. Velata iuxta præſides adſtat deos. *Sen. Her. Fur.*

Secundi. ———nec dedignere ſecundos
Expectare DEOS. *Silius* 4.

Dexter. Perge age, fer greſſus dexter DEus horáq; noſtra eſt. *Sil.* 12.

Præſens. Nec tam preſentes alibi cognoſcere diuos. *Virg Ecl.* 1.

Propenſi. Ad pia propenſos vota vocate deos. *Oui. faſt.* 1.

———at Deus ingens
Atque ſuperfulus trans omnia nil habet in ſe

Extremũ vt claudi valeat, ſenſuve teneri. *Prud. Apot.*

Propitij. Fauentes. Dextri. Auſpices. Superi.
cæleſtes. Deus mitis. Opifex. Dominus. Numen ſacrum.
Iudex. Vltor. Facilis. Placatus. Placidus.
Iniquus. crudelis. Auerſus. Ingens. Inuictus.
Potens. Magnus. Exorabilis. Hominum parens.

DII. *IDOLA.*

Coli iubetis Numina,
Exciſa fabrili manu,
Cauis recocta & follibus,
Immota, cæca, elinguia. *Prud. de Cor.*

Infames. Monſtra Deorum. Ridenda ſigna.
Monſtruoſa Idola. Portenta Deorum. Nigra idola.
Prodigia. Adulteri. Dij carioſi.
Larua. Turpes. Mortiferi. Spurci Ioues.
Inceſti. Impudici. Probroſa Numina.

IVPPITER DEVS.

Rector Deûm. Regnator Deûm. Rex Deorum.
Saturnius. Summus Deûm. Opifex triſulci fulminis.
Pater Æthereus. Rex Superûm. Magnus Tonans.
Ætheriæ potens dominator aulæ. Vide IVPPITER.

APOLLO DEVS.

Fatidicus. Latonigena. Latous. Latonius. Arcitenens.
Cynthius. Delius. Augur. Clarius. V. APOLLO.

PLVTO DEVS, *ſeu*, Dii inferi.

Imi Deorum. Domini vmbrarum. Tenebrarum potentes.
Stygij. Noctis arbitri. Vmbrarum potentes.
Dij nigri. Tartarei. Dij lethæi.
Ferales. Triſtes. Dij noctis opacæ.

V. MANES.

DII MARIS.

Æquorei. Cærulei. Virides. Glauci.
Quibus æquora curæ. Numina aquarum.

SEMIDEI.

Fauni. Satyri. Panes. Syluani.
Nymphæ. Monticolæ. Agreſtes. Syluestres.
Ruſtica Numina. Montana Numina.
Dij nemorum. Paganica Numina.
Semideûm pecus, &c. v. Faunus. Satyrus. Pan. Nympha.

DEIANIRA.

Deianira fuit filia 1 OEnei Regis 2 Calydoniæ 3 in Ætolia, & ſoror Meleagri. Nupſit Herculi, quem tunica Neſſi Centauri ſanguine infecta

infecta exuſſit. Tantis enim cruciatibus Hercules affectus eſt, vt dolorum impatiens, ſe in ingentem pyram, in monte OEta extructam, conjecerit: illa iuſtâ vindictâ pœnas à ſe exegit, pectore gladio tranſuerberato. Vide Ouid. Metamorph. 9. & Sen. Hercul. OEt. Vide inſuper Epiſt. 9. Ouid. quæ totam ferè hiſtoriam complectitur.

Pulcherrima. ———quondam pulcherrima Virgo,
Multorúmq; fuit ſpes inuidioſa procorũ. *Ou. met. 9.*
Ætolis. Forſitan expulsâ Ætolide Deïanirâ. *idem epiſt. 9.*
Impia. Impia, quid dubitas, Deïanira, mori? *ibid.*
OEneis. Flemus caſus, OEnei, tuos. *Sen Her. œt.*
Calydonis. Tradidit Aoniꝰ pauidã Calydonida Neſſo. *Ou. met. 9.*

DEIDAMIA.

Filia Lycomedis, Regis Scyri inſulæ, quam Achilles duxit, ex eâque Pyrrhum filium ſuſcepit. Huius rei amplam deſcriptionem habes apud Statium lib. 1. & 2. Achilleidos.

Scyrias. Scyrias Æmonio victa puella viro. *O. de arte 1.*
Scyria. Scyria nec viduo Deidamia viro. *Propert. 2.*
Pulcherrima. ————————pulcherrima turbæ
Deidamia ſuæ. *St. Achill. 2.*

DEIPHOBE.

Virgo, filia 1 Glauci Dei Marini, Sibylla, quæ Æneam ad inferos duxit. V. Virg. Æneid. 6. *Oracula 2 reddebat 3 Cumis in Italia; vnde dicitur Cumana, & Euboïca: nam Calcidenſes Eubœæ inſulæ accolæ, Cumas condiderunt.*

3 *Cumæa.* Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antróque remugit,
Obſcuris vera inuoluens. *Virg. Æn. 6.*
3 *Cumana.* Vincas Cumanam tu quoque Deiphoben. *Auſonius.*
Sacerdos. ———vnâ Phœbi, Triuiæque Sacerdos
1 *Filia Glauci.* Deiphobe Glauci. *Virg. Æn. 6.*
Sanctiſſima. ————túque ô ſanctiſſima Vates,
2 *Præſcia vẽt.* Præſcia venturi. *ibid.*
Immanis. At Phœbi nondum patiens, immanis in antro
2 *Vates,* Bacchatur Vates. *ibid.*
————————non vlla laborum,
Virgo. O Virgo noua mî facies, inopináue ſurgit. *ibid.*
————————auidúſque refringit
2 *Sibylla.* Cunctãtẽ, & Vatis portat ſub tecta Sibyllę. *ibid.*
Viuax. Littora Cumarum, viuacíſque antra Sibyllæ
Intrat. *Ou. Met. 13.*
Longæua. Olli ſic breuiter fata eſt longæua Sacerdos. *ibid.*
Docta. Et ni docta comes vacuas ſine corpore vitas

Admoneat. *ibid.*

Alma. Alma precor miſerere. *ibid.*

3 *Euboica.* ——Euboicæ carmen legit ille Sibyllæ. *Stat. ſyl. 1.*

Amphryſia. —cõtra breuiter fata eſt Amphryſia vates. *Virg. Æn. 6.*

Ab Amphryſo fluuio, propter quem Phœbus armenta Admeti pauit.

V. Sibylla.

DEIPHOBVS.

Priami, & Hecubæ filius, qui mortuo Paride fratre, Helenam duxit, à qua proditus, occiſus eſt in excidio Troiano. V. Virg. Æneid. 6.

———————non ferox

Acer. Hector, vel acer Deiphobus. Hor. *car. 4.*

Priamides. Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobũ vidit lacerum crudeliter ora. *Virg. Æn. 6.*

Armipotens. Deiphobe armipotẽs, genus alto à ſanguine Diuũ. *ibid.*

DELICIÆ.

Faciles. Nec tibi deliciæ faciles, vulgatáque tantum
Munera contingent. *Ou. met. 13.*

Blanda. Dulces. Pueriles. Lepidæ. Elegantes. Geniales.
Molles. Laſciuæ. Teneræ. Mites. Gratæ. Amœnæ.

DELOS.

Inſula in mari Ægæo, vna è Cycladibus, clara templo, & natalibus 1 Apollinis, quem ibi 2 Latona metu Iunonis deliteſcẽs, cum Diana peperit: ante aduentum Latonæ per mare 3 errans, ventiſque impulſa vagabatur, eam Apollo ſtabilem fecit. Rem explicat fusè Virgilius Æneid. 3. cuius verſus ſubiecimus.

Sacra mari colitur medio gratiſſima tellus
Nereidum matri, & Neptuno Ægæo:
Quam pius Arcitenens, oras & littora circum,
Errantem, Mycone celſâ, Giaróque reuinxit,
Immotámque coli dedit, & contemnere ventos.

Dicta eſt 4 Ortygia à coturnicibus, quas ortygias Græci vocant, quibus abundat.

2 *Latonia.* Cui nõ dict⁹ Hylas puer, & Latonia Delos. *Virg. geor. 3.*

1 *Appollinis* ——vos totidem tollite laudibus.
natalis. Natalémque mares Delon Apollinis. *Hor. car. 1.*

1 *Amata Ph.* Et Paros, & Clario Delos amata Deo. *O de arte 2.*

Candida. Inque meis oculis candida Delos erat. *idem epiſt. 19*

3 *Erratica.* ——quam vix erratica Delos
Errantẽ accepit, tunc cũ leuis inſula nabat *idem met. 6.*

4 *Ortygia.* Linquimus Ortygiæ portus, pelagóq; volamus. *V. Æ. 3.*

1 *Apollinea.* Intrat Apollineã ſociis comitãtibus vrbẽ. *Ou. met. 13*

—————motóque in ſtamine Delos

3 Circunflua. Errat,& aurato trahitur circunflua ponto. *Claudianus.*

DELPHI. *plural.*

Eſt vrbs in Bœotia, propè montem Parnaſſum, templo, & oraculis 1 Apollinis percelebris.

Vtilium ſagax rerum,& diuina futuri

Sortilegi. Sortilegis,non diſcrepuit ſentētia Delphis. *Ho. de ar. p.*

Apolline inſignes. —vel Baccho Thebas,vel Apolline Delphos Inſignes, &c. *Hor. car. 1.*

DELPHIN, & Delphinus.

Deſcribit Delphinum Plinius lib. 9. cap. 8 Velociſſimum, *ait,* omnium animalium, non ſolum marinorum eſt Delphinus, ocyor volucre,ocyor telo:ac niſi multum infra roſtrum os illi foret, medio penè in ventre,nullus piſcium celeritatem eius euaderet. *Multa ibidem in eam rem reperies. Dicitur Delphinus Arionem tibicinem per mare ad littus deportaſſe: pro quo beneficio in cælum tranſlatus eſt.*

Curuus. Iā noſtros curui norunt Delphines amores *Ou ep. 17.*

Pandus. Tum neque ſe pandi poſſunt Delphines in auras Tollere,conantes dura coercet hyems. *idem triſt. 3.*

DELPHIN, ſignum cæleſte.

Cælatum ſtellis. Quem modo cælatum ſtellis Delphina videbas Is fugiet. *Ouid. faſt. 2.*

DELVBRVM.

Locus eſt, in quo ſimulachra Deorum reponuntur. Dictum vel, vt ait Feſtus, quaſi delibratum, id eſt, decorticatum: nam antiqui fuſtem decorticatum pro Deo habebant: vel à deluendo; nefas enim erat ad templum illotis manibus accedere. Pro templo ſumitur.

Altum. ———aras alta ad delubra Deorum Conſtitue. *Virg. geor. 4.*

Diues donis. Concipias animo,delubráque ditia donis. *Ouid. met. 2.*

Fauēs votis. Ille petens arcē,& delubra fauentia votis. *idem triſt. 4.*

Decorum. Nam ſæpe ante Deûm delubra decora,&c. *Lucretius 2.*

Sanctum. ———cur ſancta Deûm delubra,ſuáſque Diſcutit infeſto præclaras fulmine ſedes? *idem 6.*

Fulgens. —————fulgentia tecum Collecti trabeatus adit delubra Senatus. *Cl. Aug. pan.*

Sūptuoſum. His ſumptuoſa ſplendido Delubra creſcunt marmore. *Prud. de cor.*

Summum. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones Effugiunt. *Virg. Æn. 2.*

Sacrum. ————te ſacra ad delubra vocantem
Præcedit. *Iuu.ſat.13.*

DENS.

Candidus. Egnatius quod candidos habet dentes. *Catul.*
Niueus. Rumpere dum niueo vincula dente volet. *Ou. epiſt.17.*
Expolitus. Vt quo iſte veſter expolitior dens eſt. *Catull.*

DENS FOEDVS.

Cauus. Sputáque per dentes ire cruenta cauos. *Prop. 4.*
Luridus. ————quia luridi
Dentes, te quia rugæ
Turpant, & capitis niues. *Hor.car.4.*
Niger. Dente ſi nigro fieres, vel vno
Turpior vngui. *idem car. 2.*
Scaber. ————ſcabri rubigine dentes. *Ou. met.8.*
Ater. *Carioſus. Auidus. Obſcurus. Rubiginoſus.*
Eroſus. Buxeus. Exeſus. Turpis.

DENS inuidiæ, & calumniæ.

Inuidus. Et iam dente minus mordeor inuido. *Hor.car.4.*
Iniquus. ————liuor iniquo
Nullum de noſtris dente momordit opus. *Ou.triſt.4.*
Iniuſtus. Liuor, & iniuſto carpere dente ſolet. *idem pont.3.*
————dum tu celeres ſagittas
Timendus. Promis, hæc dentes acuit timendos. *Hor.car.3.*
Ater. An, ſi quis atro dente me petiuerit
Inultus vt flebo puer? *idem epod.*
Theoninus. Dente Theonino cum circumroditur, &c. *idem epiſt.1.*
Cruentus. ————doluere cruento
Dente laceſſiti. *idem epiſt.2.*
Rubiginoſus. Rubiginoſis cuncta dentibus rodit. *Mar. epig.5.*
————haud illum niger
Degener. Edáxque liuor dente degeneri petit. *Sen.Hip.*
Mordax. Non ego mordaci fodiā modo dente Maronē. *Sid. Ap.*
————lædere viuos
Inuiſus. Liuor, & inuiſo carpere dente ſolet. *Ouid.pont.3.*
Liuidus. ————ſæua dente liuido
Canidia rodens pollicem. *Hor. epod.*
Niger. *Durus. Malignus. Ignobilis. Maledicus.*
Sæuus. *Inhumanus. Procax. Crudelis. Iniurioſus.*

DENTES FERARVM.

Furialis. Sæuus, & infœlix furiali dente peremit. *Mar.epig.2.*
Fulmineus. Fulmineo ſpumātis apri ſum dente petitus. *Mar.epig.11.*
Vulnificus. Tunc vulnificos acuit dentes

Aper,& toto ſpumeus ore eſt. *Sen.Hip.*

Inſanus. Inſanos acuens furore dentes. *Prud.Cath.*

Aduncus. Fulmẽ habẽt acres in adũcis dẽtibus apri.*Ou. met.*10.

Obliquus. ———obliquo dente timendus aper. *idem epiſt.*4.

Rabidus. Et frangit rabidos demorſo carcere dentes.*Lucan.*10.

Saeuus. ———nil te niſi triſtia mandere ſæuo

Vulnera dente iuuat,ritúſq;referre Cyclopũ.*O.met.*15

Prædurus. Ne violes teneras præduro dente colũbas.*Mar.epig.*13.

Ferus. Exertus. Ieiunus. Magnus. Immanſuetus. Durus.

DENTES ſerpentum.

Vipereus. Vipereúmq;herbis hebetare & carmine dentẽ.*Silius* 8

Venenatus. Arua venenatis pro ſemine dẽtibus imples.*Ou.epiſt.*12.

Vncus. ———dentibus vncis

Horrendus draco. *idem met.*7.

DENS, pro anchora.

Tenax. ———tum dente tenaci

Anchora fundabat naues. *Virg.aneid.*6

DENS, pro vomere.

Vncus. ———tellus cum dente recluditur vnco. *Virg.geor.*2.

Curuus. Et veterem curuo dente reuellit humum. *Ouid. am.*3.

Durus. ———durum procudit arator

Vomeris obtuſi dentem. *Virg.geor.*1.

Ruricola. Pluráque ruricolis feriuntur dentibus oſſa.*Lucanus*7.

DENS, pro pectine.

crinalis. ———lacero crinales vertice dentes,

Et fractum pendebat ebur. *cl.de be.Gil.*

Denſus. —tenues denſo pectere dente comas. *Tibul.*1.

Eburnus. Tũc ſpicis,& dẽte comas illuſtris eburno.*cl. panig.* 1.

Numeroſus. ———morſu numeroſi dentis eburno,

Multifidum diſcrimen arat. *idẽ de nu. H.*

Buxeus. Eburneus. cytoriacus. Rarus.

DENS, pro ebore,aut Elephanto.

Indus. ———Indo quod dente politum

Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco. *catul.*

Libycus. Et valuæ Libyci nobile dentis opus. *Propert.*2.

Numida. Et totum Numidæ nobile dentis opus. *Ou.pont.*4.

Indicus. Et citrum vetus,Indicóſque dentes. *Mar.epig.*10

DESIDIA. V. Luxus. Otium.

Mollis. Non tibi deſidias molles,non marcida luxu

Otia. *clau.pan.*6.

Improba ———vitanda eſt improba Siren

Siren. Deſidia. *Hor.ſer.*2.

Imbellis. Deſidia imbellis, ſtudiũq; & cura quietis. *Sid. Apoll.*
Mala. Ignaua. Triſtis. Socors. Vecors.

DEVCALION.

Filius 1 Promethei, qui poſt diluuium cum vxore Pyrrha, iactis poſt terga lapidibus, vnde homines nati, genus humanum reparauit.
1 *Promethid.* Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet. *Ouid. me. 1.*

DEXTERA in bello.

Terribilis. Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra. *Ouid. met. 2.*
Audax. Penduláq; audaci mulcet palearia dextra. *idem met. 7.*
Fortis. ———————protentáque forti
Tela tenent dextra. *idem met. 8.*
Valida. Pyrithous valida quatiens venabula dextra. *ibid.*
Victrix. Victricémque petunt dextrâ coniũgere dextram. *ibid.*
Lethifera. Certaque lethiferâ direxit ſpicula dextrâ. *Oui. met. 12.*
Indomita. ———nec indomitæ debet præmia dextræ. *idẽ met. 13.*
Vtilis bello. ——————————tibi dextera bello
Vtilis, ingeniũ eſt quod eget moderamine noſtro. *ibid.*
Sacrilega. Irrita ſacrilegâ iactas incendia dextra. *Ou. met. 14.*
Ingens. ————iacet altum pectus, & ingens
Dextera. *Silius 10.*
Ferox. ———dextra ferox in vulnere ſæuit. *Claud. epig.*
Impia. Non bene Cæleſtes impia dextra colit. *Ou. epiſt. 7.*
Hoſtilis. Vt pro me hoſtili paterer ſuccedere dextræ
Quem genui. *Vir. Æn. 10.*
Crudelis. Dextera crudelis, quæ me fratréq; necauit. *Ou. ep. 10.*
Potens. Fata per Æneæ iuro, dextrámq; potentem. *Virg. Æn. 7.*
Fera. ——————rigidum fera dextera cornu
Dum tenet infregit. *Ouid. met. 9.*
Inuicta. ———inuictaque dextera bello. *Vir. æneid. 6.*
Strenua. Vltrix. Sanguinea. Fatifera.
Fulminea. Temeraria. Funerea. Noxia.

DEXTERA debilis, & ſupplex.

Inermis. ———dextras tendamus inermes. *idẽ æneid. 11.*
Tremula. ———tremula dat vina rubentia dextra. *Ouid. faſt. 5.*
Supplex. Dominíque pedes ſupplice dextra
Pronus adora. *Sen. Tro.*
Precans. Ille humilis, ſuppléxque oculos, dextrámq; precantem
Protẽdẽs, equidẽ merui, nec deprecor, inquit. *Vir. æn. 12.*
V. MANVS.

DIADEMA. *V.* Sceptrum.

Verendum. ——————motâque verendum

Turbauit diadema comâ. *Stat. Th.10.*

Rutilum. —rutilum frontis diadema retundit. *Prud. in ſym.*

Sacrum. —ſacro meritos ornat diademate crines. *Cl. Au pan.*

Regale. Regium. Inſigne. Nobile. Superbum.

DIANA.

Vide Hecate. Cynthia. Luna.

Diana, filia Iouis, & 2 Latonæ, ſoror Apollinis; Virgo, quæ vt deſidia molles & effœminatos homines à turpi luxuria auocaret, venationem inuenit, inſtituitque. Proptereáque dicitur nemorum Regina. Alio nomine vocatur Hecate, Cynthia, Triuia, Delia, Luna, Phœbe, Dictynna; de quibus cognominibus ſuis locis diximus. Huius laudes vide apud Senecæ Hippolytum. Hæc in Taurica Ponti regione, prope 3 Scythiam, vbi 6 Thoas Rex imperabat, victimis humanis placabatur: de quibus Ouid. in lib. de Triſt. & de Ponto, fuſè locutus eſt. His ſacrificijs Iphigenia filia Agamemnonis, 5 Regis Mycenarum, ſoror 4 Oreſtis, præerat. Vide Catull. ſæculare carmen ad Dianam.

2 Latonia. ——nemorum cultrix Latonia Virgo. *Vir. æneid. 11*

2 Latois. Prætentas ceſſaſſe ferunt Latoidis iras. *Ouid. met. 8.*

1 Progenies Iouis. O Latonia, maximi / Magna progenies Iouis. *Catull.*

Saua. Confiteor, timeo ſæuæ Latoidos iram. *Ou. epiſt. 19.*

Incincta. Quid iuuat incinctæ ſtudiũ exercere Dianæ? *idẽ ep. 14.*

Animoſa. Parce mouere feros animoſæ Virginis arcꝰ. *idẽ epiſt. 19.*

Pharetrata. Sacra pharetratæ dum facis ipſa Deæ. *ibid.*

Iaculatrix. Pallada nonne vides, iaculatricẽq; Dianã. *Ouid met. 5.*

Celeris. Solaque Naïadum celeri non nota Dianæ. *idem met. 4*

Pulchra. ——pulchrâ gaudet Latona Dianâ. *Iuuen ſat. 1.*

Innupta. ——innuptæ vetus excidit ira Dianæ. *Stat. Th. 7.*

Verecunda. Quique verecundæ ſpeculatẽ labra Dianæ. *Ouid. in Ib.*

Integra. ——notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ,
Virginea domitus ſagitta. *Hor. carm. 3.*

Torua. Et nondum toruæ Calydon inuiſa Dianæ. *Ouid. met 6.*

Agilis. Sic tibi ſecretis agilis Dea ſaltibus adſit. *idem epiſt 4.*

Montium cuſtos. Diua triformis.
Montium cuſtos, nemorúmque, Virgo,
Quæ laborantes vtero puellas
Ter vocata audis, adimiſque letho,
Diua triformis. *Hor. car. 3.*

Sylu. potens. Phœbe ſyluarumque potens Diana &c. *idem epod.*

Triuia. Iã ſubeunt Triuiæ lucos, atq; aurea tecta. *Vir. æneid. 6.*

Dea ſyluarum. Hîc Dea ſyluarum venatu feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore. *Ouid. met. 3.*

Conſ. Phœb. Conſortem Phœbi gens colit illa Deam. *Oui. Pōt.* 3.
Sancta. Quod quia ſit lectū ſancta præſente Diana,&c. *O. ep.* 19
Vallis erat piceis,& acutâ denſa cupreſſu
Succincta. Nomine Gargaphie, ſuccinctæ curæ Dianæ. *O. met.* 3
——— ——— littora multum
Montiuaga. Montiuagæ dilecta deæ. *Stat. Ach.* 1.

2 *Latonigena.*	*Inimica*	*Nemoroſa.*	*Candida.*
Triuia.	*belluis Virgo.*	*Virgo aſpera,*	2 *Latoia.*
Dictynna.	*Syluarum potens.*	*Caſta.*	*Nemorum*
Phœbe.	*Regina nemorū.*	*Intemerata.*	*Domina.*
Cynthia.	*Cultrix nemorū.*	*Arcitenens.*	*Nemoralis.*

DIANA SCYTHICA

3 *Scythica.* Quæq; colūt Scythicæ ſtagnū nemorale Dianæ. *O. m.* 14.
5 *Mycenæa.* Parua Myceneæ quantum ſacrata Dianæ. *Lucan.* 6.
Sæua. Immeritam ſæuæ natam mactare Dianæ. *Oui. met.* 13.
4 *Oreſtea.* Sacráque Oreſteæ gemitu, queſtuque Dianæ
Impedit. *Oui. met.* 15.
6 *Thoantea.* Sacra Thoanteæ ritúſque imitata Dianæ. *Silius* 4.

DIANA, pro Luna.

Aſtr. decus. Aſtrorum decus,& nemorum Latonia cuſtos. *Vir. an.* 9
Nocturna. Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Eſſe poteſt. *Quid. met.* 15.
Lucifera. ——— luciferæ citus ad delubra Dianæ
Deueniat. *Valerius* 7.

DIANA, pro Hecate.

Inferna. Præterea infernæ quæ nunc ſacrata Dianæ. *Valerius* 5.
Ter vocata audis, adimiſque letho
Triformis. Diua triformis. *Hor. epod.*
Tergemina. Tergemina eſt Hecate, tria virginis ora Dianæ. *Auſon.*

DICTVM.

Amicum. ——— dictiſque ita fatur amicis. *Virg. Æn.* 2.
Facundum. ——— neque abeſt facundis gratia dictis. *Ouid. me.* 13
Lepidum. Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto. *Hor. d. arte*
Blandum. O quoties voluit blandis accedere dictis! *Ouid. met.* 3.
Floriferis, vt apes in ſaltibus omnia libant,
Aureum. Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta. *Lucret.* 3.
Placidum. Cunctantē, & placidis miſcentem fortia dictis. *O. me.* 4.

DICTVM, in ira.

Ferox. ——— domináque ferocia Cauni
Verba refert. *Oui. me.* 9.
Amarum. Quid ſimulachra ferox dictis incoſſis amaris? *O. triſt.* 3.
Mordax. Inſpirátque leuem dictis mordacibus alam. *Prud. pſich.*

Furiale.	Ingemit,& dictis ardens furialibus infit.	*Ibidem.*
Sæuumque.	———ſæuiſque furens in iurgia dictis.	*Val. 5.*
Acerbum.	——dictis ſtupet hoſtis acerbis.	*Val. 5.*
Fictum.	—fictis dat cultum,& pondera dictis.	*Val.1.*
Feruidum.	——non me tua feruida terrent Dicta ferox,	*Virg.æn.12.*
Triſte.	Miſcuit hæc lachrymis triſtia dicta meis.	*Oui.triſt.1.*
Superbum.	*Crudele. Inſolens. Procax. Tumidum.*	*Iocoſum.*

DIDO.

1 *Eliſa prius vocabatur, mox Dido,id eſt,virago: nam, vt ait Seruius,virile aliquid fecit,ſe in ignem præcipitando. Fuit filia Beli Regis, 2 Sidonis,& 3 Tyri in 4 Phœnicia,& ſoror Pygmalionis:nupſit Sichæo,quo à fratre Pygmalione occiſo, poſt conditam Carthaginem, vt ait Virgilius,in ſecundas nuptias cum Ænea Phryge conuolauit;ſed falsò;nam, vt ait Auſonius ipſam in epigrammate inducens:*

Talis eram: ſed non, Maro quam mihi finxit erat mens,
Vita nec inceſtis læta Cupidinibus.
Namque nec Æneas vidit me Troïus vnquam,
Nec Lybiam aduenit claſſibus Iliacis.

2 *Sidonia.*	Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido Condebat.	*Virg.æn.4.*
4 *Phœniſſa.*	Nunc Phœniſſa tenet Dido.	*Virg.æn.1.*
1 *Eliſa.*	Flet tamen admonitu mortis Eliſa tuæ.	*Ouid faſt.3.*
Sidonis.	Et Thiſbe,& Canace,& Sidonis horret Eliſa.	*Auſ.Edy.*
Pulcherrima.	Regina ad templum forma pulcherrima Dido	*V.æn.1.*
Miſerabilis.	Arſerat Æneæ Dido miſerabilis igne.	*Ou. Faſt. 3.*
Candida.	——————candida Dido Eſſe ſui dederat monimentum, & pignus Eliſa	*Vir. æ.4.*
Miſera.	Iam prius Æneas miſeræ reſcripſit Eliſæ.	*Oui. am. 2.*
3 *Tyria.*	*Diues. Infœlix. Profuga.*	*Fugitiua.*

DIES.

Surgens.	Quod ſurgente die mulſere,horiſque diurnis.	*Vir.geo.3.*
Veniens.	Te veniente die, te decedente canebat.	*Virg.geo.4.*
Orta.	Quæ facerent purè cum foret orta dies. ———ſtellas oriente fugarat	*Oui.faſt.2.*
Clara.	Clara dies.	*Vir.æn.5.*
Tepidus.	Purpureo tepidum qui mouet axe diem,	*Oui. ep. 4.*
Formoſus.	Somnia formoſo candidiora die. ————nebulas feciſſe volucres	*Oui. ep.21.*
Nitidus.	Sub nitido mirata die.	*Oui.met. 1.*
Alma.	Rurſus vbi alma dies ſtellas hebetarat.	*Oui.Met.15*
Purpureus.	Purpureum rapido qui vehit axe diem.	*Oui. faſt.3.*

Quid ſolito citius liquido iubar æquore tollit
Candida. Candida Lucifero præueniente dies? *Oui. faſt 5.*
Pulchra. Creſſâ ne careat pulchra dies notâ. *Hor. Car. 1.*
——iam Procyon furit
Siccus, Sole dies referente ſiccos. *Hor. Car. 3.*
Impulit Ionios premiſſo lumine fluctus *Cl. de rap. 1*
Pura. Nondum pura dies.
Lucidus. Heſperia Thetis lucidum attollet diem. *Sen. Hipp.*
Innubis. ——qualis innubis dies
Purumque claris noctibus ſydus micat. *Sen. Her. œt.*
Feruidus. Laxabat ardens feruidum Titan diem. *Ibidem.*
Perſpicuus. Lucida perſpicui non inuidet aura diei. *Auſ. Moſel.*
Lucifer. Luciferique pauent lethalia tela diei *Idem.*
Albus. Sed current, albúſque dies horæque ſerenæ. *Silius 15.*
——totumque per annum
Aprica. Durat aprica dies. *Val. 1.*
Medius. Iamque dies medius rerum cõtraxerat vmbras. *O. met. 3.*
Æſtifer. Calidus. Reſeratus. Renatus. Relatus. Lucens. Reuocata. Splendens. Roſeus. Nitens.

DIES, in occaſu ſolis.

Labens. ——labente die conuiuia quærit. *Virg. æn. 4.*
Maturus. Maturo cupiens me vegetare die. *Auſ. Roſa.*
Sera. Sed iam ſera dies cadit, &c. *Calph. Ecl.*
Præceps. In aſtra iam lux prona, iam præceps dies, &c. *Sen. Aga.*
Decedens. Te veniente die, te decedente canebat. *Virg. geo. 4.*
Vergens in noctem. Nondum in noctem vergente die
Tertia miſit buccina ſignum. *Sen. Thyeſt.*
Decreſcens. Emeritus. Cadens. Occidens. Extremus. Inclinans. Prona. Præcipitata. Præcipitans. Obſcurus. Tenebroſus.

DIES FESTA.

Nobilis. ——nobilem hunc faciam diem. *Sen. Her. œt. 5.*
Feſta. Salue feſta dies meliorque reuertere ſemper
A populo rerum digna potente, coli *Oui. faſt. 1.*
O placida tantum numina! ô feſtum diem
Nuptialis. O nuptialem! *Sen. Medea.*
Bona. Nunc dicenda bonâ ſunt bona verba die. *ibid.*
Expectata. Expectata dies aderat. *Virg. Æn. 5.*
Hilaris. Lætum, hilarémque diem, ne gaudia cœnę
Sentirent. *idem in ceir.*
Cupitus. Et vix cupitum ſufferunt oculi diem *Sen. Hip.*
Lætus. Concines, lætóſque dies, & vrbis

Publicum ludum. *Hor. car. 4.*

Optimus. Optimos vitæ dies effluere prohibe. *ſen. Hip.*

Beata. Adſit dum refero diem beatam
Læti Cæſaris. *ſtat. ſyl. 1.*

Sacer. ——————————ſacro
Dianæ celebris die. *Hor. car. 2.*

Proſper. ſacris colamus proſperum ſemper diem. *ſen. Agam.*

Genialis. ——————————genialis agatur
Iſte dies. *Iuuen. ſat. 4.*

Memoranda. O longum memoranda dies! *ſtat. ſyl. 1.*

Iucunda. O nimium iucunda dies! *Valerius 1.*

Purus. Expectet puros pinea tæda dies. *Ouid. faſt. 2.*

Benignus. Qualem te ſuperi, Priſcilla, hominéſque benigno
Aſpexere die. *ſtat. ſyl. 5.*

Optatus. Natalis. Otioſus. Celebris.
ſacriſtus. Solennis. Luculentus. Honoratus.

DIES lugubris & infauſta.

——————ſunt tempora pura ſepulchris

Feralis. Tunc cum ferales præterière dies. *Ouid. faſt. 2.*

——dum longa gerunt pugnacibus armis

Parentales. Bella, parentales præterière dies. *ibid.*

Infanda. Iamque dies infanda aderat. *Vir aneid. 2.*

Nefaſtus. Ille, & nefaſto te poſuit die. *Hor. Car. 2.*

Atra. Quâque aliquid dandū eſt, atra ſit illa dies. *Oui. de ar. 1.*

———cuius ob luctum parens

Mæſtus. Pallente mœſtum protulit vultu diem. *ſen. Troad.*

DIES, pro tempore. Vide, Æuum, Ætas, Tempus.

Longa. ———ſed quid non longa valebit
Permutare dies? *Cl. in Eutr.*

Damnoſa. Damnoſa quid non imminuit dies! *Hor. Car. 3.*
Nec Coę referunt iam tibi purpuræ
Nec clari lapides tempora quæ ſemel
Notis condita faſtis

Volucris. Incluſit volucris dies. *Hor. Car. 4.*

Labens. Labenteſque dies vitæ, tremulamq; ſenectam. *Manil. 2.*

Fugax. Antiqua. Celeris. Inſtabilis.
Pronus. Velox. Rapidus.

DIES, pro morte.

Sæuus. Heu ſæuum paſſure diem *Val. 8.*

————quis te tantis

Miſeranda. Soluet cutis miſeranda dies?

Vltima. ————vltima ſemper

Expectanda dies homini eſt, nemóque beatus
Ante obitũ dici, ſupremáque funera debet. *Ouid. me. 5.*
Summa. Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus. *Virg. æn. 2.*
Atra. Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo. *Virg. æn 6.*
Infanda. Iamque dies infanda aderat. *Virg. æn. 2.*
——dubio quem non in turbine rerum
Suprema. Deprendet ſuprema dies. *Stat. ſyl. 2.*
Funeſta. Haud procul eſt funeſta dies. *Silius 11.*
Properata. ——properata dies abſtulit omne decus. *Auſ. epit.*
——cunctis ſtat terminus æui
Extremus. Extremumque diem primus dedit. *Silius 3.*
——miſer ô miſer! aiunt, omnia ademit
Infeſta. Vna dies infeſta tibi tot præmia vitæ. *Lucret. 3.*
——cuncta in cineres grauis intulit hora
Hoſtilis. Hoſtiliſque dies. *Stat. Sil. 2.*
——licet ingentes abruperit actus
Feſtinata. Feſtinata dies fatis; ſat magna peregi. *Lucan. 5.*
Grauis. Noxia. Inimica. Præcipitata. Crudelis.

DIGITI.

Salue, nec minimo puella naſo,
Nec bello pede, nec nigris ocellis,
Longi. Nec longis digitis, nec ore ſicco *Catullus.*
Niuei. Nũc niueis digitis, nũc pulſans pectine chordas. *Cor. G.*
Teneri. Quatienſque terga tauri teneris caua digitis. *Catullus.*
Molles. ——digitis attendat mollibus arcum. *Cl. de rap. 3.*
Eburni. Siue lyræ carmen digitis percuſſit eburnis, *Prop 2.*
Teretes. Et teretes digitos, exiguumque pedem. *Ouid. d. a. 1.*
Digni Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines
Baccho. Impubeſque genas, & eburnea colla, &c. *Ouid. met. 3.*
Candidi. Roſei. Exiles. Niuales. Eburnei.

DILVVIES, *DILVVIVM.*

Fera. Cum fera diluuies quietos—Irritat amnes. *Hor. Car. 3.*
Horrenda. Cum ſæuit, horrendámque cultis
Diluuiem meditatur agris. *Hor. Car. 4.*
Deucalionæa. Et poſt antiquas Deucalionis aquas. *Prop. 2.*

DINDYMVS, *pluraliter* Dindyma.

Mons eſt in Phrygia, vbi colebatur Cybele mater deorum, vnde Dindymene appellatur: hic Corybantes, & Galli ſacerdotes inconditis clamoribus circa ſimulachrum 1 Deæ infremebant.

Alta. ————ite per alta
Dindyma, vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum:
Tympana vos Buxuſque vocat Berecynthia matris.

Idææ. *Virg. æn. 9.*

a *Vlulantia.* Seu tu ſanguineis vlulantia Diñdyma Gallis
Incolis. *Cl. de rap. 2.*

DIOMEDES.

Rex Ætoliæ, filius 2 Tydei & Deiphiles, nepos 3 Oenei Regis 4 Calydoniæ, Græcorum fortiſſimus, in expugnatione Troiæ cum reliquis Heroibus Græciæ profectus, cum Ænea decertauit, natóque 5 Venerem auxilium ferentem vulnerauit: id quod refert ipſe apud Virgil. Æneid. 11.

——ferro cæleſtia corpora demens
Appetij, & Veneris violaui vulnere dextram

Fortiſſimus. ——ô Danaûm fortiſſime gentis
Tydide. *Virg. æn. 1.*

1 *Ætolius.* ——vires Ætolius Herôs—Excuſat. *Oui. met. 14*

3 *Oenides.* Hactenus Oenides. *Ibidem.*

5 *Impius.* ——impius ex quo
Tydides, &c. *Virg. æn. 2.*

4 *Calydoni⁹.* ——ſordet vulgo Calydonius Heros. *Stat. Ach. 2,*
——Ithacúmque humeris excedere viſus

Ætolus. Ætolúmque ducem. *ibid.*
Quis Martem tunica tectum adamantina
Dignè ſcripſerit? aut puluere Troico
Nigrum Merionen? aut ope Palladis

Superis par. Tydiden ſuperis parem. *Hor. car. 1.*

Fortis. Qui loc⁹ à forti Diomede eſt condit⁹ olim. *Hor. ſerm. 1.*

Atrox. ——ecce fuit te reperire atrox

2 *Tydides.* Tydides melior patre. *Hor. car. 1.*

DIOMEDES, Rex Thraciæ.

Fuit alter Diomedes, Rex Thraciæ, tantæ crudelitatis, vt hoſpites equis indomitis, quos ad id alebat, deuorandos exponeret: quibus poſteà dilaniandus ab Hercule obiectus eſt. Hoc explicuit Boetius his verſibus:

Immitis. Victor immitem poſuiſſe fertur
Pabulum ſæuis Dominum quadrigis.

Crudus. Non tibi ſuccurrit crudi Diomedis imago,

Efferus. Efferus humana qui dape pauit equos. *Ouid. epiſt. 9*

Sanguineus. Diráque ſanguinei vertit præſepia Regis. *cl. de rap. 2.*

Threicius. ——Threicii quondam præſepia Regis
Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis. *Ouid. in Ib.*

Impius. Impius humano viſcere pauit equos. *ibid.*

Geticus. ——Getici pecus hic Diomedis, &c. *Stat. Th. 6.*

Thrax. Quid quod Thracis equos humano ſãguine pingues, *O. m. 9*

Biſtonius.	Vidit Biſtonij ſtabulis pendere Tyranni.	*Lucretius* 2.
Trux.	——ſeu tu vindicas currus truces	
Cruentus.	Thracis cruenti.	*Sen. Her. F.*

DIPSAS, *ſerpens.*

Genus ſerpentis, quo qui vulnerantur, ſiti emoriuntur, vnde ille ſerpens nomen traxit.

	——&torrida Dipſas	
Torrida.	Et grauis in geminũ ſurgẽs caput Amphiſbæna.	*Luc.* 9.

Tabifica. Rabida. Virulenta, Peſtifera.

DIRCE.

Fons eſt in agro Thebano, non longe ab 2 *Iſmeno, fluuio in Bœotia ſiue* 1 *Aonia; vbi Cadmus rex imperauit.*

3 *Cadmæa.*	Fatidicâ Cephiſſos aquâ, Cadmeaque Dirce.	*Lucan.* 3.
2 *Iſmenis.*	Si profugus Dircen Iſmenida liqueris hoſpes.	*Sen. œd.*
1 *Aonia.*	——Aoniæ celſo ſtetit aggere dirces.	*Stat. Th.* 4.

3 *Thebana.* 1 *Cadmeis. Cærula.* 1 *Hyantia.*

DIRÆ. Vide FVRIÆ.

Deformes.	Sunt tibi deformes diræ, &c.	*Cl. de Rap.* 2.
Triſtes.	——triſtéſque ex æthere diræ.	*Virg. æn.* 8.
Vltrices.	——vltricéſque ſedent in limine diræ.	*Virg. æn.* 6.

DIS Ditis.

Aliter Pluto, Deus eſt diuitiarum Cicerone teſte l. 2. de natura Deorũ. Terrena autem vis omnis, atque natura, Diti patri dedicata eſt, qui diues, vt apud Græcos πλȣ́των, quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris.

Inuiſus.	Hic ora ſoluit Ditis inuiſi domus.	*Sen. Her. f.*
Auarus.	Poſt hæc auari Ditis apparet domus.	*Ibidem.*
Horridus.	Inter profunda Tartara, & Ditem horridum.	*Sen. Hip.*
Implacab.	——Ditis implacabile——Numen.	*Ibid.*
Ferus.	——conuocat Ditis feri	
	Exangue vulgus.	*Sen. œd.*
Vmbroſus.	Et Chaos cæcum, atq; opacã Ditis vmbroſi domũ.	*Med.*
Infernus.	Opaca linquens Ditis inferni loca.	*Sen. Aga.*
Dirus.	Vimq; Deûm infernam, & Diri ſacraria Ditis.	*Vir. æn.* 12.
Durus.	Duc prædicta ſacris, duro placamina Diti.	*Silius* 13.
	Iuuat videre Tartari ſæuum canem	
Auidus.	Auidique regna Ditis	*Ibidem.*
Seuerus.	————Ditíſque ſeueri	
	Ferrea laſciuis molleſcant corda ſagittis.	*Cl. de rapt.* 1
Niger.	Ne mirere nigri ſi Iouis ianua fertur, &c.	*Manil.* 2.
Magnus.	Dextera quæ Ditis magni ſub mœnia mittet.	*Virg. æn.* 6.
Ater.	Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.	*Ibidem.*

Profundus. ——ditiſque profundi
Pallida regna petunt. *Lucan.* 1.
Sæuus. ————ſæui ſpiracula ditis
Monſtrantur. *Virg. æn.* 7.
Rex infernus. *Niger Iuppiter.*
Tenebrarum potens. *Dux Erebi.*
Noctis æternæ arbiter. *Vmbrarum potens, Dominus.*
Dominus regni triſtis. *Iuppiter Terrificus, Tartareus.*
Dominus Stygis. *Obſcurus regnator Auerni.*
Rex tertiæ ſortis. *Implacabile numen.* Vide, Pluto.

DISCORDIA.

Demens. ————diſcordia demens
Vipereum crinem, vittis innexa cruentis, &c. *Virg. æn.* 6.
Triſtis. Sic alid ex alio peperit diſcordia triſtis. *Lucret.* 5.
Effera. Effera Romanos agitat diſcordia manes. *Lucan.* 6.
Præceps, ——indomitos præceps diſcordia fratres
Aſperat. *Stat. th.* 1.
Ferox. ——— ferox diſcordia ferro
Demetit. *Silius* 16.
Belli nutrix.————nutrix diſcordia belli. *Cl. in Ruf.* 1.
Comes regn.———ſociiſque comes diſcordia regnis. *Stat. th.* 1.

DISCVS.

Eſt rotundus orbis in planum, vel plumbeus, vel ſaxeus, quo iuuenes olim inter ſe certabant: victorque iudicabantur, vel qui altius, vel qui longius projeciſſet, hunc ludum inuenere Caſtor, & Pollux fratres è Spartâ oriundi, in Laconia, & 1 Oebalia Peloponneſi regione.
1 *Oebalius.* ——Oebalios in nubila condere diſcos. *Stat. Ach.* 1.
Spartanus. Splendida cũ volitent Spartani pondera diſci. *Mar. ep.* 14.
Latus. Splendeſcunt, latíque ineunt certamina diſci. *O. met.* 10.

DITIO.

Negat Seruius nominatiuum ditio in vſu eſſe, niſi in compoſitione. Imperium ſignificat.
Magnâ. ——magnâ ditione iubeto
Carthago premat Auſoniam. *Virg. æn.* 10.

DIVITIÆ.

At mihi ſit tanti doctas cognoſcere Athenas
Aſiaticæ. Atque Aſiæ veteres cernere diuitias. *Prop.* 1.
Regales. Diuitiæ poterunt regales addere maius. *Horat. Ep.*
Grandes. Diuitiæ grandes homini ſunt viuere parcè. *Lucret.* 5.
Extructæ. ——extructis in altum
Diuitiis potietur hæres. *Hor. Car.* 2.

Babylonia. Si Babylonis opes,Lydæ ſi Pondera Gazæ,
Potentes. Indorúmque daret,Serúmque,Arabúmque potentes
Lydæ. Diuitias. *Stat.ſyl.5.*
———turpi fregerunt ſæcula luxu
Molles. Diuitiæ molles. *Iuu.ſat.6.*
———habemus vtrímque
Miſeræ. Diuitias miſeras. *Hor.ſer.2.*
Improbæ. ———ſcilicet improbæ
Creſcunt diuitiæ. *idem car.3.*
cur valle permutem Sabina
Operoſę. Diuitias operoſiores? *ibid.*
———omnis enim res
Pulchrę. Virtus,fama,decus,diuina,humanáque pulchris
Diuitiis parent. *Hor.ſer.2.*
Sepoſitæ. Non tibi ſuppoſitas infœlix ſtrangulat arca
Diuitias. *Stat.ſyl.2.*
congeſtę. Affluentes. Inclytæ. Opimæ.

DOLON.

Fuſtis eſt excauatus,in quo occultatur gladius,vnde vocatur dolon: nam per dolum,eo homines,non Marte aperto vulnerantur.

Teres. —tereti dextras in pugnam armare dolone. *Silius 3.*
Sæuus. Pila manu,ſæuoſq;gerūt in bella dolones. *Virg.Æn.7.*

DOLOR.

Dolor,vt ait Donatus,ex miſeria deſcendit:eſtque vel corporis vel animi cruciatus. Dicitur à dolando,hoc eſt, minuo: quemadmodum enim lætitiâ corpus augetur,ſic triſtitiâ comminuitur.

Sæuus. ———ſæuique dolores
Exciderant animo. *Virg.Æn.1.*
Ingens. Iuppiter,ingētes qui das,adimiſq;dolores. *Hor.ſat.2.*
Immodicus. ——immodicos caſtigat voce dolores. *Lucanus 8.*
Longus. ——longumque vetas exire dolorem. *Stat ſyl.5.*
———ſpumat,& voluit minas,
Magnus. Ac merſus altè magnus exundat dolor. *Sen. Oed.*
Mœſtus. Detque tuus mœſti ſigna doloris amor. *Ouid.triſt.4*
Ferus. Illa feri requiem ſola doloris habent. *O.de arte 2.*
Immenſus. Tumet animus ira,feruet immenſum dolor. *Sen.Theb.*
Inopinus. Flammato verſans inopinū corde dolorē. *Stat.The.1.*
Grauis. ———doiore
Pulſa graui,grauis eſt amentia. *Ouid.met.5.*
Vaſtus. Quid ipſa flammas paſcis,& vaſtum foues
Vltro dolorem miſera? *Sen.Her.œt.*
Infandus. Infandū Regina iubes renouare dolorem. *Virg.Æn.1.*

Acer. ———ſtetit acri fixa dolore. *Virg. Æn. 7.*

Mutus. ——mutúmque dolorem
Ipſa premit. *Stat. Th. 11.*

Occultus. Hic licet occultos proferre impune dolores. *Prop. 1.*

Obductus. ——obductum verbis vulgare dolorem. *Virg. Æn. 9.*

Suppreſſus. —ſuppreſſum tegere alta mente dolorem. *Lucanus 6.*

Tacitus. Neſciat hoc quiſquã, tacitiſq; doloribus vtar. *O. faſt. 3.*

Altus. ——premit altum corde dolorem. *Virg. Æn. 8.*

Incluſus. Sttangulat incluſus dolor, atq; exæſtuat intꝰ. *O. triſt. 5.*
——ſpumat & voluit minas,

Merſus. Ac merſus altè magnus exundat dolor. *Sen. Oed.*

Aſſiduus. Et ſi me aſſiduo confectum cura dolore. *Catull.*

Sollicitus. Iurgiaque, & rixæ, ſollicitúſque dolor. *O. de arte 3.*

Inultus. Nil poterit Iu no niſi inulros flere dolores. *Ouid. met. 4.*

Querulus. Et nunquã queruli cauſa doloris abeſt. *Ouid. triſt. 5*

Infœlix. Induet infœlix arma coacta dolor. *Ouid. triſt. 4.*

Durus. Suſcipere immanes morbos, durũq; laborẽ. *Lucretius 3.*

Æger. ———ſatiare malis, ægrũmque dolorem
Libertate doma. *Stat. ſyl. 2.*

Viuus. ——viuos potui mulcere dolores. *Stat. ſyl. 5.*

Crudus. Turpe gemẽs, crudóſq; vetat ſentire dolores. *Sta. Th. 3*

Rabidus. Si damnis rabidũ queat exſaturare dolorẽ. *Stat. Th. 6.*

Malus. Aut languor grauis, aut mali dolores. *Mar. epig. 6.*

Frendens. Metus, pauórque, funus, & frendens dolor,
Atérque luctus ſequitur. *Sen. Her. fu.*

Luctificus. Vocem dolori lingua luctifico negat. *idem Hip.*

Cruentus. O quã cruentus fœminas ſtimulat dolor! *idẽ Her. Oet.*

Immitis. ———mutat immitis dolor
Conſilia noſtra. *idem Octa.*

Iuſtus. Armauit patriæ iuſtos in bella dolores. *C. de Ser. la.*
Cruda te longum tenuit cicatrix,

Ardens. Et diu venis dolor hæſit ardens. *Prud. de cor*

Vndans. Vndantes ægro frænabat corde dolores. *Silius 8.*

Pertinax. ————pertinax ſi quas dolor
Adhuc iubet lugere, quas luctus grauis
In ſaxa vertit. *Sen. Her. Oe.*

Subitus. Neſcia quæ faceret ſubitos mihi cauſa dolores. *O. ep. 11*

Tener. ——teneróſque leuant ſermone dolores. *Cl. de rap. 2.*

Grauior. ———grauior exurgit dolor. *Sen. Med.*

Æternus. ——æternum perferre dolorem. *Lucret. 3.*

Rapidus. ——rapidus ſtimulans dolor. *Silius 6.*

Cæcus. *Auidus.* *Acutus.* *Immenſus.* *Dirus.* *Argutus.*

Acerbus.	*Ingratus.*	*Veſanus.*	*Inſanus.*	*Inquies.*
Inquietus.	*Amarus.*	*Indomitus.*	*Trux.*	*Triſtis.*
Anxius.	*Aſper.*	*Ferox.*	*Abſtruſus.*	*Toruus.*
Impotens.	*Incenſus.*	*Amens.*	*Miſer.*	*Infixus animo.*
Memor.	*Ardens.*	*Atrox.*	*Flebilis.*	*Demens.*
Impius.	*Impatiens.*	*Anxius.*	*Vigil. Peruigil.*	*Implacabilis.*

DOLOR LENITVS.

Suppreſſus.	*Solutus.*	*Sepultus.*	*Amotus.*	*Emotus.*
Semotus.	*Sepoſitus.*	*Remotus.*	*Compoſitus.*	*Leuatus.*
Releuatus.	*Pulſus.*	*Oppreſſus.*	*Mitigatus.*	*Minutus.*
Franatus.	*Remotus.*	*Euictus.*	*Domitus.*	*Imminutus.*
Edomitus.	*Diſcuſſus.*	*Fractus.*	*Auerſus.*	*Ademptus. Sopitus.*

DOLVS.

Multiplex.	*Varius.*	*Malus.*	*Occultus.*	*Perplexus.*
Implexus.	*Obſcurus.*	*Callidus.*	*Compoſitus.*	*Fallax.*
Latens.	*Anceps.*	*Blandus.*	*Cautus.*	*Tacitus.*
Arcanus.	*Secretus.*	*Opertus.*	*Nocturnus.*	*Tectus.*
Cæcus.	*Pellax.*	*Verſipellis.*	*Inſidians.*	*Malignus.*

DOMINVS.

Acer. ——— & dominos acres adſciſcunt,&c. *Lucretius 5.*

Immitis. Immites potuit flectere cantibus
Vmbrarum dominos. *Sen. Her. fur.*

Potens. Vēdidit hic auro patriā,dominūq;potētē. *Vir. æneid. 6.*

Superbus. Nos patria amiſſa,dominis parere ſuperbis
Cogemur. *idē æneid. 12.*

Diues. Nigra velut magnas domini cum diuitis ædes
Peruolat,& pēnis alta atria luſtrat hirūdo *ibid.*

Cum famulis,dominuſque terræ

Faſtidioſus. Faſtidioſus, *Hor. car. 3.*

Rigidus. *Seuerus.* *Durus.* *Sæuus.* *Toruus.*

DOMVS.

Domus familiam,gentem,ædes ſignificat:pro templis,nidis auium, cælo, inferis ponitur.

——————— en ſupplex iacet

Regia. Allapſa pedibus Regiæ proles domus. *Sen. Hip.*

Alta. Si nō ingentē foribus domus alta ſuperbis. *Virg. geor. 2.*

Magna. Viſcera magnarū domuū, dominiq;futuri. *Iuu. ſat. 3.*

——————— vbi Liuia nunc eſt

Immenſa. Porticus immenſæ tecta fuere domus. *Ou. ſaſt. 6.*

Potens. Vt cumque mutata potentes
Veſte, domos inimica linquis. *Hor.car.1.*
Ingens. Nec finis ingentem conticuiſſe domum. *Mar.epig.7.*
Dis. Poſitóſque vernas ditis examen domus
Renidens. Circa renidentes Lares. *Hor.epod.*
Nobilis. ———vt altis nobilem muris domum,
Patriámque fugias? *Sen.Theb.*
Præpotens. Modo præpotentem cernat euerſam domũ. *idem Oct.*
Ambitioſa. Nota quidem, ſed non ambitioſa domus. *Ou.triſt.1.*
Splendida. At domus interior regali ſplendida gaza. *Vir.æneid.1.*
Conſpicua. Gloria conſpicuæ, deliciúmque domus. *Mar.epig.7.*
Ampla. ———dedit ampla ruinam
Vulcano ſuperante domus. *Vir.æneid.2.*
Ardua. ———attoniti vidit domus ardua Daci. *ſtat.ſyl.1.*
En tibi domus, vt potens,
Beata. Et beata viri tui. *Catull.*
Natiua. Et opaca dederunt antra natiuas domos *ſen.Hipp.*
Celſa. Non vertice alti montis impoſitam domum,
Eminens. Aut eminentem ciuitas humilis premit. *ſen.Thyeſt.*
Caſta. Nullis polluitur caſta domus ſtupris. *Hor.car.4.*
Cur in penates rarius tenues ſubit,
Delicata. Hæc delicatas eligens peſtis domos. *ſen.Hipp.*
———funeſtáque prælia nuper
Natalis. Natales rapuere domos. *Valerius 3.*
———non égo te meis
Immunem meditor tingere poculis,
plena. Plena diues vt in domo. *Hor.car.4.*
pura. ———domus hac nec purior vlla eſt,
Nec magis his aliena malis. *idem ſer.1.*
Hac iter eſt ſuperis, ad magni tecta Tonantis,
Regalis. Regalémque domum. *Ou met.1.*
patria. Da patriam, Tymbræ domũ, da mœnia feſſis. *V.æn.3.*
Egregia. Hortos, egregiáſque domos mercarier vnus
Cum lucro noram. *Hor.ſer.2.*
Fertilis. ———ſic fertilis oro
Stet domus. *ſtat.ſyl.4.*
Honeſta. In rabiem verti cœpit iocus, & per honeſtas
Ire domos impune minax. *Hor.epiſt.2.*
Florens. Domuſque florens ſorte fœlici viget. *ſen.Hipp.*
———ponit vterque
Locuples. In locuplete domo veſtigia. *Hor.ſerm.2.*

Splendida. At domus interior regali ſplendida luxu. *Virgil. æn.1.*
Clara. Clara domus ſatis hæc nobilitate ſua eſt. *Ou. epiſt.16.*
Sancta. Illud non agitas, vt ſanctam filius omni
Vitio carẽs. Aſpiciat ſine labe domũ, vitióque carentẽ. *Iuu. ſat.14.*
Maxima. Illa domus meritis maxima dicta ſuis. *Ouid. faſt.1.*
Auita. *Superba.* *Sumptuoſa.* *Pudica.* *Pura.*
Sacra. *Tranquilla.* *Diues.* *Luxurioſa.* *Hoſpitalis.*
Fœlix. *Magna.* *Excelſa.* *Antiqua.* *Innocens.*

DOMVS, de inferis. V. Orcus.

Silens. Adiit ſilentem nocte perpetua domum. *Sen. Hipp.*
Iam te premet nox, fabulæque manes,
Plutonia. Et domus exilis Plutonia. *Hor. car.1.*
Elyſia. Elyſiáſque domos, & regna nouiſſima mundi
Me duce cognoſces. *Ou. met.14.*

DOMVS, de cælo. V. Cælum.

——nec quicquam tibi prodeſt
Aeria. Aerias tentaſſe domos, &c. *Hor. carm.1.*
Ætheria. ———poſt ignem ætheria domo
Subductum, &c. *ibid.*
Stellata. Vt patuit ſtellata domus, conſidere iuſſi. *Cl. de rapt.3.*
Fœlices animæ, quibus hæc cognoſcere primis,
Supera. Inque domos ſuperas ſcandere, cura fuit. *Ouid. faſt.1.*
Opaca. Et chaos cæcũ, atq; opacã Ditis vmbroſi domũ. *Sen. M.*

DONVM. Vide *MVNVS.*

Dona ſunt ea quæ dijs placandis offeruntur; quæque hominibus nulla neceſſitate, ſed ſponte præſtantur.

————dona Cupido
Regium. Regia portabat Tyriis. *Vir. æneid.1.*
Auro graue. Dona dehinc auro grauia, &c. *idẽ æneid.3.*
Gratum. Grata ferũt Nymphæ pro ſaluis dona maritis. *Ou. ep.1.*
Grande. Auxerunt blandâ grandia dona prece. *idẽ epiſt.3.*
Dulce. Parua dabis caro, ſed dulcia dona ſodali. *Mar. epig.7.*
Pretioſum. ————pretioſa portans
Dona caniſtris. *Prud. de cor.*
Opimum. Congeſtis opibus, doníſq; referſit opimis. *Silius 5.*
Inſigne. ——galeæ fert donum inſigne coruſcæ. *idem 16.*
Diues. ————tot ditia dona ſacratis
Poſtibus, & totidẽ voti memor exige tauros. *St. Th.10.*
Prodigum. ——quid ego exequias, & prodiga flammis
Doda loquar. *idem ſyl.2.*
At fruar Iliacis opibus, cultúque beato,
Vberius. Donáque promiſſis vberiora feram. *Ou. epiſt.16.*

Mirabile. Extulerat matris Ledæ mirabile donum. *Virg.Æn.1.*
Honeſtum. Clarus ob id factũ donis ornatur honeſtis. *Hor.epiſt.2.*
Amplum. *Largum.* *Prælargum.*

DONVM. *DONARIVM.* Vide, Votum.

Votiuum. Non colere donis templa votiuis libet. *Sen.Hip.*
Sacratum. Cur age,non tẽplis ſacrata auellere dona. *Val.7.*
Iunoni cane vota libens, dominámque potentem
Supplex. Supplicibus ſupera donis. *Virg.Æn.3.*
——————congeſta cremantur
Thureum. Thurea dona. *Virg.Æn.6.*
Solenne. Ipſe tibi ad tua tẽpla feram ſolennia dona. *idem 9.*
Diues. *Opulentum.* *Gratum.*

DORIS.

Nympha maris, Oceani & Tethyos filia: nupſit Nereo, quem numeroſæ prolis parentem fecit. Pro mari accipitur.

Amara. Doris amara ſuam non intermiſceat vndã. *Virg.Ecl.10.*
Cærula. ———cui pater eſt Nereus,quam cærula Doris
Enixa eſt. *Ou.met.13.*
Glauca. Et Chios,& glauca certantia Doride ſaxa. *Stat.ſyl.4.*
Spumoſa. Surgite de vitreis ſpumoſæ Doridos antris. *idem ſy.3.*
Formoſa. At vos æquoreæ formoſa Doride natæ. *Propert.1.*
Cærulea. *Humida.* *Æquorea.* *Marina.*

DOS.

Pecunia eſt,quæ ab vxore marito datur. Excellentiam etiam ſignificat.

Vxoria. ————————dos eſt vxoria lites. *Ou.de arte 2*
Grandis. Filius vxorem grandi cum dote recuſet. *Hor.ſer.1.*
Magna. Dos eſt magna parentium
Virtus,& metuens alterius viri
Certo fœdere caſtitas. *Hor.Car.3.*
Nam tibi cum fortis mores natura pudicos,
Rara. Et raras dotes,ingèniúmque dedit. *Ouid.triſt.3.*

DRACO.

Serpens eſt venenoſus,alatus. Finxere Poetæ vellus aureum Phryxi, & poma Heſperidum aurea,à Dracone cuſtodita fuiſſe. Hinc eſt quod dixerint dracones inſomnes, & vigiles. Antiqui item, draconem pictum in vexillis, & ſignis ad bellum præferebant.

Vaſtus. ———vaſto dederat ſeruanda draconi. *Ou.met.4.*
Longus. Longuſque torta ſibilat cauda draco. *Sen.Her.fu.*
Sæuus. ——————ſæuos frænaſſe dracones
Creditus. *Valerius 1.*
Peruigil. Peruigil ecce draco ſquamis crepitãtib⁹ horrẽs. *O.e.12*

Criſtatus. Lubrica pellucent criſtati colla draconis. *Ou.met.4.*
Squamoſus. Squamoſuſq; draco, & fulua ceruice leęna. *Vir.georg.4.*
Auidus. ——auido dabitur fera præda draconi. *Ou.met.7.*
Vos quoque qui cunctis innoxia Numina terris
Nitidus. Serpitis aurato nitidi fulgore dracones,
Peſtifer. Peſtiferos ardens facit Africa. *Lucanus 9.*
Tortus. Aurea cui torto virga dracone viret. *Mar.epig.7.*
Aliger. ——aligeri Circen rapuere dracones. *Valerius 7.*
Inſomnis. Pomáq; ab inſomni nō cuſtodita dracone. *Ou. met.9.*
——tauros exhortor in illum,
Inſopitus. Terrigenáſq; feros, inſopitūq; draconem. *idem met.7.*
Cæruleus. Serpere cæruleū Danai videre Draconem. *idē met.12.*

Volucer. Terribilis. Immanis. Viridis.
Toruus. Immitis. Intortus. Venenoſus.

Vide SERPENS.

DRACO. *VEXILLVM.*

Sæuus. Stent bellatrices aquilę, ſæuíque dracones. *Cl.de nu.H.*
——ſignáque bellica
Tumidus. Prætendunt tumidis clara draconibus. *Prud. Cath.*
Radians. ——radiantia velo
Trux. Signa micāt, ſinuátq; truces leuis aura draconeș. *Nem.*
Hoſtilis. Deſiit hoſtiles cōfeſtim horrere dracones. *Sid.Ap.pan.*

DRYAS. *DRYADES.*

Dryades ſunt Nymphæ, *ait Seruius*, quæ inter arbores habitant; & Hamadryades, quæ cum arboribus naſcuntur.

Ruſtica. Sæpe ſub hac latuit ruſtica fronde Dryas. *Mar.epig.9.*
Semideæ. —ſemideæ Dryades, Faunique bicornes. *Ouid epiſt.4*
Puellæ. Ferte ſimul, Fauniq; pedē, Dryadeſq; puellæ. *Vir.geor.1*
Procaces. Defendunt alii lucos, Dryadéſque procaces
Spectādi cupidas, & ruſtica Numina pellūt. *C de nu.Pa.*

DVMVS. *DVMETVM.*

Arua ſunt agreſtia, inculta, ſpinis conſita.

Confragum. ——& confraga denſis
Arboribus dumeta tegunt. *Lucanus 6.*
Syluester. ——olim ſylueſtribus horrida dumis. *Vir æneid.8.*
Horridum. ——dumeta iugis horrida torridis. *Sen.Her.Oe.*
Solidus. ——ſolidóque reuellere dumo
Annoſam pinum magno molimine tentat. *Ou.met.12.*
Spiſſus. Deprendit ſpiſſis arcana cubilia dumis. *Silius 10.*
Pinguis. ——cui pinguia Cex
Centum ter niuei tondēt dumeta iuuenci. *Virg.geor.1.*
Paruum. Et fraga paruis vulſa dumetis cibos

Faciles miniſtrant. *Sen. Hip.*

Denſus. Auius. Aſper. Inuius. Scrupeus.

DVX. *DVCTOR.* V. Miles.

Magnanim⁹ Magnanimóſq; duces, totiúſq, ex ordine gẽtis. *V. geo.* 4
Terribilis. De duce terribili factus amator erat. *O. de arte* 2.
Inuictus. Et ducis inuicti ſub pede mœſta ſedet. *idem triſt.* 4.
Marteferox. ——Marte ferox, & vinci neſcius armis. *idem pont.* 2.
Magnus. Audire magnos iam videor duces,
Non indecoro puluere ſordidos. *Hor. car.* 2.
Clarus. Et ſoror clari ducis, & decoræ ——Supplice vitta
Virginum matres. *idem car.* 3.
——————munera nauium
Sæuus. Sæuos illaqueant duces. *ibid.*
Cruentus. ———ducibus iurata cruentis — Arma. *Manil.*
Armipotens. Armipotens ductor, &c. *Silius* 13.
Maximus. Impauidus. Atrox. Celer ſequi. Pugnæ ſciens.
Fortiſſimus. Belliger. Fulmineus. Bellicoſus. Sanguineus.
Sanguinolentus. Bellandi, fandique potẽs. Gaza diues.
Triumphis nobilis. Inſignis titulis. Imperterritus.

DVELLVM. *Vide BELLVM.*

E.

EBENVS. *Vide* Hebenus.

EBVR.

Eſt dens Elephanti, qui etiam Barrus dicitur: vnde, teſte Seruio, ebur deducitur. Sumuntur epitheta à Lybia, ſeu Numidia, Africa regionibus: item ab India, vbi frequentes ſunt elephanti. Dicitur Aſſyrium, id eſt, Aſſyria purpura tinctum.

Indicum. ———non aurum, aut ebur Indicum. *Hor. car.* 1.
Indum. Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Si quis ebur. *Vir. æneid.* 12
Libycum. Et valuæ Libyci nobile dentis opus. *Prop.* 2.
1 *Aſſyrium.* Mæonis Aſſyrium fœmina tinxit ebur. *Ouid. am.* 2.
Niueum. Interea niueum mira fœliciter arte
Sculpſit ebur. *idẽ met.* 10.
Nitidum. Cuius ebur nitidũ faſtigia ſumma tegebat. *idem met.* 2.
Conſpicuum. Et noua conſpicuum pondera ſentit ebur. *Ouid. faſt.* 1.
Candens. Nec quod erat candẽs fit terebinthus ebur. *idem pont.* 3
Splendidum. Nec fulgẽt altis ſplendidum tectis ebur. *Sen. Thyeſt.*
Aſperũ ſignis Regale paruis aſperum ſignis ebur,
Regale. Capulo refulget gentis Actææ decus. *idem Hip.*
Laue. Læue incuruat ebur, vel ille fingit. *Sid. Ap. pan.*

Politum. Fulgens. Lucidum. Vide Dens.

ECHENEIS.

Genus piſcis, qui Latinè Remora dicitur: eum ſic deſcribit Plin. l. 9. cap. 25. Eſt paruus admodum piſcis, aſſuetus petris, Echeneis appellatus: hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur: inde nomine impoſitò: quam ob cauſam amatoriis quoque veneficiis infamis eſt, & iudiciorum, & litium mora, &c. *nomen habet ab* ἔχω *habeo, &* ναῦς *nauis.*

Retinens Non puppim retinens Euro tendente rudentes
Puppes. In medijs echeneis aquis. *Lucanus* 6.

ECHIDNA.

Hydra eſt, quam Hercules ad Lernam paludem interfecit.

Tumida. Stipite te Stygio tumidiſque afflauit Echidnis
De tribus vna ſoror. *Oui. me.* 10.
Lernaa. Sanguine Centauri Lernææ ſanguis echidnæ
Miſtus ad auxilium tempora nulla dabat. *O. faſt.* 5.

ECHINVS.

Genus piſcis, dictus Græcis hirſutus, eſt enim ſpinoſus, & ad inſtar hericij, ſeu hyſtricis, etiam ob ſimilitudinem quandã dicitur Echinus. Vide Claudianum, qui illud animal eleganter deſcripſit epig. 2.

Marinus. Horret capillis, vt marinus aſperis
Echinus. *Hor. Epod.*
Sylueſter. Sed non hæc acies ritu ſylueſtris Echini. *Claud. Epi.*

ECHO.

Eſt ſoni, vel vocis repercuſſio, græce, ἠχὼ, *ab* ἠχέω *reſono. Cauſam repercuſſionis affert Plinius l.* 2. *c.* 44. Montium vero flexus, crebriq; vertices, & conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui vallium ſinus; ſcindunt inæqualiter inde reſultantem aera: quę cauſa etiam voces multis in locis reciprocas facit. V*ide Ouid. Met.* 3. *vbi Echus mirabilem videbis deſcriptionem, ad fabulam Narciſſi, quã quia longior, piguit ſcribere. Auſonij Epigramma luculentum ſubjecimus.*

Vane quid affectas faciem mihi ponere pictor,
Ignotámque oculis ſollicitare deam?
Aeris, & linguæ ſum filia, mater inanis
Indicij, vocem quæ ſine mente gero.
Extremos pereunte modos, à fine reducens,
Ludificata ſequor verba aliena meis.
Auribus in veſtris habitat penetrabilis Echo,
Et ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.

Vocalis. Vocalis Nymphe, quæ nec reticere loquenti,
Reſonabilis. Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo. *O. met.* 3.
———& tamen vſum

Garrula. Garrula non alium quam nunc habet oris habebat. *Ibid.*
Rurſus Hylan, & rurſus Hylan, per longa reclamant
Imago vaga. Auia, reſponſant Syluæ, & vaga certat imago. *Val.* 3.
Turbida. Turbida congeſtis referitur vocibus Echo. *Auſon.*
Reparabilis. ——— reparabilis aſſonat Echo. *Perſ. ſat.* 1.

EGESTAS.

Turpis. Et metus, & male ſuada fames, & turpis egeſtas. *V. æn.* 6.
——————— fugiat trepidi
Triſtis. Comes exilij triſtis egeſtas,
Rebuſque grauis pudor afflictis. *Sen. thy.*
— luxus populator opum, cui ſemper adhærens
Infœlix. Infœlix humili greſſu comitatur egeſtas. *Cl. in Ruf.* 1.
Crudelis. Trahitur victu crudelis egeſtas. *Val.* 4.
Procli. ſcel. Et deforme malum, & ſceleri procliuis egeſtas. *Sil.* 13.
Acris. Turpis enim ferme contẽptus, & acris egeſtas. *Lucre.* 3.
Dira. ——— longæ dira obſidionis egeſtas. *Iuue. ſat.* 15
——————— labor omnia vincit
Vrgens. Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas. *Virg. ge.*
Feralis. Gratia defluxit, ſequitur feralis egeſtas. *Cl. epiſt.* 1.
———— rerumque remotas
Ingenioſa. Ingenioſa vias paulatim exploret egeſtas. *Cl. de rap.* 3
Obſita pannis. Miſera. Sordida. Grauis Dura. Immitis.

EIVLATIO. *EIVLATVS.* Vide Fletus.

ELECTRA.

Filia Atlantis, quæ è Ioue grauida Dardanum peperit.
——— Electram maximus Atlas
Edidit ætherios humero qui ſuſtinet axes. *Virg. æn.* 8.
Atlantis. Dardanon Electra quis neſcit Atlantide natum. *O. f.* 4.

ELECTRVM.

Gemma eſt, quæ vulgo, ambra, *dicitur. Fingunt autem Poetæ fulmine percuſſum à Ioue Phaetonta, & in Eridanum fluuium dejectum, ſorores ipſius Phaethontis, quæ Heliades vocabãtur à ſole parente, eatenus luxiſſe, quoad deorum commiſeratione in populos nigras indurnerint: ex earum vero ramis ſi creditur Ouidio l. Met.* 2. *deciſus liquor electrum eſt. Verſus ſubjecimus.*

Inde fluunt lachrymæ ſtillatáque ſole rigeſcunt
De ramis electra nouis, quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit geſtanda Latinis.
Pingue. Pinguia corticibus ſudent Electra myricæ. *Virg. Ecl.* 8.
Liquidum. Quod fieri ferro, liquidoúe poteſt Electro *Virg. æn.* 8.
Lachrymoſũ. Coralio fragili, ac Electro lachrymoſo. *Vir. in Ceiri.*

Stillatum. ———ſtillatáque ſole vigeſcunt
De ramis electra nouis. *Ouid.met.2.*
Heliadum ——————————ab arbore lapſæ
lachrymæ. Heliadum lachrymæ. *idē met.10.*
Phaet gutta. Et latet,& lucet Phaethōtide cōdita gutta. *Mar.epig.4.*
Roſcidum. Roſcida frondoſæ reuocāt electra ſorores. *Cl. Au. pan.*

ELEGIA. *ELEGI.*

Genus carminis venuſtiſſimum, ſic dictum ab ἐλεέω, *miſeror: in luctu enim, & miſeria, ad mortuorum ſepulchra, in amorum querimonijs, &c. id carmen adhibetur.*

Flebilis. Flebilis indignos elegeïa ſolue capillos. *Ouid. am.3.*
Blanda. Blanda pharetratos elegeia cantet amores. *idē de re.a.1*
Imbellis. Imbelles elegi genialis muſa valete. *idem am.3.*
Leuis. Ite leues elegi doctas ad Conſulis aures. *idem pont.4.*
Exigui. Quis tamen exiguos elegos emiſerit author?
Gramatici certāt,& adhuc ſub iudice lis eſt. *H. de ar. p.*
Sonans. Diuitibus poteris muſas, elegóſque ſonantes
Mittere. *Mar. epig. 7.*
———nec te facundi ſcena Catulli
Culta. Detineat cultis, aut elegia comis. *idem epig. 5.*
Albi ne doleas plus nimio memor
Miſerabilis. Immitis Glyceræ, neu miſerabiles
Decantes elegos. *Hor. car. 1.*
Mœſta.

ELEPHAS. Elephantus,

Elephas eſt animal (*vt ait Plinius l.8.c.4.*) maximum animalium terreſtrium: *eo vtuntur ad bellum portandis turribus, & caſtellis (tantæ vaſtitatis eſt) India, & Africæ populi. Ducit epithetum ab Libya, Getulia, Marmarica, Maſſylia, regionibus Africæ vbi frequens eſt. Ex eius dentibus ebur eſt, vnde, & ipſe pro ebore frequentiſſimè vſurpatur.*

Indus. Quæque ſui iuſſis obtemperat Inda magiſtri
Bellua.
Libycus. ———Libycæ ſic bellua terræ
Getulus. Getulus denſis elephas oppreſſus ab armis. *Lucan.6.*
Nigrans. Vltima nigrantes incedūt præda elephāti. *Sid. Ap. pan.*
Libyſſa bell. Bellua nec retinet tardante Libyſſa timore. *Silius 3.*
Bellua Getula. Bellatrix. Informis. Immanis. Marmarica. Bellifera. Hiſpida. Fera Maſſyla.

ELEPHANTVS, pro ebore. *Vide* Ebur.
Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur
Cornea, quâ veris facilis datur exitus vmbris.

Candens. Altera candenti perfecta nitens Elephanto. *Virg.ænei.6*
Solidus. In foribus pugnā ex auro, ſolidoq; Elephanto. *Vir. ge. 3.*

ELEVSIS.

Ciuitas eſt 2 Atticæ regionis Græciæ, non longè ab Athenis, in qua 1 Ceres frugum dea ſummo cultu, & religione colebatur.
1 *Cerealis.* Tempore quo nobis inita eſt Cerealis Eleuſis. *Oui. ep. 4.*
2 *Attica.* Attica Triptolemo ciui condebat Eleuſis. *Sid. Ap. pan.*

ELYSIVM. Elyſij campi.

Sunt campi ad voluptatem in inferis, vbi dicuntur animæ Heroum beatè poſt mortem viuere.
Amœnum. ——— ſed amœna piorum
Conſilia, Elyſiumque colo. *Vir. æneid. 5.*
Amplum. ——— exinde per amplum
Mitimur Elyſium. *Virg. æn. 6.*

Colles Elyſij.
Campi Elyſij.
Valles Elyſiæ.
Domus Elyſia.
Læta arua.
Amœna vireta.
Sedes beatæ.
Quieta.
Caſtæ ſedes piorum.
Læta.
Quies Elyſia.
Elyſium nemus.
Mundus piorum.
Fortunata nemora.
Pij luci.
Fœlices campi.

ENCELADVS.

Gigas eſt terræ filius Iouis fulmine percuſſus, & ſub monte Ætna ſepultus: id explicant verſus Virgilij ſequentes.
Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole: hac ingentemque inſuper Ætnam
Impoſitam, ruptis flammam expirare caminis. *Vir. æn. 3.*
——— euulſiſque truncis
Audax. Enceladus iaculator audax. *Hor. car. 4.*
Ferox. ——— ſurget Enceladus ferox. *Sen. Her. œt.*
Trinacrius. Aut, vt Trinacrij ſalias ſuper ora Gigantis
Ætneus. Plurima quà flammas Sicanis Ætna vomit. *Oui. in Ib.*

ENDYMION.

Ciceronem ad lucem us proloquentem lib. 1. Tuſculan. Endymion vero ſi fabulas audire volumus, neſcio quando in 2 Latmio obdormiuit, qui eſt mons Cariæ, nondum eſt opinor experrectus. Num igitur eum curare cenſes, quum luna laboret, a qua 1 conſopitus putatur, vt eum dormientem oſcularetur.
2 *Latmius.* Latmius Endymiō nō eſt tibi Luna rubori. *Oui. de arte 3*

1 *Dormitor.* Quid tibi dormitor proderit Endymion? *Mar.epig.*10

ENIPEVS.

Fluuius in 1 *Theſſalia,ad cãpos Pharſalia, prope quem Cæſar Pompeium deuicit. Lentus eſt, ſed Apidano commiſtus, velociſſimus fluit.*

Turbidus. Sanguine Romano, quã turbidus ibit Enipeus. *Lucan.*7

1 *Theſſalic⁹.* Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo. *Propert.*3.

Irrequietus. Populifer Sperchius, & irrequietus Enipus. *Ouid.met.*1.

Vndans. —iuxta fluuios, & ſtagna vndantis Enipei. *Lucanus* 7.

——————it gurgite vaſto

Celer. Apidanus, nuſquãq; celer niſi miſtus Enipeus. *idem* 6.

Tumidus. Ipſe ego præcipiti tumidũ per Enipea nimbo. *Valer.* 1.

Altus. Et caput vnde altus primũ ſe erũpit Enipeus. *Vir.geor.*4

Pulcher. ————te pulcher Enipeus

Celſáque Dodone ſtupuit. *Cl.pan.*6.

1 *Æmonius.* Non ſic Æmonio Salmonida miſtus Enipeo

Tænareus facili preſſit amore Deus. *Propert.*1.

Magnus. ————quam magnus Enipeus

Et pater aurato quantus iacet Inachus antro. *Valerius* 5

Segnis. Segnior Apidani vires, vbi ſentit Enipeus. *idem* 1.

ENNIVS.

Ennius, Poeta Calaber in Italia, quem vt ait ſilius,—Rudiæ genuere vetuſtæ. *Huius Elogium ſepulchri attulit Cicero lib.*1. *Tuſculan.quaſtionum.*

Aſpicite, ô ciues, ſenis Ennii imaginis formam,
Hic veſtrûm panxit maxima facta patrum.
Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu
Faxit: cur? volito viuus per ora virûm.

Arte carens. Ennius arte carẽs, animoſiq; Accius oris. *Ouid.am.*1.

Ingen.max. Ennius ingenio maximus, arte rudis. *idem triſt.*2.

Grauis. ——Martem cecinit grauis Ennius ore. *ibid.*

———— ——————qui primus amœno

———— Detulit ex Helicone perẽni frõde coronã. *Lucret.* 1.

Ferox. Cedet Muſa rudis ferocis Enni. *Stat.ſyl.*5.

ENSIS.

Ab diuerſis animi affectibus ſumit Epitheta. Aperto Marte dicitur fulmineus, in dolo improbus, periurus, &c. item à perſonis qua percutiunt, vel percutiuntur, nefandus, ſacer, ſacrilegus. Dicitur Noricus à Norico, regione Germaniæ, vbi enſes nominatiſſimi procudebantur.

———humero ſimul exuit enſem

Auratus. Auratum. *Virg.Æn.*9.

Æreus. Æratæq; micant peltæ, micat æreus enſis. *idem Æn.*7.

Habilis. ——habiles breuibus mucronibus enſes. *Silius* 8.

Ferreus.	Inde minutatim proceſſit ferreus enſis.	*Lucret* 5.
Noricus.	——enſe pectus Norico recludere.	*Hor.epod.*
Fidus.	—— fidum capiti ſubdnxerat enſem.	*Vir.æneid.*6.
Fulgens.	Vaginâque cauâ fulgentẽ diripit enſem.	*idẽ æneid.*10.
Decorus.	Coniiciunt igni galeas,enſeſque decoros.	*idẽ æneid.*11.
Nitidus.	Pendenti nitidum vaginâ diripit enſem.	*Ou. met.*10.
Nudatus.	Quis mihi nudatos enſes?quis tela lacertis, Excutit.	*Cl.in Ruf.*2
Eductus.	Eductúmque tene,vaginâ interritus enſem	*silius* 13.
Exertus.	Enſibus exertis bellica læta Dea eſt.	*Ouid.faſt.*3.
Diſtrictus.	——gubernator diſtricto conſtitit enſe.	*idem faſt.* 2
Adactus.	——enſe iacet proſtratus adacto.	*silius* 17.
Exactus.	Eat per artus enſis exactus meos.	*sen. He. Oet.*
strictus.	——ſtrictũ propere vaginâ detegit enſem.	*silius* 13.
Alacer.	Curetũq;alacres ad tympana ſuſcitat enſes.	*Cl.in Eut.*2
Nudus.	Enſe pedes nudo, purâque interrita parmâ.	*Virg. æn.* 11.
Rigidus.	—curuæ rigidũ falces conflantur in enſem.	*Virg.geor.*1.
Nefandus.	——vos aræ, enſéſque nefandi Quos fugi.	*Virg.æn.*2.
Inimicus.	Iam flammæ tulerint, inimicus & hauſerit enſis.	*Ibid.*
Fulmineus.	———vaginâque eripit enſem Fulmineum.	*Virg.æn.*4.
Cruore ſpumans.	——enſemque cruore Spumantem, ſparſáſque manus, &c.	*ibidem.*
Fatifer.	Fatiferumque enſem,loricam ex ære rigentem.	*V.æn.*8.
Crudus.	——crudum per coſtas exigat enſem.	*Virg.æn.*10.
Horrendus.	Quis fuit horrendos primus qui procudit enſes.	*Tib* 1.
Ferus.	Nec mihi ſunt vires,nec ferus enſis adeſt.	*Ouid.epiſt.*8
Violentus.	——vtemur violento fortiter enſe.	*idem epiſt.*11
Bellicus.	———quos non bellicus enſis, Non tuba terruerit.	*idem met.*3.
Impius.	Sanguine natorũ perfũditur impius enſis.	*idem met.*7.
Lethalis.	Qua patuit ferro lethalẽ condidit enſem.	*idem met.*13.
Barbarus.	——quam poſtquam barbarus enſis Abſtulit.	*idem met.*14
sceleratus.	——in me acui ſceleratos cernitis enſes.	*idem met.*15.
Acutus.	Nec galea tegimur,nec acuto cingimur enſe.	*idẽ faſt.*2.
sæuus.	——hanc ſæuo vitam mihi finiat enſe.	*idem triſt.* 3.
pugnax.	Victáque pugnaci iura ſub enſe iacent.	*idem triſt.*5.
Infauſtus.	Infauſtos iaciunt enſes.	*Silius* 2.
Hoſticus.	Hũc neq;dira venena,nec hoſticus auferet enſis.	*H ſ.*1.
Imbut.ſcel.	Et ſcelere imbutos etiã nunc venditat enſes.	*Lucan.*5.

Pollutus. —tetigit ſanguis pollutos Cæſaris enſes. *Lucanus* 2.
Pudendus. ————debellatóſque pudendo
Enſe mares. *Stat.Th.*5.
Dirus. Pompeij diro ſacrum caput enſe recidis. *Lucanus* 8.
————hinc ſaxa, ſudeſque
Infectus cæde. Armáque mœſta virûm, atque infectos cædibus enſes
Subuectant miſeræ. *Stat.Th.*5.
Vulnificus. Aſpera vulnifico ſubter latus enſe riget Sphynx. *idē T.*4
Immitis. ——immitis quoties tractabitur enſis,
Turba ſumus *idem Achil.*1
Inuiſus. ————inuiſus & enſis,
Et clypeus. *Sil.*10.
Cruentatus. Enſe cruentato, fraudēmq;, & inania buſta. *Stat.Th.*5.
Cruentus. ————cælóque cruentos
Certatim oſtentāt & diis vltoribus enſes. *Silius* 12.
Inſanus. ——inſanos clementia condidit enſes. *Calphur.*
Bellator. Bellatorē alacer per pectora tranſigit enſem. *Silius* 13.
Cæcus. ——cæcum rotat irreuocabilis enſem. *Stat.Th.*9.
Frigidus. ————frigidus enſis
Expulerat belli furias. *Lucanus* 5.
Periurus. Semper atrox dextrâ, periuróque enſe ſuperbus
Hannibal. *Stat.ſyl.*4.
Validus. ——validum namque exigit enſem
Per medium Æneas iuuenem. *Virg.Æn.*10
Agitatus. Fulſit hinc, illinc agitatus enſis,
Quem mouet crebro furibundus ictu,
Sanguinem Mauors cupiens recentem. *Sen.Thyeſt.*

ENYO.

Eſt vnum è cognominibus Bellonæ, Martis ſororis, quæ bello præeſt, & pro ipſo in vſu eſt.

Serpentibus ardens. ————ſerpentibus ardens,
Et face mutata bellum integrabat Enyo. *Stat.The.*8.
————veluti nondum ſatiaſſet Enyo
Sæua. Iras ſæua truces. *Silius* 10.
Ciuilis. Cum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo. *Mar.epig.*6.
Naualis. Nec te decipiat ratibus naualis Enyo. *idem li.*1.
Martia. ————tu Martia teſtis Enyo
Atque inferna Ceres. *Stat.Th.*5.
Crudelis. Feralis. Dira. Vide Bellona.

EOS. *EOVS*, ſolis ortus.

Ortum ſolis, & Auroram ſignificat: pro partibus Orientalibus, [..]a, & Aſia accipitur.

Veniens. Tres vbi luciferos veniens præmiſerit Eos. *Ouid. faſt. 3.*
Primus. Vota Deûm primo victor ſoluebat Eoo. *Virg. Æn. 11.*
Roſeus. Et color, & toties roſeo collatus Eoo. *Propert. 3.*
——————editus ante
Rutilus. Quam iubar, & rutilus cælum illuſtraret Eous. *Auſ. ep.*
Surgens. Accendunt vltro lucem ſurgentis Eoi. *Silius 11.*
Lucifer. *Matutinus.* *Vigil.*

EPIDAVRVS.

Vrbs eſt Achaiæ, patria Æſculapij Medicorum Dei. Alia item inſula in Illyria, vbi vrbs Epidaurus, eiuſdem nominis, quæ nunc vocatur Raguſa, eſtque hodie Emporijs, & Republica percelebris.

Illyris. Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas. *Lucanus 2.*
Targetiq; canes, domitrixq; Epidaurus equorũ. *V. geo. 3*
Fœlix arenis. Pergamus, aut medicis fœlix Epidaurus arenis
Educat. *Stat. ſyl. 1.*

EPVLÆ. V. Cibus.

Pro ipſo ſunt conuiuio, & cibis lautiſſimis, quæ in eo apponuntur.
Opimæ. *Lautæ.* *Largæ.* *Lætæ.* *Suaues.*

Calentes. Parua mora eſt epuláſque foci miſere calentes. *Oui. m. 8*
Regales. Regales epulæ menſis, & Bacchus in auro
Ponitur. *Oui. met. 6.*
Dulces. Voueram dulces epulas, & album
Libero caprum. *Hor. Car. 3.*
Fœlices. ———fœlices epulas menſæque dediſti
Sacra tuæ. *Stat. ſyl. 4.*
———ſtata ſacra quotannis
Solemnes. Solemnes recolunt epulæ. *Stat. Th. 1.*
———nemorum per opaca ſacrorum
Dites. Ditibus indulgent epulis vacuantque profundo
Aurum immane mero *Stat. Thc. 5.*
Geniales. Luxuriant, epuliſque vacãt genialib⁹ vmbrę. *Cl. de rap. 2*
Paratæ. ———epulæque ante ora paratæ
Regificæ. Regifico luxu. *Vir. æn. 6.*
Nocturnæ. Lumina nocturnis epulis vt ſuppeditentur. *Lucretius.*
Sacræ. Hæc ſacris ſedes epulis, heic ariete cæſo
Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis. *Virg. Æn. 7.*
Hi panaria, candidáſque mappas
Lautiores. Subuectant, epuláſque lautiores. *Stat. ſyl. 1.*
Instructæ. ————epulæ regia inſtructæ domo,
Phrygibus. Quales fuerunt vltimæ Phrygibus dapes

Celebrahtur ; oſtro lectus Iliaco nitet. *Sen, Agam.*

Graues. Dū grauib⁹ marcent epulis, hoſtiq; catenas.

Inter vina crepant. *Cl.in Eu. 2*

EQVES.

Seſſorem equi ſignificat: Romanos item equites, qui medij erant ordinis, inter patritios, & plebem.

Magiſter. Fingit equum docilem tenera ceruice magiſter
Ire viam quam monſtrat eques. *H. de art. p.*

Flectere equū ſciens. Quamuis non alius flectere equum ſciens
Æquè conſpicitur gramine Martio. *Hor. car. 3.*
——vis certæ pila cohortis

Egregius. Egregios equites, & caſtra domeſtica. *Iuue. ſat. 10.*

Melior. Eques ipſo melior Bellerophonte

Bellerophōte. Neque pugno, neque ſegni pede victus. *Hor. car. 3.*

Numeroſus. ——————numeroſus vbique
Fulget eques. *Cl. in Eutr. 2*
Non libente Numa timuit ſic curia fœlix,

1 *Celſus.* Pompeio nec celſus eques, nec fœmina Bruto. *St. ſyl. 1.*

1 *Magnus.* Sedilibuſque magnus in primis eques,
Othone contempto ſedet. *Hor. Epod.*
Curia pauperibus clauſa eſt: dat cenſus honores:

1 *Seuerus.* Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques. *Oui. am. 3.*

Clarus. Et referes pili præmia clarus eques. *Mart. epig. 6*

1 *Superbus* Equiti ſuperbo, nobili, locupleti

Nobilis. Cecidit repente magna de ſinu clauis. *idem epi. 5.*

Metuendus ————& Parthos feroces

haſta. Vexet eques metuendus haſta. *Horat. car. 3*

EQVA.

Armentalis. Armentalis equæ mammis, & lacte ferino. *Virg. æn. 11.*
——interque armenta Cupido

Indomita. Natus, & indomitas dicitur inter equas. *Tib. 2.*

Nobilis. Nobiliumque greges cuſtos ſeruabat equarum. *O. m. 2.*

Trima. Quæ velut latis equa trima campis
Ludit exultim, metuitque tangi

Nupt. exp. Nuptiarum expers, & adhuc proteruo

Cruda. Cruda marito. *Hor. car. 3.*

Apta ——tibi tollit hinnitum

quadrigis. Apta quadrigis equa. *Hor. car. 2.*

EQVVS.

Generoſi equi argumenta deprehendes apud Virg. Geor. 3. Dantur equi Ioui, Marti. Soli, Auroræ, Lunæ, Plutoni, Neptuno, Nocti.

Mitis. O mites Diomedis equi! Buſiridis aræ

Cle-

	Clementes.	*Cl in Ruf.*1.
Docilis.	Fingit equũ tenera docilẽ ceruice magiſter.	*Hor. epiſt.*1
Sublimis.	Sublimi prouectus equo.	*Lucanus* 7.
	———fremit æquore toto	
Inſultans.	Inſultans ſonipes.	*Vir. æneid.*11
Fortis.	——quid tam egregium, ſi fœmina forti	
	Fidis equo?	*ibid.*
	———Chiron	
Flauus.	Semiuir, & flaui corpore miſtus equi.	*Ouid. faſt.*5.
Nobilis.	Non ego nobiliũ ſedeo ſpectator equorũ.	*Ouid. am.*3.
Cornipes.	——cornipedum curſu ſimulârat equorũ.	*Vir. æneid.*6.
Venator.	Non illi venator equus, non ſpicula curæ.	*Cl. de nu. H.*
Vtilis bello.	Rex fuit vtiliũ bello ſtudioſus equorum.	*Ou. met.*14.
Bellator.	Hinc bellator equus cãpo ſeſe arduus effert.	*V. geor.*2.
Armiger.	Et ſolitum armigeri ducite munus equi.	*Propertius*1.
Bellicus.	Bellicus ex illo fonte bibebat equus.	*idem* 4.
Martius.	Martius hinc ſonipes cãpos hinnitibus implet.	*Silius* 1.
	———hi Martia tela,	
Belliger.	Belligeróſque hortantur equos.	*Stat. The.* 7.
Theſſalicus.	Theſſalicus ſonipes bellis feralibus omen.	*Lucanus* 1.
Thracius.	——maculis quem Thracius albis	
	Portat equus.	*Vir. æneid.*9.
Magnanim⁹.	Frænáque magnanimi dente terũtur equi.	*O. de arte* 1.
Sonipes.	Nobilis haud aliter ſonipes, quem primus amoris	
Tumidus.	Sollicitauit odor, tumidus, quatienſque decoras	
Quatiens	Curuata ceruice iubas, Pharſalia rura	
iubas.	Peruolat, & notos hinnitu flagitat amnes,	
	Naribus accenſis: mulcet fœcunda magiſtros	
Pulcher.	Spes gregis, & pulchro gaudẽt armẽta marito.	*Cl. nu. H.*
Celſus.	Celſos ſonipedes ocyus ſubigit iugo.	*Sen. H. p.*

EQVVS, cum ephippiis.

Inſig. oſtro.	———oſtróque inſignis & auro	
Ferox.	Stat ſonipes, ac fræna ferox ſpumãtia mãdit.	*Vir. æneid.* 4
Inſig. phaler.	Primus equũ phaleris inſignẽ victor habeto.	*idẽ æneid.* 5
Frænatus.	Frænatis lucent in equis.	*ibid.*
Nitens.	———quæ cura nitentes	
	Paſcere equos, eadẽ ſequitur tellure repoſtos.	*idẽ æn.* 6.
Phaleratus.	———ſupereminet, ac phaleratum	
	Circumflectit equum.	*Pru. Pſych.*
Inſtratus oſt.	Inſtratos oſtro aſipedes, pictíſque tapetis.	*Vir. æneid.* 7.

EQVVS indomitus.

Tenax.	Vidi ego nuper equum contra ſua fræna tenacem,	

Ore reluctanti fulminis ire modo. *Ou. amor 3.*
Attonitus. Exul ab attonitis excutiaris equis. *Ouid. in Ib.*
Externatus. Cur externati rurſus aguntur equi. *ibid.*
Inobſequens. Inobſequentes protinus frenis equi
Rapuere currum. *Sen. Hipp.*
——————conterritus ipſe
Turbatus. Turbatis Meſſapus equis. *Virg. Æn. 9.*
Vt rapit in præceps Dominum ſpumantia fruſtra
Durus ore. Fræna retentantem durior oris equus. *Ouid. am. 2.*
Indomitus. More nec indomiti fræna remittit equi. *idem triſt. 5.*
Fremens. ——————ille frementes
Ad iuga cogit equos. *Virg. Æn. 7.*
Animoſus. Tēpore paret equus, lētis animoſus habenis. *O. triſt. 4.*
Effrenis. Effræni volitabat equo. *Prud. Pſich.*
Difficilis. Difficili gaudebat equo. *Silius 8.*
Furens ——————atque furentes
bella. Bella mouens immittit equos. *Virg. Æn. 12.*
Sternax. Et ſternacis equi lapſū ceruice Thymœtē. *ibid.*
Aſper. Aſper equus duris contunditur ora lupatis. *Ouid. am. 1.*
Ferus. Sola feris occurrit equis, mollitque tumorem
Pectoris, & blando præcordia tēperat igni. *Claud. epig.*

EQVVS ad curſum, in Circo.

Fugax. Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos. *Hor. car. 2.*
Impiger. Non equus impiger
Curru ducet Achaico. *idem car. 4.*
Labitur infœlix, ſtudiorum atque immemor herbæ
Victor. Victor equus. *Virg. geor. 3.*
Volucer. Dum volucri quatit aſper equo, ſyluaſque fatigat
Cyzicus. *Valerius 3.*
Citatus. Ora citatorum dextra detorſit equorum. *Virg. Æn. 12*
Alipes. Alipedumq; fugam curſū tentauit equorū. *ibid.*
Celer. Inſideat celeri conſpiciendus equo. *Tibul. 1.*
——permiſti cæde virorum
Semianimis. Semianimes voluuntur equi. *Virg. Æn. 11.*
Admiſſus. ——admiſſos arte retentet equos. *O. de arte 2.*
Spumans. Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. *V. Æn. 6.*
Velox. Vt noua velocem cingula lædat equum. *Ou. de re. a. 1.*
Rapidus. ——quid rapidi profuit vſus equi. *Ouid. faſt. 5.*
Alatus. ——————alato ni Regulus arte
Inſtantem eluſiſſet equo. *Silius 6.*
Calens. Ipſe ſono, plauſúque ſimul, ſonitúque calentes

Quadriiugi. Quadriiugos cernes ſæpe reſiſtere equos. *Ouid.triſt.4*
Biiuges. Siſtit equos biiuges,& curru deſilit. *Virg.Æn.12*
——ludo volitans cum turba ſuperbo
Puluerei. Puluereis exultat equis. *Val.4.*
Primus cert. Et pugilē victorē,& equū certamine primū. *H.d.a.po.*
Ardens. Ardentéſque auertit equos in caſtra. *Virg.geor.1.*
Anhelus. Noſq;vbi primus equis Oriēs afflauit anhelis. *idem ge.*
Anhelans. Sæuus anhelanti mœnia luſtrat equo. *Ouid.triſt.4*
Fumans ſudore. Talis equos alacer,media inter prælia Turnus
Fumantes ſudore quatit. *Virg.Æn.12*
Acrior. Acrior & campum ſonipes rapit. *Stat.The.5.*
Acer. Vt fremit acer equus cum bellicus ore cruento
Signa dedit tubicen. *Ouid.met.3.*
Ales. Alite vectus equo,&c. *Silius 2.*
Magnæ famæ. Acer equus quondam,magnæque in puluere famæ
Degenerat. *Oui.met.7.*
Rapidus. Quid loca? quid rapidi profuit vſus equi? *Ouid.faſt.5.*
Eleus ——quantum clamore iuuatur
Sonipes. Eleus ſonipes. *Lucanus 1.*
——totúmque per agmen
Sublimis. Sublimi prouectus equo. *Oui.met.7.*
Ventoſus. Primáque ventoſis palma petetur equis. *Ouid.faſt.4.*
Citus. Ante citos quantum Pegaſus ibat equos. *idem pont.4.*
Intrepidus. —ad lituos hilarem,intrepidúmque tubarum
Proſpiciebat equum. *Stat.Th.11.*
Præceps. Sic vbi proſiluit piceo de carcere præceps. *Silius 15.*
Veloc.Euris.——velocior Euris
Doctus virg. Et doctus virgæ ſonipes in caſtra ruebat. *Silius 3.*

Aliger. *Pugnator.* *Pugnax.* *Pernix.*
Regalis. *Generoſus.* *Conſternatus.*

EQVI triumphantes.

Triūphales. Ante triumphales ſerua feratur equos. *Ou.pont.2.*
Ouantes. ——hæc fatus ouantes
Exhortatur equos. *Cl.de rap 2.*
Coronati. Illa coronatis alta triumphat equis. *Ouid faſt.5.*
Niuei. Vect'es in niueis,Poſthume victor,equis. *idem faſt.6.*
Nitidi. Portabat nitidis currus eburnus equis. *Tibul.1.*
Quadriiugi. ——quadriiugis aureus ibit equis. *Ou.ad Liu.*
Candens. -candētibus vrbē-Ingreditur trabeat'equis. *Cl.de St.2*

EQVI Iouis.

—namque Dieſpiter—Igni coruſco nubila diuidens,
Tonans. Plerumque per purum tonantes,

Egit equos volucrémque currum. *Hor.car.*1.
Rapidi. Sitque ſocer rapidis qui tonet altus equis. *Ouid.epiſt.* 9

EQVI MARTIS.

Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri,
Furentes. Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes
Bella mouens immittit equos: illi æquore aperto
Ante Notos Zephyrumque volant. *Vir.æn.*12.
——exhauſtis Martem non amplius armis,
Biſtonij. Biſtonius portat ſonipes, magnóque ſuperbit
Pondere. *Stat,ſyl.*1.

EQVI Deorum marinorum.

Iam venti ponent, ſtratáque æqualiter vnda,
Cærulei. Cæruleis Triton per mare curret equis. *Ouid.epiſt.*7.
Cæruleus Protheus, magnum qui piſcibus æquor
Bipedes. Et iuncto bipedum curru metitur equorũ. *Virg.geor.*4.
Viridis. Vobis Ionia, virides Nuptunus in alga
Nutrit equos, qui ſumma freti per cærula poſſint
Ferre viam. *Clau.pan.*6.

EQVI Noctis.

Humentes. Humentes iam noctis equos, &c. *Claudianus.*
Nigri. Iam nox æthereum nigris emenſa quadrigis
Mundum, cæruleo lauerat amne rotas. *Tibullus* 3.
Rorantes. *Obſcuri.* *Cærulei.* *Atri.* *Fuſci.*

EQVI SOLIS.

Pyrois. Eous. Æthon. Phlegon.
Volucres. Interea volucres Pyrois & Æthon
Solis equi, quartúſque Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent, &c. *Ouid.met.*2.
Alipedes. Inq; diem alipedum ius, & moderamen equorum. *ibid.*
Animoſi. Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis, &c. *ibid.*
Ignipedes. Tunc ſciat ignipedum vires expertus equorum. *ibid.*
Ætherij. Virginis æthereis cum caput ardet equis. *O. de arte* 3.
Niuei. Et reuocant niueos ſolis euntis equos. *Ouid.am.*2.
——& qua fluitantibus vndis
Anhelantes. Solis anhelantes alluit amnis equos. *Tibul.* 2.
Vegeti. Pepuliq; noctis vmbras vegetis ſonipedibus. *Catull.*
————piceo nox obuia nimbo
Lucentes. Lucentes turbauit equos. *Stat.Theb.*1
Flagrantes. Flagrantes ſol pronus equos, rutilámque lauabat
Oceani ſub fonte comam. *idem The* 3.
Cærulei. Iam cæruleis euectus equis
Titan ſummum proſpicit Oetam. *Sen.Her.fu.*

Rubentes. ——————flectítque rubentes
Solis equos. *Cl.in Gig.*
Alati. Phœbus & alatis æthera carpet equis. *Ouid.faſt.3.*
——cum iam prope luce peracta,
Purpurei. Demere purpureis ſol iuga vellet equis. *Ou.epiſt.19.*
Radiantes. Cũ tamen altus equis Titã radiãtibus inſtat. *id.epiſt.8.*
Anheli. ————in alto Phœbus anhelos
Æquore tinget equos. *idem met.15.*
Volucres. —arbitrio volucrum raptatur equorum. *idem met.2.*
Phaet.equi. Poſtea lux Phaethontis equos proferre parabat
Rapidi. Iam rapidos. *Silius 11.*
Luciferi. Flammiferi. Ignem vomentes,
Ambroſia ſaturi. Volantes.

EQVI Luciferi, *ſeu*, Auroræ.

Expectata dies aderat, nonámque ſerena
Phaethontij. Aurorã Phaethõtis equi iam luce ferebãt. *Vir.æneid.5.*
Albi. ——cumque albo Lucifer exit
Clarus equo. *Ou. met.15.*
Matutini. In matutinis lampada tollet equis. *idem faſt.5.*
Veloces. ——velox Auroræ nuntius Æthon. *C.Au.pan.2.*
Crocei. Hunc Aurora diem ſpectacula tanta ferentem
Quamprimũ croceis roſcida portet equis. *Ou.ad Liu.*
——hunc illum nobis Aurora nitentem
Roſei. Luciferum roſeis candida portet equis. *Tibul.1.*
Luciferi. Roſcida luciferos cum Dea iungit equos. *O.de arte 3.*
Eoi. Confligunt Zephyruſque, Notúſque, & lætus Eois
Eurus equis. *Vir.æneid.1.*
Recentes. ——& quà vix mane recentes
Enituntur equi.
Dum meus humectat flauentes Lucifer agros,
Rorans. Roranti prouectus equo. *Cl.de rap.2.*

EQVI Lunæ.

Titanis late mundo ſubuecta ſilenti,
Roriferi. Roriferâ gelidum tenuauerat aera bigâ. *Stat.The.1.*
Lunares. Et vos lunares exiluiſtis equi. *Ouid.faſt.5.*
Nocturni. Lunaque nocturnos alta regebat equos. *idem triſt.1.*
Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phœbi,
Luciferi. Denaque luciferos luna vehebat equos. *Ou.epiſt.11.*
Niuei. Vt ſolet in niueis luna vehetur equis. *id.de re.a.1.*

EQVI Plutonis.

——toruos inuiſa iugales
Alecto temone ligat, qui paſcua mandunt

Cocyti, pratíſque Erebi nigrantibus errant,
Stagnáque tranquillæ potantes marcida Lethes,
Ægra ſoporatis ſpumant obliuia linguis,
Orphnæus crudele micans, Æthónque ſagittâ
Ocyor, & Stygii crudelis gloria Nycteus
Armenti, Ditíſque notâ ſignatus Alaſtor. *Cl. de rap.* 1.

Atri. —currúque atrorum euectus equorum. *Ou. met.* 5.
——haud vltra tenuit Saturnius iram,

Terribiles. Terribiléſque hortatus equos. *ibid.*

Cærulei. Regnáque cæruleis in ſua portat equis. *Ouid. faſt.* 4.

Graues. ————grauibúſque gementem
Enceladum calcabat equis. *Cl. de rap.* 2.
——tenebroſa ſede Tyrannus.

Atrati. Exierat, currúq; atratorũ euectus equorũ. *Ou. met.* 5.
————longâ ſolitos caligine paſci
Terruit orbis equos. *Cl. de rapt.* 2

Tartarei. Audes Tartareis mundum inceſtare quadrigis. *ibid.*

Ferales. Nigri. Ferrugmei. Lethæi.

PEGASVS, equus.

Equus ales, ex Meduſæ Gorgonis ſanguine procreatus, cuius ope
1 *Bellerophon Chimæram profligauit.*

Ales. Victor Abantiades alite fertur equo. *Ouid. am.* 3.

2 *Gorgoneus.* Vngula Gorgonei quem caua fecit equi. *idem pont.* 4.

Meduſæus. Grata Meduſæi ſigna tenetis equi. *idem faſt.* 5.
——te ſenſit equum crinita colubris

Volucer. Mater equi volucris. *idem met.* 6.

3 *Bellerophōt.* Bellerophontæi quà fluit humor equi. *Propert.* 3.

EQVVS Troianus.

Refert Virgilius, poſt decem annos in expugnatione Troianæ fruſtra conſumptos, conſilio Palladis Græcos, immanem quandam machinam è lignis contextam, ad equi ſimilitudinem fabricaſſe, in eaque ſingulos quoſque præſtantes milites occultaſſe, qui religionis cauſa cum equo intra muros admiſſi, noctu incautos Troianos trucidarunt, vrbem flammis, ferro, excidio vaſtarunt. Hunc equum, totámque hiſtoriam deſcripſit Virgilius Æneid. 2. *Vide etiam Petronij Arbitri Troiæ Haloſin Iambeam.*

Dardanius. Nunc age fama prior notum per ſecula nomen
Dardanii miretur equi, &c. *Stat. ſyl.* 1.

Roboreus. ————caua primus acutâ

Suſpectus. Cuſpide ſuſpecti robora fixit equi. *Ouid. in Ib.*

Fatalis. Cum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit
Pergama. *Virg Æn.* 6.

Immenſa moles.	Hanc tamen immenſam Chalcas attollere molem Roboribus textis, cælóque educere iuſſit. *idem Æn. 2.*	
Immanis.	Quo molem hanc immanis equi ſtatuere? *ibid.*	
Acernus.	———trabibus contextus acernis Staret equus.	*ibid.*
Arduus.	Arduus armatos mediis in mœnibus aſtans, Fundit equus.	*ibid.*
Ingens.	———pars ingentem formidine turpi Scandunt ruſus equum.	*ibid.*
Exitialis.	Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.	*ibid.*
Fatalis.	———ſcandit fatalis machina muros Fœta armis.	*ibid.*
Abiegnus.	Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces.	*Prop.3.*
Fallax.	Fallacem patriæ ſerpere dixit equum.	*idem.*
Palladius.	Mœnia cum Graio Neptunia preſſit aratro.	
Ligneus.	Victor Palladiæ ligneus artis equus.	*idem.*
Infœlix.	Et monſtrum infœlix ſacrata ſiſtimus arce. *Virg. Æn. 2.* ———ſciſſaque in molem cadunt	
Minax.	Robora minacem quæ fabricarent equum. *Petr. Arbit.*	

EREBVS.

Loca inferorum ſignificat, authore Virg. Æneid 6.

———imas Erebi deſcendit ad vmbras.

———quem vulnere nondum

Profundus.	Vlterior Lethes accepit ripa profundi Lege Erebi.	*Stat. Theb. 1*

Tenebroſus.	*Opacus.*	*Dirus.*	*Durus.*	*Triſtis.*
Vmbroſus.	*Silens.*	*Niger.*	*Mæſtus.*	*Caliginoſus.*

V. Inferi.

ERIDANVS.

Alio nomine Padus, fluuius eſt in Italia: 1 Venetum agrum ſuis aquis alluit, quas in Adriaticum mare defert. Incendio, & caſu 2 Phaethontis nobiliſſimus eſt: vide quæ diximus ad Phaethon. In 3 cælum Deorum beneficio tranſlatus eſt: id explicant verſus Arati ex Cicerone.

Namque etiam Eridanum cernes in parte locatum
Cæli, funeſtum magnis cum viribus amnem,
Quem lachrymis mœſtæ Phaethontis ſæpe ſorores
Sparſerunt lethum mœrenti voce canentes.

Maximus.	Quem procul à patria diuerſo maximus orbe Excipit Eridanus.	*Ou. met. 2.*
Furens.	Fertur in arua furens cumulo, campóſque per omnes Cum ſtabulis armenta trahit.	*Virg. Æn. 2.*

1 *Venetus.* Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano. *Prop.1.*
Fluuior.Rex. Fluuiorum Rex Eridanus. *Virg.geor.1.*
2 *Phaethōti⁹.* ——nunquam Phaethontius amnis
Sanguinea Pontum turbaſſet decolor vnda. *Silius 7.*
3 *Stellifer.* Stellifer Eridanus ſinuatis flexibus errans. *Cl. Aug.p.2.*
Auratus. At gemina auratus taurino cornua vultu
Tauriformis. Eridanus quo non alius per pinguia culta
Violentus. In mare purpureum violentior influit amnis. *Vir.geor.4.*

ERICHTONIVS.

Rex Athenarum, filius Vulcani, draconis pedes habens, quos vt obtegeret iunctis equis currum primus conſcendit. Virgil.geor.3.

Primus Erichtonius currus, & quatuor auſus
Iungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.

ERIGONE.

Filia 1 Icarij, quem cum occidiſſent ebrij ruſtici in 2 Marathonio agro regionis Atticæ, tanto dolore conflictata eſt, vt ſibi laqueo faucibus impacto animam intercluſerit: ſed deorum miſericordia in cælum tranſlata eſt, diciturque Aſtræa.

Pia. Quodque dolore necis patriæ pia filia fecit
Vincula per laquei fac quoque guttur eat. *Oui. in Ib.*
——qualis Marathonide ſylua
Flebilis. Flebilis Erigone. *Stat.Th.11.*
2 *Marathonia virgo.* ——neque enim Marathonia virgo
Parcius extinctum ſquorum crimine agreſtum
Fleuerit Icarium. *Stat.ſyl.5.*

1 *Icaris.* 1 *Icaria.* 2 *Marathonis.*

ERINNYS.

Vna eſt è Furijs, ſic dicta ἀπὸ τοῦ ἐρέειν τὸν νοῦν, hoc eſt à corrumpenda mente. Vide Furiæ, *vbi multa reperies ad rem facientia: diſcordiã, rixáſque dicitur ſerere, & propterea pro diſcordia ſumitur.*

Triſtis. ——quò triſtis Erinnys,
Quò fremitus vocat. *Virg. æn.2.*
Sanguinolenta. ——ſed triſtis Erinnys
Prætulit infauſtas ſanguinolenta manus. *Ouid.Ep. 6.*
Atra. Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes atræ. *Oui. ep.11.*
Fera. ——quà terra patet fera regnat Erinnys. *Oui. met.1.*
Horrifica. Horrificamque oculis, animoq; obiecit Erinnym. *ibid.*
Infœlix. Obſtitit infœlix, aditumque obſedit Erinnys. *Oui.me.4*
Inſana. ——inſanáque regnat Erinnys. *Ibidem.*
Trepida. Verberibúſque ſuis trepidam caſtigat Erinnyn. *Lucan.6*
Tragica. Tunc me, vel Tragicæ vexetis Erinnyes. *Prop.2.*
Feralis. Dedecus Ægypti, latio feralis Erinnys. *Lucan.10.*

Crudelis. ———crudelis Erinnys
Obſtat. *Stat. Th.1.*
Flāmifera. Flammifera Erinnys verbere excuſſo ſonat. *Sen.Her.F.*
Dira. ———dira furiarum cohors
Diſcors. Diſcorſque Erinnys veniat, & geminas faces
Megæra quatiens. *Sen.Thy.*
Torua. Tum torua Erinnys ſonuit, & cæcus furor. *Sen. œd.*
Sæua. ———Erinnys ſæua funeſto pede
Intrauit aulam, polluit Stygia face
Sacros penates. *Sen. Oct.*
Vltrix. Vltrix Erinnys impio dignum parat
Lethum tyranno. *Sen.Oct.*
Improba. Accūbitque thoris, epulaturq; improba Erinnys.*Sil.13.*
Nocturna. ———vnde tubę, nocturnáque mouet Erinnys. *Val.3.*
Succincta anguibus. ———ſuccincta anguibus
Vltrix Erinnys venit ad ſtygios thoros. *Sen. Oct.*
1 *Ciuilis.* ———Iam iam ciuilis Erinnys
Concidet, & Cæſar generū priuatus amabit. *Lucan. 4.*
Infauſta. Funeſta. Stygia. Tartarea.
Vide Furiæ.

ERIPHYLE.

Vxor Amphiarai vatis, quem prodidit aureo monili à Polynice dato, à filio Alcmæone occiſa eſt, quod teſtatur Virgil. Æneid. 6.

Mœſta. ———mœſtamque Eriphylen
Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit. *Virg. æn.6.*
Perfida. ———ſed perfida conjux
Dona viro mutare velit. *Stat. Th.4.*
Nefanda. ———ſi quando nefanda
Huc aderit conjux. *ibidem.*
Impia. ———vatis mox impia conjux,
Heu! vacuos poſitura rogos. *Stat.th.12.*

ERISICTHON.

Eriſicthon 1 Triopæ filius, Rex 2 Theſſaliæ: in odium Cereris, lucum longâ annorum ſerie incidiuum ferro fœdauit: ille tanti ſacrilegij pœnas non effugit, immiſſa enim, & inſpirata in eius vētrem fame, tandiu cruciatus eſt, donec omnibus conſumptis, venditâque propria filia, vt gulæ furias placaret, ſe ipſum viuum membratim deuorarit. Vide Ouid. Met. 8.

1 *Triopeius.* Nec tamen idcirco ferrum Triopeïus heros
Abſtinuit. *Ibid.*
———menſiſque piæ cape præmia, dixit,
2 *Theſſalus.* Theſſalus. *Ibidem.*

——— & protinus intrans

Sacrilegus. Sacrilegi thalamos. *Ibid.*

Profanus. Sic epulas omnes Eriſicthonis ora profani
Accipiunt. *Ibid.*

Auidus. Præbebatque auido non iuſta alimenta parenti. *Ibid*

Sceleratus. Edidit hæc rapta ſceleratus verba ſecuri *Ibid.*
Moliturque genus pœnæ miſerabile, ſi non

Miſerabilis. Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis. *Ibid.*

ERROR, peccatum.

Ingens. Sæpe error ingens ſceleris obtinuit locum. *Sen. Her. F.*

Temerari⁹. ——— illic temerarius error
Vanaque lætitia eſt. *Ouid. met. 12*

Malus. Illa noſtra die quâ me malus abſtulit error. *Oui triſt. 2.*

Vanus. Sed vanus ſtolidis hæc omnia finxerit error. *Lucret. 1.*

Miſer. Humanũ voluunt miſeris erroribus æuum. *Prud. Cath.*
Luxuria peſtis blanda, cui vires dedit

Grauis. Roburq; longum tẽpus, atque error grauis. *Sen. Octa.*

Profanus. Quam penes inſani fremitus, animique profanus
Error, & vndantes ſpumis furialibus iræ. *Cl. in Ruf. 1.*

Nocens. Multis remiſſa eſt vita, quorum error nocens
Non dextra fuerat. *Sen. Her. œt.*

Prauus. Infandus. Inſanus.

ERROR VIÆ.

Incertus. Fluctuat incertis erroribus ardor amantum. *Lucret. 4.*

Irreuocãd⁹. Irreuocandus eat ſectis vitalibus error. *Cl. de Bel. ge.*

Longus. ——— longiſque erroribus actus
Contigit Illyricos profuga cũ coniuge fines. *Oui. met. 4.*

Ferus. Erroreſque feros nemorum, & reticenda deorum
Crimina. *Stat. Th. 1.*
Lapſos ſiniſtris greſſibus

Deuius. Errore traxit deuio. *Prud. hamart.*

Inobſeruabilis. Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error. *Catull.*

Inextricabilis. Hic labor ille domus, & inextricabilis error. *V. æn. 6.*

Vagus. Erroréſque vagos, cæcæque obliuia mentis. *Oui. met. 4.*

Ambiguus. ——— ambiguo viſus errore laceſſunt
Oebalidæ gemini. *Stat. Th. 5.*

Cæcus. Error cæcus quà cœpit eat. *Sen. Her. F.*
Vt quondam Cretâ fertur labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque. *Virg. æn. 5.*

Irremeabilis. Mille viis habuiſſe dolum, qua ſigna ſequendi

Indeprenſus. Falleret indeprenſus, & irremeabilis error.

Sæuus. ——— ſæuis erroribus implicet vrbem. *Val. 3.*

Nubilus. Deuius. Tortus. Perplexus. Lubricus. Nebuloſus. Recuruus. Implicitus. Opacus.

ERYMANTHVS.

Mons nemoroſus in Arcadia, vicinus 1 Phocidi regioni exiguæ, vbi Hercules horrendum aprum, ceruamque æripedem occidit.

Cupreſſifer. Vt Tegeæus aper cupreſſifero Erymantho. *Ouid. ep.* 9.

Gelidus. Mænalioſq; ſinus, gelidũq; Erymanthon, & Elim. *O. m.* 5.

Monſtrifer. Monſtriferumque Erimanthon, & Æriſonum Stymphalon. *Stat. Th.* 4.

Denſus. Solitumque denſis hiſpidum Erymanthi iugis

Arcadicus. Arcadica quatere nemora Mænalium ſuem. *Sen. Her. fu.*

Quæcunque aut gelido prominet Algido *Hor. car.* 1.

Nigris. —nigris, aut Erimanthi. ——ſyluis. *Ibid.*

1 *Phocaic⁹.* Et celer Iſmenos cum Phocaico Erymantho. *O. met.* 1.

ERYX.

Eryx, filius Veneris, Rex Siciliæ, immani corpore præſtans, qui cum multos occidiſſet, ab Hercule tandem cæſtibus contritus eſt, ſepultúſq; te in monte Siciliæ cui nomen dedit. In eo monte Veneri fanum erat ſacrũ vnde Erycina dicta eſt. De illo Eryce ſic habet Virg. Æneid. 5.

——acer Eryx in prælia ſuetus,

Ferre manum, duroque intendere brachia tergo,

de monte ſermo eſt.

Inuius ſaxis. Quæcumque generat inuius ſaxis Eryx. *Sen. Med.*

Apert. Zeph. ——zephyro ſemper apertus Eryx. *Ouid. faſt.* 4

Celſus. Impoſuit templo nomina celſus Eryx. *Oui. faſt.* 4.

Vmbroſus Sed dea non patitur ſic ad ſua gaudia cogi·

Altus. Collo ſub vmbroſo quæ tenet altus Eryx. *O. de art.* 2.

ESCA. V. CIBVS.

Significat cibum hominum, & cæterorum animantium.

Pinguis amor, nimiumque potens in tædia nobis

Dulcis. Vertitur, & ſtomacho dulcis vt eſca nocet. *Oui. am.* 2.

————memor illius eſcæ

Simplex. Quæ ſimplex olim tibi ſederit. *Hor. ſer.* 2.

ETHEOCLES.

1 *Oedipus Laium patrem, filium* 2 *Labdaci Thebanorum Regis imprudens occidit, duxitque matrem Iocaſtam, ex cuius inceſto concubitu Etheoclen, & Polynicen fratres ſuſcepit: hi cedente Regno Oedipode ad regiam dignitatem euecti, conuenerunt vt alternis annis regnarent, prior Etheocles exacto tempore, pactis non ſtetit: Vnde permotus Polynices gener Adraſti, cum ſocero ad bellum Thebas inferendum arma mouit: varijs tandem cõflictibus ambo ſingulari certamine mutuis ſe vulneribus confecerunt, Vide perpetuam Statij Thebaidé: dicitur* 3 *Tyrius,* 3 *Cadmæus à Cadmo Tyrio, qui Thebas condidit, & Ogygius ab* 4 *Ogyge Rege Thebarum.*

Crudelis ——— multumque nefas Etheoclis acerbat

Infandus. Crudelē, infandūque vocans, pœnáſq; daturū. *St.Th.*3.

Sæuus. Accipit, & ſæui manes Etheoclis iniquos. *Stat.th.* 12.

Nefandus. Pœnas nefandus frater, vt nullas ferat. *Sen.Theb.*

2 *Labdacius.* Labdaciumque ducem præmiſſæ conſona nocti
Territat. *Stat.Th.*2.

1 *Oedipodionius.* Oedipodionij mutent diademata fratres. *Stat.Th.*10

3 *Cadmæus.* 4 *Ogygius.* 3 *Tyrius.* 2 *Labdacides.*

EVADNE.

Iphis, ſeu vt alij volunt Iphiclis filia: nupſit Capaneo omnium ducū in expugnatione Thebana præſtantiſſimo, quo interfecto, ſe in eundem rogū vbi corpus mariti conflagrabat conjecit, teſte Ouid. de arte Am. 3.

Accipe me, Capaneu, cineres miſcebimus, inquit,
Iphias, in medios inſiluitque rogos. *Ou de art.*3.

Iphias. Auſáque in accenſos Iphias ire rogos. *Ouid.triſt.*5

Capaneïa. ——— auſa ante alios Capaneia conjux. *Stat.Th.*12

Fida. Nec fida Euadne nec pia Penelope. *Prop.* 3.

Grauis. Et grauis Euadne, dolet hæc queriturque labores

Memor mariti. Audacis pueri: magni memor illa mariti
Vt torvum lachrymans. *Stat.Th.*12

Audax. Turbine quo ſe ſe caris inſtrauerit audax
Ignibus Euadne, fulmenque in pectore magno
Quæſierit. *Stat.th.* 12.

EVAN. Vide BACCHVS.

EVANDER. EVANDRVS.

Nepos 4 Palantis: hic caſu cum patrem interfeciſſet, ſuaſu Nicoſtratæ matris, quæ poſtea Carmentis dicta eſt, in Italiam venit, pulſiſque aboriginibus, ibi regnum, & vrbem fundauit iuxta Tyberim fluuium in monte 5 Palatino: dicitur 1 Parrhaſius, & 2 Nonacrius ab Parrhaſia vrbe, & Nonacri monte in 3 Arcadia vnde erat ortus.

Rex. Tum Rex Euander Romanæ conditor arcis. *Virg.æn.*8.

1 *Parrhaſi*°. ——— qui Parrhaſio Euandro
Armiger ante fuit. *Virg. æn.* 11.

2 *Nonacrius.* Et vati, & matri paret Nonacrius heros. *Oui.faſt.*5.

3 *Arcas.* Arcadis Euandri nomen tibi ſæpe refertur. *Ibid.*

4 *Palantius.* Excipit hoſpitio iuuenem Palantius heros. *Ibid.*

3 *Arcadius.* Iuppiter Arcadij quæſo miſereſcite Regis. *Virg. æn.*8.

5 *Palatinus.* Sceptra Palatini, ſedemque petiuit Euandri. *Vir. æn.*9.

EVENTVS.

Eſt illud quod caſu, aut fortuna, præter ſpem nobis euenit: ideò, vel fœlix, vel infauſtus à nobis explicabitur. Vide Fortuna, Sors, Caſus.

Dubius. Euentus dubios anceps ſententia voluit. *Cl.in Ruf.*2.

Iamque inter varias fortuna vtrimque virorum
Incertus. Alternata vices incerto eluſerat iras
Pendens. Euentu, mediáque diu pendente per ambas
Spe gentes, paribus Mauors flagrabat in armis. *Sil. 9.*
Deterior. Nam timor euentus deterioris abeſt *Ouid. pōt. 2.*
Anceps. Solus in ancipites metuit deſcendere Martis
Appius euentus *Lucanus 5.*
Cæcus. ——— cæcóſque volutat
Euentus animo ſecum. *Virg. Æn. 6.*
Grauis. Euentúque graui finita eſt publica clades. *Ouid. met. 13*
Hic magnus ſedet Æneas, ſecúmque volutat
Varius. Euentus belli varios. *Virg. Æn. 10*

EVENTVS fœlix.

Secundus. ——— euentúſque ſibi latura ſecundos. *C. de lau. St.*
Fœlix. ——— fœlix te reſpicit iſte
Euentus belli. *Sid. Ap. pan.*
Fœlicior. ——— nunquam fœlicior arti
Contigit euentus. *Cl. de rap. 2.*

EVIVS.

Vnum eſt è cognominibus Bacchi, ſignificátque bonum filium. Rationem vide ſupra ad Bacchum.

Tener. ——— prærupti cum te, tener Euie, partus
Tranſmiſere patri. *Stat. Th. 2.*
Leuis. ——— Sithoniis non leuis Euius. *Hor. carm. 1*

EVMENIS. EVMENIDES.

Tres ſunt furiæ apud inferos, Acherontis & Noctis filiæ, Alecto, Tyſiphone, Megæra: dictæ Eumenides, id eſt, mites: ſed per antiphraſin cùm minimè ſint beneuolæ: eas ſerpentibus crinitas faciunt Poetæ. Harum autem munia Virgilius in duodecimo diuini operis fusè perſequutus eſt: cuius verſus ſi refero argumenti erunt vice.

Dicuntur geminæ peſtes, cognomine diræ,
Quas & Tartaream nox intempeſta Megæram,
Vno eodémque tulit partu, paribúſque reuinxit
Serpentum ſpiris, ventoſáſque addidit alas.
Hæ Iouis ad ſolium, ſæuíque ad limina regis
Apparent, acuúntque metum mortalibus ægris,
Siquando lethum horrificum, morbóſque Deûm Rex
Molitur, meritas aut bello territat vrbes.
Viperea. Vipereáſque ciet Stygia de valle ſorores. *Ouid. met. 6.*
Sæua. ——— ſæuas vtinam exorare liceret
Eumenidas. *Stat. ſyl. 5.*
Stygia. Stygias luſtrate ſeueris

	Eumenidas perhibetur aquis.	*Stat. Th. 4.*
Impia.	———impia donec	
Cærula.	Eumenis ex oculis reiectá cærula parma Fugit.	*Stat. Th. 10*
Cruenta.	———ſcidit orſa nouo terrore cruenta Eumenis.	*Stat. Th. 11.*
Vltrices.	———ſceleris vltrices deæ	
Squallidæ	Crinem ſolutis ſquallidæ ſerpentibus	
ſerpentibus.	Atram cruentis manibus amplexæ facem	
Horridæ.	Adeſte thalamis horridæ quondam meis.	*Sen. Med.*
Impexæ anguib.	—cæruleoſque impexæ crinibus angues.	*Virg. geor. 4*
Nocte ſata.	Hunc mihi da propriū, virgo ſata nocte, laborē.	*V. æn. 7.*
Nocte genit.	———illa ſorores	
Implacabil.	Nocte vocat genitas graue & implacabile numē.	*O m. 2*
	Pœnarumque deæ triplices furialibus inquit	
Deæ pœnarū.	Eumenides ſacris, vultus aduertere veſtros.	*Oui. met. 8.*
	Aſſideant fratres iuxta Minoïa ſella eſt	
Seueræ.	Eumenidum intento turba ſeuera foro	*Pro. 4.*
Anguicomæ.	———anguicomæ ducent vexilla ſorores.	*Sil. 13.*

Peſtes Tartareæ. Horrendæ. Diræ. Turbidæ. Graues. Furiales. Truces.

EVPHRATES.

Fluuius eſt Meſopotamiæ, qui ex Strabonis ſententia è Niphate monte Armeniæ magnus, profundus, celer prorumpit: & per 1 Babyloniā defluens, in mare rubrum exit. Dictus eſt ἀπὸ τοῦ εὐφραίνεσθαι, *hoc eſt, à lætando, fertiles enim agros efficit. Cicero 2. de nat. Deorum.* Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis veluti nouos agros inuehit.

1 Babyloni⁹	Arſit & Euphrates Babylonius, arſit Orontes.	*Ouid. m. 2.*
Fertilis.	Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur vndæ.	*Luc. 3.*
Altus.	———Cæſar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem bello.	*Virg. geor. 4*
Magnus.	Quâque caput rapido tollit cum Tigride magnus Euphrates.	*Luc. 3.*
Celer.	Vos celer Euphrates timeat, &c.	*Cl. Pan. 7.*
Tumidus.	———tumidus quaſcumque pererrat Euphrates.	*Cl. pan. 6.*
Vagus.	Quid vagus Euphrates? quid ripa binominis Iſtri? Quid Rheni vexilla ferant?	*Stat. ſyl. 5*

Rapidus.

EVRIPVS.

Eſt pars maris anguſti inter Aulidem Boeotiæ portum, & Euboeam Inſulam quæ Chalcis prius vocata eſt, quod dicit Plinius lib. 2. c. 97. Septies in die ac nocte reciprocari: & tanta rapiditate, author eſt Pōponius Mela, vt ventos, ac etiam ventis plena nauigia ſecum portet. Cicero de natura Deorum. 3. Quid Chalcidico Euripo in motum identidem reciprocando putas fieri conſtantius?

Fugax. ——vicibus alternis fugax
Euripus vndâ ſtabit Euboicâ piger. *Sen. Her. F.*

Vagus. Euripus vndas flectit inſtabiles vagus. *Sen. Her. œt.*

Euboïcus. Euboïci non per ſcapulos illiſa Caphareo
Euripi magis vnda ſonat. *Sil 14.*

Æſtuans. ——æſtuantis mare fertur Euripi. *Boet.*

EVROPA.

Soror Cadmi, filia Agenoris Regis Sidonis, & Tyri in Phœnicia Virgo quam ob pulchritudinem Iuppiter ſub forma bouis raptam, traiecto mari in Creten tulit, & ex ea filium Minoa ſuſcepit. Ex ea denominata eſt tertia illa pars orbis, quam Plinius dicit, Alrricem victoris omnium gentium populi, terrarúmque pulcherrimam: Aſiæ & Africæ aliquando, non magnitudine, ſed virtute comparatam. *Pro ea ſumitur aliquando, raptur à Ioue. Ouid met. 2. item faſt. 5.*

Sidonis. Perque fretum falſo ſidoni vecta boue. *Ou. de arte 3*

Cadmi ſoror. Qui que duas partes, Aſiam, Cadmíque ſororem
ſeparat. *idem pont. 4.*
Hinc qua tepenti vere laxatur dies,

Tyria. Tyriæ per vndas vector Europæ nitet. *Sen. Her. fu.*

Eluſa tauro. Mæonis eluſam deſignat imagine tauri
Europam. *Ouid. met. 6.*

Filia Regis. ——vbi magni filia Regis
Ludere Virginibus Tyriis comitata ſolebat. *idem met. 2*

Agenore nata. ——miratur Agenore nata
Quod tam formoſus, quod prælia nulla minetur. *ibid.*

Regia virgo. ——auſa eſt quoque Regia Virgo
Neſcia quē premeret tergo conſidere tauri. *ibid.*

EVRYSTHEVS.

Cum Iunò aliquando ex Ioue reſciuiſſet fore, vt qui eo die naſceretur vniuerſis hominibus imperaret, rata id de Hercule dici, quem adhuc in vtero grauida Alcmene ferebat, vxoris 1 Stheneli 3 Argiuorum Regis, in Achaia, vbi vrbs Mycenæ partum accelerauit: nam ſeptimo iam mēnſe prægnans erat, ex qua natus eſt Euryſtheus, qui propterea Herculi infenſus, eum contra monſtra immiſit, facile ſic periturum exiſtimans. Eum Hyllus filius Herculis interemit.

Durus. ——quis aut Euriſthea durum,
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras. *Virg.geor.3.*
3 *Stheneleius.* ——neque adhuc Stheneleius iras
Soluerat Euriſtheus. *Ouid.met.9.*
Cruentus. Pœnas cruētus iam tibi Euriſtheus dabit. *Sen.Her.fu.*
2 ——Natus Euryſtheus properante partu *ibid.*
3 *Argolicus.* Rettulit Argolico fulgentia poma Tyrãno. *Lucanus 9.*
Sæuus. Pertulit, & ſæui Tirynthius horrida regis,
Pacta. *Stat.ſyl.3.*
Grauis. Nunc grauis Euryſtheus, &c. *Claudianus.*

4 *Mycenæus.*

EVROTAS.

Pallens. Spéſq; audáxque metus, vna & fiducia pallēs. *st. Theb.* 6.
Falſa. Falſa eſt iſta tuæ mulier fiducia formæ. *Propert.* 3.
Mendax. Nec tamen hæc dici poſſit fiducia mēdax. *Ouid. pont.* 2
Tenuis. ————in volucri tenuis fiducia curſu. *stat. Theb.* 5
————quo te fiducia, clamat,
Vana. Vana pedum violente rapit? *Ouid. met.* 9.
Audax. ——inde hæc audax fiducia tantum
Oenidæ ſuperare parem *stat. Theb.* 6
Fallax. ————fallax animum fiducia tangit. *Ouid. met.* 11
Hæc quoque adhuc vitæ non eſt fiducia noſtræ
Certa. Certa ſatis. *idem met.* 1.

Epitheta ducuntur ab 1 Mercurio, Cythara inuentore, à 2 Sappho 3 Anacreonte, &c. quorum rationem reperies ad caput Carmen, Sappho, 3 Anacreon, Mercurius.

Canora. Threicia fretus cithara, fidibúſq; canoris. *Vir. æneid.* 6

3 *Teïa.* ——& fide Teïa
Dices laborantes, &c. *Hor. carm.* 1.

1 *Cyllenæa* ——& fide Cyllenæa
Leuare diris pectora
Sollicitudinibus. *Hor. ep.*

2 *Æolia.* Æoliis fidibus querentem, &c. *Hor. Car.* 2.

Curua. Inuentor curuæ furibus aptæ fidis. *Oui. faſt.* 5.

FILVM.

Tenue. Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo. *Ouid. pōt.* 4

Subtile. ——volitant ſubtili prædita filo. *Lucret.* 4.

Laue. Quæ prius in læui fuerant extantia filo. *Catull.*

Album. Purpureaſque notas filis intexuit albis. *Oui. met.* 6.

Canum. ——canis frondes intexere filis. *idem* 15.

FILVM. *Chorda cythara.*

Conſonum. Tractat inauratæ conſona fila lyræ. *Ouid. am.* 1.

Sonans. Diis genitus Vates, & fila ſonantia mouit. *idem met.* 10

FILVM PARCARVM.

V. Parcæ. Dies. Hora. Mors.

Dum res, & ætas, & ſororum

Atrum. Fila trium patiuntur atra. *Hor. car.* 2.

Damnoſum. Ponderis immenſi, damnoſáque fila ſenectæ
Exuit. *Stat. ſylu.* 1.

Vltimum. Tandem fila tibi neuerunt vltima Parcæ. *Cl. in Eutr.* 2

FIMVS.

Pinguis. Nec ſaturare fimo pingui pudeat ſola. *Vir. geor.* 1.

——ſed pronus in ipſo

Immundus. Concidit, immūdoq; fimo, ſacróq; cruore. *Idem æneid.* 5

Vdus. ——& vdo
Turpia membra fimo. *ibid.*

FISTVLA.

V. Buxus. Auena. Canna. Calamus. Tibia.

Compacta Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
ſepte cicutis. Fiſtula. *Virg. ecl.* 2.

Iuncta cera. ——an vnquam tibi fiſtula cera
Iuncta fuit. *idem Ecl.* 3.

Ruſtica. ——ruſtica quondam
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis. *Ouid. met.* 8.

Indocta. Indocta referens carmina fiſtula. *Sen. Her. œt.*

Rauca.	Poſtque chelim placuit fiſtula rauca Ioui.	*Sid. Ap. pan.*
Caua.	——ſuadetque leues caua fiſtula ſomnos.	*Stat. th* 1.
Leuis.	Iam leuis obliquâ creſcit tibi fiſtula cannâ.	*Cal. Ecl.*
Dulcis.	Vtcumque dulci Tyndari fiſtula	
	Læuia perſonuere ſaxa.	*Hor. car.* 1.
Garrula.	Garrula ſylueſtri fiſtula ſacta deo.	*Tib.* 2.
Arguta.	———arguta ſacrâ pendebit fiſtula pinu.	*Virg. Ecl.* 7.
Diſpar.	——diſpar ſeptenis fiſtula cannis.	*Oui. met.* 2.

FLABRVM. Vide *Flamen. Ventus.*

FLAGELLVM. Flagrum.

Loreum.	Inde catenatum tractus, hinc lorea flagra	
	Stridere.	*Prud. de cor.*
Durum.	——nec dura timebis	
	Flagra pati.	*Iuuen. ſat.* 5.
Cruentum.	Cruenta pendent qua flagella tortorum.	*Mar. ep.* 2.
Horribile.	Ne ſcuticâ dignum horribili ſectrêe flagello.	*Hor. ſat.* 1.
Sublime.	Regina ſublimi flagello	
	Tange Chloen ſemel arrogantem.	*Hor. car.* 3.
	——nataſque mollicellas	
Inuſtum.	Inuſta turpitet tibi flagella conſcribillent.	*Catull.*

FLAGELLVM FVRIARVM.

Datur flagellum furijs, quibus ſontes animas hoſtiliter ſectantur.

Tortum.	——torto furiarum erecta flagello.	*Val.* 8.
Atrum.	Quadrijugos atro ſtimulat Bellona flagello.	*Sil.* 4.
Sæuum.	Non agitis ſæuis Erebi per inane flagellis	
	Infœlicem animam.	*Luc.* 6.
Sanguineũ.	Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellũ.	*Lucan.* 7.
Horriſonũ.	Ipſum angues, ipſum horriſoni quatit ira flagelli.	*Val.* 7

FLAMEN. FLABRVM.

Lenibus.	Lenibus horreſcunt flabris.	*Virg. geor.* 3
Ferum.	——fera diſcordes tenuerunt flamina venti.	*Tib.* 4.
Incertum.	Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes.	*Pr.* 2.
Ingens.	——ingenti iactatam flamine ſoluit.	*Oui. met.* 11.
Sonorum.	——campoſque ſonoro	
	Flamine rapturus	*Cla. de rap.* 1
Rapidum.	——rapido terram cum flamine portant.	*Vir. æn.* 4.

Raucum. Vide, *Ventus. Tempeſtas.*

FLAMMA. Vide IGNIS.

Furens.	———flammæque furentes	
	Culmina perque hominum voluuntur, &c.	*Virg. æn.* 4.

Torrens.	Quæ rapidus flāmis ambit torrentibus amnis. *V. æn. 6.*
Sequax.	Miſcebant operi flammiſque ſequacibus iras. *V. æn. 8.*
	——————nec acrem
Acris.	Flammam non amens verbera torta times. *Tib. 1.*
Rapida.	Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma
	Torreat. *Ibidem.*
Celeris.	Vritur, vt celeres vrunt altaria flammę. *Tib. 4.*
Feruida.	Feruida vicino flamma vapore nocet. *Oui. am. 1.*
Vaga.	—vaga per veterem dilapſo flamma culinam
	Vulcano. *Hor. ſat. 1.*
Agilis.	Vt agilis altas flamma percurrit trabes. *Sen Hip.*
Tremula.	———corripuit tremulis altaria flammis. *V. Ecl. 8.*
Stupea.	Stupea flamma manu telique volatile ferrum. *Vir. æn. 8.*
Crepitans.	—leuem ſtipulam crepitantibus vrere flāmis. *V. geor. 1.*
Subiecta.	Præcipitare iubent ſubiectiſque vrere flammis. *V. æn. 2.*
Coruſca.	———arſere coruſcæ
	Luminibus flammæ. *Vir. æn. 2.*
Viuax.	Viuax flamma viget. *Prud. Cath.*
Vorax.	Flamma vorax imo penitus de gutture tractos
	Abſorbet latices. *Sil. 4.*
	————incendia flatus
Volucris.	Ventilat, & volucres ſpargit per nubila flāmas. *Sil. 17.*
Ardens.	Candidaque ardenti diſtinguit nubila flamma. *Manil. 1.*
Cruenta.	Flammis genus adde cruentis. *Val. 2.*
Populans.	——flamma populante capillos. *Ou. met. 2.*
Mobilis.	Non vna facies mobilis flammæ fuit. *Sen. œd.*
Rapax.	Nos non flamma rapax non furor obruit. *Sen. Her. œt.*
	——animumque expleſſe iuuabit
Vltrix.	Vltricis flammæ. *Virg. æn. 2.*
Sæua.	Vtile propoſitum flammas extinguere ſæuas. *O. de r. a. 1.*
Vindex.	——ego vindice flamma
	In dominum dignos euerti tecta penates. *Oui. Met. 1.*
Auida.	——ſorbent auidæ præcordia flammæ. *Oui. met. 9.*
Hoſtilis.	Pene caput Syriæ flammis hoſtilibus arſit. *Cl. in art. 2.*
Hoſtica.	Et cremat inſontes hoſtica flamma caſas. *Oui. triſt. 3.*
	——————imas
Serpens.	Vrat ſerpens flamma medullas. *Sen. Med.*
Rubrâ.	——rubrâ ſuffuſus lumina flammâ. *Oui. met. 11.*
Iactata.	Vidi ego iactatas motâ face creſcere flammas. *Ou. am. 1.*

Accenſa. *Ignea.* *Viua.* *Vigil.* *Multifida.* *Clara.*
Fluctuans. *Ferox.* *Impia.* *Ætuan.* *Audax.* *Vrens.*
Crudelis. *Sonans.* *Flagrans.*

FLAMMA pro fulmine. *V. Ignis.*

Trifida. Naiades Heſperia trifidâ fumantia flammâ
Corpora dant tumulo. *Ouid. met. 2.*
Rutila. Ecce Deûm genitor rutilas per nubila flammas
Spargit. *Oui. faſt. 3.*
Celeris. Heu mihi quã celeri micuerunt nubila flamma! *O. tri. 1.*
Cæleſtis. Incaluit numquam cæleſtis flamma ſalictis. *Clau. epiſt.*
Furens. ——flammíſque furentibus ardet. *Ibidem.*
Tonans. Vibrans tonantum nube flammarum quatit. *Prud. Cath.*
Ætherea. ——ætherea per ſtagna patentia flamma
Fumauit lacus atque arſerunt fluctibus ignes. *Silius 5.*
Vltrix. Signauit muros vltricis ſemita flammæ *Stat. Th. 11.*
Vindex. Intende dextram, vindices flammas para. *Sen. Med.*

FLAMMA ROGALIS.

Vide, Rogus. Buſtum. Pyra. Ignis. Fax.

Rogalis. Tene ſacer vates flammæ rapuere rogales. *Ouid. am 3.*
Triſtis. ——immeritus flammis dum triſtibus infans
Traditur. *Stat. ſyl. 2.*
Funerea. ——funereas aris imponere flammas
Gaudet. *Lucan. 6.*
Suprema. Victoris prædam flammis donare ſupremis. *Silius 2.*

FLAMMA AMORIS.

Vide, Sagitta. Ignis. Fax. Cupido. Æſtus.

Tacita. ——tacitæ ſerpunt per viſcera flammæ. *Ou. d. r. a. 1.*
Serpens. ——vrat ſerpens flamma medullas. *Sen. Med.*
Mollis. ——eſt mollis flamma medullas. *Virg. æn. 4.*
Latens. ——flammáſque latentes—Hauſit. *Oui. met. 8.*
——flammíſque ſeueri
Illicita. Illicitis arſere ſenes. *Luc. 6.*
Indomita. Ipſumque flammis torret indomitis Iouem. *Sen. H. p.*
Ferox. ——iuuenum feroces —Concitat flammas. *ibidem.*
Inſana. Finiſque flammis nullus inſanis erit. *ibidem.*
Sæua. ——ſæuis ecquis eſt flammis modus? *ibid.*
Mortifera. Nec iam mortiferas audebis ſpargere flãmas. *Pr. Pſych.*
Noua. —aſſume nouas authore Agamẽnone flãmas *O. de r. a. 1.*
Obſcœna. —obſcœnæ procul hinc diſcedite flammæ. *Oui. met. 9.*
Subdita med. ——ſubdita flamma medullis. *Virg. geor. 3.*

FLATVS.

Vide Flamen, Ventus, Procella, Aura.

Secundus. Iamque viam ſuadet Boreas flatuque ſecundo
Carbaſa mota ſonant. *Oui. met. 13.*
Ingens. Fumat & ingenti propellit Strymona flatu. *Stat. ſyl.*

Incerta per ludibria
Vagus. Vagis feretur flatibus *Prud. de Car.*
Leuis. ——————leuis inde ſecundâ
Aſpirans aurâ, propellit carbaſa flatus. *Sil. 13.*
Contortus. Contorto rotat in nubes ſublimia flatu. *Sil. 3.*
Multiuagus. Putrida multiuagis populatur flatibus antra. *Cl. de rap. 1*
Hibernus. ——hibernis parcebant flatibus Euri. *Virg. geor. 2.*
Rapidus. ——rapiduſque incendia flatus
Ventilat. *Silius 17.*
Stridens. Anhelus. Acer Sonorus. Gelidus.

FLETVS.

Vide, Luctus. Dolor. Triſtitia. Lachrymæ.
Largus. Viſus adeſſe mihi largoſque effundere fletus. *Virg. æn. 2.*
Longus. Talia fundebat lachrymans, longoſque ciebat
Incaſſum fletus. *Virg. æn. 3.*
Mœſtus. Et tremulus mœſtis orietur fletibus horror. *Prop. 1.*
Tepidus. ——& tepido manabant lumina fletu. *Ouid. me. 4.*
Acerbus. Fletúque acerbo funera, & queſtu carent. *Sen. oed.*
Humens. ——humentes comprime fletus. *Silius 6.*
Nutantéſque virûm galeas, & ſparſa videres
Pius. Fletibus arma pijs. *Stat. Th. 7.*
Immodicus. Quid nunc immodicos iuuenum lectiſſime fletus
Corde foues? *Stat. ſyl. 5.*
Inexpletus. Nam quis inexpleto rumpentem, &c. *Ibid.*
Immenſus. Iamque per immenſos egeſto ſanguine fletus. *O. me. 10*
Effuſus. Aſſiduus. Inanis. Supplex. Perpetuus.
Lugubris. Effuſus. Tener. Tepens. Miſer.

FLEXVS.

Curuatus. Curuatis claudens ingentem flexibus orbẽ. *Silius 2.*
Lunatus. Aut illi dextros lunatis flexibus orbes
Aut illi læuos ſinuant in cornua gyros. *Silius 4.*
Sinuoſus. Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis. *Virg. geo. 1.*
——properat modo
Obliquus. Obliquis Hecate currere flexibus. *Sen. Tro.*
Vagus. Si flexus oblita vagi per recta cucurrit. *Lucan. 9.*

FLORA.

Flora dea Romanorum, eadem quæ 1 Chloris 3 :dea florum credita eſt, in cuius tutela hortos eſſe, & mariti 2 Zephyri, Ouidius Faſt. lib. 5. vbi multa etiam ad rem attulit, affirmat.

Mater flor. Mater ades florum ludis celebranda iocoſis. *O. faſt. 5.*
Chloris. Chloris eram quæ Flora vocor. *Ibidem.*

Odora. Tantus veris honos, & odoræ gratia Floræ. *Mar. epig. 6.*

Iocoſa. Noſces iocoſæ dulce cùm ſacrum Floræ,
Feſtóſque Iulus. *idem epig. 1.*

Ruſtica. ——videt antiquum ruſtica Flora Iouem. *idem 5.*

2 *Zephyritis.* *Candida.* *Verna.* *Dulcis.* *Suauis.*

FLOS.

Blandus. Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. *Vir. Ecl. 4.*

Vernus. ——verno primum de flore coronam
Fecit. *Tibul. 2.*

Odorus. Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum
Sacrarunt. *Ouid. met. 9.*

Odoratus. Semper odoratis ſpirabunt floribus horti. *Stat. ſylu. 3.*

Odorifer. ——odoriferis aſpergit floribus aras. *Silius 16.*
———— ——auſa eſt

Nectareus. Dædala nectareos apis intermittere flores. *Calph. eclog*

Suauis. ——tibi ſuaues Dædala tellus
Summittit flores. *Lucretius 1.*

Rutilus. ——rutilóſque legat vindemia flores. *Sid. Ap. pan.*

Generoſus. Hũc meus impleuit generoſo flore maritus. *Ou. faſt. 5.*

Tener. ——de tenero cingite flore caput. *idem faſt. 3.*
Nec certare iuuat mero,

Nouus. Nec vincire nouis tempora floribus. *Hor. car. 4.*

Recens. Quis me prohibet flore recenti vincire comã? *Sene Th.*

Æternus. Floribus æternis ſpirantes libat honores. *Prud. Ham.*

Perennis. ——ſit flore perenni
Candida Virginitas. *ibid.*

Purpureus. Purpureóſq; metũt flores, & flumina libãt. *Virg. geo. 4*

Croceus. Inuitent croceis halantes floribus horti. *ibid.*

Albus. Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
Moly vocant ſuperi. *Ou. met. 14.*

Apricus. ——apricos necte flores
Necte meo Lamiæ coronam. *Hor. car. 1.*

Intemeratus. Salue virgineis flos intemerate pudoris. *Ou. met. 14.*

Caducus. Nos quoq; floruimus, ſed flos fuit ille caducus. *O. triſt. 5*

Lectus	*Lectiſſimus.*	*Lætus.*	*Fragrans.*
Tener.	*Mitis.*	*Gratus.*	*Halans.*
Purus.	*Pulcher.*	*Pictus.*	*Nobilis.*

FLVCTVS.

Marinus. ——fluctus poteris ſiccare marinos. *Pr. 2.*

Inſanus. —inſani feriant ſine littora fluctus *Virg. eclo. 9.*

Longus. ——longíque vrgent ad littora fluctus. *Virg. geor. 3.*

Vaſtus. ——vaſtos voluunt ad ſydera fluctus. *idem Æn. 1.*

Poſtquam

Altus. Poſtquam altos tetigit fluctus. *Vir. aeneid. 3.*
Ater. ——fluctúſque atros Aquilone ſecabat. *id. aeneid. 5.*
Salſus. Et ſalſos ridet reuomentē pectore fluctus. *ibid.*
Tumens. Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter. *id. aeneid. 7.*
Tumidus. Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit
Fluctibus. *Ouid. met. 11.*
Celſus. ——pulſant celſi latera ardua fluctus. *ibid.*
————————qualia fluctus
Æquoreus. Æquorei faciūt, ſi quis procul audiat illos. *id. met. 15.*
Hibernus. Cūq; ſit hibernis agitatū fluctib⁹ æquor. *Idem triſt. 1.*
Ingens. Fluminis ingentes fluctus. *Lucret. 4.*
Marinus. Tu prius & fluct⁹ poteris ſiccare marinos. *Propert. 2.*
Surdus. Nec faciā ſurdis conuicia fluctibus vlla. *Ouid. epiſt.*
Canus. Vertitur in canos cādēti marmore fluctus *Lucret. 2.*
Caeruleus. ———cæruleis mecum conſidere digna
Fluctibus. *Stat. ſyl. 1.*
Sinuatus. Stellifer Eridanus ſinuatis fluctibus errās. *Clau. pan. 2.*
Rabidus. ——rabidis fluctibus innatans. *Pru. in Sym.*
Spumeus. Spumeus hic medio qui ſurgit ab æquore fluct⁹. *Sil. 1.*
Spumans. —ſpumante ruens per ſaxa gementia fluctu
Ionium Ægeo miſcet mare. *idem 15.*
Sonorus. ——————hæc tecta ſonoros
Ignorant fluctus. *Stat. ſyl. 2.*
Vt ſæua rapidi bella cum venti gerunt,
Diſcors. Vtrimque fluctus maria diſcordes agunt. *Sen. Med.*
——auidos tollens ad ſydera fluctus
Humens. Humentes. *Stat. Th. 6.*
Trux. *Inquietus.* *Raucus.* *Sonans.* *Veſanus.* *Immanis.*
Euolutus. *Illiſus.* *Curuatus.* *Curuus.* *Rapidus.* *Procelloſus.*

FLVCTVS CVRARVM, amoris, doloris, iræ.

Inſanus. ——inſanos curarum comprime fluctus. *Sil. 8.*
Triſtis. Voluere curarū triſtes ſub pectore fluctus. *Lucret. 6.*

FLVENTVM.

——————exibant humore fluenta
Lubricum. Lubrica. *Lucret. 5.*
Glaucum. ——qui tandem finis tua glauca fluenta
Dicere. *Auſ. Moſell.*
Raucum. Nec ripas datur horrēdas, nec rauca fluēta. *Vir. aeneid. 6.*
Stagnans. *Amœnum.* *Tranquillum.* *Blandum.*

FLVMEN.

Pulchrum. ———Phrygios qui flumine pulchro

Conſedere duces, pictáſque exure carinas. *Virg.æn. 8.*

Altum. At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti
Senſit. *Virg.geor.4.*
————illis egere diebus

Frigidum. Frigida Daphni boues ad flumina *Vir.Ecl.5.*

Gelidum. —gelidum flumen pepuliſſe natatu. *Auſon.Moſ.*

Egelidum. Vt procul egelido ſecretum flumine vidit. *Virg.æn.8.*

Profundũ. ——fluminibus ſatus profundis. *Sid.Ap.pan.*
—implentur foſſæ,& caua flumina creſcunt. *Virg.geor.1.*

Sacrum. Sæpe tuo perfuſi flumine ſacro. *Virg.geor.2.*

Herboſum. Paſcētem niueos herboſo flumine cycnos. *Ibid.*

Subterlabēs. Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros. *Ou.in Ibid.*

Labens. ——labentia ſubter
Flumina *Auſ. Moſell.*

Torrens. Vtque, vel Euenus torrenti flumine merſus. *ibid.*
———campóſque,& flumina latè

Curuum. Curua tenent. *Virg.geor 2.*

Præceps. Præceps citato flumini quærens iter. *Sen.Her.fu.*

Magnum. ——magno de flumine mallem
Quam ex hoc fonticulo tantumdem ſumere. *Hor.ſer.1.*

Pronum. Calcare fremitũ maris,prona & flumina ſiſtere. *Pr.Cor.*

Cæruleum. ——te cærula noſcent
Flumina. *Auſ.Moſell.*

Dulce ouibus. Dulce pellitis ouibus Galeſi
Flumen. *Hor. car.2.*

Validum. Quæ veluti validũ flumen cum procubuere. *Lucret.1.*

Latum. —poſt montē oppoſitũ, & trans flumina lata. *Vir.ge. 3.*

Plenum. Stringentem ripas,& pinguia culta ſecantem
Cæruleus Tybris. *Virg.æn.8.*

Sanctum. Tuque ô Tybri, tuo genitor cum flumine ſancto
Accipite Æneam. *ibid.*

Circũfuſum. Et circumfuſis obuia fluminibus. *Oui.faſt.5.*

Vagum. Quo bruta tellus,& vaga flumina. *Hor.car.1.*

Timidum. Frangebat ipſas fluminis tumidi minas. *Sen.Her.œt.*

Abruptum. Diſcolor abruptum flumen hiatus agit. *Cl.epig.*

Exercitum curſu. Pocula ſunt fontes,atque exercita curſu
Flumina. *Virg.geor.3.*

Effuſus. Accolit effuſo ſtagnãtem flumine Nilum. *Virg.geor.4.*

Decliue. Fluminaque obliquis cinxit decliuia ripis. *Oui.met.1.*

Rapidum. Fluminis in rapidi ripas enixa vocauit. *Oui.met.2.*

Concitum. Quæ mare turbatũ quæ concita flumina ſiſtũt. *Oui m.7*

Limoſum. Incubat infœlix,limoſáque flumina petat. *Oui.met.1.*

Pingue. ——aut pingui flumi[illegible] Nilus
Cum refluit campis. *Virg. an.* 9.
Tranquillũ. Tranquillo tuta deſcendis flumine cymba
Sonorum. —ſtagnis quæ fluminibuſque ſonoris
Pr[illegible] ſidet. *Ouid.me.* 11
Exſpatiatũ. Exſpatiata ruunt per apertos flumina campos. *Ou .met.* 1
Aduerſum. ———aduerſo flumine lembum
Remigij ſubigit. *Virg.geor.* 1
Fugiens. ——potius fugientia ripas
Flumina deuinças, rapidis aut ignibus obſtes. *Stat.ſyl.* 5.

Amœnum.	*Rapax.*	*Virens.*	*Nobile.*	*Secundum.*
Lubricum.	*Inclytum.*	*Vitreum.*	*Præceps.*	*Humidum.*
Liquens.	*Spumans.*	*Vndans.*	*Viuum.*	*Citatum.*
Obliquum.	*Spumeum.*	*Currens.*	*Violentum.*	*Sinuoſum.*

FLVMINA INFERORVM.

Atra Viſendus ater flumine languido
Languida. Cocytus errans, &c. *Hor.car.* 2.
Nigra. Abdita quam circum flumina nigra ſonant. *Tib.* 1.
Pigra. Pigra per hũc fugies ingratæ flumina Lethes. *Mar.ep.* 10
————————quíque capaci
Turbidum. Turbida ſeruat flumina cymba. *Seneca.*

FLVVIVS.

1 *Cur fluuij fingantur cornua* 2 *taurorum inſtar habere vide ea quæ diximus ad* Aufidum , *&* Cornua fluminum. *Plurima fluminum & fluuiorum nomina reperies apud Ouid. Metamorph.* 2. *& de Ponto eleg.* 10.

1 *Corniger.* Corniger Heſperidũ fluuiùs regnator aquarũ. *Vir.an.* 7.
Perennis. Exhalantque lacus nebulam fluuijque perennes. *Lucr.* 5.
Opacus. ———glaucus opaco
Reſpondet colli fluuius. *Auſ.Moſell.*
——& lætus fluuio ſuccedit opaco. *Virg. an.* 7.
Liquens. Ignẽque, horribilemque ferã, fluuiũque liquentẽ. *V.ge.* 4.
Minax. ——ire viam, & fluuios tentare minaces. *Virg.geo.* 3.
Rapax. ——fluuioſque innare rapaces. *ibidem.*
Trux. Nec trucibus fluuijs idem ſonus. *St. ſyl.* 5.
Tumens. Tybris eâ fluuium (qua longa eſt) nocte tumentem
Leniit. *Virg. an.* 8.
Amœnus. Huic Deus ipſe loci, fluuio Tyberinus amœno, &c. *ibi.*
Iam nec prata rigent, nec fluuii ſtrepunt
Turgidus. Hiberna niue turgidi. *Hor.Car.* 4.

Salubris.	*Humens.*	*Lubri[illegible].*	*Gelidus.*	*Minans.*
Citatus.	*Sonans.*	*Effuſus.*	*Vndans.*	*Furens.*
Spumans.	*Spumifer.*	*Amœnus.*	*Cærulus.*	*2 Tauriformis.*
Velox.	*Tardus.*	*Diues aquis.*	*Diues Nymphis.*	*Pauper aquæ.*

FOCVS.

Focus, eſt locus in quo ignis ſemper fouetur, authore Ouid. faſt. 6.
At focus à flammis, & quòd fouet omnia, dictus.
Dicitur de aris 1 gramineis, vbi ignis accendebatur ad 2 ſacrificia.

Lucens.	———diuéſque foco lucente Tibullus.	*Stat. ſyl.* 1.
Calens.	Ante ipſum penetrale Deæ, ſempérque calentes Mactauere focos.	*Lucanus* 2.
Arſurus.	Portat & arſuris arida ligna focis.	*Ouid. faſt.* 4.
Tepidus.	Sumptũ de tepidis ipſa colona focis.	*idem faſt.* 2.
Calidus.	Vritur in calidis alba columba focis.	*idem faſt* 1.
Viuus.	Exhibuit viuos carbaſus alba focos.	*Propert.* 4.
Ardens.	Ingerit ardenti grandia ligna foco.	*Tibul.* 2.
Humilis.	—humilem grato calfacit igne focum.	*Ouid. faſt.* 4.
1 *Gramineꝰ.*	Graminei luxere foci.	*Lucanus* 4.
Fumoſus.	Feſtáque fumoſis ingerit exta focis.	*Ou. epiſt.* 19.
Accenſus.	Et tonet accenſis ſpica Ciliſſa focis.	*idem faſt.* 1.
2 *Thuricremꝰ.*	Sum prece thuricremis deuenerata focis.	*idẽ epiſt.* 2.
2 *Sanctus.*	Sectáque de ſanctis diripuiſſe focis.	*Tibul.* 1.
2 *Sacer.*	Decidit ante ſacros lanea vitta focos. Omniſque pudicis	*Ouid. faſt.* 3.
2 *Pudicus.*	Itala terra focis Hecateïas excolit Idus.	*Stat. ſylu.* 3.

Caſtus. 2 Sacrificus. Odoratus. 2 Solennis.

FOEDVS. V. Fides.

Pacem ſignificat, quæ fit inter dimicantes. Dicitur autem fœdus à Fecialibus, per quos fœdera fiebant, vel à porca fœde, hoc eſt, ſauè lapidibus cæſa, teſte Virgilio Æneid. 8
———cæſâ iungebant fœdera porcâ.
Legem, & neceſſitudinis vinculum ſignificat.

Æternum.	———æternáque fœdera certis Impoſuit natura locis.	*Virg. geor.* 1.
Certum.	Iunxit amicitias horum ſub fœdere certo.	*Manil.* 2.
Æquum.	———æquo ſtat fœdere tempus.	*idem* 3.
Promiſſum.	——— promiſſáque fœdera ſerua.	*Ouid. faſt.* 2.
Pactum.	Námque aliæ victu inuigilant, & fœdere certo Exercentur agris.	*Virg geor.* 4.
Sincerum.	Sincero colui fœdere amicitias.	*ibid.*
Bonum.	—pacem egregiam, & bona fœdera geſto Pectore in hoc	*Stat. The* 7.
Firmatum.	Exin firmato ſociali fœdere regis.	*Silius* 16.

Ictum. ———————ictum
Obſeruet fœdus neu pacis iura reſoluat. *Sil.* 17.
Conſors. Naturámque Dei conſorti fœdere ſumit. *Prud. Pſy.*
Firmum. Accipe dáque fidẽ,fœdúſq; feri bene firmũ. *Ennius.*
Cognatum. Fœderáq; inueniat mũdi cognata,per aſtra. *Manilius* 2.
Mutuum. Mutua nec magno conſenſu fœdera ſeruat, *ibidem.*
Placitum. ——placitum læti componite fœdus. *Vir. an.* 10.
Commune. Qui violant factis communia fœdera pacis. *Lucret.* 5.
Conceptum. Aut tu bella, cie conceptũque excute fœdus. *Vir. æn.* 12.
———————ter Marte ſiniſtro
Iuratum. Iuratumque fœdus commentáque patrum
Sidonij fregere duces. *Sil.* 1.
Ratum. *Compoſitum* *Stabile.* *Sancitum.* *Pactum.* *Conſtans.*

FOEDVS MARITVM. V. Fides.

Maritum. Exigit hoc ſocialis amor fœdúſque maritũ. *O. de pont.* 3.
Sociale. Non ego nequitiâ ſocialia fœdera rumpam. *Ou. ep.* 4.
Iugale. Promiſſámque fidẽ thalami,fœdúſq; iugale. *Val.* 8.
Coniugiale. ———nec coniugiale ſolutum eſt
Fœdus in alitibus. *Ou. Met.* 11.
Sacratum. Illa ego ſum Minos ſacráto fœdere conjux
Dicta tibi. *Vir. in Ceir.*
Incorruptũ. Incorrupta mei conſerua fœdera lecti. *Pro.* 4.
Legitimũ. ——legitimo fœdere iunctus amor. *Oui. Triſt.* 2.
Caſtum. Sed cum lege tori caſtò cum fœdere. *Cl. de lau. Stil.*
Socium. Fœmineo ſocium violauit fœdus amore. *Sil.* 15.
Geniale. ———quis enim genialia fœdera rumpi
Capta dolis, &c. *St. Ach.* 2.
Æquum. ———ſi quod non æquo fœdere amantes
Curæ Numen habet. *Vir. Æn.* 4.
———————da fœdera priſci
Illibatum. Illibata tori. *Lucan.* 2.
Perpetuum. Perpetuoque mihi ſociatam fœdere lecti
Non patitur miſeri funera flere viri. *Ouid. Ibi.*
Dos eſt magna parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Certum. Certo fœdere caſtitas. *Horat. car.* 3
Sacrum. *Carum.* *Pudicum.* *Intemeratum.*

FOEDVS VIOLATVM.

Violatum. ———authorem violati fœderis addit. *Sil.* 2.
Abruptum. Annibal abrupto tranſgreſſus fœdere ripas. *Ibid.*
Calcatum. ———calcato fœdere victor

Temeratum.	Damnatúmque caput temerati fœderis.	*Silius* 11.
Pollutum.	——caſtas polluti fœderis aras	
	Teſtatus.	*idem* 17.
	—nunc arma volunt, fœdúſque precantur	
Infectum.	Infectum.	*Vir. Æn.* 12.
Læſum.	Multa Iouem, & læſi teſtatus fœderis aras.	*ibid.*
	Reſolutum. *Ruptum.*	

FOEMINA. V. Coniux. Vxor.

Candida.	Cādida ſeu tacito me vidit fœmina vultu.	*Ouid am.* 2.
Culta.	Cultáque Iudæo fœmina ſacra viro	*idē de arte* 1.
Prodiga.	Prodiga non ſentit pereūtē fœmina cēſum.	*Iuuen. ſat.* 6.
Varia.	———varium, & mutabile ſemper	
Mutabilis.	Fœmina.	*Vir. aneid.* 4
Crudelis.	Ah crudele genus, nec fidū fœmina nomē!	*Tibul.* 3.
Dux malorū.	Dux malorum fœmina, & ſcelerum artifex	
Scelerū artif.	Obſedit animos.	*Sen. Hip.*
Dirum gen⁹.	Medea reddit fœminas dirum genus.	*ibid.*
Mobilis.	Mobilior ventis, ô fœmina.	*Calphur. ecl.*

FOENVS.

Auidum.	Hinc vſura vorax, auidūq; in tēpore fœnus.	*Lucanus* 1.
Magnum.	Seges illa magnum fœnus agricolæ dabit.	*Sen. Hip.*
Ingens.	Hordeáque ingenti fœnore reddat ager.	*Ouid. faſt.* 1.
Grande.	Redditur ipſa quidē grandi cū fœnore nobis.	*id pont.* 3.

FOETVS ANIMALIVM.

	———quo ſæpe ſolemus	
Tener.	Paſtores ouium teneros depellere fœtus.	*Virg. Ecl.* 1.
Adultus.	—cum gentis adultos—Educunt fœtus.	*Vir. aneid.* 1.
	———qualis ingentis feræ	
Paruus.	Paruus, tenérque fœtus, & nondum pōtens	
	Sæuire dente.	*Sen. Tro.* 1.
	Lactens. *Dulcis.*	

FOETVS TERRÆ

Arbuteus.	Arbuteos fœtus, mōtanáq; fraga legebāt.	*Ou met.* 1.
Largus.	Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu.	*Virg. geor.* 2.
Triticeus.	Triticeos fœtus, paſſuráq; farra bis ignē.	*Ouid faſt.* 1.
Dulcis.	Ipſa dedit dulces fœtus, & pabula læta.	*Lucret.* 2.
Frugifer.	Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris.	*idem* 6.
Grandis.	Grandior, vt fretus ſiliquis fallacibus eſſet.	*Virg. geor.* 1.
Grauidus.	Sternuntur grauidi lōgo cū palmite fœtus.	*Ouid. met.* 8.
Maturus.	At mihi maturos nunquā licet edere fœtus.	*id. de Nuce.*
Arboreus.	Nec fuit arborei ſtudioſior altera fœtus.	*id. met.* 14.
Creſcens.	*Lætus.* *Plenus.* *Frondens.* *Tener.*	

FOLIVM FOLIA.

Molle. Et foliis lentas intexere mollibus haſtas. *Virg. Ecl. 5.*
Tenerum. ——teneris audet foliis admittere ſoles. *Catull.*
Amarum. Ac potius foliis parcus veſcatur amaris. *Hor. ſat. 2.*
Vernum. Hic verno platanus folio viret. *Sen. oedip.*
Comans. Comantibus è foliis
Munera virgo puerque date. *Prud. de Co.*
Caducum. Verba puellarum foliis leuiora caducis. *Ouid. am. 2.*
Tremefactũ. Nec folia hiberno tam tremefacta Noto. *Pr. 2.*
Mobile. Nam ſeu mobilibus veris inhorruit
Aduentus foliis. *Hor. car. 1.*
Labens. ——folia haud vllis labentia ventis. *Virg. geo. 2.*
————pomáque deſuper
Languidum. Inſultant foliis mitia languidis. *Seneca Thy.*
Agreſte. Ridentes calathos foliis agreſtibus implet. *Cl. de rap. 2.*
Aridum. Deciduum. Virentium. Denſum. Opacum.

FOLLIS.

Inſtrumentum è corio, quo attrahitur ventus, & deinde remittitur ad excitandum ignem.

Taurinus. ———taurinis follibus auras
Accipiunt. *Virg. geor. 4.*
Ventoſus. ——ventoſis follibus auras
Accipiunt reddúntque. *Virg. æn. 8.*
Exciſa fabrili manu,
Cauus. Cauis recocta & follibus. *Prud. de Cor.*

FONS.

————inter flumina nota
Sacer. Et ſacros fontes frigus captabis opacum. *Virg. Ecl. 1*
Sanctus. ———ſanctos auſus recludere fontes. *Virg geor. 2.*
Diuinus. Pro quo diuini fontes, & frigida rupes. *Pr. 1.*
Illimis. Fons erat illimis nitidis argenteus vndis
Argenteus. Quem neque paſtores, nec paſtæ monte capellæ
Contigerant. *Oui. met. 3.*
Liquidus. ——liquidis immiſi fontibus apros. *Virg. Ecl. 2.*
Gelidus. Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori. *Virg. Ecl. 10*
Irriguus. ——irriguumque bibant violaria fontem. *Virg. geor. 4*
Purus. Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos. *Pr. 3.*
Viuus. —petere è viuis libandas fontibus vndas. *Oui. met. 3.*
Pellucidus. Fons erat à dextrâ tenui pellucidus vndâ. *ibid.*
Altus. In medio gelidæ fons erat altus aquæ. *Oui. faſt. 2.*

Splendidior vitro. O fons Blanduſiæ, ſplendidior vitro,
Dulci digne mero! *Hor. car.* 3.
Ingenuus. Vnde mare, ingenui fontes, externáque longe
Flumina ſuppeditant? *Lucretius* 1.
Pumiceus. ——— pumiceis fontibus antra calent. *Mar. epig.* 4.
Perſpicuus. Noſtráq; mox lābit veſtigia perſpicu' fōs. *Cl. de rap.* 3.
Gemmeus. ——— virides quà gemmeus vndas
Tremulus. Fōs agit, & tremulo percurrit lilia riuo. *Calphurn.*
Lene fluens. Hic ubi lene fluens fons murmurat. *Nemeſ. ecl.*
Muſcoſus. Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba. *Virg. ecl.* 7.
Vmbroſus. Nūquid in vmbroſo cū velles fonte lauari. *Ou. epiſt.* 19.
Perennis. Salue fons ignote, ortu ſacer, alme, perennis,
Vitreus. Vitree, glauce, profunde, ſonore, illimis, opace:
Glaucus. Salue vrbis genius, medico potabilis hauſtu. *Auſ. vrbes.*
Amœnus. Flumē itē ſitiēs, aut fōtē propter amœnū. *Lucretius* 4.
Largus. Aut circum largos curuari brachia fontes. *Lucanus* 4.
Nobilis. Fies nobilium tu quoque fontium, &c. *Hor. car.* 3.
Frigidus. Frigidus hāc ob rē ſit fons in luce diurna. *Lucretius* 6.
Virens. Et quod virenti fonte lauit Eurotas. *Mar. epig.* 6.
Exundans. ——— exundans ingenii fons. *Iuu. ſat.* 10.
Fœcundus. Lurida ſupponūt fœcundo ſulphura fonti. *Ou. met.* 14.

Integer. *Dulcis.* *Nitidus.* *Cæruleus.*
Gratus. *Sonans.* *Riguus.* *Fugax.*

FORCEPS.

Tenax. ——— verſantque tenaci forcipe ferrum. *Virg. geor.* 4.
Curua. ——— quod forcipe curua
Cum faber eduxit, lacubus demittit, &c. *Ou. met.* 12.
Adunca. Elixáſq; nates labefactent forcipe adunca. *Perſ. ſat.* 4.

FORIS. *FORES.*

Superba. Si nō ingentē foribus domus alta ſuperbis. *Virg. geor.* 2.
Ahena. ——— foribus cardo ſtridebat ahenis. *idem an.* 1.
Ærata. ——— æratas excubat ante fores. *Tibull.*
Acerna. ——— pallórque fores infecit acernas. *Ou. met.* 2.
Rigida. Nec rigidā timidis vocibus obde forem. *idem pont* 4.
Robuſta. Robuſtæque fores, & vigilum canum
Triſtes excubiæ munierant ſatis. *Hor. car.* 3.
Clauſa adamante. ——— clauſæque adamante perenni
Diſſiluere fores. *Stat. Th.* 7.
Difficilis. Difficilem moto cardine pande forem. *Ouid. am.* 1.
Surda. ——— ſurdas flamine tunde fores. *ibid.*
——— impulit acri
Valida. Tum validas ſtridore fores, &c. *Valerius* 4.

Dura. Mollierant duras lenia verba fores. *Ouid. am.2.*
Raſilis. Raſilémque ſubi forem. *Catull.*

Vide IANVA, PORTA.

FORMA. *PVLCHRITVDO.*

Virginea. Virgineâ puerum ducit per littora formâ. *Ouid.met.3.*
Honeſta. Nõ ego ſũ formæ tantũ mirator honeſtæ. *Prop. 2.*
Candida. Vicit victorem candida forma ſuum. *idem 3.*
Superba. Hæc nobis formæ te laudatorẽ ſuperbæ. *Ou.epiſt.19.*
Decens. Forma decens, veſtis tenuiſſima. *idem am.3.*
Lauta. Nos facim⁹ placitę lautæ præconia formæ. *Oui.deart.3.*
Generoſa. Vritur, heu! decor ille viri, generoſáq; forma. *Ou.adLi.*
Egregia. Hic puerũ egregiæ præclarũ ſydere formæ. *Stat.ſyl.3.*
Laudatiſſ. Sed neq; Amymone, nec laudatiſſima forma. *Ou.ep.18.*
Potens. Eſt tibi forma potens, ſunt caſtæ Palladis artes. *Prop.2.*
Præſtans. Cerul⁹ erat forma præſtãti, & cornibus ingẽs. *Virg.æn.7.*
——ne prima genas lanugo nitentes
Pulchra. Carperet, & pulchræ fuſcaret gratia formæ. *Stat. ſyl. 3.*
Nobilis. ———————formáque nobilis
Deformis ſenii limina tranſeat. *Sen. Hip.*
Ignea. Quæ digna formæ laus erit igneæ? *Cl.denu.Ho.*
Eximia. ——eximiæ correptus imagine formæ. *Ou.met 4.*
Anceps bonũ. Anceps forma bonum mortalibus,
Donum Exigui donum breue temporis,
temporis. Vt velox celeri pede laberis. *Sen.Hip.*
Res fugax. Res eſt forma fugax, quis ſapiens bono
Bonũ fragile. Confidat fragili. *ibid.*

Clariſſima. Conſpicua. Ingenua. Decora.
Inſignis. Diues. Lautiſſima. Nitida.
Eminens. Beata. Laudata. Pulcherrima.

FORMICA.

Metuẽs ſen. Curculio atq; inopi metuẽs formica ſenectæ. *V.geor. 1.*
Frugilega. ——frugilegas aſpeximus agmine longo
Exigua. Grãde onus exiguo formicas ore legẽtes. *Ouid.met.7.*
Granifera. Graniferũq; agmẽ ſubiectis ſpargere in agris. *id met.7.*
Paruula. Paruula nã exẽplo eſt magni formica laboris. *H.ſat.1.*

FORMIDO. *Vide* TIMOR. METVS.

Trepida. ——trepidâ quatitur formidine ſomnus. *Lucanus 8.*
Nigra. Et caligantem nigra formidine lucum. *Virg.geor.4.*
Cæca. Vertunt præcipitem cæca formidine fuſi
Per prærupta fugam. *Prud.Pſych.*
Atra. ———circúmque atræ formidinis ora,
Iræque, inſidiæq; Dei comitatus agũtur. *Virg.æn.12.*

Anceps. ——ancipiti mentem formidine preſſus. *Vir. aeneid. 3.*
Incerta. ——incerta formidine gaudia librat. *Stat. Th. 8.*
Tacita. ——tacita formidine muſſant. *Cl. in Eut. 2.*
Miſera. Impoſita haud vnquã miſera formidine priuet. *H. ſat. 2*
Pauida. ——pauida trepidat formidine pectus. *Ouid. met. 2.*
Dira. ——implicuit dira formidine mentem. *Virg. in cul.*
Ingens. ——pars ingentem formidine turpi
Scandit equum. *idem an. 2.*
Subita. ————ſubita formidine ſanguis
Diriguit. *idem an. 3.*
Seua. ——ſæua formidine cuncta repleuit. *Stat. The. 5.*
Perpetua. ——perpetua ſoluent formidine gentes. *Virg. ecl. 4.*
Segnis. Nec cõſulta fugę ſegni formidine differt. *silius 15.*
Gelida. Mẽtis inops, gelidá formidine lora remiſit. *Ouid. met. 2*
Horrida. ——ſubit horrida mentem— Formido. *silius 10.*

Exanguis. Pallida.

FORNAX.

Caua. —rotántque cauis flammam fornacibus. *Lucret. 6.*
Curua. Indomitúſq; ſilex curuâ fornace liqueſcit. *stat. ſylu. 3.*
Profunda. Feruentéſque auras velut è fornace profunda
Ore trahit. *Ouid. met. 2.*
Vaſta. Flãma foras vaſtis Ætnæ fornacibus efflet. *Lucret. 6.*
Immenſa. ——immenſis coxit fornacibus æra. *Lucanus 6.*
Calida. Vt calidis candens ferrum è fornacibus olim
Stridit. *Lucret. 6.*
Sulphurea. ——ſulphureis ardet fornacibus Ætna. *Oui. met. 15.*
Vaporifera. —vaporiferis iunctus fornacibus amnis. *stat. ſylu. 1.*
Anhela. ——tres vaſta incendia anhelis
Accepere viros fornacibus. *Prud. apoth.*

FORNIX. TESTVDO.

————fultum ſublime columnis
Curuatus. Fornice curuato tenui ſuper arce pepẽdit. *Prud. apoth.*

Curuus. Sinuoſus. Cauus. Lunatus. Altus.

FORS.

Inopina. ——quam fors inopina ſalutem
Oſtendat. *Vir. aneid. 8.*
Incerta. ——ſed fors incerta vagatur,
Fértque, refértque vices. *Lucanus 2.*
Leuis. Verſatur celeri fors leuis orbe rotæ. *Tibul. 1.*

FORTVNA. FORS. CASVS.

Fortunam definiuit Cicero lib. 2. de Diuinatione. Quid enim aliud, *inquit*, fors? quid fortuna? quid caſus? quid euentus, niſi cum ſic

aliquid cecidit,ſic euenit vt,vel non cadere,atque euenire, vel aliter cadere, atque euenire potuerit? *Fingitur cæca, quod immeritos ad honores euehat, eóſque plerúmque cæcos efficiat, quos complexa eſt.*

Volubilis. Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat. *Ou. triſt.* 5.

Rapax. ————hinc apicem rapax
Fortuna cum ſtridore acuto—Suſtulit. *Hor. car.* 3.

Velox. ————nec vlli
Præſtat velox fortuna fidem. *Sen. Hip.*

Rapida. Rapida fortuna, ac leuis.

Præceps. Præcépſque regno eripuit, exilio dedit. *idem Med.*

Omnipotens. Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatũ. *Virg. æn.* 8.

Noxia. ———ſic nobis noxia vites
Cum cælo fortuna tulit? *Cl. de rapt.* 1.

Perfida. Quod te non paſſa eſt miſereri perfida Magni
Viuentis fortuna. *Lucanus* 9

Fallax. O regnorum magnis fallax
Fortuna bonis! *sen. Agam.*

Superba. Tamen ſuperba, & impotens flatu nimis

Impotens. Fortuna magno, ſpiritus tumidos daret. *ibid.*

Inuida. O fortuna viris inuida fortibus! *Sen. Her. fu.*

Iniqua. Iniqua raro maximus virtutibus
Fortuna parcit. *ibid.*

Anceps. —anceps fortuna diu decernere primum
Auſa fuit. *Stat. The.* 6.

Infida. ———quid enim, quamuis infida, leuiſque,

Leuis. Cæſare tam dextro poſſet fortuna timeri? *idem ſyl.* 5.

Grauis. Nil adeo fortuna grauis miſerabile fecit. *Oui. pont.* 4.

FORTVNA ADVERSA.

Triſtis. An miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget? *id. epiſt.* 3.

Crudelis. Téne etiã fortuna mihi crudelis ademit. *Vir. in Ceiri.*

Dura. ———quo dura vocat fortuna ſequamur. *idem an.* 12.

Indigna. Quænam vos tanto fortuna indigna Latini
Implicuit ferro? *idem an.* 11.

Aduerſa. ————fortuna ſecunda,
Aut aduerſa cadat. *idem an.* 9.

Inimica. ———ſaluum fortuna inimica tuliſſet. *idem an.* 5.

Caduca. Crede fortunis hominum caducis. *Boet.*

Malefida. Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret. *idem.*

Minax. Interdum & lachrymas cum fortunæ ipſe minaci
Mandaret laqueum. *Iuu. ſat.* 10.

Miſerrima. Dubia. Cæca. Improba. Inſolens. Dura. Fugax. Volucris *Incerta. Aſpera. Potẽs. Ambigua. Inſtabilis. Superba. Mobilis. Recedẽs.*

Voluitur. *Vir.æneid.* 11.

Patula. ——patulas perfundit ſanguine foſſas. *Ouid.met.* 7.

Madida. Quã multa madidæ celãtur arũdine foſſæ. *idem triſt.* 5.

Humilis. ——humili deſignat mœnia foſſa. *Vir.æneid.* 7.

Obſcura. Profunda. Cæca. Ima. Caua. Hians. Prærupta.

FRÆNVM. *Vide* FRENVM.

FRAGA.

Fraga, vt ait Seruius, *ſunt mora, quæ in herbis naſcuntur, odoris, & ſaporis optimi.*

Humi naſc. Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga. *Virg. Ecl.* 3.

Montana. Arbuteos fœtus, mõtanáq; fraga legebãt. *Ou.met.* 1.

Mollia. Mollia fraga leges. *idem met.* 13

FRAGOR. V. Tumultus Murmur.

Ingens. ——fragor intonat ingens. *Vir æneid.* 8.

Magnus. ——magnóque fragore
Pulſa gemit crebris ſuccũbẽs ictib⁹ arbos *ſilius* 5.
——emicat

Vaſtus. Vaſto fragore, maior humano ſonus. *ſen. æd.*

Horrendus. ——horrendus vbique
It fragor. *Claud. gig.*

Raucus. Ingeminat Rhodope raucũ cõcuſſa fragorẽ. *id.in Eu.* 2.

Æreus. —iam ſæuos fragor æreus excitat enſes. *ſtat. The.* 8.

Horriſonus. Succidere horriſono poſſe omnią victa fragore. *Lucr.* 5.

Aridus. ——& aridus altis
Montibus audiri fragor. *Virg. geor.* 1.

Grauis. Et grauis ęthereo venit ab axe fragor. *Ouid faſt.* 3.

Fulmineus. Fulmineus quatit ora fragor. *Valerius* 2.

Cæcus. Murmure per cęcos tonat irrequieta fragores. *ſilius* 13

Miſerrimus. ——ſic ore miſerrimus vno
Exoritur fragor. *ſtat. Th.* 3.

Præceps. Triſtis. Turbidus.

FRAVS. V. Dolus.

Occulta. Nec parat occultę cædẽ cõmittere fraudi. *Lucan.* 10.
——audax Iapeti genus

Mala. Ignem fraude mala gentibus intulit. *Hor. car.* 1.

Dira. ——ſtimulis, ac diris fraudibus vrget. *Valerius* 6.

Cæca. ——cæca fraus nihil videt. *Prud. de cor.*
——per mille Meandros,

Flexuoſa. Fraudéſque flexuoſas agitas quieta corda. *Prud. Cath.*

Verſuta. Verſuta fraus, & callida
Amat tenebris obtegi. *ibid.*

Nefanda. Nulláne periuri capitis, fraudiſque nefandę

Pœna erit. *Iuu.ſat.13.*

Callida. ————callidas tantum feris
Struxiſſe fraudes nouit. *Sen Hippol.*

Clādeſtina. Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma. *Manilius 1.*

Innexa. ————fraus innexa clienti. *Virg. Æn.6.*

Occulta. *Doloſa.* *Inſida.* *Impia.* *Inextricabilis.*
Arcana. *Structa.* *Inſtructa.* *Nexa.* *Maligna.*
Scelerata. *Tacita.* *Improba.* *Vide* DOLVS.

FRAXINVS.

Arbor eſt ſatis nota. Ex ea fiunt haſtæ ad bellum; vnde pro telo eleganter aliquando ſumitur.

Ingens. ——& duræ Coryli naſcuntur,& ingens
Fraxinus. *Virg.geor.2.*

Alta. ————ferro ſonat alta bipenni
Fraxinus. *idem Æn.11.*

Vtilis haſtis. Et coryli fragiles,& fraxinus vtilis haſtis. *Ouid.met.1.*
————Baccharúmque valentium

Procera. Proceras manibus vertére fraxinos. *Hor.car.3.*

Amica vndis. ————ſed amicior vndis
Fraxinus. *Stat.Th.9.*

Vmbroſa. ————populos vmbroſa creauit
Fraxinus. *idem Th. 4.*

FRAXINVS. TELVM.

Stridula. Claſſica nō fremerēt,nō ſtridula fraxin' iret. *Cl.inRuf.*

Infanda. ————metuendáque ſucco

Poturacruorem. Taxus,& infandos belli potura cruores
Fraxinus. *Stat. Th. 6.*

FREMITVS.

Eſt ingens ſonitus, aut tubarum,aut commoti, & ad ſaxa alliſi maris, aut populi commurmurantis, aut leonum, hominúmque in iras aſſurgentium.

Flebilis. Quis fremitus aures flebilis pepulit meas? *Sen. Hippol.*
—excipiunt ſocii,fremitúque ſequuntur

Horriſonus. Horriſono. *Virg. Æn 9.*

Anhelus. —fremitu Romam comitantur anhelo. *Cl.dePro.C.*

Inſanus. Quem penes inſani fremitus,animíque prophanus
Error. *id. in Ruf.1.*

Trux. Non bella norat,nō tubæ fremitus truces. *Sen.Octau.*

Acer. ————perfurit acri
Cum fremitu, ſæuítq; minaci murmure pótus. *Lucr. 1.*

Inanis. ————fremitu compleuit inani
Actia damnatis æquora militibus. *Propert. 2.*

Denſus. Circũſtant fremitu denſo, ſtipántq; frequẽtes. *V.geo.* 4
Rapidus. Et rapidi fremitus, & murmura magna minarũ. *Lucr.* 5.
Marinus. ——fremitu aſſurgens, Benace, matino. *Virg.geor.* 2.
Mugiens. Face cũcta mugienti ſonitu loca retonent. *Catul.* 1
Raucus. *Horribilis. Ingens. Magnus. Sæuus. Sonorus.*

FRENVM. *FRENA. FRENI.*

Concors. ——frena iugo concordia ferre. *Virg. Æn.* 3.
Sonans. ——& ſtabulo frenos audire ſonantes. *idem geor.* 3.
Spumeum. ——geminúſque ad ſpumea Triton
Frena natans *Stat.Th.* 5.
Spumans. ——ac frena ferox ſpumantia mandit. *Virg. Æn.* 4.
Spumis oblita. ————ego ducere vana
Frena manu, ſpumis albẽtib⁹ oblita, luctor. *Ou. met.* 15.
Humens. Stat ſonipes, • exátq; ferox humẽtia frena. *Silius* 5.
Effuſum. ——effuſis vrgens veſtigia frenis. *idem* 12.
Immiſſum. ——immiſſis pars cæca, & concita frenis
Arietat in portas. *Virg. Æn.* 11.
Laxum. Frenáque in effuſas laxa iacere iubas. *Ouid. am.* 3.
Arctum. Aut quis equum, celerémque arcto compeſcere freno
Poſſit. *Tibul.* 4.
Fuluum. ——fuluis donabere frenis. *Silius* 4.
Pictum. ——tu biiugum pictis inſignia frenis
Colla premis. *Ou. met.* 4.
Lupatum. Gallica nec lupatis
Temperet ora frenis. *Hor. car.* 1.
Sic auriga ſolet feruentia Theſſalus ora
Mobile. Mobilibus frenis in aperto flectere cãpo. *Ouid. ad Pi.*
Lentum. Tempore lenta pati frena docentur equi. *O. de arte* 1.
Lubricum. Durum. Difficile. Vagum. V. Habena.

FRETVM. *V.* Æquor. Mare. Pontus. Aqua maris.

Eſt locus anguſtus in mari, quem recentiores vocant, ſtrictum; Gallicè, deſtroict, *ſic dictum, authore Varrone, propter ibi feruentes aquas: æſtus enim in fretum concurrit, efferueſcitque.* Pro *mari frequens eſt.*

Neptunium. Atq; imo freta cõtorquet Neptunia fũdo. *Silius* 3.
————gremióque in Iaſonis hærens,
Longum. Per freta longa ferar. *Ou. met.* 7.
Latum. Hos aliquis ſenior circum freta lata volantes
Spectat. *idem met.* 11.
Profũdum. Me me profundi ſæue dominator freti
Inuade. *Sen. Hip.*
Rapidum. Et teris in rapido tempora longa freto. *Ou. epiſt.* 7.

Impotens. Et inde per impotentia freta, &c. *Catul.*
Turbatum ———turbata procellis
procellis. Nocte natat cæcâ ſerus freta. *Virg.geor.3.*
Cæcum. Sollicitant alii remis freta cæca. *idem geor.2.*
———aut freta ponti
Agitatum. Incipiunt agitata tumeſcere. *idem geor. 1.*
Ipſa vides cælum pice nigrius, & freta ventis
Turbidum. Turbida. *Oui.epiſt.17.*
Triſte. Inuideo Phryxo, quē per freta triſtia tutū. *ibid.*
Cærulum. ———agili peragit freta cærula remo. *idē epiſt.21.*
———omníque à parte feroces
Indignans. Bella gerūt vēti, fretáq; indignātia miſcēt. *Oui.met.11.*
Naufragū. Naufragūq; fretū gemino quod littore preſſū. *id m.14*
sæuum. Nec dederit Nanti per freta ſæua manum. *idem triſt. 5.*
Vaſtum. Vltima me vaſti ſuſtinet ira freti. *idem pont.3.*
Immenſum. Cæſus in immenſum proiiciare fretum. *idem in Ib.*
Te rurſus in bellum reſorbens,
Æſtuoſum. Vnda fretis tulit æſtuoſis. *Hor.car. 2.*
Inſanum. Occidit inſani crimine merſa freti. *Mar.epig 4.*
Dubium. Dubiumque Libycę Syrtis intrabit fretum. *Sen.Thyeſt.*
Cæruleum. ——cæruleis Oceanus fretis
Quidquid vel veniens, vel fugiens lauat. *idem Tro.*
Audax nimium, qui freta primus
Perfidum. Rate tam fragili perfida rupis. *idem Med.*
spumans. saxa parant vitamque freto ſpumante tueri *Cl.de be.Ge.*
Torrens. ——more torrentis freti
Epos ligaſti metricum. *Auſonius Pr.*
Trux. sic nunc poſt hyemem vimque trucis freti. *Prud.in Sy.*
Immane. ——odiis immania cogi
In freta.
Concitum. ———crebris freta concita terris. *Vir.æneid.3.*
Curuum. Vnanimi freta curua legunt *Valerius 1.*
Tumidum. Perdomita tellus tumida ceſſerunt freta. *sen.Her.fur.*
Altum. Qualis per alta vehitur Oceani freta
Fluctus, &c. *idem Hip.*
Currens. An freta vicinas inter currentia turres. *Hor. epiſt. 1.*
spirans. ———feruetque fretis ſpirantibus æquor. *Virg.geor. 1.*
Hibernum. Aduerſis hiberna licet tumeant freta ventis. *Tibul. 4.*
Imbelle. Lene. Ventoſum. Feruidum. Fremens. Hybernum.

FRIGVS.

Ducentur aliqua epitheta à partibus Septentrionalibus, quorum rationem reperies ad capita Arctos. Vrſa.

—Boreæ

Penetrabile. ——Boreæ penetrabile frigus adurit. *Virg.geor.1.*
Brumale. Quale ſolet ſyluis brumali frigore viſcum. *Virg.æn.6.*
Gelidum. Aſtrictum gelido frigore pectus erat. *Ouid.ep.11.*
Ignauum. Triſtis, & ignaui pleniſſima frigoris. *Ouid.met.2.*
Pigrum. Non mihi pigra nocent hibernæ frigora noctis. *Tib.1.*
Iners. Frigus iners, illic habitant pallorque, tremorque. *O m.8*
Glaciale. Et pauet obſeſſum glaciali frigore corpus. *Oui.met.9.*
Pluuium. ——pluuio contriſtat frigore cælum. *Virg.geor.2*
Immodicũ. Cuncta, ſed immodicũ tẽpora frigus habent. *Oui.Põt.3.*
Acerbum. —queritur ſalebras, & acerbũ frigus, & imbres. *Ou.ep.1.*
Rigidum. ——rigidum permanat frigus ad oſſa. *Lucret.1.*
Durum. ——nec frigora dura ciebat. *Lucret.5.*
Acre. Acre ferit frigus. *Lucret.4.*
Sterile. ——ſterili non quicquam frigore gignit. *ibid.*
Pallidum. Sarmaticáſque hiemes, Iſtrumque, & pallida Rheni
Frigora. *Stat.ſyl.5.*
Concretum. Frigora nec tantum canâ concreta pruinâ. *Virg.geor.2.*
Malum. Pellibus, & laxis arcent mala frigora braccis. *Ou.triſt.5.*
Riphæũ. Non Rheni glacies, non me Riphæa tenebunt
Frigora. *Cl.de rap.3.*
Animoſum. Concurrit ſummos animoſum frigus in artus. *St.th.6.*

1 *Scythicum.*	1 *Hyperboreum.*	1 *Arctoum.*	*Canum.*
Immite.	*Triſte.*	*Malignum.*	*Sarmaticum.*
Horrens.	*Niuale.*	1 *Boreale.*	*Iniquum.*

FRIGVS pro morte.

Frigus pro morte vſurparunt Poëtæ, nec ineleganter.

Lethale. Et gelidos artus in lethi frigore liquit. *Lucret.3.*
Corpus inane animæ frigus lethale ſecutũ eſt. *O.met.2.*
——ſed & ipſe recedere cælum
Extremum. Ingentéſque animos extremo frigore labi
Senſit. *Stat.th.8.*
——tum diffundente per artus
Stygius. Frigore ſe Stygio manantem in viſcera mortem
Accipit. *Silius 5.*
Supremum. Canitiem ſpargit lachrymis, animæque ſupremum
Frigus amat. *Stat.Sil.3.*
————namque iaceret
Æternum. Æterno corpus perfuſum frigore lethi. *Lucret.4.*

FRIGVS pro vmbra.

————hic inter flumina nota
Opacum. Et ſacros fontes frigus captabis opacum. *Vir.Ecl.1.*
Amabile. —tu frigus amabile—Feſſis vomere tauris. *Hor.car.3.*

FRONS FRONDIS.

	—hanc mecum poteris requieſcere noctem	
Viridis.	Fronde ſuper viridi.	*Virg. Ecl* 1.
Glauca.	Populus, & glauca canentia fronde ſalicta.	*Virg. geor* 2.
Feſta.	——feſta velamus fronde per vrbem.	*Virg. æn.* 2.
Arborea.	Frondibus arboreis, & amara paſcitur herba.	*Oui. met.* 1.
Populea.	Cætera populea velantur fronde iuuentus.	*Vir. æn.* 5.
Pampinea.	Pampineis agitat velatam frondibus haſtam	*Ouid. me.* 3.
Arbutea.	—— ter arbutea limina fronde notat.	*Ouid faſt.* 6
Agreſtis.	Spargit agreſtes tibi ſylua frondes.	*Hor. car.* 3.
Alta.	Nunc altæ frondes, & rami matris opacant.	*Virg geor.* 2.
Hirſuta.	Frondibus hirſutis, & carice paſtus acuta.	*Virg. geor.* 3.
Leuis.	Abdita fronde leui denſâ ſpeculabor ab vlmo.	*Oui. me.* 2.
Tenera.	Nunc epulæ tenera fronde cacumen erat.	*Ouid. faſt.* 4
Caduca.	Bibli iaces, frondeſq; tuo premis ore caducas.	*Oui. me.* 9.
Arida.	Aridas frondes hiemis ſodali	
	Dedicet Hebro.	*Hor. car.* 1.
Detonſa.	———detonſæ frigore frondes.	*Ouid. faſt.* 3.
Opaca.	Horrent opaca fronde nigrantes comæ.	*Sen Her. fu.*
Perennis.	Detulit ex Helicone perenni fronde coronã.	*Lucret.* 1.
Amara.	——frondéſque licet depaſtus amaras.	*Cl. aug. pa.* 2
Odora.	———tibi frondis odoræ	
	Munera dat lauros, &c.	*Nemeſ.*
Denſa.	—————hic vbi denſas	
	Agricolæ ſtringunt frondes.	*Virg. Ecl.* 9.
Decidua.	*Odorata.* *Graminea.*	*Virens.*

FRONS, frontis.

Eſt triſtitiæ, ſeueritatis, & lætitiæ certiſſimus index.

FRONS PVLCHRA ET SERENA.

Celſa.	——celſæ procul aſpice frontis honores.	*Stat. ſyl.* 1.
Læuis.	Et ſæpe in læui quæſiſſet cornua fronte.	*Virg. Ecl.* 6.
Pura.	Siue vagi crines puris in frontibus errant.	*Pro.* 2.
Serena.	—————virtuſque ſerena	
	Fronte grauis.	*Stat. ſyl.* 1.
Remiſſa.	Nec torua lege fronte, ſed remiſſa.	*Mar. ep.* 4.
	Credi virgine caſtior pudica,	
Tenera.	Et frontis teneræ cupis videri.	*Mart. ep.* 4.
Pudica.	———frontem limbo velata pudicam.	*Cl. mall. pan.*
Specioſa.	———tollens ſpecioſam cornibus altis	
	Ad cælum frontem.	*Oui. met.* 3.
Serenata.	Come ſerenatam duplici diademate frontem.	*Auſ. ep.*
Placida.	Interea placidam redimita papauere frontẽ.	*Oui. faſt.* 4.

——— tenues tamen ire cruores

Syderea. Syderea de fronte vident. *Val. 4.*

Caſtigata. ——caſtigatæ collecta modeſtia frontis. *Stat. ſyl. 2.*

Niuea. ——niuea pendebant fronte capilli. *Oui. met. 10*

————illa verenda

Generoſa. Regibus hirta coma, & generoſa fronte decora

Cæſaries compreſſa manu. *Lucan. 8.*

Læta. Decora. Renidens. Ardua. Mollis. Honeſta.

Honora. Lucida. Nitida. Nitens. Roſea. Libera.

FRONS, in triſtitia, & ira.

Triſtis. Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem. *Sen. Hip.*

Hirta. Te frons hirta decet, te breuior coma

Nulla lege iacens. *Ibid.*

Torua. Nec torua lege fronte, ſed remiſſa. *Mar. ep. 4.*

Ingrata. Nec ſi quid petijt ingrata fronte negaris. *Pro. 1.*

Proterua. ————iam proteruâ

Fronte petet Lalage maritum. *Hor. car. 2.*

Rigida. Intonſos rigidam in frontē deſcendere canos. *Luc. 2.*

Rigens. Frons triſte rigēs nimiuſque in moribus horror. *St. ſyl. 5.*

Mœſta. Mœſtâ fronte queri. *Clau. pan. 4*

Minax. Fuluam minaci fronte concutiens iubam. *Sen. œd.*

Contracta. ——contractæ ſeria frontis. *Hor. ſer. 2.*

Scire velim quare toties mihi Næuole triſtis

Obducta. Occurras fronte obducta. *Iuuen. ſat. 9*

Nubila. Quod fronte Selium nubila vides Rufe. *Mar. ep. 2.*

Ferox. Mitra ferocem barbara frontem premens. *Sen. Her. fur.*

Turbida. O fida nutrix turbidam frontem gerens! *Sen. Hip.*

———ſine aulæis, & oſtro

Sollicita. Sollicitam explicuere frontem. *Hor. car. 2.*

Inuerecunda. Dura. Adducta. Aſpera.

FRVCTVS.

Immenſus. Fructibus immenſis auidos ſatiate colonos. *Oui. faſt. 1.*

Maturus. ———O Satyri maturos carpite fructus! *Nemeſ.*

Amœnus. Vber. Dulcis. Iucundus.

Tempeſtiuus. Lætus. Magnus. Ingens.

FRVCTVS IMMATVRVS. *Vide* Terra ſterilis.

Ferus. ———feros fructus mollire colendo. *Virg. geor. 2.*

Infœlix. Agreſtis. Immaturus. Præcox. Sylueſtris. Incultus.

FRVGES.

Generale nomen eſt, quod tam de leguminibus, frumento, hordeo &c. quàm de omnibus terræ fructibus, qui hominibus ſunt victui.

Matura. Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres. *V. Ecl. 3.*

Noua. Quique nouas alitis non vllo ſemine fruges. *Virg. geor.* 1.
Lata. ——officiant lætis ne frugibus herbæ. *Virgil. ibid.*
Grauida Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maſſicus humor. *V. geor.* 3
Vberes. Fruges, & agris rettulit vberes. *Hor. car.* 4.
Nitidæ. At nitidæ ſurgunt fruges, ramique vireſcunt. *Lucret.* 1.
Spicea. Ante equidẽ campis quā ſpicea ſuggereret frux. *Auſon.*
Toſta. Et medio toſtas æſtu terit area fruges. *Virg. geor.* 1.

Tenera. Cereales. Culta. Fœcunda.

FRVMENTVM.

Lactens. Frumẽta in viridi ſtipula lactẽtia turgent. *Virg. geor.* 1.
Grande. ———pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris. *id. Æn.* 4.

FVCVS.

Genus eſt herba, quâ veſtes inficiuntur. Rationem Epithetorum vide ad caput 2 Purpura. *Significat etiam* 1 *vnguentum, vel pigmentum, quo mulieres, varium, & mutabile animal, faciem intingunt.*

Roſeus. Tincta tegit roſeo cōchylis purpura fuco. *Catul.*
1 *Splendens.* Quid fuco ſplendente genas ornare? *Tibul.* 1.
2 *Sidonius.* Sic te Sidonio recocta fuco
Multos purpura veſtiat per annos. *Sid. Ap.*
2 *Tænarius.* ——Tænario pariter tremit ignea fuco
Purpura. *Valerius* 1.

Suauis. Coloratus. Dulcerubens.

FVCVS. *APIS.*

Eſt è genere apum, ſed ſine aculeo: illis maxime infeſtus eſt; nam mel, quod magno labore confecerunt, ille per ſummam ignauiam & ingluuiem conſumit.

Ignauus. Ignauū fucos pecus à præſepibus arcent. *Virg. geor.* 4.
Immunis. Immuniſq; ſedens aliena ad pabula fucus. *ibid.*

FVGA.

Fuga curſum ſignificat. Virg. Æneid. 1.
———qualis equos Threïſſa fatigat
Harpalyce, volucrémque fuga præuertitur Hebrum.
Celeritatem item, & impetum. Virg. Æneid. 11.
——dimitte fugam, & te cominus æquo
Crede ſolo.
Acris. ———acri carpere prata fugâ. *Virg. geor.* 3.
Celeris. ——celeríque fugâ ſub ſydera lapſæ. *idem Æn.* 3.
Facilis. Expectet facilẽq; fugā, vẽtóſque ferentes. *idem Æn.* 4.
Subita. ——ſubitas concitat ipſe fugas. *Ouid. faſt.* 2.
Trepida. Illa manet trepidæ, dúxq; coméſq; fugæ. *idem triſt.* 1.
——————naualia pauci
Præceps. Præcipiti tenuere fugax. *Lucanus* 3.

——————tempore tandem

Furtiua. Furtiuæ placuere fugæ. *Lucanus 2.*

Cæca. ——rapit attonitos fuga cæca. *Stat The.6.*

Fœda. Ante oculos fuga fœda ducum,&c. *Valerius 6.*

Imbellis. Imbellémque fugam referam,clauſáſque pharetras Parthorum. *Nemeſ.*

Trepidans. —trepidante fuga mare pallidus intrat. *Sid. Ap.*

Cita. ——————citæque Victa labore fugæ. *Ouid. met.1.*

Pauida. ——————pauidáque petebat Cõſternata fuga poſitos ad mœnia cãpos. *Silius 13.*

Tuta. ——————tuta lumina linque fuga. *Propert.4.*

Miſera. Lenia pro miſera fac modo verba fuga. *Ouid.pont.3.*

Vaga. *Mollis.* *Turpis.* *Volucris.* *Sollicita.*

Pernix. *Effuſa.* *Turbata.* *Externata.* *Conſternata.*

FVLGOR.

Terrificus. Fulgores nunc terrificos,ſonitûmque,metûmque Addebant operi. *Vir.æneid.8.*

Vibratus ab æthere. ——vibratus ab æthere fulgor Cum ſonitu venit. *ibid.*

Tremulus. Aſpicies oculos tremulo fulgore micãtes. *Ou.de ar.2.*

Nitidus. Attollit pectus nitidis fulgoribus. *Vir.in Ceiri.*

Coruſcus. ——————claræque coruſcis Fulgoribus, pingues multa caligine tædæ. *Lucret.5.*

Gemmeus. *Aureus.* *Radians.* *Igneus.* *Clarus.*

FVLGVR. *FVLGETRVM.*

Eſt lux illa quæ prius cernitur quam tonitru audiatur. Rationem adducit Plin. lib. 2. c. 54. Quoniam,*inquit,* lux ſonitu velocior, &c. *Delige ſi velis epitheta ad caput* Fulmen. Flamma. Fax. Telum.

Rapidum. Et rapidum Ætnæo fulgur ab igne iacit. *Ouid.faſt.1.*

Malum. Infeſtũq;tonat pater,& mala fulgura lucẽt. *Stat.Th.7.*

Clarum. ——aſſiliunt nubes,& fulgure claro Aſtra patent. *idem Th.10.*

Vibrans. Fulgura cũ videas tremulũ vibrãtia lumen. *Manilius 1.*

Micans. ——quæque ipſe micantia ſenſi Fulgura. *Stat.Theb.1.*

FVLICÆ, aues marinæ.

Marinæ. ——————cúmque marinæ In ſicco ludunt fulicæ. *Virg.geor.1.*

Paluſtres. Nunc celebres mergis, fulicíſque paluſtribus vndæ. *Ouid.met.8.*

FVLMEN.

Vide Ignis. Telvm. Flamma. Fax.

Dicuntur Cyclopes in Lipara inſula, & in 1 *Ætna, monte Siciliæ, fulmina Iouis fabricare. V.* Virgil. Æneid. 8. *Hinc ſumitur epithetum* Ætnæum. *De natura fulminis quid dixerit Plinius vide ad* cap. 49. & 43. lib. 2.

1 *Ætnæum.*	Vibrans coruſcâ fulmen Ætnæum manu	
	Sator Deorum.	*Sen. Hip.*
Flagrans.	Elatâ torquens flagrantia fulmina dextrâ.	*Sil.* 10.
Micans.	———præbéntque micantia lumen	
	Fulmina.	*Ou. met.* 11.
Igniferum.	———igniferi naturam fulminis ipſam	
	Inſpicere.	*Lucret.* 6.
	———ni Iuppiter æthere ſummo	
Rubrum.	Pacificas rubri torſiſſet fulminis alas.	*Cl. de rap.* 2.
Horridum.	Ægide præcellāt quātū horrida fulmina noſces.	*Sil.* 9.
Expreſſum.	——expreſſum ventis per nubila fulmen.	*Lucan.* 1.
Triſulcum.	Opifex triſulci fulminis ſenſit Deus.	*Sen. Her. œt.*
	Quem non concutiet cadens	
Obliquum.	Obliqui via fulminis.	*idem Thyeſt.*
Atrum.	———nec fulminis atri	
	Sit metus.	*Stat. ſyl.* 1.
Dirum.	Et nube dirum fulmen eliſâ micat.	*Sen. Agam.*
Caducum.	———immanémque turmam	
	Fulmine ſuſtulerit caduco.	*Hor. car.* 3.
Inimicum.	Tu parum caſtis inimica mittes	
	Fulmina lucis.	*idem car.* 1.
Sæuum.	Sæua neque admiror metuunt ſi fulmina, quorum	
	Ignibus afflari proxima quæque ſolent.	*Ouid. triſt.* 1.
Penetrabile.	—Iouē, & cælū ſperno, & penetrabile fulmē.	*id. met.* 13.
Ineuitabile.	Addidit & tonitrus, & ineuitabile fulmen.	*idem met.* 3.
Vibratum.	—dextrâ vibratum fulmen ab aure Miſit.	*Oui. met.* 2.
Ferum.	Qui fera terribili iaculatur fulmina dextrâ.	*Ouid. met.* 2
Vagum.	———ſed qui vaga fulmina mitto.	*idem met.* 1.
Infeſtum.	———infeſto fulmine morti,	
	Si mereor, demitte	*Virg. Æn.* 5.
Coruſcum.	——nimborum in nocte coruſca	
	Fulmina molitur dextrâ.	*idem geor.* 1.
Præſagum.	—volucrúmque minæ, præſagáque fulmina longo	
	Acta mari.	*Val.* 3.
	———nec ———Per noſtrum patimur ſcelus	
Iracundum.	Iracunda Iouem ponere fulmina.	*Hor. car.* 1.

———has epulas,hæc templa peracta
Horrificum. Ægide,& horrificis formatis fulminis alis
Lætus adit. *Valerius* 2.
Rutilum. Aut niger ex antris,rutilíque ex fulminis æſtu. *idem* 7.
Violentum. Nec prius armauit violēto fulmine dextrā. *Manilius.*
Intortum. Nec ſic intortum violatæ Phœbados vltrix
In Danaos fulmen iecit. *Sid. Ap.*
Terribile. *Temerarium. Tortum. Contortum.*
Igneum. *Improbum. Trifidum. Malum.*

FVMVS.

Volucer. —tenuē exhalat nebulā,fumóſq;volucres.*Virg.geor.*2.
Volans. Iā tenues quā ſūt nebulæ,fumiq;volantes,*Lucret.*6.
——————nec cælum patet
Vndans. Vndante fumo. *Sen.Tro.*
Ater. ——————atérque ad ſydera fumus
Erigitur. *Virg.Æn.*9.
Niger. ——————nigríque volumina fumi
Infecere diem. *Ou.met.*13.
Sordidus. Sordidum flammæ trepidant rotantes
Vertice fumum. *Hor.car.*4.
Cæruleus. Cærulei fiant puro de ſulphure fumi. *idem faſt.* 4.
Teter. ———tetro tentat ſuffundere fumo. *Prud. Pſych.*
Pinguis. ———pingui contorquet nubila fumo. *Silius* 4.
Sulphureus. Sulphureū vomit exelo de vertice fumum. *idem* 14.
Fluctuans. Et fluctuante turbidus fumo labat. *Sen. œd.*
Lachrymoſ. Fax quoq;quā tenuit lacrymoſo ſtridula fumo. *O.m.*10
Amarus. Veſtigauit apes,fumóq; impleuit amaro. *Virg.æn.* 12.
Callidus. —calidóque inuoluitur vndique fumo. *Ouid.met.*1.
Sequax. —fumóſque manu prætende ſequaces. *Virg geor.* 2.
Leuis. Piceus. Opacus. Inanis. Grauis.

FVNALE.

Vide Fax. Ignis. Flamma. Lampas. Tæda. Lumen.
Faces ſignificat,& lampadas funibus è laquearibus appenſas,quæ in conuiuijs,feſtiſque ludis,& ſacrificijs,in templo lumen præbent.
Denſum. ——————denſum funale coruſcis
Lampadibus. *Ou.met.*12.
Lucidum. ———hîc hîc ponite lucida
Funalia,& vecteis,& arcus. *Hor.car.*3.
Clarum. Cui nocturnus honos,funalia clara, ſacérque
Poſt epulas tibicen adeſt. *Sil.* 6.
Accenſum. Ardens.

FVNDA. *Vide* HABENA.

Eſt inſtrumentum bellicum, factum è 1 funibus; cuius authores dicuntur 2 Baleares, populi in Iberia, quo vel lapidem, vel globum plumbeum in hoſtes jaciebant.

1 Stupea. Stupea torquentē Balearis verbera fundæ. *Virg. geor.* 1.
Torta. Plūbea cū torte ſpargūtur pondera fundę. *Propert.* 4.
Teres. ———tereres pars vertere fundas
Aſſueti. *Stat.Thė.* 4.
Stridens. ———fundâ ſternit ſtridente Goliam. *Prud.enchir.*
2 Balearis. ———glandes Baleari ſpargere fundâ. *Cl.Aug.pan.*
2 Balearica. Non ſecus exarſit, quàm cùm Balearica plumbum
Funda jacit. *Ouid.met.* 2.
Cita. ———ſignata citâ loca tangere funda. *Tibull.* 4.
Excuſſa. *Leuis.* *Intorta.* *Sonans.*

FVNDVM.

Eſt pars ima maris, fluminis, aluei, lebetis, nauis, &c.
Vide FLVVIVS. MARE. AMNIS. ÆQVOR.

Imum. ———imo Nereus ciet æquora fundo. *Virg. Æn.* 2.

FVNDAMEN. *FVNDAMENTVM.*

Altum. ———————alta theatris
Fundamenta locant alij. *Virg. Æn.* 1.
Stabile. Vt fundamento ſtabili fortuna maneret. *Lucret.* 5.
Manſurum. *Firmum.* *Solidum.*

FVNDVS.

Vide AGER. TELLVS. ARVVM. RVS. HVMVS.

Cultus. Et quoſcūq; feret cult' tibi fūdus honores. *Hor ſer.* 2.
Latus. ———————at latis otia fundis,
Speluncæ, viuíque lacus. *Virg geor.* 2.
Vber. *Pinguis.* *Arenoſus.* *Mendax.*

FVNGVS. *FVNGI.*

E pluuia fungos oriri Ouidius vult: & Plinius lib. 22. *cap.* 23. *è pituita arborum. In conuiuijs locum inuenerunt, ſed miſti 1 veneno multos è viuis ſuſtulere. Fungum Virgilius vſurpauit pro illa olei in lampadibus fauilla, quæ (vt ait Plinius) cum fumo egreditur, & prohibita aeris craſſitate, in lucernis reſidet, & quaſdam veluti 2 fungorum imitatur imagines.*

Albus. Aut virides maluas, aut fungos colligit albos. *Vir. an.* 4.
Pratenſis. ———pratenſibus optima fungis
Natura eſt. *Hor. ſat.* 2.
Pluuialis. Corpora vulgarūt pluuialibus edita fūgis. *Ouid. met.* 7.
———teſta cùm ardente viderent
2 Putris. Scintillare oleū, & putres cōcreſcere fūgos. *Virg. geor.* 1.

Anceps. Vilibus ancipites fungi ponuntur amicis. *Iuuen. ſat. 5.*

FVNIS. V Rudentes.

Tortus. ——————tortóſque incidere funes
Ecce iterum ſtimulat. *Virg. Æn. 4.*

Intortus. Alter ad intortos cupiẽs dare brachia funes. *Ouid. met. 3*

FVNVS.

Pompam, & ordinẽ exequiarum ſignificat. Terent. Andr.
Procedit, ſequimur, ad ſepulchrũ venim', - In ignẽ poſita eſt, fletur.
Funus interim pro exequiis: pro morte, rogo ſepulchro ponitur.

Lachrymoſ. Funera ducebãt mediã lachrymoſa per vrbẽ *Ou met. 14*

Mœſtum. Cantabat mœſtis tibia funeribus. *idem faſt. 5.*
——————dicíque beatus

Supremum. Ante obitũ nemo ſupremáq; funera debet. *idem met. 3.*

Miſerãdum. ——————miſerando funere Craſſus
Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carras. *Lucanus 1.*

Triſte. Triſtia robuſtis luctãtur funera plauſtris. *Hor. epiſt. 2.*

Crudum. ——————nec cruda nepotis
Funera, nec noſtri valeant perrũpere fletus. *Stat. Th. 9.*
—quid ego exequias, & prodiga flammis

Ardens. Dona loquar, mœſtôq, ardẽtia funera luxu? *Stat. ſyl. 2.*
Turgéntque pallentes genæ,

Atrum. Et veſtis atri funeris. *Sen. Agam.*

Præclarum. Præclaríque docent funeris exequiæ. *Ouid. triſt. 3.*

Miſerabile. ——videamus, ait, miſerabile funus. *idem met. 14.*

Fœlix. Funere fœlici ſpolior. *Virg. Æn. 7.*

Iniquum. Diíque latent templis, nec iniqua ad funera vultus
Præbent, nec poſcunt thura ferenda rogo. *Ouid. ad Li.*

Extremum. Auferet extremi funeris atra dies. *Propert. 2.*

Lamẽtabile. Acerbum. Lugubre. Funebre. Solemne.

V. Mors. Dies. Fax. Flamma. Rogus. Sepulchrum.

OFFICIVM.

Mœſtum. Pium. Supremum. Infœlix. Luctuoſum.

DECVS.

Supremum. Funereum. Inane. Ferale.

HONOS.

Supremus. Flebilis. Feralis. Funebris.

POMPA.

Flebilis. Funerea. Suprema. Lurida. Nigra.

MVNVS.

Funebre. Iuſtum. Luctuoſum. Solenne. Inane peremptis.

FVNVS. *MORS.*

Crudele. Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant. *Virg. Ecl. 5.*

Acerbum. Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo. *Vir. æneid. 6.*
Sæuum. ————tot ferro ſæua dediſſet
Funera. *idem æn. 8.*
Properatum. Atra Sichæe dies properato funere carpſit. *Silius 5.*
Maturum. Maturo propior deſine funeri
Inter ludere Virgines. *Hor. car. 3.*
Immenſum. Ille volat cãpis, immenſáq; funera miſcet. *Val 6.*
Lachrymab. Principis interea gladio lachrymabile funus. *Sid. Apol.*

FVRCA.

Bicornis. Exercent alii vallos, furcáſque bicornes. *Virg. geor. 1.*

FVR.

Malus. Formidare malos fures incendia, ſeruos. *Hor. ſat. 1.*
Nocturnus. *Improbus.* *Tacitus.* *Trepidus.*
Vagus. *Vigil.* *Obſcurus.* *Rapax.*

FVRIÆ.

V. Eumenides. Diræ. Cerberus. Parcæ. Orcus.

Alecto, Tiſiphone, Megara, noctis & Acherontis filiæ dicuntur Poetis: de quibus ſatis ad ſingula capita, & ad Eumenides *locuti ſumus. Quid ſint autem Furiæ moraliter oſtendit Cicero pro Roſcio Amerino.* Nolite, *inquit,* putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè ſceleratéque commiſerunt, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus: ſua quemque fraus, & ſuus terror maximè vexat: ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ, domeſticæque furiæ: quæ dies noctéſque parentum pœnas à conſceleratiſſimis filiis repetant. *Pro furore, amentia, amore, ſceleribus vſurpantur: dicunturque i Giganteæ, quod Gigantes profano acti furore in Deos bellum mouerunt. Canes vocantur à Virgilio Æneid. 6.*

Canes. ———viſæque canes vlulare per vmbram
Aduentante Dea.
————ſerpentes, atque videres
Nocturnæ. Nocturnas errare canes. *Hor. ſat. 1.*
Infernæ. Infernas errare canes, lunámq; rubentem. *Hor. ſat. 1.*
Stygiæ. ———Stygiáſque canes in luce ſuperna
Deſtituunt. *Lucan 6.*
Immanes. ————furiiſque immanibus actum eſt
Oedipodæ ſediſſe loco. *Stat. The. 1.*
Horrendæ. ————horrendas æui matura Polyxo
Tollitur in furias. *idem The. 5.*
Squallidæ. Inſtant ſorores ſquallidæ;
Sanguineæ. Sanguinea iactant verbera. *Sen. Agam.*

Gigantæa. Tunc Gigantæis vrbem tentare Deorum
Aggreſſus furiis. *Cl. Au. pan.*
Rebelles. ——————furiæque rebelles
Edomitę, paribus ſub te cecidere triũphis. *id. de Pr. Cõſ.*
Flagrantes. Sed dextram furiæ flagrantis, & ignea diræ
Diræ. Tela lupæ, ſaxo ferit imperterrita Virgo. *Prud. Pſych.*
Ardentes. Sanguineóſq; rotat furiis ardẽtibus orbes. *Valer. 4.*
Triſtes. ———ſunt triſtes furiæ te coniuge dignæ. *Cl. de rap. 2.*
Malæ. Ac non ante malis dementem actum furiis, quam
In matris iugulo ferrum tepefecit acutum? *Hor. ſer. 2.*

DIVÆ TARTAREÆ.

Vltrices. *Seueræ.* *Horridæ.* *Erebo potentes.*
Canes infernæ. *Peſtes Erebi.* *Ditis ſatellites.*

SORORES.

Anguicomæ. *Stygiæ.* *Infernæ.*
Viperea. *Profanæ.* *Anguibus crinitæ.*

FVROR.

Furor à feror dicitur: Furioſi enim cenſentur ij, qui huc, & illuc temerè feruntur. Pro furore 1 vaticinantium, Corybantium 2 Cybeles ſacerdotum, de quibus diximus ad proprium caput aliqua inferius ſubiecimus epitheta, quæ cautè deliges. Eleganter ab nobiliſſimis Poetis amor dictus eſt furor, ſed non conuertuntur.

Impius. ——————furor impius intus
Horridus. Sæua ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Cruentus. Poſt tergũ nodis, fremet horridus ore cruẽto. *V. Æn. 1.*
———————————tum Regia Iuno
Grauis. Acta furore graui. *idem Æn. 9.*
Vecors. Quod ſi te mala mens, furórque vecors. *Catul.*
Demens. Tantus erat demens inter vtróſque furor. *Propert. 1.*
Cæcus. Furorne cæcus, an rapit vis acrior. *Hor. epod.*
Violentus. Telaque præportant violenti ſigna furoris. *Lucret. 2.*
Vanus. ———vanum, ſæuumque furorem
Sanus. Adiuuat ipſe locus. *Lucan. 10.*
——————prô cæcus, & amens
Amens. Ambitione furor. *Luc. 10.*
Auidus ———ſeruate animos, auidumque furorem
ſanguinis. Sanguinis. *Stat. Th. 6.*
Horrendus. ———horrendi ſtricto mucrone furores. *Stat. The. 10*
Exundans. Tandem exundanti permiſit verba furori. *ibid.*
Dirus. ſit ratio, ſit natura, ſit dirus furor. *Sen. Hip.*
Præceps. Quid ſinat inauſum fœminæ præceps furor. *ibid.*

Rapidus. Quacúmq; pauidos rapidus euexit furor. *ibid.*
Mœſtus. Multàq; per mœſtũ demẽs effata furorẽ. *Vir. Æn.* 11.
——recurſat huc, & huc, motu effero
Lymphatus. Furoris ore ſigna lymphati gerens. *Sen. Med.*
Impotens. Retinete ne quid impotens peccet furor. *idem Agam.*
Pertinax. ————————pertinax quorum furor
Armat miniſtros ſceleris in cædem meam. *idem Octau.*
Prætumid⁹. Effera præ tumido quatiebat corda furore. *Cl. in Ruf.* 1.
Periurus. Nil ſibi periurum ſenſit prodeſſe furorem. *Cl. Aug. pan.*
Efferatus. Mentis impos, efferatis percitus furorib⁹. *Prud. Cath.*
Feruidus. Euomit in iugulũ Pauli Nero feruidũ furorẽ. *id. de cor.*
Infeſtus. Ferre nec infeſtos deerat furor improbus ignes. *Val.* 2
Armatus. —errórq; & in ſe ſemper armatus furor. *Sen. Her. fur.*
Acer. ——germanum furor acer agebat. *Silius* 11.
Effrenus. Effrenũ arceret populãdi cuncta furorem. *idem* 14.
1 *Vaticinus.* Ergo vbi vaticinos cõcepit mẽte furores. *Ouid. met.* 2.
2 *Berecynth.* Iuro per Berecynthios furores. *Mar. epig.* 4.
2 *Celænæus.* Rauca Celænæos ad tympana diſce furores. *Claudian.*
2 *Ab Celænis, oppido in Phrygia, vbi Corybãtes ſacra Cybeles faciebãt.*
Veſanus. *Sanguineus. Martius. Inſanus. Barbarus.*
Triſtis. *Immanis. Sacrilegus. Ardens. Flammatus.*

FVROR, pro amore.

V. Flamma. Fax. Ignis. Æſtus Cura. &c.

Validus. —validum penitus concepit in oſſa furorẽ. *Vir. in Ceiri.*
Indomitus. Indomitos Ariadna gerens in corde furores. *Catul.*
Miſer. ————miſero præbere alimenta furori. *Ouid. met.* 3.
Proteruus. Si tam proteruus incubat menti furor. *Sen. Hip.*
Inceſtus. ——inceſtos compeſcuit enſe furores. *Prud. Cath.*
Impurus. Cæperat impurũ domini oblectare furorẽ. *idem in Sy.*
————animi graue vulnus habebam,
Igneus. Quamuis intus erat furor igneus. *Ou. met.* 9.
Inſignis. Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarũ. *V. geor.* 3.

FVRTVM. V. Fur Dolus. Scelus. Facinus.

Pauidum. ——pauido ſubducit cognita furto. *Lucan.* 2.
Nocturnum. Veſter habebit honos, nocturnáq; furta licentũ. *St. T.* 4
Tacitum. Nulla videt quærens taciti veſtigia furti. *Ouid. faſt.* 1.
Significat etiam adulterium: quod caput conſules.

FVSVS.

Politum, *& acuminatum lignum, quo mulieres fila nent.*
Grauidus. Non licuit grauidos pẽſo deuoluere fuſos. *Vir. in Ceiri.*
Verſatus. Tortáque verſato ducentes ſtamina fuſo. *Ou. epiſt.* 18.
Teres. ——leui teretem verſabat pollice fuſum. *Ouid. met.* 6.
Libratus. Libratum tereti verſabat turbine fuſum. *Catul.*

G

GADES.

Inſulæ ſunt in Oceano 2 Occidentali, vltra Hiſpaniam Bæticam, non longe à columnis 1 Herculis. Dicuntur autem Gades remotæ 3, & terrarum finis, quod nullam aliam terram extra Oceanum eſſe crederent Antiqui: vnde hic terminos 6 Hercules dicitur poſuiſſe. Has inſulas 4 Tyrij, ex 5 Erythræo mari profecti, primi incoluerunt.

6 Herculea. Nã repeto Herculeas Erythrea ad littora Gades. *Sil.* 16

2 Occidua. Diſſidet occiduis quod Gadib⁹ arida Barce. *C. de bel. Gi.*

3 Remotæ. ———Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Seruiat vni. *Hor. car.* 2.

4 Tyria. ————Tyriis qui Gadibus hoſpes
Adiacet. *Lucan.* 7.

3 Hom. finis. Atq; hominũ finẽ Gades, Calpẽq; ſequut⁹. *Silius* 1.

3 Terrarum finis. ————oræ iam lenis Iberæ
Terrarum finis Gades, &c. *idem* 17.

2 *Solis cubile.* 5 *Erythræa.* 3 *Extrema.*

GALATEA.

Nympha marina, filia 1 Nerei, & Doridis: hanc mire dilexit Polyphemus Cyclops. V. Ouid. Met. 13. *cuius laudes egregia cantilena ibidem immurmurat.*

Candida. ————candida præfert
Sæpe mari, pulchróq; ſecat Galatea natatu. *Cl. de rap.* 3.

Procax. Non ludit Galatea procax. *idem.*

Viridis. Cymodoce, viridíſq; cupit Galatea lauari. *Stat. ſyl.* 1.

1 Nereis. Nereis his contra reſecuta Crateide natã eſt. *O. met.* 13

GALEA.

Eſt munimentum capitis, ex ære, ferro, aut argento, quo vtuntur in bello duces, militéſque. Hanc pilis equinis, criſtis ſerpentum, draconum, iubis leonum, ſetis aprorum ad terrorem veteres adornabant.

Inſignis. Enſem, atq; inſignem galeã ſolatia victo. *Vir. æneid.* 5.

Aurea. Portat equus, criſtâq; tegit galea aurea rubrâ. V. *æn.* 9.

Ahena. ———galea tum ſumit ahena
Vipereos dentes. *Ouid. met.* 7

Ærea. ————deiectámque ærea ſortem
Accepit galea. *Vir. æneid.* 5.

Crinita. —triplici crinita iubâ galea alta Chimæram

Alta. Suſtinet. *idem æn.* 7.

Terribilis. Terribilẽ criſtis galeã, flammáſq; vomẽtẽ. *id. æneid.* 8.

Caua. ——————ſcuta cauæque
Dant ſonitum flictu galeæ. *Virg.æn. 9.*
Radians. Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro. *Oui. met. 13.*
Leuis. Quem iuuat clamor, galeæque læues. *Hor. Car. 1.*
Micans. ——————triſtiſque micantem
Quaſſauit galeam. *Cl. in Eut. 2.*
Minax. ——————galeæque minacis
Flaua cruentarum prætenditur vmbra iubarū. *Cl. de p. C.*
——————tegmina primum
Fulgens. Fulgentis galeæ conſpexit. *Silius 1.*
Coruſca. ——————coruſcæ
Lux galeæ, ſæuas paulùm tardauerat iras. *Silius 5.*
Horrida. ——————galea horrida flictu
Aduerſæ ardeſcit galeæ *Silius 9.*
Trux. Et criſtam galeæ trucis exuuiáſque precatur. *Silius 14.*
Comans. ——————comantem
Induitur galeam. *Vir. æn. 2.*
Teres. Hi tereres galeas magnorumque ærea ſcuta
Thoracum. *Stat. Th. 3.*
Minans. ——galeamque minantem
Quaſſat. *Valerius 7.*
Nitens. Agnoſcunt ſpolia inter ſe, galeámque nitentē. *Vir. æn. 9.*
Victrix. Fregi Alpes, galeiſque Padū victricibus hauſi. *Cl. pan. 6.*

GALERVS.

Pileigenus, factum galeæ in modum, quod geſtaſſe 1 *Mercurium vult. Stat. Theb. 1.* & temperat aſtra galero.
1 *Arcadicus.* —Arcadici morem tenet ille galeri. *Stat. th. 4.*
Flauus. Et nigrum flauo crinē abſcondente galero. *Iuueñ ſat. 6.*

GALESVS.

Fluuius eſt in Calabria, qui Tarentum alluit: porro cum Lacedemonijs communia habet epitheta, quia illi vrbem Tarentum condiderint. Vide Sparta, Caſtor, Pollux, Tyndaridæ: pecudes autem, & armenta, quæ ad illius ripas paſcua tondebant, in triumphis, & ſacrificijs Romanorum ideo mactabantur, quod eſſent inſtar niuis candido, & perluceti colore. Virgilio dicitur 2 *niger, quòd ſit profūdus, & opacus, alij autem non nigrum, ſed pigrum legunt, quod tardè fluat.*
OEbalius. Námque ſub OEbaliæ memini ſub turribus altis,
2 *Niger.* Qua niger humectat flauentia culta Galeſus
Corycium vidiſſe ſenem. *Virg. geor. 4*
Therapnæ. Blanda Therapnæi placeant vineta Galeſi *Stat. ſyl. 2.*
Lacedem. Et Lacedemonij pecuaria culta Galeſi *Stat. ſyl. 3.*
Albus. Albi quæ ſuperas oues Galeſi. *Mar. ep. 12.*

Vmbroſus.	Tu canis vmbroſi ſubter pineta Galeſi	
	Thyrſin,& attritis Daphnin arundinibus.	*Prop.* 2.
Tepidus.	Et lotam tepido togam Galeſo.	*Mart.lib.* 1.
Dulcis.	Dulce pellitis ouibus Galeſi	
	Flumen.	*Hor.carm.* 2.

GALLIA. *GALLVS.*

Galliæ fines attribuit. Iul. Cæſar lib. 1. Gallia; *inquit*, eſt omnis diuiſa in tres partes,quarum vnam incolunt Belgæ:aliam Aquitani: tertiam qui ipſorum lingua Celtæ, noſtrâ Galli appellantur. Hi omnes linguâ,inſtitutis legibus inter ſe differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona,& Sequana diuidit. *Et reliqua quæ ibi fuſè proſequitur. Dicuntur Galli à candore vultus.*

Facunda.	Gallia cauſidicos docuit facũda Britãnos.	*Iuuen.ſat.* 1.
Non pauens funera.	Te non pauentis funera Galliæ,	
	Dureque tellus audit Iberiæ.	*Hor.car.* 4.
	——————celſos vt Gallia currus	
Nobilis.	Nobilis,& flauis ſequeretur miſta Britãnis.	*Lucanus* 3.
Rebellis.	—ſternet Pœnos, Gallúmque rebellem.	*Vir æneid.*6.
Trux.	Cincta premebãtur trucibus Capitolia Gallis.	*O.faſt.*6
Ferox.	————ruerántque in terga feroces	
	Gallorum populi.	*Lucanus* 1.
Animoſa.	———animoſa tuas vt Gallia leges	
	Audiat.	*Claudianus.*
Comata.	————quod comata Gallia,	
	Habebat vnctum,& vltima Britannia.	*Catullus.*
Flaua.	———tum flaua repexo	
	Gallia crine ferox.	*Cl.de lau.Stil.*

GALLVS, *fluuius.*

Fluuius eſt 2 *Phrygiæ, cuius aquam qui potant in furorem vertuntur;hinc dicuntur Sacerdotes Deæ Cybeles, Galli,id eſt,furioſi:* 5 *Exſecti enim erant, &* 3 *furioſi, & inter ſacrificandum inter ſe digladiabantur ad effuſionem* 4 *ſanguinis.* V. Corybas.

Cur igitur Gallos qui ſe excidêre vocamus,
Cum tantum à 2 Phrygia Gallica diſtet humus?
Inter,ait,viridem Cybelen,altáſque 1 Celænas
Amnis it inſana,nomine Gallus,aqua.
Qui bibit inde furit, procul hinc diſcedite,queis eſt
Cura bonæ mentis,qui bibit inde furit. *Ouid.faſt.*4

GALLI.

Repete quæ ſupra diximus ad Gallum fluuium. V. 1 Corybas. Curetes. Cybele, &c.

4 *Sanguinei.* —ſanguineis vlulantia Dyndyma Gallis. *Cl.de rap.* 2.

3 *Crinem rotantes.* ———————crinémque rotantes
Sanguineum populis vlularunt triſtia Galli. *Lucanus* 1.
5 *Secti.* 2 *Phryges.* 1 *Celanei.* 3 *Vlulantes.* 5 *Semimares.*

GALLVS, auis.

Nũtius diei. Ales diei nuntius. *Prud.Cath.*
Vigil ales. Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat Auroram. *Ou. met.* 11.
Criſtatus. Nocte Deæ noctis criſtatus cæditur ales. *idem faſt.* 1.
Prænuntius. Iam dederat cantus lucis prænuntius ales. *idem faſt.* 2.
Superbus. Rhodias ſuperbi fœminas premunt galli. *Mar.epig.* 3.

GANGES, fluuius.

Originem in Scythia, ſeu nunc Tartaria, habet. Fluuius eſt 1 *Indiæ, maximus,* 2 *latiſſimus, arenis aureis* 3 *ditiſſimus. Totam Indiam percurrit, & in Oceanum Indicum ad illum ſinum, quem vel eius nomine Gangeticũ, vel* Golpho de Bengala *vocãt, tribus oſtijs erumpit. Dicitur* 4 *extremus, quod longe à nobis diſtet: &* 5 *Eous, quòd ibi ſolem oriri quotidie veteres crederent.*

3 *Pulcher.* —pulcher Gãges, atq; auro turbid⁹ Herm⁹. *Vir.geor.* 2.
Tepidus. Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit. *Ouid.in Ib.*
Rapidus. Qua rapidus Gãges, & qua Nyſæus Hydaſpes *Lucan.* 8
1 *Indicus.* Indicus Auſonia potetur caſſide Ganges. *Sid.Apol.*
4 *Extremus.* Decolor extremo qua cingitur India Gãge. *Ou.met.* 4.
2 *Latus.* Perſidáq; & lato ſpatiãtẽ flumine Gangẽ. *idem triſt.* 5.
Immenſus. 5 *Eous.* 3 *Diues.* 3 *Aureus. Gemmifer. Aurifer.*

GANYMEDES.

1 *Phrygius puer, eximiæ pulchritudinis à Ioue adamatus, cuius, expulſa Hebe, in cælo pincerna fuit: hunc in cælum* —præpes ab 4 Ida—Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis. *& Aquarius dicitur. Hunc Ouid. Iliadem vocauit, ab Ilo 2 rege Phrygiæ.*

2 *Iliades.* Arripit Iliadẽ, qui nunc quoq; pocula miſcet *O.met.* 10
Idæus. Iam puer Idæus media tenus eminet aluo. *idem faſt.* 2.
2 *Iliacus.* Huc accedat Hylas, Iliacúſque puer. *idem triſt.* 2.
———————expertus fidelem
Flauus. Iuppiter in Ganymede flauo. *Hor.car.* 4.
———————manet alta mente repoſtum
Iudicium Paridis, ſpretæque iniuria formæ,
3 *Raptus.* Et genus inuiſũ, & rapti Ganymedis honores. *Vir.æn.* 1
———————auémque Regis
1 *Phryx.* Raptum quæ Phryga pertulit Tonanti. *Mar.epi.* 10
Puer regius. Intextúſque puer frondoſa Regius Ida
Veloces iaculo ceruos, curſúque fatigat,
Acer anhelanti ſimilis. *Virg. Æn.* 5.

Rex

1 *Phrygius.* Rex Superûm quondam Phrygii Ganimedis amore
Exarſit. *Ou. met.* 10.

GARAMAS *GARAMANTES.*

Populi Libyæ in Africa, incultis moribus: 1 extremos vocauit Virgilius, vel quòd ſint patriâ à nobis longè diuiſi, vel quòd ab omni humanitatis conſortio remotiſſimi.

1 *Extremus.* ——— extremi Garamantes,
Nec noſtri generis puerũ, nec ſanguinis edũt. *Vir. ecl.* 8
Libycus. ——— Libycis quod gentibus vnum
Incultus. Inculti Garamantes arant. *Lucanus* 9.
Inops. Siue illud inops nouit Garamas. *Sen. Her. fu.*
Nudus. Quæ nudi Garamantes arant. *Lucanus* 4.
Infœlix. *Sæuus.* *Velox.* *Peruſtus.*

GARGANVS.

Eſt mons in 2 Iapygia, quæ pars eſt 1 Apuliæ, in regno Neapolitano: per Calabriam vſque in Adriaticum mare protenditur: vocatúrque nunc, mons ſancti Angeli.

1 *Appulus.* Appul' Adriacas exit Garganus in vndas. *Lucanus* 5.
Ille vrbem Argyripam, patriæ cognomine gentis
2 *Iapyx.* Victor Gargani condebat Iapygis agris. *Virg. Æn.* 11.

GARGARVS. *GARGARA, plur.*

Eſt cacumen montis Idæ in Phrygia, authore Macrobio lib. 5. cap. 19. in ea parte vbi ad Myſos declinat, tanta fertilitate affluens, propter crebros, & vberes Idæ montis fontes, vt quoties infinitum rei alicuius numerum volumus denotare, à Gargarorum frugibus ſumamus ſimilitudinem. *Ouid. de remed. amor.* 1.

Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos.
Ardua. Ardua proceris viduantur Gargara ſyluis. *Ou. epiſt.* 15.
Flaueſcẽtia. ——— flaueſcentia centum
Meſſibus æſtiuæ detõdẽt Gargara meſſes. *Clau. pan.* 4.

GARVMNA.

1 *Ingens fluuius eſt Galliæ, qui è Pyreneis montibus defluens, Celtas ab Aquitanis ſeparat, & in Oceanum Aquitanicum exit, cuius acceſſu & receſſu quotidie excreſcit, decreſcitque.*

1 *Veliuolus.* Remis veliuolum quatit Garumnam. *Sidon. Ap.*
2 *Refluus.* —refluum ſpargit per culta Garumnam. *idem.*
Magnus. Teſtis Arar, Rhodanúſque celer, magnúſque Garumna. *Tibullus* 1.
2 *Æquoreus.* Æquoreũ liqui te propter, amice, Garũnã. *Auſon. epiſt.*

GAVDIVM. *V.* Lætitia.

Blandum. ——— Æneæ ſuſpenſam blanda viciſſim
Gaudia pertentant mentem. *Virg. Æn.* 5.

Candidum. ——————ſed candida ſemper
Gaudia, & in vultu curarū ignara voluptas. *Stat. ſyl. 2.*
Inopinum. ——————inopináque gaudia Vati
Attulit. *idem ſyl. 1.*
Serenum. ——————ſereno frons renidet gaudio. *Prud. de cor.*
Falſum. Inq; bonis hominum gaudia falſa procul. *Auſ. edyl.*
Inane. Nō ego opes caſſas, & inania gaudia plāgo. *idem parent.*
Fugitiuum. Gaudia non remanent, ſed fugitiua volāt. *Mar. epig. 1.*
——————nos otia vitæ
Ventoſum. Solamur cantu, ventoſáque gaudia famæ
Quærimus. *Stat. ſylu. 4.*
——————migrauit ab aure voluptas
Vanum. Omnis ad incertos oculos, & gaudia vana. *Hor. epiſt. 1.*
—————— Ægeus
Securum. Gaudia percepit nato ſecura recepto. *Ouid. met. 7*
Ingens. *Molle.* *Dulce.* *Sincerum.* *Grande.*

GAVRVS.

Mons eſt in Italia, vini exquiſitiſſimi ferax.
Bacchæus. ——————Bacchæi vineta madentia Gauri. *Stat. ſyl. 3.*
Nemoroſus. ——————Icario nemoroſus palmite Gaurus. *ibid.*

GAZA.

Secundum Seruium ad lib. 1. Æneid. eſt dictio 3 Perſica, quæ ſignificat opes, ſupellectiles, & generaliter quidquid poſſidemus. Dicitur 1 Eoa, & 2 Inda, ab Orientis partibus, in quibus reperitur ingens aurum: & Lyda, 4 ab Crœſo rege Lydiæ ditiſſimo.
Beata. Icci beatis nunc Arabum inuides
Gazis. *Hor. car. 1.*
Nobilis. Nobilibus gazis, opibúſq; cubilia ſurgāt. *C. de nu. H.*
4 *Lyda.* Si Babylonis opes, Lydæ ū pondera gazæ. *Stat. ſyl. 5.*
1 *Eoa.* ——————Eoáſque premunt tentoria gazas. *Lucanus 7.*
3 *Perſis.* Digne Mydæ, Crœſiq; bonis, & Perſide gazâ. *St. ſyl. 1.*
3 *Perſida.* 2 *Inda.* 3 *Achemenia.* 3 *Babylonia.*

GELONI. *Vide* GETÆ.

Populi ſunt Scythiæ, quos, ſicut & Agathyrſos, quibus vicini ſunt, Virgilius vocat 1 pictos. Rationem epithetorum quære ad caput Agathyrſi. *Sunt 2 ſagittandi peritiſſimi, vocantúrque nunc Tartari. Communia habent epitheta cum Getis.*
1 *Picti.* Eoáſque domos Arabū, pictóſq; Gelonos. *Virg. geor. 2.*
Acres. Biſaltę quo more ſolent, acérque Gelonus. *idem geor. 3.*
2 *Sagittiferi.* ——————Caráſque, ſagittiferóſque Gelonos
Pinxerat. *idem Æn. 8*
2 *Pharetrati.* Viſam Pharetratos Gelonos,

	Et Scythicum inuiolatus amnem.	*Hor.car.3.*
Flaui.	Ecce autẽ flauis cradiuus ab vſq; Gelonis.	*Claudianus.*
	Longáque Sarmatici ſoluens ieiunia belli,	
Volucres.	Maſſagetes quo fugit equo, volucréſq; Geloni.	*Luc.3.*

GELV.

V. Frigvs Glacies. Hiems.

Adſtrictum.	Et maris adſtricto quæ coit vnda gelu.	*Ouid.triſt.2.*
Marmoreũ	Terráque marmoreo candida facta gelu.	*idem triſt.3.*
Canum.	Et toties cano bruma gelu riguit.	*Auſon. epiſt.*
Canens.	Glebáque canenti ſemper obuſta gelu.	*Ouid.triſt.5.*
Rigidum.	Ipſa vides rigido ſtantia vina gelu.	*idem pont.4.*
	——————gelúque	
Acutum.	Frigora conſtiterint acuto.	*Hor car.1.*
Pigrum.	Pigro bruma gelu ſiccíſque Aquilonib⁹ horrẽs.	*Luc.4.*
Hibernum.	———hiberno prægrauis vnda gelu.	*Mar.epig.4.*
Durum.	Frigida duro Cynoſura gelu.	*Sen. Thyeſt.*
Niuale.	——niuali cuncta conſtrinxit gelu.	*idem Med.*
Frigidum.	Torpétque vinctus frigido ſanguis gelu.	*idem Tro.*
Sæuum.	——————horrida ſæuo	
	Quæ premis arua gelu.	*Valerius 1.*
Altum.	Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto	
	Terra gelu.	*Virg.Geor.3.*
Horrens.	*Scythicum. Riphæum. Arctoum. Sarmaticum.*	
Iners.	*Brumale. Acerbum. Concretum. Denſum.*	

GEMITVS.

V. Fletvs. Lvctvs. Dolor. Lachrymæ Tristitia. Mœror.

Lachryma-	——gemitus lachrymabilis imo	
bilis.	Auditur tumulo.	*Virg. Æn.3.*
Ingens.	Tũ vero ingẽtẽ gemitũ dat pectore ab imo.	*idem Æn.1.*
Aſſiduus.	Aſſiduóque ſuos gemitu reſtata dolores.	*Ouid.met.2.*
Corde peti-	Tum vero gemitus alto de corde petitos	
tus.	Edidit.	*ibid.*
Supplex.	——illum gemitu iam ſupplice mater	
	Frangit.	*Stat.Th.11.*
Creber.	Intima creber viſcera quaſſat	
Stridens.	Gemitus ſtridens.	*Sen. Oed.*
Acerbus.	Qualiter impleuit gemitu cũ taur⁹ acerbo.	*Valerius 2.*
Mœſtus.	————mœſtúſque per omnes	
	It gemitus	*Virg.Æn 9.*
Inſanus.	Mulceat inſanos gemitus.	*Stat.ſyl.2.*
Lamenta-	————veſtra lamentabili	
bilis.	Lugete gemitu funera.	*Sen.Agam.*

——————dum pectore molem

Inanis. Commouet experiẽs,gemitúq;reponit inani. *Valer.* 2.

———miſtum ſpumis v mit ore cruorem,

Extremus. Extremóſque ciet gemitus.. *Virg.geor.*3.

Flebilis. *Durus.* *Grauis.* *Altus.*

GEMMA. *V.* Lapillus.

Eſt omnis lapis pretioſus. Epithetum ſumit ab 1 *Indico, ſeu Eoo* 2 *Oceano, à mari* 3 *Erythræo, à flumine* 4 *Hydaſpe, vbi gemmarum expiſcationes.* 5 *Vinum in gemmis, aut conchis bibebant Antiqui.*

1 *Indica.* Indica quos medio vertice gemma tenet. *Propert.* 1.

2 *Eoa.* ———Eois ſplendent donaria gemmis. *Lucanus* 5.

4 *Hydaſpea.* DiuesHydaſpeis augeſcat purpura gẽmis. *Cl.Au.pan.* 1

3 *Erythræa.* Talis Erythræis intextus Nebrida gẽmis. *id.A.pan.* 1.

Ignea. —fuluo micat ignea gemma monili. *Silius* 8.

Illuſtris. Videor videre illuſtribus
Gemmis coruſcantem virum. *Prud.deCor.*

Nobilis. Nunc addo gemmas nobiles. *ibid.*

Viridis. —virides picto gẽmas numerauit in auro. *Mar.epig.*9.

Lactea. ———hanc lucem lactea gemma notet. *id. epig.*8.

————Paphiæque columbæ

3 ———— Cedet Erythr eis eruta gemma vadis. *ibid.*

Fulgens. Frenáq;& accinctũ gẽmis fulgẽtibus enſẽ. *Val.*5.

Stellans. ———gemmis caudam ſtellãtibus implet *Ouid.met.*1.

Pura. ———purâque magis perlucida gemma. *ibid.*

————nunc dulce rubenti

Viua. Mutice,nũc viuis digitos incẽdere gẽmis. *Stat.ſyl.*2.

———tegeret ſua purpura dudum

Ardens. Corp⁹,& ardẽtes ambirẽt tẽpora gemmæ. *Cl.in Ruf.*2.

Lucida. Nec premit articulos lucida gẽma meos. *Ou.epiſt.*21.

Niuea. Quæ gemmis niueis vnda feracior. *Boetius.*

Perſpicua. Cõdita perſpicua lucet vindemia gemma. *Mart.epig.*8.

Diues. Nec bibit è gemma diuite noſtra ſitis. *Propertius* 3.

5 *Capax.* ——————gemmæque capaces
Accepêre merum. *Lucanus* 10.

Colorata. Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gẽmis. *idem* 3.

———latè quam circum amplectitur auro

Teres. Balteus,& tereti ſubnectit fibula gemma. *Virg.Æn.*5.

GEMMA VITIS. *V.* Palmes.

Eſt etiam gemma, vitis oculus, quem primo emittit. Rem clarè explicat Cicero lib.de Senect. Ineunte vere in his quæ relicta ſunt, exiſtit tanquam ad articulos fragmentorum ea quæ gemma dicitur, à qua oriens vua ſe oſtendit.

Vuida. Vuidáque ingrauido palmite gẽma latet. *Mart. epig.* 8
Perſpicua. Condita perſpicua lucet vindemia gẽma. *Ouid. faſt.* 3.

GENÆ.

Gena, ſicut os, oculi, frons, facies, ſunt lætitiæ, doloris & iræ indices. Hæc capita conſule.

Roſea. Et roſeas laniata genas. *Vir. Æn.* 12.
——— parce ſolutis
Teneræ. Crinibus, & teneris Delia parce genis. *Tibul.* 1.
Molles. Torpuerant molles ante dolore genæ. *Ou. epiſt.* 10.
Ingenua. Suſpicor ingenuas erubuiſſe genas. *id. epiſt.* 18.
Impubes. Impubéſq; genas, & eburnea colla, decúſque. *id. met.* 3.
Nitentes. ——ne prima genas lanugo nitentes
Carperet, & pulchrę fuſcaret gratia formæ. *Stat. ſyl.* 3.
——— pariter pallórque, rubórque
Purpureæ. Purpureas hauſere genas. *idem Theb.* 1.
Florentes. Libat florentes hæc tibi prima genas. *Mar. epig.* 3.
Rubentes. Flagrant genæ rubentes. *Sen. Med.*
——— ne vocis acutæ
Læues. Mollities, læuéſq; genæ ſe prodere poſſet. *Cl. in Eutr.*
Dulces. Ante genas dulces quã flos iuuenilis obũbret. *C. de p. c.*
Flagrantes. Flagrãtéſq; genas vidit, miſerũq; pudorẽ. *Val.* 7.
Niueæ. ——niueas infecerat igni
Sólque, pudórque genas. *C. de nu. Pa.*
Conſpicuæ. Conſpicuas cum flore genas. *Cl. pan.* 4.
——ille virentis, &
Doctæ pſallere Chiæ,
Pulchræ. Pulchris excubat in genis. *Hor. car.* 4.

Pubentes. Pubeſcentes. Ambroſiæ. Lacteæ.
Coloratæ. Sydereæ. Igne ſuffuſæ.

GENÆ in luctu.

Mœſtæ. In vultu color eſt ſine ſanguine lumina mœſtis
Stant immota genis. *Ou. met.* 6.
Tabentes. Tabẽtéſq; genæ, & iuuenili in corpore pallor. *V. Æn.* 12
Rorantes. Dulcia deinde genis rorãtibꝰ oſcula fingẽs. *id. in Ceiri.*
Incultæ. Hument incultæ fonte perenne genæ. *Ouid. epiſt.* 8
Madidæ. Et fletu madidis Ibin adite genis. *idem in Ib.*
——rubor igneus inficit ora,
Liuentes. Liuentéſque genas. *Lucanus* 5.
Pallentes. Turgéntque pallentes genæ,
Et veſtis atri funeris. *Sen. Agam.*
Vdæ. Et faciunt vdas ille vel ille genas. *Ouid. am.* 1.
Trementes. ——maculíſque trementes

Rapidus. Quacúmq; pauidos rapidus euexit furor. *ibid.*
Mæſtus. Multáq; per mœſtū demēs effata furorē. *Vir. Æn.* 12.
——recurſat huc, & huc, motu effero
Lymphatus. Furoris ore ſigna lymphati gerens. *Sen. Med.*
Impotens. Retinete ne quid impotens peccet furor. *idem Agam.*
Pertinax. ——————pertinax quorum furor
Armat miniſtros ſceleris in cædem meam. *idem Octau.*
Prætumid⁹. Effera præ tumido quatiebat corda furore. *Cl. in Ruf.* 1.
Periurus. Nil ſibi periurum ſenſit prodeſſe furorem. *Cl. Aug. pan.*
Efferatus. Mentis impos, efferatis percitus furorib⁹. *Prud. Cath.*
Feruidus. Euomit in iugulū Pauli Nero feruidū furorē. *id. de cor.*
Infeſtus. Ferre nec infeſtos deerat furor improbus ignes. *Val.* 2.
Armatus. —errórq, & in ſe ſemper armatus furor. *Sen. Her. fur.*
Acer. ——germanum furor acer agebat. *Silius* 11.
Effrenus. Effrenū arceret populādi cuncta furorem. *idem* 14.
1 *Vaticinus.* Ergo vbi vaticinos cōcepit mēte furores. *Ouid. met.* 2.
2 *Berecynth.* Iuro per Berecynthios furores. *Mar. epig.* 4.
2 *Celænæus.* Rauca Celænæos ad tympana diſce furores. *Claudian.*
2 *Ab Celænis, oppido in Phrygia, vbi Corybātes ſacra Cybeles faciebāt.*
Veſanus. *Sanguineus. Martius. Inſanus. Barbarus.*
Triſtis. *Immanis. Sacrilegus. Ardens. Flammatus.*

FVROR, pro amore.

V. Flamma. Fax. Ignis. Æſtus Cura. &c.

Validus. —validum penitus concepit in oſſa furorē. *Vir. in Ceiri.*
Indomitus. Indomitos Ariadna gerens in corde furores. *Catul.*
Miſer. ———miſero præbere alimenta furori. *Ouid. met.* 3.
Proteruus. Si tam proteruus incubat menti furor. *Sen. Hip.*
Inceſtus. ——inceſtos compeſcuit enſe furores. *Prud. Cath.*
Impurus. Cæperat impurū domini oblectare furorē. *idem in Sy.*
———animi graue vulnus habebam,
Igneus. Quamuis intus erat furor igneus. *Ou. met.* 9.
Inſignis. Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarū. *V. geor.* 3.

FVRTVM. V. Fur Dolus. Scelus. Facinus.

Pauidum. ——pauido ſubducit cognita furto. *Lucan.* 2.
Nocturnum. Veſter habebit honos, nocturnáq; furta licentū. *St. T.* 4
Tacitum. Nulla videt quærens taciti veſtigia furti. *Ouid. faſt.* 1.
Significat etiam adulterium: quod caput conſules.

FVSVS.

Politum, & acuminatum lignum, quo mulieres fila nent.

Grauidus. Non licuit grauidos pēſo deuoluere fuſos. *Vir. in Ceiri.*
Verſatus. Tortáque verſato ducentes ſtamina fuſo. *Ou. epiſt.* 18.
Teres. ——leui teretem verſabat pollice fuſum. *Ouid. met.* 6.
Libratus. Libratum tereti verſabat turbine fuſum. *Catul.*

G

GADES.

Inſulæ ſunt in Oceano 2 Occidentali, vltra Hiſpaniam Bæticam, non longe à columnis 1 Herculis. Dicuntur autem Gades remotæ 3, & terrarum finis, quod nullam aliam terram extra Oceanum eſſe crederent Antiqui: vnde hic terminos 6 Hercules dicitur poſuiſſe. Has inſulas 4 Tyrij, ex 5 Erythræo mari profecti, primi incoluerunt.

6 Herculeæ. Nã repeto Herculeas Erythręa ad littora Gades. *Sil.* 16
2 Occiduæ. Diffidet occiduis quod Gadib⁹ arida Barce. *C. debel. Gi.*
3 *Remotæ.* ———Libyam remotis
Gadibus iungas, & vtérque Pœnus
Seruiat vni. *Hor. car.* 2.
4 *Tyriæ.* ————Tyriis qui Gadibus hoſpes
Adiacet. *Lucan.* 7.
3 *Hom. finis.* Atq; hominũ finẽ Gades, Calpẽq; ſequut⁹. *Silius* 1.
3 *Terrarum finis.* ————oræ iam lenis Iberæ
Terrarum finis Gades, &c. *idem* 17.
2 *Solis cubile.* 5 *Erythrææ.* 3 *Extremæ.*

GALATEA.

Nympha *marina, filia* 1 *Nerei, & Doridis: hanc mire dilexit Polyphemus Cyclops.* V. Ouid. Met. 13. *cuius laudes egregia cantilena ibidem immurmurat.*

Candida. ————candida præfert
Sæpe mari, pulchrôq; ſecat Galatea natatu. *Cl. de rap.* 3.
Procax. Non ludit Galatea procax. *idem.*
Viridis. Cymodoce, viridíſq; cupit Galatea lauari. *Stat. ſyl.* 2.
1 *Nereis.* Nereis his contra reſecuta Crateide natã eſt. *O. met.* 13

GALEA.

Eſt munimentum capitis, ex ære, ferro, aut argento, quo vtuntur in bello duces, militéſque. Hanc pilis equinis, criſtis ſerpentum, draconum, iubis leonum, ſetis aprorum ad terrorem veteres adornabant.

Inſignis. Enſem, atq; inſignem galeã ſolatia victo. *Vir. æneid.* 5.
Aurea. Portat equus, criſtâq; tegit galea aurea rubrâ. V. *æn.* 9.
Ahena. ———galea tum ſumit ahena
Vipereos dentes. *Ouid. met.* 7
Ærea. ————deiectámque ærea ſortem
Accepit galea. *Vir. æneid.* 5.
Crinita. —triplici crinita iubâ galea alta Chimæram
Alta. Suſtinet. *idem æn.* 7.
Terribilis. Terribilẽ criſtis galeã, flammáſq; vomẽtẽ. *id. æneid.* 8.

Vmbroſus. Tu canis vmbroſi ſubter pineta Galeſi
Thyrſin,& attritis Daphnin arundinibus. *Prop.2.*
Tepidus. Et lotam tepido togam Galeſo. *Mart.lib.1.*
Dulcis. Dulce pellitis ouibus Galeſi
Flumen. *Hor.carm.2.*

GALLIA. *GALLVS.*

Galliæ fines attribuit. Iul. Cæſar lib. 1. Gallia, *inquit*, eſt omnis diuiſa in tres partes,quarum vnam incolunt Belgæ:aliam Aquitani: tertiam qui ipſorum lingua Celtæ, noſtrâ Galli appellantur Hi omnes linguâ,inſtitutis legibus inter ſe differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona,& Sequana diuidit. *Et reliqua quæ ibi fusè proſequitur. Dicuntur Galli à candore vultus.*

Facunda. Gallia cauſidicos docuit facũda Britãnos. *Iuuen.ſat.1.*
Non pauens Te non pauentis funera Galliæ,
funera. Duręque tellus audit Iberiæ. *Hor.car. 4.*
——————celſos vt Gallia currus
Nobilis. Nobilis,& flauis ſequeretur miſta Britãnis. *Lucanus 3.*
Rebellis. —ſternet Pœnos, Gallúmquę rebellem. *Vir æneid.6.*
Trux. Cincta premebãtur trucibus Capitolia Gallis. *O.faſt.6*
Ferox. ————ruerêntque in terga feroces
Gallorum populi. *Lucanus 1.*
Animoſa. ———animoſa tuas vt Gallia leges
Audiat. *Claudianus.*
Comata. ————quod comata Gallia,
Habebat vnctum,& vltima Britannia. *Catullus.*
Flaua. ———tum flaua repexo
Gallia crine ferox. *Cl.de lau.Stil.*

GALLVS, *fluuius.*

Fluuius eſt 2 Phrygiæ, cuius aquam qui potant in furorem vertuntur; hinc dicuntur Sacerdotes Deæ Cybeles, Galli, id eſt, furioſi: 5 Exſecti enim erant, & 3 furioſi, & inter ſacrificandum inter ſe digladiabantur ad effuſionem 4 ſanguinis. V. Corybas.

Cur igitur Gallos qui ſe excidêre vocamus,
Cum tantum à 2 Phrygia Gallica diſtet humus?
Inter,ait,viridem Cybelen,altáſque 1 Celænas
Amnis it inſana,nomine Gallus,aqua.
Qui bibit inde furit, procul hinc diſcedite,queis eſt
Cura bonæ mentis,qui bibit inde furit. *Ouid.faſt.4*

GALLI.

Repete quæ ſupra diximus ad Gallum fluuium. V. 1 Corybas. Curetes. Cybele,&c.

4 *Sanguinei.* —ſanguineis vlulantia Dyndyma Gallis. *Cl.de rap.2.*

3 *Crinem* ——————crinémque rotantes
rorantes. Sanguineum populis vlularunt triſtia Galli. *Lucanus* 1.
5 *Secti.* 2 *Phryges.* 1 *Celanes.* 3 *Vlulantes.* 5 *Semimares.*

GALLVS, auis.

Nũtius diei. Ales diei nuntius. *Prud.Cath.*
Vigil ales. Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat Auroram. *Ou. met.* 11.
Criſtatus. Nocte Deæ noctis criſtatus cæditur ales. *idem faſt.* 1.
Prænuntius. Iam dederat cantus lucis prænuntius ales. *idem faſt.* 2.
Superbus. Rhodias ſuperbi fœminas premunt galli. *Mar.epig.* 3.

GANGES, fluuius.

Originem in Scythia, ſeu nunc Tartaria, habet. Fluuius eſt 1 Indiæ, maximus, 2 latiſſimus, arenis aureis 3 ditiſſimus. Totam Indiam percurrit, & in Oceanum Indicum ad illum ſinum, quem vel eius nomine Gangeticũ, vel Golpho de Bengala *vocãt, tribus oſtijs erumpit. Dicitur 4 extremus, quod longe à nobis diſtet: & 5 Eous, quòd ibi ſolem oriri quotidie veteres crederent.*

3 *Pulcher.* —pulcher Gãges, atq; auro turbid⁹ Herm⁹. *Vir.geor.* 2.
Tepidus. Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit. *Ouid.in Ib.*
Rapidus. Qua rapidus Gãges, & qua Nyſæus Hydaſpes *Lucan.* 8
1 *Indicus.* Indicus Auſonia poteretur caſſide Ganges. *Sid.Apol.*
4 *Extremus.* Decolor extremo qua cingitur India Gãge. *Ou.met.* 4.
2 *Latus.* Perſidáq; & lato ſpatiãtẽ flumine Gangẽ. *idem triſt.* 5.
Immenſus. 5 *Eous.* 3 *Diues.* 3 *Aureus.* *Gemmifer.* *Aurifer.*

GANYMEDES.

1 *Phrygius puer, eximiæ pulchritudinis à Ioue adamatus, cuius, expulſa Hebe, in cælo pincerna fuit: hunc in cælum* —præpes ab 4 Ida—Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis. *& Aquarius dicitur. Hunc Ouid. Iliadem vocauit, ab Ilo 2 rege Phrygiæ.*

2 *Iliades.* Arripit Iliadẽ, qui nunc quoq; pocula miſcet *O.met.* 10
Idæus. Iam puer Idæus media tenus eminet aluo. *idem faſt.* 2.
2 *Iliacus.* Huc accedat Hylas, Iliacúſque puer. *idem triſt.* 2.
——————expertus fidelem
Flauus. Iuppiter in Ganymede flauo. *Hor.car.* 4.
——————manet alta mente repoſtum
Iudicium Paridis, ſpretæque iniuria formæ,
3 *Raptus.* Et genus inuiſũ, & rapti Ganymedis honores. *Vir.æn.* 1
——————auémque Regis
1 *Phryx.* Raptum quæ Phryga pertulit Tonanti. *Mar.epi.* 10.
Puer regius. Intextúſque puer frondoſa Regius Ida
Veloces iaculo ceruos, curſúque fatigat,
Acer anhelanti ſimilis. *Virg. Æn.* 5.

Rex

1 *Phrygius.* Rex Superûm quondam Phrygii Ganimedis amore Exarſit. *Ou. met.* 10.

GARAMAS *GARAMANTES.*

Populi Libyæ in Africa, incultis moribus: 1 *extremos vocauit Virgilius, vel quòd ſint patriâ à nobis longè diuiſi, vel quòd ab omni humanitatis conſortio remotiſſimi.*

1 *Extremus.* ———extremi Garamantes,
Nec noſtri generis puerũ, nec ſanguinis edũt. *Vir. ecl.* 8
Libycus. ——Libycis quod gentibus vnum
Incultus. Inculti Garamantes arant. *Lucanus* 9.
Inops. Siue illud inops nouit Garamas. *Sen. Her. fu.*
Nudus. Quæ nudi Garamantes arant. *Lucanus* 4.
Infœlix. *Sæuus.* *Velox.* *Peruſtus.*

GARGANVS.

Eſt mons in 2 *Iapygia, quæ pars eſt* 1 *Apuliæ, in regno Neapolitano: per Calabriam vſque in Adriaticum mare protenditur : vocatúrque nunc, mons ſancti Angeli.*

1 *Appulus.* Appul' Adriacas exit Garganus in vndas. *Lucanus* 5.
Ille vrbem Argyripam, patriæ cognomine gentis
2 *Iapyx.* Victor Gargani condebat Iapygis agris. *Virg. Æn.* 11.

GARGARVS. *GARGARA, plur.*

Eſt cacumen montis Idæ in Phrygia, authore Macrobio lib. 5. cap. 19. in ea parte vbi ad Myſos declinat, tanta fertilitate affluens, propter crebros, & vberes Idæ montis fontes, vt quoties infinitum rei alicuius numerum volumus denotare, à Gargarorum frugibus ſumamus ſimilitudinem. *Ouid. de remed. amor.* 1.

Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos.
Ardua. Ardua proceris viduantur Gargara ſyluis. *Ou. epiſt.* 15.
Flaueſcẽtia. —————flaueſcentia centum
Meſſibus æſtiuæ detõdẽt Gargara meſſes. *Clau. pan.* 4.

GARVMNA.

1 *Ingens fluuius eſt Galliæ, qui è Pyreneis montibus defluens, Celtas ab Aquitanis ſeparat, & in Oceanum Aquitanicum exit, cuius acceſſu & receſſu quotidie excreſcit, decreſcitque.*

1 *Veliuolus.* Remis veliuolum quatit Garumnam. *Sidon. Ap.*
2 *Refluus.* —refluum ſpargit per culta Garumnam. *idem.*
Magnus. Teſtis Arar, Rhodanúſque celer, magnúſque Garumna. *Tibullus* 1.
2 *Æquoreus.* Æquoreũ liqui te propter, amice, Garũnã. *Auſon. epiſt.*

GAVDIVM. *V.* Lætitia.

Blandum. ——Æneæ ſuſpenſam blanda viciſſim
Gaudia pertentant mentem. *Virg. Æn.* 5.

Candidum. ——————ſed candida ſemper
Gaudia,& in vultu curarũ ignara voluptas. *Stat. ſyl.* 2.
Inopinum. ——————inopináque gaudia Vati
Attulit. *idem ſyl.* 1.
Serenum. ——————ſereno frons renidet gaudio. *Prud. de cor.*
Falſum. Inq; bonis hominum gaudia falſa procul. *Auſ. edyl.*
Inane. Nõ ego opes caſſas,& inania gaudia plãgo. *idem parent.*
Fugitiuum. Gaudia non remanent, ſed fugitiua volãt. *Mar. epig.* 1.
——————nos otia vitæ
Ventoſum. Solamur cantu, ventoſáque gaudia famæ
Quærimus. *Stat. ſylu.* 4.
——————migrauit ab aure voluptas
Vanum. Omnis ad incertos oculos,& gaudia vana. *Hor. epiſt.* 1.
—————— Ægeus
Securum. Gaudia percepit nato ſecura recepto. *Ouid. met.* 7
Ingens. *Molle.* *Dulce.* *Sincerum.* *Grande.*

GAVRVS.

Mons eſt in Italia, vini exquiſitiſſimi ferax.

Bacchæus. ——Bacchæi vineta madentia Gauri. *Stat. ſyl.* 3.
Nemoroſus. ——Icario nemoroſus palmite Gaurus. *ibid.*

GAZA.

Secundum Seruium ad lib. 1. Æneid. eſt dictio 3 Perſica, quæ ſignificat opes, ſupellectiles, & generaliter quidquid poſſidemus. Dicitur 1 Eoa, & 2 Inda, ab Orientis partibus, in quibus reperitur ingens aurum: & Lyda, 4 ab Crœſo rege Lydiæ ditiſſimo.

Beata. Icci beatis nunc Arabum inuides
Gazis. *Hor. car.* 1.
Nobilis. Nobilibus gazis, opibúſq; cubilia ſurgãt. *C. de nu. Ho.*
4 *Lyda.* Si Babylonis opes, Lydæ ũ pondera gazæ. *Stat. ſyl.* 5.
1 *Eoa.* ——Eoáſque premunt tentoria gazas. *Lucanus* 7.
3 *Perſis.* Digne Mydæ, Crœſiq; bonis,& Perſide gazâ. *St. ſyl.* 1.
3 *Perſida.* 2 *Inda.* 3 *Achemenia.* 3 *Babylonia.*

GELONI. *Vide* GETÆ.

Populi ſunt Scythiæ, quos, ſicut & Agathyrſos, quibus vicini ſunt, Virgilius vocat 1 pictos. Rationem epithetorum quare ad caput Agathyrſi. *Sunt 2 ſagittandi peritiſſimi, vocantúrque nunc Tartari. Communia habent epitheta cum Getis.*

1 *Picti.* Eoáſque domos Arabũ, pictóſq; Gelonos. *Virg. geor.* 2.
Acres. Biſaltę quo more ſolent, acérque Gelonus. *idem geor.* 3.
2 *Sagittiferi.* ——Caráſque, ſagittiferóſque Gelonos
Pinxerat. *idem Æn.* 8
2 *Pharetrati.* Viſam Pharetratos Gelonos,

	Et Scythicum inuiolatus amnem.	*Hor.car.3.*
Flaui.	Ecce autē flauis cradiuus ab vſq; Gelonis.	*Claudianus.*
	Longáque Sarmatici ſoluens ieiunia belli,	
Volucres.	Maſſágetes quo fugit equo, volucréſq; Geloni.	*Luc.3.*

GELV.

V. Frigvs. Glacies. Hiems.

Adſtrictum.	Et maris adſtricto quæ coit vnda gelu.	*Ouid.triſt.2.*
Marmoreū	Terráque marmoreo candida facta gelu.	*idem triſt.3.*
Canum.	Et toties cano bruma gelu riguit.	*Auſon. epiſt.*
Canens.	Glebáque canenti ſemper obuſta gelu.	*Ouid.triſt.5.*
Rigidum.	Ipſa vides rigido ſtantia vina gelu.	*idem pont.4.*
	———————gelúque	
Acutum.	Frigora conſtiterint acuto.	*Hor car.1.*
Pigrum.	Pigro bruma gelu ſiccíſque Aquilonib⁹ horrēs.	*Luc.4.*
Hibernum.	———hiberno prægrauis vnda gelu.	*Mar.epig.4.*
Durum.	Frigida duro Cynoſura gelu.	*Sen. Thyeſt.*
Niuale.	———niuali cuncta conſtrinxit gelu.	*idem Med.*
Frigidum.	Torpétque vinctus frigido ſanguis gelu.	*idem Tro.*
Sæuum.	———————horrida ſæuo	
	Quæ premis arua gelu.	*Valerius 1.*
Altum.	Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto	
	Terra gelu.	*Virg.Geor.3.*
Horrens.	*Scythicum. Riphæum. Arctoum. Sarmaticum.*	
Iners.	*Brumale. Acerbum. Concretum. Denſum.*	

GEMITVS.

V. Fletvs. Lvctvs. Dolor. Lachrymæ. Tristitia. Mœror.

Lachryma-	———gemitus lachrymabilis imo	
bilis.	Auditur tumulo.	*Virg. Æn.3.*
Ingens.	Tū vero ingētē gemitū dat pectore ab imo.	*idem Æn.1.*
Aſſiduus.	Aſſiduóque ſuos gemitu teſtata dolores.	*Ouid.met.2.*
Corde peti-	Tum vero gemitus alto de corde petitos	
tus.	Edidit.	*ibid.*
Supplex.	———illum gemitu iam ſupplice mater	
	Frangit.	*Stat.Th.11.*
Creber.	Intima creber viſcera quaſſat	
Stridens.	Gemitus ſtridens.	*Sen. Oed.*
Acerbus.	Qualiter impleuit gemitu cū taur⁹ acerbo.	*Valerius 2.*
Mœſtus.	—————mœſtúſque per omnes	
	It gemitus	*Virg.Æn 9.*
Inſanus.	Mulceat inſanos gemitus.	*Stat.ſyl.1.*
Lamenta-	——————veſtra lamentabili	
bilis.	Lugete gemitu funera.	*Sen.Agam.*

——————dum pectore molem
Inanis. Commouet experiēs,gemitúq;reponit inani. *Valer. 2.*
——miſtum ſpumis v mit ore cruorem,
Extremus. Extremóſque ciet gemitus.. *Virg.geor.3.*
Flebilis. *Durus.* *Grauis.* *Altus.*

GEMMA. *V.* Lapillus.

Eſt omnis lapis pretioſus. Epithetum ſumit ab 1 *Indico, ſeu Eoo* 2 *Oceano, à mari* 3 *Erythræo, à flumine* 4 *Hydaſpe, vbi gemmarum expiſcationes.* 5 *Vinum in gemmis, aut conchis bibebant Antiqui.*

1 *Indica.* Indica quos medio vertice gemma tenet. *Propert.1.*
2 *Eoa.* ——Eois ſplendent donaria gemmis. *Lucanus 5.*
4 *Hydaſpea.* Diues Hydaſpeis augeſcat purpura gēmis. *Cl.Au.pan.1*
3 *Erythræa.* Talis Erythræis intextus Nebrida gēmis. *id.A.pan.2.*
Ignea. —fuluo micat ignea gemma monili. *Silius 8.*
Illuſtris. Videor videre illuſtribus
Gemmis coruſcantem virum. *Prud.deCor.*
Nobilis. Nunc addo gemmas nobiles. *ibid.*
Viridis. —virides picto gēmas numerauit in auro. *Mar.epig.9.*
Lactea. ——hanc lucem lactea gemma notet. *id, epig.8.*
———Paphiæque columbæ
3 ——— Cedet Erythr ris eruta gemma vadis. *ibid.*
Fulgens. Frenáq;& accinctū gēmis fulgētibus enſē. *Val.5.*
Stellans. ——gemmis caudam ſtellātibus implet *Ouid.met.1.*
Pura. ——purâque magis perlucida gemma. *ibid.*
———nunc dulce rubenti
Viua. Murice,nūc viuis digitos incēdere gēmis. *Stat.ſyl.2.*
——tegeret ſua purpura dudum
Ardens. Corp⁹,& ardētes ambirēt tēpora gemmæ. *Cl.in Ruf.2.*
Lucida. Nec premit articulos lucida gēma meos. *Ou.epiſt.21.*
Niuea. Quæ gemmis niueis vnda feracior. *Boetius.*
Perſpicua. Cōdita perſpicua lucet vindemia gemma *Mart.epig.8.*
Diues. Nec bibit è gemma diuite noſtra ſitis. *Propertius 3.*
5 *Capax.* ——————gemmæque capaces
Accepêre merum. *Lucanus 10.*
Colorata. Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gēmis. *idem 3.*
——latè quam circum amplectitur auro
Teres. Balteus,& tereti ſubnectit fibula gemma. *Virg.Æn.5.*

GEMMA VITIS. *V.* Palmes.

Eſt etiam gemma,vitis oculus, quem primo emittit. Rem clarè explicat Cicero lib.de Senect. Ineunte vere in his quæ relicta ſunt, exiſtit tanquam ad articulos fragmentorum ea quæ gemma dicitur, à qua oriens vua ſe oſtendit.

Vuida. Vuidáque ingrauido palmite gẽma latet. *Mart. epig.* 8
Perſpicua. Condita perſpicua lucet vindemia gẽma. *Ouid.faſt.* 3.

GENÆ.

Gena, ſicut os, oculi, frons, facies, ſunt lætitiæ, doloris & iræ indices. Hæc capita conſule.

Roſeæ. Et roſeas laniata genas. *Vir. Æn.* 12.
——————parce ſolutis
Teneræ. Crinibus,& teneris Delia parce genis. *Tibul.* 1.
Molles. Torpuerant molles ante dolore genæ. *Ou. epiſt.* 10.
Ingenuæ. Suſpicor ingenuas erubuiſſe genas. *id. epiſt.* 18.
Impubes. Impubéſq; genas,& eburnea colla, decúſque. *id. met.* 3.
Nitentes. ——ne prima genas lanugo nitentes
Carperet,& pulchrę fuſcaret gratia formæ. *Stat. ſyl.* 3.
——————pariter pallórque, rubórque
Purpureæ. Purpureas hauſere genas. *idem Theb.* 1.
Florentes. Libat florentes hæc tibi prima genas. *Mar. epig.* 3.
Rubentes. Flagrant genæ rubentes. *Sen. Med.*
——————ne vocis acutæ
Læues. Mollities, læuéſq; genæ ſe prodere poſſẽt. *Cl. in Eutr.*
Dulces. Ante genas dulces quã flos iuuenilis obũbret. *C. de p. c.*
Flagrantes. Flagrãtéſq; genas vidit, miſerũq; pudorẽ. *Val.* 7.
Niueæ. ——niueas infecerat igni
Sólque, pudórque genas. *C. de nu. Pa.*
Conſpicuæ. Conſpicuas cum flore genas. *Cl. pan.* 4.
——ille virentis, &
Doctæ pſallere Chiæ,
Pulchræ. Pulchris excubat in genis. *Hor. bar.* 4.
Pubentes. Pubeſcentes. Ambroſiæ. Lacteæ. Coloratæ. Sydereæ. Igne ſuffuſæ.

GENÆ in luctu.

Mœſtæ. In vultu color eſt ſine ſanguine lumina mœſtis
Stant immota genis. *Ou. met.* 6.
Tabentes. Tabẽtéſq; genæ,& iuuenili in corpore pallor. *V. Æn.* 12
Rorantes. Dulcia deinde genis rorãtib⁹ oſcula fingẽs. *id. in Ceiri.*
Incultæ. Hument incultæ fonte perenne genæ. *Ouid. epiſt.* 8
Madidæ. Et fletu madidis Ibin adite genis. *idem in Ib.*
——rubor igneus inficit ora,
Liuentes. Liuentéſque genas. *Lucanus* 5.
Pallentes. Turgéntque pallentes genæ,
Et veſtis atri funeris. *Sen. Agam.*
Vdæ. Et faciunt vdas ille vel ille genas. *Ouid. am.* 1.
Trementes. ——maculíſque trementes

	Interfuſa genas, & pallida morte futura.	*Virg. Æn.* 4.
Vuidæ.	*Humentes. Effuſa lachrymis. Irrigua. Humida.*	

GENÆ SENILES.

	——————lachrymoſáque vino	
Rugoſæ.	Lumina, rugoſas diſtraherémque genas.	*Ouid. am.* 1.
Laxæ.	——————laxáſque laborat	
	Diſtendiſſe genas.	*Cl. in Eutr.* 1.
Seuera.	Longæuum mentita ſenem, rugíſque ſeueras	
	Perſulcata genas.	*id. in Ruf.* 1.
Hirſutæ.	Doctus & hirſutas excoluiſſe genas.	*Mar. epig.* 8.

GENISTÆ.

Lentæ.	——vt molle ſiler, lentæque geniſtæ.	*Virg. geor.* 2.
Humiles.	——ſalices, humiléſque geniſtæ.	*ibid.*

GENVS.

Genus proſapiam ſignificat: de hominibus, feris, piſcibus, auibus, &c. dicitur. Gentem, & nationem ſignificat.

GENVS HVMANVM.

Mortale.	Perdendum eſt mortale genus.	*Ouid. met.* 1.
Humanum.	Humani generis tamen eſt iactura dolori.	*Ibidem.*
Fæc. in frau.	Fœcundum in fraudes hominum genus.	*Silius* 2.
Tetrum.	——————ô tetrum genus,	
	Nulláque victum lege melioris ſoli!	*Sen. Hip.*
Indocile.	It gen⁹ indocile, ac diſperſũ mõtibus altis.	*Vir. æneid.* 8.
Intractabile.	——genus intractabile bello.	*idē æneid.* 1.
Acre.	Hic genus acre virûm, Marſos, pubémque Sabellam,	
Aſſuet. malo.	Aſſuetúmque malo Ligurem.	*idem geor.* 2.
———	Fœlix ad laudes hominum genus.	*Silius* 15.
———	At natum in curas hominum genus.	*Tibul.* 5.
Durum.	Vnde homines nati, durum genus.	*Virg. geor.* 1.
	——————totúmque à ſtirpe reuellam	
Exitiale.	Exitiale genus.	*Stat. Th.* 1.
Immite.	Te tamen, ô Virgo, genus haud immite virorum	
	Expetit.	*Ouid met* 13
Impauidum.	——ſed quid impauidum genus	
	Feciſſe prodeſt?	*Sen. Her. œt.*
Solers.	——————tertium ſolers genus	
	Nouas ad artes extitit, ſanctum tamen,	
Inquietum.	Mox inquietum.	*idem Octau.*
Impium.	——————premat genus impium	
	Cæli ruinâ.	*ibid.*
Implacidum.	Druſus Genaunos, implacidum genus,	
	Deiecit acer, &c.	*Hor. car.* 4.

Inſuperabile bello. Hinc Getulæ vrbes, genus inſuperabile bello,
Et Numidæ infræni cingunt. *Vir. æneid. 4.*
Patiēs labor. —parcum genus eſt, patiénſque laborum,
Quæſitíque tenax. *Ouid. met. 7*
Barbarum. Quod genus hoc hominũ? quæue hũc tã barbara morẽ
Induxit patria? *Virg. Æn. 1.*
————& Danai genus
Infame. Infame. *Hor. car. 2.*
Præda imminens. Funeſtum.

GENVS. *PROSAPIA. Stirps. V.* Nomen.

Antiquum. Hic genus antiquũ Teucri, pulcherrima proles. *V. æn. 6.*
Clarum. ———Meſſi clarum genus Oſci, &c. *Hor ſat. 1.*
Egregium. Rex genus egregium Fauni. *Vir. æneid. 7.*
Sublime. Quis ſublime genus, formámque inſignis Etruſcæ
Neſciat. *Stat. ſyl. 3.*
Inclytum titulis. ————nobiles non ſunt mihi
Aui, nec altis inclytum titulis genus. *Sen. Her. fu.*
Ingens à proauis. Cui genus à proauis ingens, clarúmque paternæ
Nomen erat virtutis. *Vir. æneid. 12*
Regium. Regium certè genus, & penates
Mœret iniquos. *Hor. car. 2.*
Nobile. Generoſum. Altum. Magnanimum. Celſum.

GENS. *NATIO.*

Superba. Iuſtitiâque dedit gentes frænare ſuperbas. *Vir. æneid. 1.*
Antiqua. Per tot ducta viros, antiquæ ab origine gentis. *ibid.*
Ferox. —bellum cum gẽte ſuperba—Suſcipitur. *Ou. met. 14.*
Immenſa. Prima per immẽſas ſparſi noua ſemina gentes. *id faſt. 5*
Audax. ————audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas. *Hor. car 1.*
Magna. Occiderũt magnis qui gẽtibus imperitarũt. *Lucretius 3.*
Ignota. ———profugus ignotas procul
Percurre gentes. *Sen. Hip.*
Inſignis tit. --ferróq; laceſſere gentẽ—Inſignẽ titulis. *Prud Pſych.*
Ferri patiēs. Gens ferri patiens, ac læta domare labores. *Sil. 3.*
————ſic nam fore bello
Egregia bello. Egregiam, & facilẽ victu per ſæcula gentẽ. *Vir æneid 1.*
Bellatrix. Bellatrix gens baccifero nutrita Sabino. *Sil. 3.*
Belligera. Quæ dat belligeris fœdera gentibus. *Sen. Med.*
Externa. Fœderibúſq; ſuis externas iungere gentes. *Manilius 1.*
Efferа. Flectitur ad veſtras gẽs effera cõditiones. *Sid. Apol.*
Minax. Gens animis, membríſque minax. *idem.*
Indomita. Intérque ſæuos gentis indomitæ metus. *Sen. Med.*

Truculenta. Nulla Getis toto gēs eſt truculētior orbe. *Ou.Pont.2.*
Fera. Arma feræ genti, rémq; decúſque dabant. *id. faſt.3.*
Aſſueta bello. ——gentémque feroci
Aſſuetam bello pacis traduxit ad artes. *id,met.15.*
Inuicta. Inuictæ gentes æterna in fœdera mittant. *Virg. Æn.12.*
Scelerata. —ferro ſceleratam exſcindere gentem. *id. Æn.9.*
Bello præcl. Gens bello præclara. *id. Æn.8.*
Barbara. ——tibi tot barbaræ
Gentes dedêre ſpolia. *Sen.Agam.*
——periuria quondam
Doloſa. Cercopū exoſus, gentiſq; admiſſa doloſæ. *Ou.met.14.*
Fortis. Gens quæ cremato fortis ab Ilio,&c. *Hor.car.4.*
Valida. —validam gentem, quam dura niuoſis
Educat vrſa plagis. *Cl.de bel.Ge.*
Roborenata. Génſque virûm truncis, ac duro robore nata,
Inculta. Queis neque mos, neque cultus erat. *Virg. Æn.8.*
Horrida. Horrida præcipuè cui gens. *id. Æn.7.*
Crudelis. Ni gēs crudelis madidâ cū veſte grauatū. *id. Æn 6.*
Dura. —gens dura, atque aſpera cultu
Aſpera. Debellanda tibi. *id. Æn.5.*
Inimica. —aut quâ ſpe inimicâ in gente moratur. *id. Æn.4.*
Nefanda. —ſatis eſt gentem effugiſſe nefandam. *id. Æn.3.*
Dira. —dirâ bellum cum gente gerendum. *ibid.*
Effrana. Gens effræna virûm Ripheo tūditur Euro. *id Georg.3.*
Perjura. Perfidiā fugio,& perjurā ab origine gētē. *Silius 16.*
Subacta. ——gentéſque ſubactas
Vix impune feres. *Lucanus 1.*
Triūphata. Culta triumphatæ munere gentis eris. *Ouid. am. 1.*
Vetuſta. —genitrix Priami de gente vetuſta
Eſt mihi. *Virg. Æn.9.*

Infida.	*Inhoſpita.*	*Inhoſpitalis.*	*Horrens.*	*Inſuperabilis.*
Cruda.	*Inſtabilis.*	*Furibunda.*	*Cruenta.*	*Marticola.*
Vaga.	*Martia.*	*Bona bello.*	*Bellicoſa.*	*Armifera.*
Militaris.	*Velox.*	*Implacida.*	*Impacata.*	*Immanis.*
Horrida.	*Exlex.*	*Cæca.*	*Infamis.*	*Irrequieta.*
Imbellis.	*Illaudata.*	*Sanguinea.*	*Trux.*	*Ignobilis.*
Peregrina.	*Extrema.*	*Longinqua.*	*Remota.*	*Profana.*
Malefida.	*Veſana.*	*Sparſa.*	*Ferrea.*	*Pharetrata.*
Sancta.	*Inhumana.*	*Perfida.*	*Criminoſa.*	*Expers juris.*
Impia.	*Immitis.*	*Turbida.*	*Rabida.*	*Inſcia freni.*
Effuſa.	*Rapida.*	*Efferata.*	*Maligna.*	*Abominanda.*
Aurea.	*Nata armis.*		*Vide* VVLGVS.	

GENV, *in timore, & morbo.*

Tardum. ———tarda trementi
Genua labant. *Virg. Æn. 9.*
Pronum. Et genib⁹ pronis ſupplex, ſimiliſq; rogãti. *Ouid. met. 8.*
Flexum. Victa poteſt flexo ſuccubuiſſe genu. *idem triſt. 4.*
Inflexum. Sic cadit inflexo lapſa puella gradu. *Propert. 3.*
Pigrum. ——pigris membra ſed genibus labant. *Sen. Thyeſt.*
Ægrum. Aſt illum fidi æquales genua ægra trahentem
Ducunt ad naues. *Virg. Æn. 5.*
Impreſſum. Tremens. Summiſſum. Succiduum.

GERMANIA.

Deſcriptionem Germaniæ, rationémque nominis vide apud Strabonem lib. 7. Separatur à Gallis, Rhætijs, ſeu Heluetijs; Rheno fluuio ab Pannonijs, & à Sarmatis Danubio; à Dacis, armis & montibus. Cætera ambit Oceanus.

Fera. Iã fera Cæſaribus Germania, tot⁹ vt orbis. *Ou. triſt. 4.*
———fœtus
Horrida. Quis Germania quos horrida parturit. *Hor. car. 4.*
Ferox populis. ———germania quondam
Illa ferox populis. *Cl. de bel. Ge.*
Dira. Si quem dira tibi rapuit Germania Druſus. *Ou. pont. 2.*
Audax. Ante tubam nobis audax Germania ſeruit. *Claudianus.*
Flaua. Belligera. Trux. Atrox. Potens.
Bellatrix. Inuicta. Effera. Diues. Armipotens.

GERYON. *Geryones.*

Ad Gerionem proloquetur Seruius apud Virg. Æn. 7.

Rex, *inquit*, fuit 2 Hiſpaniæ, qui ideo 1 trimembris dicitur, quia tribus inſulis præfuit quæ adiacent Hiſpaniæ, Balearicæ, minori & maiori. Fingitur etiam bicipitem canem habuiſſe, quia & nauali, & terreſtri certamine plurimum potuit. Hunc Hercules vicit: qui ideo fingitur ad eum olla ærea tranſuectus, quòd habuit nauem fortem, & ære munitam.

———maximus vltor
1 *Tergemin.* Tergemini nece Geryonis. *Vir. Æn. 8.*
2 *Iberus paſtor.* ———nec me paſtoris Iberi
Forma triplex, nec forma triplex tua, Cerbere, mouit, *O. m. 9.*
Amplus. ———ter amplum
Geryonem, Tityónque triſti
Compeſcit vnda. *Hor. car. 2.*
1 *Triformis.* Paſtor triformis littoris Tarteſſii. *Sen. Her. fu.*
1 *Tricorpor.* Geryonis peteret cũ lõga tricorporis arua. *Sil. 3.*
1 *Triplex.* Hoc neque Geryones triplex, &c. *Cl. in Ruf. 1.*

GETA. *Getes.* *Getæ.*

Populi ſunt Thraciæ: natura & moribus feroces: horũ & terra immane ingeniũ, Ouid. deſcripſit fusè totis libris, 5. de Triſtibus, & 4. de Põto.

Hiberni. Hiberniq; Getæ pictoque Britannia curru. *Prop. 4.*
Rigidi. ——rigidos effugiamque Getas *Ou. triſt. 5.*
Crudi. Iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis. *ibid.*
Marticolæ. Proxima Marticolis quam Naſo loca Getis. *Ou. Pont. 4.*
Nec venit in duros muſa vocata Getas. *Ou. Pont. 1.*
Inhumani. Inter inhumanos eſſe Poeta Getas. *ibid.*
Hirſuti. Aſpicit hirſutos comminus vrſa Getas. *ibid.*
Saui. Quam legis à ſæuis attulit vſque Getis. *ibid.*
Trux. Truxq; Getes armis, grãdine pugnet hiems. *ibid.*
Pharetrat⁹. Dura pharetrato bella mouente Geta. *ibid.*
Ferox. Abſtuleritque ferox hoc caput enſe Getes. *Ou. Pont. 2.*
Indomiti. Mittit ab indomitis hanc Meſſaline ſalutem
Quam ſolitus præſens eſt tibi ferre Getis. *ibid.*
Diri. Cum taceant diros talia facta Getas. *Ou. Pont. 3.*
Feri. Inque feris curem cortigere illa Getis. *ibid.*
Impacati. A malè pacatis plus trahit ora Getis. *Ou. triſt. 5.*
Duri. Non venit in duros Muſa vocata Getas. *Ou. Pont. 1.*
Armiferi. ——ibi armiferos geminæ iam ſydere brumæ
Orgia ferre Getas, &c. *Stat. The. 4.*
Intonſi. Venit ab intonſis vſque Seuere Getis. *Ou. Pont. 4.*
Hæc mihi Cimmerio bis tertia ducitur æſtas
Pelliti. Littore pellitos inter agenda Getas. *Ou. Pont. 4.*
Vagus. ————Non vagus campus Geta
Nec inhoſpitalis Taurus, aut ſparſus Scythes. *Sen. Hip.*
Infeſti. Summouet infeſtos clauſaque porta Getas. *Ou. triſt. 3.*
Squallidus. Non adimat ſtricto ſquallidus enſe Getes. *Ou Pont. 1.*
Feri. Tranſit noſtra feros ſi modo Muſa Getas. *Ou. Pont. 4.*
Truculenti. Nulla Getis toto gens eſt truculẽtior orbe. *Ou. Pont. 2.*
Flaui. Seu flauos ſtrauere Getas. *Cl. de Rap. 2.*

GIGAS. *Gigantes.* *V.* Titanes.

E terra natum ſignificat: finguntur autem gigantes à Poëtis, terræ 1. & 2. Titanis filij, 3. anguineis pedibus, 4. centimani, centipedes, &c. contra 5. Iouem arma cepiſſe & ab eo, 6. in Phlegræis campis Macedoniæ, fulminibus protriti. Fabulæ moralẽ ſenſum attulit, Macrobius lib. ſatur. 1. cap. 2. quẽ quia maximè ad rẽ eſt aſſerimus. Gigãtes quid, *inquit*, aliud fuiſſe credẽdũ eſt, quã hominũ quandã impiã gentẽ, deos negantẽ, & ideo exiſtimatam deos pellicere de cæleſti ſede voluiſſe.

Horum pedes in draconum volumina deſinebant: quod ſignificat nihil eos rectum, nihil ſuperũm cogitaſſe, totius vitæ eorũ greſſu atque progreſſu in inferna vergente. *Hæc ille, & plura ibidem.*

Immania Terra feros partus immania monſtra Gigantes
Monſtra. Edidit auſuros in Iouis ire domum. *Ouid. faſt.* 5.
Sic affectantes cæleſtia regna Gigantes
Ad Styga nubifero vindicis igne datos. *O. Pont.* 4.
3 *Serpentip.* Sphyngaq; & Harpyias ſerpentipedeſq; Gigãtes. *O. tr.* 4.
——cælumque ſuo ſeruire tonanti
Saui. Non niſi ſæuorum potuit poſt bella Gigantum. *Luc.* 1.
Rabidi. Non aliter Phlegrã rabidos tollente Gigantes. *Luc.* 7.
Peſtiferi. ——Gigantes arma peſtiferi mouent. *Sen. Her. fur.*
Feri. ————aduerſus feros
Audax Gigantes obuias ferrent manus. *Sen. œd.*
Fulminei. —fulmineos cogens ad bella Gigantes. *Prud. Hamart.*
——extructis vidit cum montibus ire
Magnanimi. Magnanimos raptum cæleſtia regna Gigantes. *Sil.* 9.
Vaſtos. ——vaſtos cum terra Gigantes
In cælum furibunda tulit. *Manil.* 1.
1 *Terrigenæ.* Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra Gigantes. *Luc.* 3.
5 *Coniurati.* Et coniuratos cælum reſcindere fratres. *Virg. geor.*
2 *Titania* Hic genus antiquum terræ Titania pubes
pubes. Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo. *Virg. æn.* 6.
Magnum illa terrorem intulerat Ioui
Horridi. Fidens iuuentus horrida brachijs. *Hor. car.* 3.
5 *Impij.* ————ſcimus, vt impios
2 *Titanes.* Titanas, immanemque turmam
Immanes. Fulmine ſuſtulerit caduco. *ibid.*
Validi. Sed quid Typhœus, & validus Mimas,
Minaces. Aut quid minaci Porphyrion ſtatu,
Quid Rhœtus, euulſiſque truncis
Audaces. Enceladus iaculator audax, &c. *ibid.*
6 *Phlegræi.* Nunquid ſtruitur via Phlegræos
Alta per hoſtes. *Seneca.*

1 *Genus antiquum terræ* 5 *Propago ſuperum contemptrix.*
1 *Telluris iuuenes.* 4 *Centimani.* 3 *Anguipedes.*

GLACIES

Vide, Gelu, Frigus, Hiems, Bruma, Nix, Grando, Procella. *Conſule caput* frigus, *vbi aliquorũ epithetorũ difficilior ſenſus explanatur.*

Aſpera. Ah! tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plãtas. *V. Ecl.* 10
Cærulea. Cærulea glacie concreta atque imbribus atris *V. geor.* 1.
Hyperborea. Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque niualẽ. *V. geor.* 4

Fragilis. Vt fragilis glacies interit ira mora. *Ou. de ar. 1.*
———nec Armeniis in oris,
Iners. Amice Valgi, ſtat glacies iners
Menſes per omnes. *Hor. car. 2.*
Frigida. Frigida ſaturno glacies, & Zona niualis. *Lucan. 10.*
Niualis. ————glaciéque niuali
Hiſpidus, & Geticâ cõcretus grãdine pẽnas. *Cl. de rap. 1*
Arctoa. Non glaciem Arctoam, non experiêre furentis
Ardorem Cancri. *Sil. 15.*
Futilis. ————glacies ſeu futilis ictu
Diſſiluit. *Virg. an. 12.*
Aſtricta. ———ventis glacies aſtricta pependit. *Ou. met. 1.*
Alpina. Audit & ſi quem glacies Alpina coercet. *Claud.*
Solida. Et totæ ſolidam in glaciẽ vertêre lacunæ. *Virg. geor. 3.*

Indurata. Riphaa. Gelida. Maotica.
Rigens. Hiſpida. Dura. Concreta.

GLADIVS.

V. Ferrum. Enſis. Bellum. Telum. Arma. Sagitta.

Strictus. ————ſtrictique feruntur
In templum gladii. *Ou. met. 15.*
Furens. ————ipſe furentes
Dux tenuit gladios *Lucan. 6.*
Impius. ————gladio paruulus impio
Immatura focis victima concidit. *Sen. Thyeſt.*
————procul igneus horror
Minax. Thoracũ, gladióſq; tegat vagina minaces. *C. de nu. Ho.*
Durus ———neque enim perſtringere duris
Dignamur gladiis. *Pru. Pſych.*
————ſuccurrit, & offert
Vltor. Vltorẽ gladium, laudiſque inſpirat amorẽ. *ibid.*
Triſte. ————gladii cum triſte minantes
Minans. Iudicium inſolita trepidũ cinxêre corona. *Lucanus 1.*

Diſtrictus. Nudatus. Micans. Acutus. Ingens.
Frigidus. Triſtis. Gelidus. Fulgene. Rubens cade.
Crudelis. Fatalis. Anceps. Trux. Immitis.
Hoſtilis. Sons. Nocẽns. Funeſtus. Sanguineus.
Lethalis. Fulmineus. Coruſcus. Sanguinolentus.

GLANS.

Fructus eſt omnium arborum glandiferarum, qua ſunt, authore Plinio lib. 6. Robur, Quercus, Æſculus, 1 Ilex. Dicuntur 2 quercus à Virgilio libro. 2. georg. oracula fuiſſe Graijs populis: nam in 3 Chaonia, Epiri regione, vbi erat Dodoneum nemus, dua 4 columba reſponſa

dabant. Sunt autem quercus Ioui ſacra, quod ille homines ab eſu carnium humanarum abſterritos, ad victum è glandibus petendum conuertiſſet. E Iacobo Pontano, ſocietatis Ieſu in locum Virgilij ſupra citatum. Dicitur glans hiberna 6 quod hieme 7 decidat.

3 *Chaonia.* Chaoniam pingui glandē mutauit ariſta. *Virg. geor.* 1.
2 *Quercna.* Quernáque glans victa eſt vberiore cibo. *Ouid. faſt.* 1.
1 *Iligna.* ——iligna nutritus glande rotundas
Curuat aper lances. *Hor. ſat.* 2.
7 *Caduca.* Arboribus quoniā baccæ, glandéſq; caducæ. *Lucret.* 5.
6 *Hiberna.* Vuidus hiberna venit de glande Menalcas. *Virg. ecl.* 4.

GLANS.

Volucris. Saxa pluūt, volucres imitātur fulgura glādes. *Stat. Th.* 8
Plumbea. ——vt lata plumbea funda
Miſſa. Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cælo. *Ou. met.* 14
Volans. *Ferrea.* *Ignea.* *Vulnifica.* *Miſſilis.*

GLAVCVS.

Piſcator fuit, ex vrbe 1 *Anthedone in Bœotia, vbi fretū eſt* 2 *Euboicum. Hic cum piſcaretur, prædámque quam in terram proieciſſet contactu herbæ cuiuſdam, cum vidiſſet in mare reſilientem, cupidine experiundæ ſortis compulſus, herbam ori intulit, qua guſtata piſcium inſtar in mare ſe præcipitem dedit, factúſque eſt maris Deus. V.* Ou. met. 14.

Biformis. ——Glaucum ſeries extrema biformem
Ancipit. *Cl de rap.* 3.
1 *Anthedon.* Sic Anthedonius Bœotia per freta Glaucus. *Auſ. Moſel.*
2 *Euboicus.* Liquerat Euboicus, tumidarū cultor aquarū *Ou. met.* 14.

GLEBA.

V. Hortus. Tellus. Terra. Ager. Rus. Aruum Humus. Campus.
Putris. Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit. *Vir. geor.* 1
Iacens. Fortes inuertāt tauri, glebáſque iacentes. *ibid.*
Iners. ——raſtris glebas qui frangit inertes. *ibid.*
Supinata. Ante ſupinatas Aquiloni oſtēdere glebas. *Vir. geor.* 2.
Fœcunda. ——fœcundas vertentes vomere glebas. *Lucret.* 1.
Rigens. ————glebáſque rigentes
Infuſis ad molle lutum mollire fluentis. *Prud. in Sy.*
Vuifera. ——vuiferis addebat nomina glebis. *Silius* 7.
Pinguis. ——pingues manus vtráque glebas
Exprimit. *Luc.* 4.
Virens. —molles ornate focos, glebámq; virentē. *Iuu ſat.* 12.
Sicca. ————ſiccis vruntur ſemina glebis. *Hor. epod.*
Diues. *Dis.* *Frugifera.* *Fertilis.*
Humida. *Humens.* *Dulcis.* *Ferax.*

GLORIA.

V. Laus. Factum Facinus. Nomen Fama. Decus.

Gloria eſt conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute, quam, vix inuenitur, qui laboribus ſuſceptis, periculiſque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret. *Ex Cicerone.*

Inclyta famâ.	Belidæ nomen, Palamedis & inclyta famâ gloria.	*Virg. æneid.* 2
Operoſa.	Facta ducis viuent, operoſáque gloria rerum Hæc manet.	*Ouid. ad Li.*
Ardua.	Ardua per præceps gloria vadit iter.	*id. triſt.* 4.
Animoſa.	Ergo vbi luctandi iuuenes animoſa citauit Gloria.	*stat. Th.* 4.
Hortatrix.	——hortatrix animoſi gloria lethi.	*idem The.* 9.
Magna.	O decus, atque æui gloria magna tui!	*Ou. epiſt.* 11.
Parta.	——aut quæ tibi gloria parta eſt.	*id. epiſt.* 10.
Maxima.	Maxima Fundani gloria, Rufe ſoli.	*Ouid. pont.* 2
ſublimis.	—ſic me ſublimis agebat—Gloria.	*Stat. Ach.* 1.
Dulcis.	———— nos gloria dulcis Nos tua cura prior, deliciæque ſumus.	*Mar epig.* 8.
Ingens.	Fratrem potiri gloriâ ingenti vetas? ——dogma vel Platonicum	*sen. Thyeſt.*
Perennis.	Dedit perenni gloriæ.	*Auſon. prof.*
Fœlix.	——tanti fœlix quam gloria partus Expectat.	*ſilius* 3.
Ventoſa.	Iã noſces ventoſa ferat cui gloria laudem.	*Virg. Æn.* 11.
Perfuſa fuco.	—leuis ambitio perfuſáque gloria fuco.	*Ouid faſt.* 1.
Ambitioſa.	Ambitioſa pios collidit gloria fratres.	*stat. Theb.* 6
Lubrica.	Hoc pulchrum quod terra parit, quod gloria confert Lubrica.	*Prud. Ham.*

Æterna. Solida. Florens. Vnica. Pulcherrima. Celebris. Immortalis.

GORGON. GORGONES.

Phorci filiæ fuerunt, quas Perſeus occidit. V. Ouid. met. 4. ſub finem. De illis ſic habet ſeruius ad lib. 6. Æneid. Gorgones tres fuerunt in extrema Africa, circa Atlantem montem: quæ omnes vnum oculum habebant; quo inuicem vtebantur: Sthenio, Euryale, Meduſa. Serenus tamen dicit puellas fuiſſe vnius pulchritudinis, quas cum vidiſſent adoleſcentes, ſtupore torpebant: vnde fingitur quod ſi quis eas vidiſſet, vertebatur in lapidem. *Hic de* Meduſa, *ex eis tantum celebri, ſermo eſt. Vide* Meduſa, *vbi aliqua reperies, quæ ad rem.*

Anguifera. Gorgonis anguiferæ pectus operta comis. *Prop.* 2.

Anguicoma. Gorgonis anguicomæ Perſeus ſuperator. *Ouid. met.* 4

Triſtis. ———non triſtis ad æthera Gorgon
Sparſerit. *Val.* 3.
Rigida. Te non pēna vehit rigidā cū Gorgone Perſeus. *Cl. in Ruf.* 1.
Sæua. Inſedit nimbo effulgens, & Gorgone ſæuâ. *Vir. æn.* 2.
Aſpera. ————ſtetit aſper Gorgon. *Stat. th.* 8.

GRADIVVS. Vide MARS.

Magnus. Et genus à magno ducentem fortè Gradiuo. *Ouid. met.* 6
Impauidus. Impauidus conſcendit equos Gradiuus, & ictu
Verberis increpuit. *Ouid. m.* 14.
Belliger. Gradiuus iſtas belliger ſenſit faces. *Sen. Hip.*
Trux. ———mitte Gradiuum trucem,
Dirus. Armetur in me dirus. *Sen. Her. œ.*
Atrox. At Gradiuus atrox, &c. *Sil.* 9.
Horrendus Procubat horrendus Getico Gradiuus in antro. *Claud.*
Magnus. —genus à magno ducentem forte Gradiuo. *Oui. met.* 6.
Fulmineus. *Ardens.* *Bellicoſus.* *Furialis.*
Cruentus. *Thracius.* *Sæuus.* *Impacatus.*

GRADVS ſcalarum, & ædificiorum.

Candida te niueo poſuit lux proxima templo,
Sublimis. Quà fert ſublimes alta Moneta gradus. *Oui. faſt.* 1.
Altus. ——gradus euaſerat altos. *Virg. æn.* 4

GRADVS. INCESSVS.

V. Veſtigia, pes, greſſus, paſſus.

——gradibuſque ſonare
Compoſitus. Compoſitis. *Virg. geor.* 3.
——animamque tenens veſtigia furtim
Suſpenſus. Suſpenſo digitos fert taciturna gradu. *Oui. faſt.* 1.
Incitatus. Sed incitato Pyrrhus accurrit gradu. *Sen. Troad.*
Citatus. ————ritè citatos
Explorant, acuuntque gradus. *Stat. theb.* 6.
Celer. Inque tuo celerem littore ſiſte gradum. *Ouid. ep.* 13.
Præpes. —ſæpe ipſe gradu me præpete Chiron, &c. *Stat. Achil.* 1
Vagus. Fertque vagos mediæ per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus. *Ouid. met.* 7
Sublimis. Per ſpatia latè plena ſublimi gradu
Incedit Ithacus. *Sen. Tro.*
Ingens. Ingentique gradu contra ferrumq; locūque. *Oui. pōt.* 4.
——turba per vrbem
Præceps. Præcipiti lymphata gradu. *Lucan.* 1.
Properans. Quò pergis audax? ſiſte properātem gradum. *Sen. her. fu.*
Properus. Inuiſa propero tecta penetrauit gradu. *Seneca.*

Errans.	In recta quid deflectis? errantem gradum	
	Permitte labi.	*Sen. Theb.*
Rapidus.	———rapido ſæua proripuit gradu	
	Iocaſta vecors.	*idem Oed.*
Veſanus.	——ſonuit ecce veſano gradu.	*idem Med.*
Prepes.	—ſæpe ipſe gradu me præpete Chiron,&c.	*Stat. Ach.* 2.
Senilis.	Quid huc ſeniles feſſa moliris gradus?	
	O fida nutrix!	*Sen. Hip.*
Tardus.	Vox tenuis,tardíq;grad⁹,oculíq;iacẽtes.	*Cl. de bel. Gil.*
Tremulus.	——tremulo regit haſta gradu.	*id. de bel. Ge.*
Laborioſus.	Incedítque gradu laborioſo.	*Mar. epig.* 7.
Segnis.	——nec gradu ſegni puer	
	Ad alta pergit mœnia.	*Sen. Troad.*
Ebrius.	Huc incede gradu marcidus ebrio.	*idem Med.*
Suſpenſus.	Et fert ſuſpenſos corde micante gradus.	*Ouid. faſt.* 6.

Lentus. Succiduus. Labans. Feſſus. Æger.

GRÆCI.

Pelaſgi.	*Argolici.*	*Achæi.*	*Achiui.*
Danai.	*Graij.*	*Argiui.*	*Mycenæi.*

GRAMEN.

Gramen generali nomine quamcúmque herbam ſignificat; in incantamentis & veneficijs vtile eſt. Epithetorum rationem vide ad caput Ars Magica. Herba. Carmen. Cantus.

Viride.	Quæq;ſuo viridi sẽper ſe gramine veſtit.	*Virg. geor.* 2.
Viridans.	Tõdẽtur tenero viridãtia gramina morſu.	*idem in Cul.*
Fertile.	Aſpice tondentes fertile gramen oues.	*Ou. de re. a.* 1.
Viuax.	Et modo carpebãt viuax è ceſpite gramẽ.	*idem faſt.* 4.
Molle.	Mollia quot Martis gramina cãpus habet.	*id. triſt.* 5.
Tenerum.	Dicunt in tenero gramine pinguium	
	Cuſtodes ouium carmina fiſtulâ.	*Hor. car.* 4.
Viuax.	Et modo carpebãt viuax è ceſpite gramen.	*Ouid. faſt.* 4.
Montanum.	—quòdque procul mõtano gramine paſci	
	Armentum.	*Ouid. met.* 2.
Floreum.	Sic in gramine floreo recumbis.	*Mar. epig.* 9.
Roſcidum.	Roſcida mobilibus lãbebãt gramina riuis.	*Cl. de rapt.* 2.
Lætum.	———pinguéſque in gramine læto.	*Vir. georg.* 2.

GRAMEN MAGICVM.

1 *Gramen Sardoum, quod in Sardinia naſcebatur, qui guſtarant ridentes emori dicebantur, quòd vis veneni genas, oculos, totúmque vultum ita contrahebat, vt effusè ridere apparerent.*

Circæum.	Seu mihi Circæo pereundũ eſt grãmine.	*Propert.* 2.
Mortiferum.	Mortifera carpit gramina, &c.	*Sen. Med.*

Pocula

Triſte. Pocula nec triſti gramine miſta bibunt. *Cl.epig.*
Exitiale. Gramina guſtatu poſtquã exitialia Circes
Expertus. *Auſ. moſell.*
Malum. ————————malâ gramina primam
Monſtrauiſſe ferunt. *Sil. 8.*
Nocens. ————————taxique nocentis
Sardoum. Nõ metuet ſuccos, Sardoaq; gramina vincet. *Nem. Ecl.*
Viuax. Carpſit & Euboica viuax Anthedone gramẽ. *Ou. met. 7.*

GRAMEN MALVM.

Ignobile. Trita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen. *Virg. 4.*
————————lolium, tribulique fatigant
Inexpugnabile. Triticeas meſſes, & inexpugnabile gramen. *O. met. 5.*

GRANDO.

V. Frigus & Arctos, *vbi difficiliora Epitheta explicantur.*
Crepitãs hor. — multa in tectis crepitãs ſalit horrida grãdo. *Vir. ge. 1.*
Effuſa. Ac velut effuſa, ſi quando grandine nimbi. *Vir. Æn. 10.*
Hiberna. —hiberna ruerent cum grandine nimbi. *Sil. 12.*
Saliens. —ſaliente graues ceciderũt grãdine nimbi. *Ou. met. 14.*
Brumalis. Saxaque brumali grandine plura ſubis. *Ou. Pont. 4.*
Dira. Iam ſatis terris niuis, atque diræ
Grandinis miſit pater & rubente
Dextera ſacras jaculatus arces
Terruit vrbem. *Hor. Car. 1.*
Niualis. ————————glacieque niuali
Getica. Hiſpidus, & Getica concretus grandine pennas.
Bella cupit. *Cl. de rapt. 1.*
Denſa. Inſtarque denſæ grandinis
Torrente lingua perſtrepo. *Auſ. epigr.*
Cana. Cuncta gelu canâque æternũ grãdine tincta. *Sil. 3.*
Inuiſa colonis. ————grando duris inuiſa colonis. *Ou. de nu.*
Spiſſa. ————& ſpiſſa glomerari grandine corpus. *Ou. met. 9.*

GRATIÆ DEÆ.

Tres ſunt gratiæ (quas Seruius ad primum Æneid. facit Liberi Patris & Veneris filias) Aglaia, ſeu Paſithea, Thalia, Euphroſyne. [Nec immeritò, inquit, *Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur, ideo autem nudæ, quod ſine fuco eſſe debent: ideo connexæ, quia eas indiſſolubiles eſſe decet.] Qui plura deſiderarit legat Lambinum ad Odam 30. lib. 1. Carminum Horatij.*

Inclyta. Inclyta Neſtorei cedit tibi gratia mellis. *Ou. ad Piſ.*
————placidi facundia Polli
Iuueniles. Detulit, & nitidæ iuuenilis gratia Pollæ. *Stat. ſylu. 2.*
Blanda. ————Paſithea blandarum prima ſororum

Non decor, Idaliúſque puer. *Stat.Theb.2*

Decentes. Iunctǽque Nymphis Gratiæ decentes. *Hor.car.1.*

Gratia cum Nymphis, geminíſque ſororibus audet

Nuda. Ducere nuda choros. *idem car.4.*

Comites. *Dulces.* *Aurea.* *Mites.* *Concordes.*

GRATIA. *GRATES.*

Vide FAVOR.

Grates, ſunt gratiæ, quæ pro accepto beneficio referri debent.

Merita. Huic igitur meritas grates, bicúmque licebit,
Pro tam manſueto pectore ſemper agam. *Ouid.in Ib.*

Digna. ——grates perſoluere dignas,
Non opis eſt noſtræ, Dido. *Virg.Æn.1.*

Plena. Plena tot, ac tantis referetur gratia factis. *Ouid.triſt.5.*

Pia. —pia ſi poſſet Superos lenire rogando
Gratia. *idem pont.4.*

Viuax. —ſermonum ſtet honos, & gratia viuax. *H.de arte P.*

Debita. Debita ſit facto gratia nulla meo. *Ou. epiſt.10.*

Magna. Gratia magna Ioui, &c. *Tibull.2.*

Ingens. *Rara.* *Perennis.* *Fragilis.*

GRAVITAS. *Vide* MAIESTAS.

Tùm majeſtatem, cùm & onerum, & ſarcinarum ponderoſitatem ſignificat.

Sancta. Sic ego, qui cũctis ſãctę grauitatis habebar. *Cornel Gal.*
————majórque videri

Auguſta. Cœpit, & auguſtâ fieri grauitate verẽdus. *Ouid.met.9.*

Tarda. ——tardâque Deus grauitate jacentes
Vix oculos tollens. *idem met.11.*

Serena. ——mouet, plenus grauitate ſerenâ,
Vultus, & inſignis præſtringit imagine viſus. *id ad Piſ.*

Iucunda. ——grauitas faſtu iucunda remoto. *Claud.pan.8*
————partes quaſcúmque ſedendo

Ignaua. Flectimus, ignauâ nequeũt grauitate moueri. *O.met.2.*

GRESSVS. *V.* GRADVS PES.

Ardens. ——ardentes tenet inter limina greſſus. *Valerius 7.*

Auidus. ———auidos greſſus ad littora vertit. *idem 1.*

Superbus. ————greſſus glomerare ſuperbos. *Vir. Geor.3.*

Validus. Iam tamen, & validi greſſus. *Stat.ſyl.2.*

Preſſus. ———preſſóque legit veſtigia greſſu. *Ouid.met.3.*

Feſtinus. Feſtino greſſu vincere præſtat iter. *Cornel.Gal.*

Volucer. —volucrem greſſum, & ventoſa citauit
Tempora. *Stat.Th.10.*

Celer. ————celeres domum

	Referte greſſus.	*Sen. Med.*
Vagus.	Hic, quē videtis greſſibus vagis lentum.	*Mar. epigr. 1*
Attonitus.	Sed quis greſſu ruit attonito?	*Sen. Octau.*
Properus.	Quiſnam ille properó regiā greſſu petit?	*idem Oed.*
Properatus.	———repetit properato mœnia greſſu.	*Sil. 3.*
Intrepidus.	Conſtans intrepidis tendere greſſibus.	*Prud. Cath.*
	———mœret, illachrymat, gemit,	
Anxius.	Et huc, & illuc anxios greſſus refert.	*Sen. Tro.*
Agilis.	Fer greſſus agiles mecum.	*Sil. 3.*

Citatus. Velox. Ocyſſimus.

GRESSVS SENVM.

	————trepidéque ferentem	
Inſtabilis.	Inſtabiles retro greſſus proſternit arena.	*Idem 14.*
Tremens.	————curua trementi	
	Membra tulit greſſu.	*Ouid. met. 3.*
Succiduus.	Succidui trepidant greſſus.	*Cl. de rapt. 3.*
Humilis.	Infœlix humili greſſu comitatur egeſtas.	*idem in Ruf.*
Lapſans.	Lapſantem dubio deuexa per inuia niſu	
	Firmabat greſſum.	*Silius 3.*
Piger.	———& pigris greſſibus ima petit.	*Cornel. Gall.*

Turbatus. Anhelans. Dubius. Incertus.
Lentus. Tardus. Infidus. Debilis.

GREX.

V. Ovis. Pecvs. Caper. Capella.

Quanquam grex de minoribus animalibus, ouibus, capellis, porcis dicatur, de armentis tamen Virgilius 1 dixit ecloga 6.

Laniger.	Lanigeros agitare greges, hirtáſq; capellas.	*Vir. Geor. 3.*
Corniger.	Illo ſequebar monte cornigeros greges.	*Sen. Oed.*
	————————greges	
Opimus.	Agitaſti opimos ſub Cytherontis iugo.	*ibid.*
Niueus.	———niueíque greges altaria cingent.	*Valerius 1.*
1 *Magnus.*	Aut aliquam in magno ſequitur grege.	*Virg. Ecl. 6.*
Opulentus.	Arcanus aries ductor opulenti gregis.	*Sen. Thyeſt.*

GRVES.

Aues ſunt hic ſatis notæ: in regionibus 3 Septentrionalibus, vt in Thracia, vere, æſtate, & autumno commorantur; ſub cujus finem in loca temperatiora, calidioráque commigrant. Hinc vocantur 1 peregrinæ. Cicero de Natura Deor. Cùm loca calidiora petentes, maria tranſmittunt, trianguli efficiunt formam, *&c.* Eius autem ſummo angulo aer ab eis aduerſus pellitur: deinde ſenſim ab vtróque latere tanquam remis, ita pennis curſus auium leuatur. *Illæ, velut acie inſtructa, electo duce, cuius imperio parent, poſitiſque in extremo ordine*

quæ infirmæ, aut defeſſæ ſunt: cum volant excubias agunt; & ſi quid periculi impendeat, clangore denuntiant: inter volandum quaſdam literas efformare videntur, quas primus obſeruaſſe 3 Palamedes, ab eiſque Teſſaram, ordinem aciei, & vigilias fertur didiciſſe. Vnde iure 3 Palamedis aues vocantur.

3 Palamedis aues. Turbabis verſus, nec littera tota volabit,
Vnam perdideris ſi Palamedis auem. *Mart. lib. 13.*
——————nihil improbus anſer,
2 Strymonia. Strymoniæque grues. *Virg. geor. 1.*
Aeria. Aeriæ fugêre grues. *ibid.*
1 Aduena. ——————aduenam laqueo gruem,
Iucunda captat præmia. *Horat. epod.*
——————quid Phaſidis ales
2 Hiberna. Diſtet ab hiberna Rhodopes grue. *Stat. ſylu. 4.*
Thracum volucres. Ad ſubitas Thracum volucres, nubémque ſonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis. *Iuu. ſat. 13.*
——————quæ Pygmæo ſanguine gaudet auis. *Ouid. faſt. 6.*
——————tepido committere Nilo
2 Biſtonia. Biſtonias conſuetus aues. *Lucanus 8.*
2 Threïcia. Albentéſue roſas, Threïciámue gruem. *Ou. de arte 3*

Rationem ſubiectorum epithetorum videbis ad caput Thracia.

1 Longinqua. 1 Peregrina.

GVLA. *Vide* FAMES.

Ingluuiem hic, & voracitatem, in impropria acceptione ſignificat: eſt enim pars ſuperior œſophagi, quâ cibus in ventrem ingeritur.

Digna Harp. ——Harpyijs gula digna rapacibus. *Hor. ſat. 2.*
——————turpis gula
Turpis. Vini, atque ſomni degener ſocordia. *Prud. Cath.*
Implacata. ——dira fames, implacatæque vigebat
Flamma gulæ. *Ouid. met. 8.*
Degener. Sordida. Ardens. Immenſa. Profunda

GVRGES.

V. ÆQVOR. MARE. FLVVIVS. FRETVM.

Locus eſt profundus, vel in flumine, vel in mari, ad littus; vbi aqua congeritur, & circumuoluitur. Cum addito, eleganter mare deſignat.

Interruptus. Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontum. *Tibul. 4.*
Limoſus. Limoſóque nouæ ſaliunt in gurgite ranæ. *Ouid. met. 6.*
Imus. Aſſiliunt fluctus, imóque à gurgite pontus
Vertitur. *idem faſt. 3.*
Tumidus. ——non ſi tumido me gurgite Ganges
Summoueat. *Lucanus 2.*

Fluminens. Raptus flumineo venit de gurgite piſcis. *Mar.epig.* 4.
Gemmans. Perſtringit tacitas gemmāti gurgite ripas. *Silius* 4.
Profundus. Aut in profundo palpitans
Merſatur infans gurgite. *Prud.Cath.*
——quis te tam lene fluentem,
Violentus. Moturum tantas violenti gurgitis iras,
Nile, putet? *Lucanus* 10.
Animoſus. ——ripis animoſus gurges anhelis. *Stat.The.* 7.
Altus. ——————& gurgite in alto,
Ah! timidos nautas canib⁹ laceraſſe marinis. *Virg.ecl.* 6.
Rapidus. Arctat⁹ rapido fertur quā gurgite pontus. *Lucanus* 5.
Spumeus. Atque omnes trahe gurges aquas, vt ſpumeus alnos
Diſcuſſā compage feras. *idem* 2.
——cum qua pars magna virorum
Grauis. Gurgite preſſa graui. *Ouid.met.* 11
Spumans. Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite cāpos. *Sil.* 3.
Stagnans. ————pedes ſtagnanti gurgite tingunt. *Nemeſian⁹.*
Vaſtus. Apparent rari nantes in gurgite vaſto. *Vir.aneid.* 1.
Caruleus. Gurgite cæruleo ſeptē prohibete Triones. *Ouid.met.* 2.
Refluus. ——refluo circumſona gurgite Thule. *Stat. ſyl.* 3.
Sinuatus. Multiplicat curuos ſinuati gurgitis orbes. *Ois. met.* 14.
Curuatus. Tollimur in cęlum curuato gurgite. *Vir. aneid.* 3.
Canus. Quæ ſimul vt ſe ſe cano de gurgite velox *idē in Ceiri.*
Anhelus. Mixt⁹ Arar, quē gurgitib⁹ cōplex⁹ anhelis. *Silius* 3.
Turbidus. Turbidus hic cœno, vaſtáq; voragine gurges. *Vir.æn.* 6
Curuus. ——curuo circum errat gurgite ripas. *Silius* 9.

Æſtuans. Praruptus. Lucens. Salſus.
Purus. Raucus. Intortus. Praceps.
Liquidus. Irriguus. Vitreus. Gelidus.

GVTTA.

Si pro lachrymis vſurpaueris, vide Triſtitia. Mœror. Luctus. Gemitus. Fletus. Planctus, *&c. Si pro ſanguine per vulnus effuſo, vide* Sanguis. Cruor. Vulnus, *&c. De ſimilibus idem iudicium erit.*

V. Aqua. Vnda. Humor. Fluuius. Flumen. Amnis.

Frigida. Teres. Manans. Lucida. Gelida.
Turgens. Decidua. Cadens. Liquens. Liquida.
Grandis. Stillans. Carulea. Irrigua. Humida.

GVTTVR.

Vide Fauces. Gula. Fames.

GYGES. *V.* Gigas.

Gigas, terra filius, & frater Briarei, maximus, Centimanus.
Auſus eram, memini, cæleſtia dicere bella,

Cetimanus. Centimanúmque Gygem. *Ouid.am.* 3.
Tumidus. Quò vaſtus Briareus? quò tumidus Gyges? *Seneca.*

GYRVS.

Eſt circulus, ſeu ambitus: talem equi, cùm exercentur in Hippodromo, effingunt; & ſerpentes, cùm ſe in orbem circumuoluunt.

Ingens. ——ingenti deſignat nubila gyro. *Stat. Theb.* 1
——diuerſa ruebat
Lunatus. Claſſis, & arctabat lunato cærula gyro. *Sil.* 14.
Curuus. Seu libeat curuo meliùs contendere gyro. *Tibul.* 4.
Patulus. ——patulo vaga vincula gyro
Spargere. *Valerius* 6.
Curuatus. *Sinuatus.* *Vaſtus.*

H

HABENA. *Vide* FRENVM.

Auro grauis. Terga premũt, auróq; graues moderãtur habenas. *Ou. met.* 6.
Leuis. ——manibúſque leues agitauit habenas, *idem met.* 7.
Adducta. Ipſe ter adductâ circũ caput egit habenâ. *Virg. Æn.* 9.
Vaga. ——Deus ipſe vagis ſucceſſit habenis. *Stat. Theb.* 7
Lenta. Currib⁹ Automedõ, lẽtiſq; erat aptus habenis. *O. de ar.* 1
Immiſſa. ——volat immiſſis caua pinus habenis. *Prud. Pſych.*
Fuſa. —profugo rapidus fuſis inſtabat habenis. *Sil.* 13.
Effuſa. Non rapidum effuſis ageret ſublimis habenis
Cornipedem. *idem* 1.
Celeris. —furtim celeres detorquet habenas. *Virg. Æn.* 11.
Laxa. Et premere, & laxas ſciret dare iuſſ⁹ habenas. *id. Æn.* 1.
Cita. ——citis Gradiuus habenis
Fundit equos. *Valerius* 1.
Facilis. Flectenti faciles Medus tibi ceſſit habenas. *Claudianus.*
Preſſa. ——preſsiſque tumeſcit habenis. *Prud. Pſych.*
Anguſta. Hic placet, anguſtis, quod equũ cõpeſcit habenis. *Ti.* 4
Stricta. ——ſonipes ſtrictę contemptor habenæ. *Stat.* 7.
Flexibilis. *Rapida.* *Valida.* *Arcta.*

HABENA FVNDÆ. *V.* FVNDA.

Grauida. Roboráque, & grauidas fundæ Balearis habenas,
Verum auidi tormenta rotant. *Stat. Th.* 9.
Torta. Et Libys, & torta Balearis ſæuus habena. *Sil.* 5.
Flexa. ——flexæ Balearicus author habenæ. *Stat. Achil.*

HÆMON.

Filius Creontis Regis Thebarum in Bœotia, vbi fluuius Iſmenus. Hic Antigonen filiam Oedipi adeo deperijt, vt cum eam patris Creontis iuſſu interfectam reſciuiſſet, amoris, & iuſtiſſimi doloris furijs

ſuccenſus, dilecta virginis manibus ſuo ſanguine parentarit. Dicitur Cadmeius, à 1 Cadmo rege Thebarũ. Rem explic. Propert. lib. 2. eleg. 9.

2 Bœotius. Quid? non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus.
Et ſua cum miſeræ permiſcuit oſſa puellæ,
Qua ſine Thebanam noluit ire domum.

1 Cadmeius. ——Danaos Cadmeius Hæmon
Sternit. *Stat. Theb. 8*

3 Iſmenius. —ſterneret aduerſos Iſmenius Hæmon. *ibid.*

HÆMVS. *Vide* ÆMVS.

HALITVS, pro reſpiratione.

Vide AER. AVRA VITALIS.

HALITVS, pro odore, & vapore.

————quíque halitus exit
Niger. Ore niger Stygio, vitiatas inficit herbas. *Ouid. met. 3.*
Grauis. Faucibus exuberat grauis halitus. *Perſ. ſat. 3.*
Tenuis. ————tenuíſque ſubibit
Halitus, atque animos tollent ſata. *Virg. geor. 2.*

Craſſus. Noxius. Fœdus. Impurus.

v. ODOR. VAPOR. AER CORRVPTVS.

HALYS.

Paphlagonia fluuius eſt, ad quem 1 Crœſus Lydorum rex cum exercitu profligatus, in Cyri poteſtatem venit.

1 Fat. Crœſo. Quà Crœſo fatalis Halys. *Lucanus 3.*
Turbidus. Turbidus Argæa ſeu niue lauit Halys. *Claudianus.*
Tortus. Influit, & crebro vortice tortus Halys. *Ouid. pont. 4*

HAMADRYADES. *v.* DRYAS.

HAMVS.

Catenam ſignificat ex Virgilio æneid. 3.

Loricam conſertam hamis, auróque trilicem.

1 vncum deinde: quibus Antiqui in bello vtebantur: vocatúrque Harpe, cuius Mercurius fertur inuentor. 2 Rubos item, & quidquid vncum eſt, vt 3 auium vngues, & roſtra. In vſitatiori acceptione Hamus inſtrumentum piſcatorium eſt.

1 Curuus. Inachides terrũ curuo tenus abdidit hamo. *Oui. me. 4.*
2 Aduncus. —quia non noceo, nec aduncis vindicor hamis. *O. de n.*
3 Curuus. Oráq; adũca dedit, curuos dedit vnguib' hamos. *id. m. 11*

HAMVS PISCATORIVS. *v.* ÆS. DOLVS.

Vncus. Nec celate cibis vncos fallacibus hamos. *Ou met. 15.*
Tenuis. Cum tenues hamos abdidit ante cibus. *Tibul. 2.*
Aduncus. Aut ſua credulitas in adũcos egerat hamos. *Oui. met. 13*
Indutus eſcâ. Indutos iaciens eſcis lethalibus hamos. *Auſ. Moſell.*

Fallax. Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo. *Ouid. pont.* 2.
Occultus. Occultum viſus decurrere piſcis ad hamũ. *Hor. epiſt.* 1.
Opertus. Suſpectos laqueos, & opertũ miluius hamũ. *ibidem.*
Vulnificus. Inſidians. Suſpectus. Doloſus. Prædans. Acutus.

HARPALYCE.

Regina Amazonum de cuius celeritate mira refert. Virgil. 1. *Conſule quæ diximus ad caput Amazon.*

Threiſſa. ———————qualis equos Threiſſa fatigat
Harpalyce, volucrẽq; fuga præuertitur Hebrũ. *Vir. Æn.* 1.

HARPE.

Genus eſt enſis falcati, cuius 1 *Mercurius fertur author: ab eo ſumit epitheta.*

1 *Cyllenis.* Et ſubitus præpes Cyllenida ſuſtulit harpẽ. *Lucan.* 9.
Falcatus enſis. ———falcato nutantem vulnerat enſe
Quà collo confine caput. *Ouid. met.* 1

HARPYIÆ. Vide CELÆNO.

Terræ, & Ponti, vel Typhoei 2 *Filiæ. Erant verè* 3 *Furiæ, quarum vultus virgines, cætera auium rapaciſſimarum arma, vngues, alæ pernix volatus, monſtrorum horribilium ſpeciem referebant. Dicuntur aues Phineæ* 4 *quod cum Regis Phinei cibos quotidie, ipſumque Phinea, fœdiſſima ventris proluuie conſpurcarent, à Zetho, & Calai fratribus abactæ ſunt. Has ſic deſcribit Virgil. lib.* 3 *Æneid. vbi de iis quammulta.*

Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla
Peſtis, & ira deum Stygiis ſe ſe extulit vndis:
Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris
Proluuies, vncæque manus, & pallida ſemper
Ora fame.

Stymphalides aues etiam vocatæ ſunt, & Iouis canes: earum nomina ſunt Aello, Ocypete, & Celæno. Dictæ ſunt Harpyiæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, *quod eſt rapio.*

1 *Virg. vol.* Virgineas volucres miſeri ſenis ore fugarant. *Oui. met.* 7.
Rapaces. ———Harpyis gula digna rapacibus. *Hor. ſat.* 2.
Auidæ. Terretque menſas auida Phi[illegible]s auis. *Sen. Her. fu.*
2 *Typhoides.* Inſuper Harpyiæ Typhoides, ira tonantis
Depopulant. *Valerius* 4.
Truces. Harpyiaſque truces. *Cl. de Bel. get.*
3 *Tartareæ.* ———Tartareas ſæuo clangore volucres
Protulit ira Iouis. *Val.* 4.
Volucres. Siue deæ, ſeu ſint diræ, obſcœnæq; volucres. *Virg. Æn.* 3.
4 *Phineæ.* Phineis auibus præda fugacior. *Senec.*

Monſtra Stymphalia.	Tempore quo certâ Stymphalia monſtra ſagittâ Perculit.	*Catull.*

Peſtes. Dira. Ieiuna. Horrenda. Immunda.

HASTA.

V. Telum, Arma, Bellum, Enſis, Sagitta, Iaculum.

Morem denuntiandi belli qui apud Romanos fiebat per iactum haſtæ, in terram hoſtilem, tetigit Ouidius: huius verſus ſubjecimus inferius.

Ingens.	——validis ingentem viribus haſtam Contorſit.	*Virg. Æn. 2.*
Grauis.	——g‑auis imbelles atterit haſta manus.	*Pro. 4.*
	————————clypeoſque rotare	
Intorta.	Ludus, & intortas præcidere ſaltibus haſtas.	*Sid. Ap.*
Miſſilis.	Sed tamen in dextra miſſilis haſta fuit.	*Ou. d. faſt. 3.*
Stridens.	———ſtridentem eminus haſtam Conjicit.	*Virg. Æn. 10.*
Trabalis.	————dextraque trabalem Haſtam intorſit agens.	*Stat. Th. 4.*
Valida.	——validam ſimul elicit haſtam.	*Stat. The. 9.*
Volans.	———haſta volans imo ſub gutture ſedit.	*Silius 17.*
	——————torrentius amne	
Torta.	Hiberno tortaque ruunt pernicius haſta.	*Cl. de rapt. 2*
Rapida.	——rapidam in Rutulos contorſerat haſtã.	*Silius 5.*
Belligera.	Hermes belligerâ ſuperbus haſta.	*Mar. epiſt. 5*
Bellica.	Bellica non dextræ conuenit haſta tuæ.	*Ouid. Am. 1.*
Acuta.	Vitricus, & gladiis, & acuta dimicet haſta.	*Ou. de r. A 1.*
Longa.	Stant longis adnixi haſtis.	*Virg. æneid. 9*
Scelerata.	———& tergo ſceleratam intorſerit haſtam.	*Vir. æn. 2.*
Horrens.	Mille trahit denſos acie atque horrẽtibus haſtis.	*V. æn. 9.*
Cruenta.	Protinus haſta fugit ſeruatque cruenta tenorẽ.	*Vir. æn. 10*
Infenſa.	——infentam cum tenderet haſtam.	*Ibidem.*
Fraxinea.	Fraxineam quatiens æratæ cuſpidis haſtam	*Ouid. me. 5.*
Immitis.	Dirigere immitem non inſcius audeat haſtam.	*Ou. me. 8.*
Funeſta.	——funeſtæ caſum prior occupat haſtæ.	*Stat. Th. 11.*
Fatalis.	Enſem vnum, ac multis fatalem millibus haſtã.	*Silius 2.*
Infeſta.	———infeſtâ ſubit obuius haſta.	*Virg. æn. 10.*
Pura.	Ille vides, pura iuuenis qui nititur haſta.	*Virg. æn. 6.*
Nitens.	——iugulo nitentem ſuſtinet haſtam.	*Stat. th. 2.*
Sæua.	——ſæuam fundit ſtridoribus haſtam.	*Idem 12.*
Rigida.	——rigida Driopen ferit eminus haſta.	*Virg. æn. 10.*
Grauis.	Tunc adamante grauem nodiſque, rigentibus haſtam	
Rigẽs nodis.	Telum ingens, nullique deo iaculabile torſit.	*Cl. Eutr. 2.*

1 *Prænūtia belli.* Hinc ſolet haſta manu belli prænuntia mitti
In regem,& gentes cum placet arma capi. *Ouid faſt. 6*

Certa. ———certa nullus fuit error in haſta. *Oui.met.12.*

Tremens. Emicuit,parmāque ferens,haſtāq; trementē. *Vir.ænei.2*

Tremebūda. ———tremebunda ſuperuolat haſta. *Vir. æn. 10.*

HASTILE.

Eſt lignum teres 1 *oblongum quale ſolet eſſe haſtæ; quod ſi ferro armetur haſta erit. Haſtæ tamen ſignificationem, apud Poëtas obtinuit.*

Corneum. Cornea bina ferunt præfixo haſtilia ferro. *Virg.æn.5.*

Inimicum. ——clypeoque inimicum haſtile trahebat. *Vir.æn.10.*

Contortum ——adducto contortum haſtile lacerto. *Virg. æn.11.*

Lentum. Seu lentum valido torques haſtile lacerto. *Ouid.ep.4.*

Validum. Et myrtus validis haſtilibus,& bona bello
Cornus. *Virg.geor.2.*

Lato ferro. ———lato criſpans haſtilia ferro. *ibid.*

1 *Denſum.* ——denſis haſtilibus horrida myrtus. *Virg.æn.3.*

HEBE.

1 *Iunonis ſine patre filia: dea iuuentutis dicta eſt, Iouiſque pincerna: nupſit* 2 *Herculi.*

1 *Iunonia.* Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe. *Ouid. me.9.*

2 *Herculis vxor.* ———Herculis vxor
Stabat, & in vultu ſigna dolentis erant. *Ouid.faſt.6.*

Formoſa. Nec puer Iliacus,formoſa nec Herculis vxor. *Iuu.ſat.13*

Cæleſtis. Nec ſic cæleſtem flagrans amor Herculis Heben
Senſit,&c. *Prop.2.*

HEBENVS. *hæc, & hoc.*

Quanquam V. Geor. 2. dixerit in India tantum Ebenum naſci, Lucanus tamen in 1 *Ægypto frequens eſſe affirmat.*

1 *Mareotica.* ———hebenus Mareotica vaſtos
Non operit poſtes. *Lucan.10.*

Nigrum. ——ſola India nigrum
Fert hebenum. *Virg.geor.2.*

HEBRVS.

Vide Fluuius, Flumen, Amnis.

Fluuius eſt 1 *Thraciæ* 4 *aureis arenis: originem à* 2 *Rhodope monte habens, vel,vt alijs placet ab Oeagro fluuio,vnde dicitur* 3 *Oeagrius. In eum fluuium, mulieres Ciconum poſtquam Orpheum Poëtam occidiſſent, eius caput conjecerunt.* Vide Virg. Georg. 4.

Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum
3 *Oeagrius.* Gurgite cū medio portans Oeagrius Hebrus. *Virg.ge.4.*

4 *Diues.* ——nam Rex ego diuitis Hebri. *Val.4.*

Volucer. ——volucremque fuga præuertitur Hebrū. *Vir.æn.1.*

1 *Odryſius.* Odryſium Getico pariter fœdauimus Hebrum
Sanguine. *Cl. aug pan.*
2 *Rhodopeius.* Caucaſea de rupe fluat Rhodopeius Hebrus. *Prud. Ap.*
Gelidus. Qualis apud gelidi cũ flumina côcitus Hebri, &c. *V. æ.* 12
Sacer. Et ſacer admiſſas exigit Hebrus aquas. *Ouid ep.* 2.
Arenoſus. Ibat arenoſo Satyris comitatus ab Hebro. *Oui. faſt* 3.
Fluuialis. Ad caput tractus fluuialis Hebri. *Sen. Med.*
Spumans. ——impauidus contra ſpumantis ad Hebri
Tendis aquas. *Cl. in Ruf.*
——tremit ecce ſolum, & mugire refractis
Corniger. Corniger Hebrus aquis. *Stat. Th.* 7.
Spumifer. ——non ſpumifer altius Hebrus
Gradiuo ſpumante rubet. *Idem.*

Vndans.	*Rapidus.*	*Getes.*	*Vagus.*
Thracus.	*Celer.*	*Niualis.*	*Turbidus.*

HECATE, Vide DIANA.

Dea eſt quæ dicitur 1 *triformis propter triplicem poteſtatem: nam in cælo Luna, in terris Diana, & in* 2 *Inferis Proſerpina eſt. Dicitur Hecate authore Seruio, vel quod centum victimis placetur, vel quod animas defunctorum centum annos errare faciat.*

1 *Tergemin.* Tergeminàq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ. *V. æn.* 4.
2 *Erebopotẽs.* Voce vocâs Hecaten, cęloq; Ereboq; potentẽ. *V. æ.* 6.
1 *Triformis.* ————modo diua triformis adiuuet. *Ouid. met.* 7.
1 *Triceps.* Tuque triceps Hecate, quę cæptis conſcia noſtris. *Ibid.*
2 *Inferna.* Infernæ quæ nunc ſacrata Dianæ
Fert caſtos Medea toros. *Valerius* 5.
——fiducia noſtri
2 *Nocturna.* Sit tibi, nocturnæque Hecates. *Valerius* 7.
1 *Variat. fig.* Ecce procul ternis Hecate variata figuris. *Cl. de rap.* 1.
Sæua. ——Hecaten vocat altera ſæuam. *Hor. ſer.* 1.

HECATE VENEFICA.

Fuit alia Hecate venefica, filia 1 *Perſæi* 2 *filij Solis, de qua Valerius Flaccus fusè libr.* 4. *Argonauticon.*

1 *Perſeis.* Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras. *Ouid met.* 7.
2 *Phœbea.* Phœbeæque Hecates ſomnia vera vides. *Ouid. ep.*
1 *Perſeïa.* Hanc reſidens altis Hecate Perſeïa lucis
Flebat. *Val.* 2.

HECTOR.

Filius Priami 1 *& Hecubæ: ab Achille interfectus eſt. Singulorum epithetorum explicationem reperies ad caput Æneas.*

1 *Priamides.* Hectora Priamiden, animoſumque inter Achillem
Ira fuit capitalis. *Hor ſat.* 1.

Barbarus. Dū vincūt Danai, dum reſtat barbarus Hector. *Pro. 3.*
Sæuus. Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector. *Virg. æn. 1.*
Fortis. Fortem illū Æmoniis Hectora traxit equis. *Prop. 2.*
Ferus. Hic ego Pelides, hic ferus Hector ego. *Prop. 2.*
Ferox. ——————— non ferox
Hector, vel acer Deiphobus graues
Excepit ictus. *Hor. car. 4.*
Magnus. Ipſe nec Æneas, nec magnus duceret Hector. *St. ſyl. 1.*
Vnxere matres Iliæ addictum feris
Homicida. Alitibus, atque canibus homicidam Hectora. *Hor. epod.*
Inclytus. ——— per me iacet inclytus Hector. *Ouid. met. 13*
Impiger. *Tros.* *Laomedontius.* *Acer.* *Fortiſſimus.*
Troius. *Troianus.* *Phrygius.* *Phryx.* *Troiugena.*
Iliades. *Priameius Heros.* *Ferus.* *Dardanius.*

HECVBA.

Filia 1 Ciſſei Regis Thraciæ: quanquam Ouidius filiam 2 Dymantis dixerit ſecutus Homerum, Virgilio, & Euripide renitentibus: 3 Priami vxor, incenſa Troja, & liberis ſuperſtes, in canem verſa eſt. Vide Ouidium Met. 13.

——————— nec face tantum
1 *Ciſſeis.* Ciſſeis prægnans ignes enixa iugales. *Virg. Æn. 9.*
2 *Dymantis.* Ergo aliis latraſſe Dymantida flebile viſū eſt. *Ou. me. 13*
3 *Priam. con.* Troia ſimul, Priamuſque cadunt, Priameia coniux. *ib.*
Regū mater. Tot illa regum mater, & regimen Phrygum
Fœcunda. Fœcunda in ignes Hecuba. *Sen. Tro.*

HEDERA.

Plinius lib. 16. c. 34. Inimica arbori ſatiſque omnibus, ſepulchráque ac muros rumpens, ſerpētium frigori gratiſſima: vt mirum ſit vllum honorem habitum ei *Nam & 1 Baccho ſacra eſt & bibentium fronti 3 circumligata, nimios vini vapores retundit: ea coronabantur antiqui 2 Poëtæ, qui etiam in tutela ſunt Liberi patris.*

2 *Præmium doctis.* Me doctarum hederæ præmia frontium
Diis miſcent ſuperis. *Hor. Car. 1.*
Pallens. Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos. *Virg. Ecl. 3.*
Alba. Candidior cycnis hedera formoſior alba. *Virg. Ecl. 7.*
Nigra. ——— hederæ pandunt veſtigia nigræ. *Virg geor. 2.*
Virens. Læta quod pubes hedera virenti
Gaudeat. *Hor. car. 1.*
Bicolor. Flectis penniferos hederis bicoloribus armos. *Sid. Ap.*
Læuis. Tu tamen, aut læues hederas, aut molle ſalictum
Valle premis gelida. *Cal. ecl.*
Leuis. Sperne Camœna leues hederas. *Prud. Cath.*
Viuax. Viuaces hederas ramus tenet. *Sen. œd.*

Illis relinquo, quorum imagines lambunt

Sequax. Hederæ ſequaces. *Perſius.*

Tenax. Vt tenax hedera huc, & huc

——— Arborem implicat errans. *Catul.*

Nexilis. Nexilib⁹ flores hederis habet intertextos. *Ouid. met. 6.*

Flexibilis. Vos quoque flexibiles hederæ nouiſtis. *id. met. 10.*

Baccifera. Hederâue mollē bacciferâ religare frontē. *Sen. Oed.*

Laſciua. Laſciuis hederis ambitioſior. *Hor. car. 1.*

Errans. Errātes hederas paſſim, cū bacchare tellus *Virg. Ecl. 4.*

———ſeu condis amabile carmen,

2 *Victrix.* Prima feres hederæ victricis præmia. *Hor. epiſt. 1.*

Hilaris. —hilarêſque hederas plorata cupreſſus

Excludit. *Stat. ſyl. 5.*

1 *Grat. Bacc.* ——— hedera eſt gratiſſima Baccho. *Ouid faſt. 3.*

1 *Bacchica.* Deme meis hederas. Bacchica ſerta, comis. *idem triſt. 1*

———læuíſque ſimul procedit Iacchus,

3 *Crinalis.* Crinali florens hederâ. *Claudianus.*

HELENA. *HELENE.*

Filia Iouis ex 1 Leda vxore 2 Tyndari regis 3 Laconiæ in Græcia, ſoror Caſtoris & Pollucis, & vxor Menelai regis 4 Argiuorum. Bis propter inſignem pulchritudinem rapta eſt, primò à Theſeo Rege Athenarum, mox à Paride, cum quo Troiam, relicto marito, ſequuta, 5 adulterum ijt. Hanc injuriam Menelaus, cum fratre Agamemnone, totáque Græcia vt vlciſcerentur, Trojam decennio oppugnarunt, ægrè expugnarunt. Dicitur Therapnæa, & Amyclæa, à 6 Therapne, & Amyclis, 7 vrbibus in Laconia; quæ etiam dicitur 8 Oebalia, vbi promontorium 9 Tænarus, & 10 Sparte ciuitas.

——————Troiæ, & patriæ communis Erinnys. *Virg. Æn. 2.*

Candida. Qualis maternis Helene iam digna palæſtris,

7 *Amyclæa.* Inter Amyclæos reptabat candida fratres. *Stat. ſyl. 4.*

4 *Argiua.* Ornatus Argiuæ Helenæ. *Virg. Æn. 1.*

1 *Ledæa.* Ledæáq; Helenā Troianas vexit ad arces. *idem Æn. 7.*

2 *Tyndaris.* Tyndaris infeſtis fugitiua repoſcitur armis. *Ouid. epiſt. 5*

Infida. Nec tibi ſi ſapias, fidā promitte Lacænam. *ibid.*

5 *Adultera.* Iam nec Lacænæ ſplendet adulteræ

Famoſus hoſpes. *Hor. car. 1.*

Turpis. ——————viro turpis ſuo

Reddatur Helene. *Sen. Tro.*

Scelerata. Prodit ad pœnā ſceleratę fraude Lacænæ. *Auſon. epita.*

6 *Therapnæa.* Probra Therapnææ qui dixerat ante maritę. *O. de r. a. 2*

Infamis. Infamis Helenæ Caſtor offenſus vice. *Hor. epod.*

5 *Pellex.* Si non Oebaliā pellice læſa foret. *Ou. de re. a. 2*

Non ſola comptos arſit adulteri
Crines, & aurum veſtibus illitum
Mirata, regaléſque cultus

3 *Lacæna.* Et comites Helene Lacæna. *Hor. car. 4.*

3 *Graia.* Graia iuuenca venit, quæ te, patriamque tuamque
Perdat, &c. *Ouid. ep. 5.*

8 *Oebalis.* 8 *Oebalia.* 5 *Perfida.* 9 *Tænarea.* 10 *Spartana.*

HELENVS.

Filius 1 Priami, vates Apollinis, & poſt excidium Trojanum beneficio Pyrrhi filij Achillis in Regem Chaoniæ euectus eſt. Duxit Andromachen vxorem fratris ſui Hectoris. Vide Virgil. *Æneid.* 3. *vbi ab eo Æneas lautè hoſpitio excipitur.*

1 *Priamides.* Priamidē Helenū Graias regnare per vrbes. *Virg. æn. 3.*

Sacerdos. Atque hæc deinde canit diuino ex ore ſacerdos. *Ibid.*

Vates. Præterea ſi qua eſt Heleno prudentia vati. *Virgil. æn. 3.*

Inter. diuū. Troiugena interpres diuum qui numina Phœbi,

Troiugena. Qui tripodas, Clarij lauros, qui ſydera ſentis. *Virg. ibid.*

2 *Phœbi interpres.* Quem Phœbi interpres multo compellat honore. *Ibid.*

HELIADES.

Filiæ Solis, & Clymenes: de quibus fusè ad Electrum diximus.

Phaetōtiad. Tum Phaetontiadas muſco circumdat amaræ
Corticis. *Virg. Ecl. 6.*

Clymeneid. Sic fleuit Clymene, ſic, & Clymeneides altr. *Ou. ad Liu.*

Populeæ. Flebant populeæ iuuenem Phaethonta ſorores. *Val. 5.*

HELICE.

Vide Vrsa. Arctos. Axis.

Eſt ſignum cæleſte, de quo ſatis locuti ſumus ad Caput Arctos.

———————— nocte ſopora

Parrhaſis. Parrhaſis obliquos Helice cum verteret axes. *Lucan. 2.*

Dura. Durior terris Helices niuoſis. *Sen. Her. œt.*

———— Graiis Helice ſeruanda magiſtris. *Valerius 1.*

HELICON.

Eſt mons in Bœotia, prope Thebas, Apollini, & Muſis ſacer, & vnde etiam Heliconiades dicuntur.

Virgineus. Virgineuſq; Helicon, & non Oeagrius æmus. *Ou. me. 2.*

Amœnus. ———— qui primus amœno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronā. *Lucret. 1.*

Canorus. ——— procul ecce canoro
Demigrant Helicone deæ. *Stat. ſyl. 1.*

Virens. Vt ſtudio maiore petant Helicona virentem. *Hor. Epiſt.*

HELLE.

Filia 2 Athamantis 4 Æoli filij, regis Thebarum, ex 1 Nephele: fratrem habuit 3 Phryxum, quo cum inſidias nouercæ fugiens, anguſtum fretum inter Propontide, & mare Ægæum, Europam ab Aſia ſeptẽ ſtadiorum ſpatio diuidens, cum conſcenſo ariete, ad id à patre accepto, traijceret, periculi metuens, 9 ſubmerſa eſt: 5 marinomen impoſuit, quod eius nomine apud Latinos authores Helleſpontus dicitur. Nunc vocatur, brachium ſancti Georgij. Dicitur 6 Abydenus pontus, ab vrbe Abydo, vnde oriundus 7 Leander, qui cum 8 Seſtum vrbem Hero puellam inuiſurus peteret, egregius natator vndis ſubmerſus eſt.

1 *Nepheleïs.* Anguſtũ citra pontũ Nepheleïdos Helles. *Ouid. met.* 11

3 *Phryx ſor.* Longáqne Phryxææ ſtagna ſororis adit. *idem faſt.* 4.

2 *Athamãtis.* Et fruſtra pecudẽ quæres Athamantidos Helles. *ibid.*

4 *Æolia.* Quæ ſimul æoliæ mare me deduxit in Helles. *id. triſt.* 1

1 *Nepheleïas.* —pelago nomen Nepheleïas abſtulit Helle. *Lucanus* 9

HELLESPONTVS.

Vide ſuperius argumentum, vbi omnia ſatis clarè exponuntur.

9 *Triſte fretũ.* Inuideo Phryxo, quem per freta triſtia tutum,

6 *Æquor Abydi.* Aurea lanigero vellere vexit ouis. *Ou epiſt.* 17.
Helleſpõtiaci quæ protegit æquor Abydi. *idem geor.* 1.

Curuus. Quà curuus terras amplectitur Helleſpõtus. *id. in Cei.*

Rapidus. —paſſim rapido diffunditur Helleſponto. *Catul.*

Anguſtus. Anguſtũ citra pontũ Nepheleïdos Helles. *Ouid. met.* 11

Longus. Longus in anguſtũ quà clauditur Helleſpõt9. *id. met.* 13

Inſanus. Inſani ſit mora longa freti. *idem epiſt.* 17

3 *Pont. phry.* Ingeſtóq; ſolo Phryxæũ elidere pontum. *Lucanus* 6.

7 *Leandrius.* Mille rates vidit Leandrius Helleſpontus. *Silius* 8.

Tumidus. Obſtitit inceptis tumidum iuuenilibus æquor. *O. epi.* 17

5 *Anguſta Helles.* 8 *Seſtiacum pelagus.* 5 *Aqua Helleſpontiaca.* 6 *Vnda Abydena.* 6 *Abydenum fretum.* 2 *Æquora Athamantidos Helles.* 3 *Phryxeum mare.* 7 *Fretum Leandri.* 5 *Helleſpontiac. mare.*

HELORVS, fluuius in Sicilia.

Stagnans. ——præpingue ſolum ſtagnantis Helori. *Virg. Æn.* 3.

HERBA.

Ollens. Allia, ſerpillúmq; herbas contũdit olẽtes. *Virg. Ecl.* 2.

Suauis. Tũ caſia, atq; aliis intexẽs ſuauibus herbis. *ibid.*

Mollis. Dicite, quãdoquidẽ in molli cõſedimus herba. *V. Ec.* 3

Odorata. Hortus odoratis ſuberat cultiſſimus herbis. *Ouid. faſt.* 2

Tenera. Luxuriem ſegetũ tenera depaſcit in herba. *Virg. Geor.* 1.

Gemmans. Florida cũ tellus gemmãtes picta per herbas *id. in cul.*

Opaca. ———ſed opaca fuſus in herba. *Ouid. met* 3.

Vda. Sic vbi fata vocant vdis abiectus in herbis. *Ouid. epiſt.* 7
Pruinoſa. Sólque pruinoſas radiis ſiccauerat herbas. *idem met.* 4.
Dulcis. Sunt dulces herbæ, ſunt quæ miteſcere flammâ,
Mollirique queant. *idem met.* 15
Fertilis. Fertilis occultas inuenit herba vias. *idem faſt.* 3.
Pinguis. Laniger pingues malè carpſit herbas. *Sen. Oedip.*
Decens. Suſtulit hoc Nymphe, cinxítq; decẽtib⁹ herbis. *Ou. f.* 5.
—vbi pubentes calamos durauerit æſtas,
Lactens. Lactentéſque vrens herbas ſiccauerit. *Nemeſ.*
Falcibus & meſſæ ad lunam quæruntur ahenis,
Pubens. Pubentes herbæ. *Virg. Æn.* 4.
Alta. —ſeruantem ripas altâ non vidit in herbâ *idem geor.* 4.
Spinoſa. Quã cum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis *Ouid met.* 2.
Pallens. Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas. *Virg. ecl.* 6.
Virens. Ceſpite cingũtur, ſéperq; virẽtibus herbis. *Ouid. met.* 4
Florens. —gaudet florentibus herbis— Hæc Dea. *idem faſt.* 5.
Cerealis. Aſpera rubigo parcas Cerealibus herbis. *idem faſt.* 4.
Viridans. Tẽpora conſpergũt viridãtes floribus herbas. *Lucret.* 2.
Viridis. ————virides paſſim deiecta per herbas. *Ouid. faſt.* 3.
Læta. ſacra refert Cereri lætis operatus in herbis. *idem geor.* 1
Sterilis. Carmine læſa Ceres, ſteriles vaneſcit in herbas. *O. am.* 3
Amara. Frondibus arboreis, & amarâ paſcitur herbâ *id. pont.* 4.
Mitis. *Comans. Surgens. Graminea. Fœcunda pecori.*
Paluſtris. *Moriens. Arens. Arida. Sitiens. Sicca.*

HERBÆ MEDICÆ.

Sumuntur epitheta à 1 Phœbo, ſeu 2 Apolline Medicorum Deo, à 3 Machaone, 4 Pæone, 5 Pæante, in medicina præſtantiſſimis.

Medica. ſiue lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas. *C. A. pa.*
4 Pæonia. Pæoniis reuocatũ herbis, & amore Dianeæ. *Virg. Æn.* 7.
Salubres. Nec potuit curas leuare ſalubribus herbis. *Tibul.* 2.
Salutifera. Terra ſalutiferas herbas, eadémque nocentes
Nutrit. *O. de re. a.* 1.
Vtiles. Miſta ferè dutis vtilis herba rubis. *idem pont* 4.
Mites. ————qui mitibus herbis,
Parcarúmq; exoras penſa, breuéſq; colos. *Mar. epig* 9.
potentes. Nũc velox ferro, nunc ille potentibus herbis. *St. Th.* 3.
Sacra. Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas. *Ouid. pont.* 1.
Lecta collibus Ipſe tamen lectas Pegaſeis collib⁹ herbas
pegaſeis. Temperat, & vana vulnera mulcet ope. *idem faſt.* 5.
Fortes. Reddita vita foret, quã poſtquã fortib⁹ herbis. *O. m.* 15

Immortales. Docta. 1 Phœbea. 3 Machaonia.
Salutares. 2 Apollinea. 5 Pæantia. Sana.

HERBÆ

HERBÆ, ad incantamenta, & venena.

Vide Ars Magica. Gramen. Carmen. Cantus. Venenum, &c.

Conſule quæ diximus ad Capita Carmen Ars Magica, *vbi rationem aliquorum epithetorum reperies. Dicuntur autem Medeides, & Hecateides, & Circeæ, ab 1 Medea, 2 Hecate, & 3 Circe inſignibus veneficis: & Cyteinæ, ab 4 Cyta, oppido in Colchide.*

3 *Circæis.* Membráque Circæis effœminat acrius herbis. *Claud.*
2 *Hecateides.* —ſuccis Hecateidos herbæ —Sparſit. *Ouid.met.6.*
Cantatæ. ———accepit cantatas protinus herbas &c. *Ouid.met.7.*
Operoſæ. Vtere tentatis operoſæ viribus herbæ *Oui.met.14.*
Potentes. ———cantu nimiumque potētibus herbis. *Ouid.met.4.*
Pollentes. ———non tu pollentibus herbis,
Nec prece, nec magico carmine mater eris. *Ouid.faſt.2*
Nocentes. Theſſala quin etiam tellus, herbaſque nocentes
Rupibus ingenuit. *Lucanus 6.*
Lethales. —lethales ſimul —Tecum aufer herbas. *Sen.Med.*
Graues. ———nulla nocituro grauis
Tumeſcat herba. *Sen.her.fur.*
———————————fluentes
Funeſtæ. Arboribus, funeſtarumque poteſtas
Herbarum. *Claud.Ruf.1*
Lethiferæ. ———herbas quæ ferunt lethum auferes. *Sen. Theb.*
Malæ. Sola tenere malas Medeæ dicitur herbas. *Tib. 1.*
1 *Medeides.* Non facient, vt vincat amor Medeides herbæ. *O d.a.2.*
Mortiferæ. Secretæ. Sacrilegæ. Sceleratæ. Impiæ. 4 *Cyteinæ.*

HERCVLES. *Vide* ALCIDES.

1 *Filius Iouis ex 6 Alcmena vxore 2 Amphithryonis; dictus 3 Tirynthius ab Tiryntha oppido, vbi nutritus eſt. Is odio Iunonis Euryſtheo Argiuorum regi parere compulſus, monſtra, feras, Tyrannos 4 claua trinodi cecidit, adeoque totum orbem ſua virtute celebrauit, vt poſt mortem, quæ ei fraude, ſeu potius errore Deianiræ vxoris in mōte 5 Oeta contigit, inter deos gentiles annumeratus ſit: pacatâ prius, & amiciori effecta Iunone, cuius filiam Heben deam iuuentutis in cælo duxit vxorem.*

Fortis. Mœnia qui forti Troiana ſub Hercule cepit. *Oui.me.13.*
———illic lauere bimembres
4 *Clauiger.* Vulnera clauigeri quæ fecerat Herculis arcus. *Ou.me.13*
Laborifer. Namque laboriferi cum iam natalis adeſſet
Herculis. *Oui. met.9.*
———————ſic Iouis intereſt
Impiger. Optatis epulis impiger Hercules. *Hor. car. 4.*
2 *Ioue natus.* Seruatâ malè parte boum Ioue natus abibat. *Ou.faſt.1.*

Vagus. Hac arte Pollux, & vagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas. *Hor. car. 3*
Miſcet numen vbi Græcia Caſtoris,
Magnus. Et magni memor Herculis. *idem car 4.*
Inclytus. ——moriar Herculis nempe inclyti
Coniunx. *Sen. Her. œt.*
5 ———— ————O Etæis emiſſus in aſtra fauillis. *Stat. ſylu. 4.*
5 *OEtæus.* Appulerat ripæ vaccas O Etæus Iberas. *Ouid. faſt. 6.*
3 *Tirynthi⁹.* Geryone extincto Tirynthius attigit arua. *Virg. Æn. 8.*
2 *Amphitry.* Amphitryoniades vidit cũ vinceret hydrã. *Lucanus 9.*
Magnanim. Magnanimus ſpectat pharetras, & inutile robur
Amphitryoniades. *Valerius.*
Ferox. At ille rupto carcere vmbrarum ferox. *Sen. Her. fu.*
Trux. Paruúſque minas trucis Alcidæ
Flexit Priamus. *ibid.*
Horridus. Namq; vt ſubactus Herculis clauâ horridi. *ibid.*
Domit. fer. Sed tu, domitor magne ferarum. *idem.*
Indomitus. Maliſque tantis Herculẽ indomitũ refert. *idem.*
6 *Alcm. gen⁹.* Nã quod te iactas Alcmenâ matrẽ creatũ. *Ouid. met. 9.*
Singulos labores Herculis vide apud Ou. met. 9.
In O Eta monte exuitur. *Sen. Her. œt.*
Vt Deus colitur. *ibid.*
In inferos proficiſcitur. *Sen. Her. fu.*
Cerberum canem inde educit. *ibid.*
Cacum ſuffocat. *Virg. Æn. 8.*
Et apud Ouid faſt. 1.

HERMIONE.

Filia fuit Menelai, regis 1 Spartæ, ex Helena, filia Iouis, & 2 Ledæ. Hæc Oreſti, filio Agamemnonis nupſit; ſed eam per vim Pirrhus filius Achillis rapuit. Illum occidit Oreſtes. Vide pulcherrimam epiſtolam Ouidij, quæ inter alias octaua eſt. Dicitur Tantalis, à 3 Tantalo, qui Menelao auus erat.

3 *Tantalis.* Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero. *Ouid. epiſt. 8.*
Tu licet Antiopæ formam Nycteidos, & tu
1 *Spartana.* Spartanæ referas laudibus Hermionæ. *Prop. 1.*
————————qui deinde ſequu:us
2 *Ledæa.* Ledæã Hermionẽ, Lacedæmonióſq; Hymenæos. *V. Æ. 3*

HERMVS.

Fluuius eſt 1 Lydiæ, qui, authore Strabone lib. 13. ſuis aquis fertiles ita reddit agros, vt inde Poetæ eum arenas aureas voluere fabulati ſint.

Auro turb. Nec pulcher Gãges, atq; auro turbid⁹ Herm⁹. *Vir. Geo. 2*
1 *Lydius.* *Diues.* *Aureus.*

HERO.

Puella formâ præſtanti, ex vrbe Seſto in Thracia; parùm caſta, (vt quæ Veneris Sacerdos) eius enim amore correptus Leander Abydenus, fretum Helleſponti nocte intempeſtâ, & commoto mari, vt eâ poteretur, cùm nando traijceret, vitam & ignes in aquis extinxit: cuius caſu ita indoluit Hero, vt è ſumma turri in mare ſe præcipitarit. Vide Ouid. epiſt. 17. & 18.

Seſta. Si cadat vnda maris, Seſta puella, tibi. *Ou. epiſt. 17.*
———ſedet anxia turre ſuprema

Seſtias. Seſtias in ſpeculis. *Stat. Th. 6.*

HEROS. HEROES.

Heroes illi dicebantur antiquitus, qui vel ad Deos originem referebant, vel qui rebus bene geſtis eam opinionem gloriæ emeruerant, vt inter Deos poſt mortem qui referrentur, digni iudicarentur.

Magnanimi. Magnanimûm Heroum pueri. *Vir. Geor. 4.*

Fortiſſimi. ———Æneæ ſeſe fortiſſimus Heros
Addiderat ſocium. *idem Æn. 6.*

Gen⁹ Deorũ. Heroes, ſãncte Deûm genus. *Catull.*

Spectabiles. ———————ſpectabilis Heros
Et veteris retinẽs etiã nũc pignora formæ. *Ouid. met. 7.*
———————non falleris, Heros

Maximus. Maxime, natotũ vidiſti quinque parentẽ. *idẽ met. 13.*
———————nec robora proſunt

Semidei. Semideûm Heroum, *Stat. Th. 5.*

HESIODVS.

Paſtor natus ex 1 Aſcrâ Bœotiæ oppido, à Muſis edoctus: (nam per ſomnum de repente Poeta factus eſt) ſcripſit plures libros qui extant, inter quos librum quem vocauit Opera, & Dies, *traditque ibi præcepta 2 agriculturæ.*

1 Aſcr. ſenex. Aſcræo quos ante ſeni, quib⁹ ille ſolebat, &c. *Vir. Ecl. 6*

1 Aſcr. Poeta. Tu canis Aſcræi veteris præcepta Poetæ. *Prop. 2.*

2 Præceptor arandi. ———non quas præceptor arandi
Viderat, Aſcræas cùm ſequeretur oues. *Ouid. faſt. 6.*

2 Senex agric. Auſa eſt agricolæ Muſa docere ſenis. *Ouid. Põt. 4.*

HESPERVS. *Vide* LVCIFER.

Eadem ſtella quæ matutino tempore Lucifer, ſerotino Heſperus dicitur. De Heſpero ſic habet Cicero lib. 2. de nat. Deor. Infima eſt 5. errantiũ, terræq; proxima, ſtella 2 Veneris, quæ Φωσφόρος, Latinè Lucifer dicitur, cũ antegraditur ſolẽ: 1 cũ ſubſequitur autẽ, Heſper⁹.

Roſcidus. Heſperus, & fuſcǫ roſcidus ibat equo. *Ouid. faſt. 2.*

1 Nuntius noctis. Nuntius noctis, modo lotus vndis
Heſperus, pulſis iterum tenebris

Lucifer idem. *Sen. Hip.*

Frigidus. Frigidus è ſyluis donec diſcedere ſuaſit Heſperus. *Nemeſ.*

2Dilect. ven. Dilectus Veneri naſciturHeſperus. *Cl. de nu. ho.*

Purpureus. Lucidus. Roſeus. Fuſcus.

HIARBAS Vide IARBAS.

HIATVS TERRÆ.

Ater. ———atris immanis hiatibus hydra Sæuior intus habet ſedem. *Vir. æn. 6.*

Cauus. Vel tremefacta cauo tellus diducat hiatu. *Prop. 4.*

Cæcus. Qua ſacer abripitur cæco deſcenſus hiatu. *Ibidem.*

Tenebroſus. ———ſpecus eſt tenebroſo cæcus hiatu. *Oui. met. 7.*

———cæcas ſtagnante voragine fauces

Horrendus. Laxat, & horrendos aperit telluris hiatus. *Sil. 12.*

Latus. ———latóque ſolum retegatur hiatu. *Ouid. met. 5.*

Vaſtus. Sed patet immani, & vaſto reſpectat hiatu. *Lucret. 5.*

Vacuus. ———vacuo nubes ſuſpendit hiatu. *Prud. ham.*

Patulus. Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus. *Oui. me. 3.*

Profundus. Obſcurus. Magnus. Immanis.

HIATVS BELLVARVM.

Vaſtus. Præda canum lepus eſt, vaſtos nō implet hiatus. *M. ep. 1.*

Patulus. ———patulos alludens tentat hiatus Pulcher Hylas. *M. epi. 3.*

Immanis. Immani ſtragem meditatur hiatu. *Sil. 4.*

Auidus. Mors alta auidos oris hiatus Pandit, & omnes explicat alas. *Sen. Her. œt.*

HINNITVS.

Acutus. Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto. *Virg. geo. 3.*

Acer. ———arrectiſque auribus acrem Hinnitum effundens *Sil. 2.*

HIPPOCRENE. *Vide 2 Aganippe.*

1 Fons eſt in Bœotia muſis ſacer ſic dictus ab equo Pegaſo, 1 Meduſæ Gorgonis ſanguine edito, qui eum pede ad ſaxū attrito detexit.

Fons ———vel cedite victæ

1 Meduſeus Fonte Meduſæo, & Hyantea Aganippe. *Oui. met. 5.*

2 Aganippis. Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes Grata Meduſæi ſigna tenetis equi. *Oui. Faſt. 5.*

HIPPODAME. *HIPPODAMIA.*

Ex Seruio in lib. Geor. 3. Virgil. filia fuit Oenomai regis Elidis, & 1 Piſarum. Hic equos habuit velociſſimos, vt pote ventorum flatu creatos: Procos filiæ multos necauit, ſub hac conditione prouocatos ad curule ſi certamen, vt, aut victus traderet filiam, aut victos necaret:

tandem per fraudem ipſe occiſus eſt à Pelope, cui Hippodame ceſſit in vxorem.

———Tantalides agitante cupidine currus

1 *Piſæa.* Piſæam Phrygijs vexit eburnus equis. *Oui.triſt.2.*

HIPPODAMIA PIRITHOI.

Hippodame filia Atracis fluuij in Theſſalia; Pirithoo Ixionis ex Deidamia filio nupſit: cuius cum nuptiæ in Pelio monte celebrarentur, Centauri, vt eam cum cæteris formoſis puellis raperent concurrerunt: fabulam narrat Ouid. Met. lib. 12. ſed viribus Theſei, Pirithoi, Cenei, Pelei, &c. occiſi ſunt Centauri, inde eam Propertius vocauit 2 Iſcomachen.

2 *Iſchomac* Qualis, & Iſchomache Lapithæ genus Heroinæ
Centauris medio grata rapina mero. *Pro. 2.*

1 *Atracia.* ———Atracia ſubitæ de virgine pugnæ. *Val. 1.*

An fera Centauris indicare bella coegit

1 *Atracis.* Attacis Æmonios Hippodamia viros. *Ouid.ep.16.*

Candida. ————————candida vino
Atracis ambiguos traxit in arma viros. *Oui. am. 1.*

HIPPOLYTE. Vide AMAZON.

Fuit Regina Amazonum quam Hercules victam, Theſeo vxorem tradidit, ex qua filium Hippolytum ſuſcepit.

Thermodontia. Non vicit illum cælibis ſemper tori
Regina gentis vidua Thermodontiæ. *Sen.her.fur.*

Virago. ———quoties Arcton populata virago
Hippolyte. *Claudian.*

HIPPOLYTE ACASTI.

Fuit alia Hippolyte vxor Acaſti regis 1 Magneſiæ; quæ cum, Peleum ad ſtuprum ſollicitaſſet, renuentem de ſtupro ſibi illato falsò accuſauit ad maritum, qui eum in Centauros immiſit, à quibus niſi obſtitiſſent dij vir innocens fuiſſet occiſus.

Narrat pæne datum Pelea Tartaro

1 *Magneſſa.* Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens. *Hor.car.3*

HIPPOLYTVS.

Filius fuit Theſei Regis Athenarum, & Hippolytes reginæ Amazonum. Hic venator in ſyluis longè à mulierculis quas odio habebat innocentem degens vitam: nouercæ Phædra in ſe conuertit amorem: cuius infami deſiderio cum obtemperare noluiſſet, ab ea de ſtupro ad patrem Theſeum accuſatus, falſoque condemnatus, curru fugiens in monſtra ſubito de propinquo mari immiſſa ab Neptuno, cuius opem Theſeus, ad id implorarat, incidit. Inde pauor equis additus, qui conſternati, miſerum adoleſcentem per ſaxa vepres, & dumeta fœdè tractum dilaniarunt.

Theſeius	————fieuti Theſeius Heros,	
Heros.	Siſte modum, dixit.	*Ouid.met.*15
Pudicus.	Infernis neque enim tenebris, Diana, pudicum	
	Liberat Hippolytum.	*Hor. car.*4.
Toruus.	————toruus,auerſus,ferox	
Ferox.	In iuſta Veneris redeat.	*Sen. Hip.*
Seuerus.	Talis ſeueri mater Hippolyti fuit.	*ibid.*
Triſtis.	Animum rigentē,triſtis Hippolyti, doma.	*ibid.*
Caſtus.	Iuuenilſque caſtus crimine inceſtæ iacet	
Inſons.	Pudicus inſons,	*ibid.*
Amazone	————————Amazone natus	
natus.	Haud aliter ſtupuit.	*Ou.met.*15.
Amazoni9.	Mittit Amazonio Creſſa puella viro	*idem epiſt.*4.
Theſides.	Theſides,Theſeuſque duces rapuere ſorores.	*ibid.*
Intactus.	Ille efferatus,caſtus,intactus,rudis.	*Sen. Hip.*
————	————————furiis direptus equorum	
	Hippolytus.	*Ouid.faſt.*3.

Vide Ouid. met. 15. *vbi fabulam tractat:* & Sen. Hip. & Ouid. ep. 4.

HIPPOMENES.

Neptuni 1 *nepos,ex patre Macareo,qui curſu Atalantem vicit. Eam hiſtoriam vide ad ea quæ diximus in* Atalanta Hippomenis. *Dictus eſt Megareius,quòd eſſet è* 2 *Megara ciuitate,vicina Bœotiæ ciuitatis,quæ aliter* 3 *Aonia appellatur,oriundus.* Vide Ouid. Met. 10.

Proles 1 *Ne-*	————ſollicitā proles Neptunia voce	
ptunia.	Inuocat Hippomenes.	*Oui.met.*10.
2 *Megareius*	————dubium Megareius Heros	
Heros.	Gaudeat.	*ibid.*
	————Scythicā non ſegnior ire ſagittā	
3 *Aonius.*	Aonio viſa eſt iuueni	*ibid.*

HIRCVS. *Vide* CAPER.

Dicitur hircus Cinyphius Virgilio,id eſt,Africanus,ſeu Libycus,à fluuio Cinyphe in ea regione:vbi hircorum,& caprarum ingens numerus.

Dux gregis.	Duxq;gregis cornu per tēpora dura recuruo.	*O.am.*3.
Barbatus.	Barbatus linit hirculus,cornipeſq;capella.	*Catul.*
Pater gregis.	Nec lædat nares,virque,paterq gregis.	*Ou. de arte* 1.
Vilis.	Carmine qui Tragico vilē certauit ob hircū.	*H.de ar.p.*
gregis	Impune tutum per nemus,arbutos	
Maritus.	Quærunt latentes,& thyma deuiæ	
Olens	Olentis vxores mariti.	*idem.car.*1.

Laſciuus. Immundus. Hirſutus. Olidus. Corniger Setiger. Barbiger.

HIRCVS: fœdus odor.

Per 1 *hircum,* 2 *capruum,* & 3 *capram intellexerunt Poetæ tetrum*

illùm fœtorem, qui in alis, ſeu axillis hominum exiſtit.

1 ——— Nec lædat nares virque, patérque gregis. *Ou. de arte* 1.
Lædit te quædam mala fabula, quæ tibi fertur
3 *Trux.* Valle ſub alarum trux habitare caper. *Catul.*
Sacer. Si cui Virro homini ſacer alarum obſtitit hircus. *idem.*
——————námque ſagacius vnus odoror
Grauis. Polypus, an grauis hirſutis cubet hircus in alis. *Hor. ep*
Olidus. Sed nimis arma premũt olidæ conuiuia capræ. *idē epi.* 1

HIRVNDO. *V.* Progne.

Progne filia 1 *Pandionis regis Athenarum, in* 2 *Attica regione Græcia, vbi* 3 *rex Cecrops imperarat: nupſit Tereo regi* 4 *Thraciæ, cui quòd Philomelam ſororem per vim ſtupraſſet, Itym communem filiũ* 5 *Daulide in vrbe Phocidis* 6 *epulandum dedit: Tereus fugientem ferro inſecutus, in vpupam mutatus eſt, Progne verò in hirundinem. Dicitur Biſtonis,* 7 *ab vrbe Biſtoni in Thràcia.*

6 *Funeſta.* Non tam nocturna volucris funeſta querela,
2 *Attica.* Attica Cecropiis obſtrepit in foliis. *Propert.* 2.
Arguta. —arguta lacus circumuolitauit hirundo. *Virg. georg.* 1.
——————————ante
Garrula. Garrula quã tignis nidũ ſupponat hirũdo. *idem geor.* 4.
Veris prænũt. Fallimur, an veris prænuntia venit hirũdo. *Ouid. faſt.* 2.
Gemens. Nidum ponit Ityn flebiliter gemens,
6 *Infœlix auis.* Infœlix auis, & Cecropiæ domus
Æternum opprobrium, quòd malè barbaras
Regum eſt vlta libidines. *Hor. car.* 4.
Mitis. Talis in vmbroſis mitis nunc denique ſyluis
5 *Daulias.* Deflet Threicium Daulias ales Ityn. *Ouid. ad Li.*
7 *Biſtonis ales.* ———tectis Biſtonis ales
Reſidens ſummis, impia diri
Furta mariti garrula deflet. *Sen. Agam.*
Brumalis. Arboris immoritur trunco brumalis hirũdo. *C. in Eutr.*
Nigra. Nigra velut magnas domini cùm diuitis ædes
Peruolat, & pẽnis alta atria luſtrat hirũdo. *Virg. Æn.* 12

1 *Pandionia.* 3 *Cecropia.* 4 *Thracia.* 7 *Biſtonia.* *Vaga.*

HISPANIA. *HISPANI.* *V.* Iberi.

Eſt Europæ regio, ſita Africam inter, & Galliam. Vide Plinium lib. 3. *cap.* 1. 2. 3. *Dicta eſt Tarteſſia à* 1 *Tarteſſo oppido iuxta Gades; & Iberia ab* 2 *Ibero fluuio: & Pyrenæa à* 3 *Pyrene Nympha, ſeu Pyreneis montib⁹.*

Audax. ———latis audax Hiſpania terris. *Tibul.* 4.
Horrida. Horrida vitanda eſt Hiſpania. *Iuuen ſat.* 8.

1 *Terra Tarteſſiaca.* *Ora Tarteſſiaca.* *Tellus Tarteſſia.*
2 *Iberia.* *Littus Tarteſſium.* 3 *Terra Pyrenes.*

HISTRIX *Vide* ECHINVS.

Ex Plinij lib. 8 cap. 35. Hiſtrices generat India, & Africa, ſpinâ contectas, ac ex herinaceorum genere: ſed hiſtrici longiores aculei, & cùm intendit cutem miſſiles, &c. Vide eius animalis egregiam deſcriptionem apud Claudianum in Epigramm.

Hirſuta. ——hirſutâ ſpinoſior hiſtrice barba. *Calphur.*
——————morem hinc traxiſſe Cydonas
Sagittifera Bellandi, Parthóſque retro didiciſſe ferire,
pecus. Prima ſagittiferæ pecudis documenta ſecutos. *Cl. epig.*
Spinoſa. *Hiſpida.* *Terribilis.* *Rigens.* *Rigida.*
Nigrans. *Silueſtris.* *Pugnax.* *Terrifica.* *Minax.*
Solers. *Armata haſtilibus,* *telis,* *iaculis.*
Trux. *Inſtructá pinnis.* *Telis munita natiuis.*

HOEDVS. *Vide* Capella.

Petulcus. ——————oues, hœdíque petulci
Floribus inſultent. *Vir. Geor. 4.*
Tener. Splendidior vitro, tenero laſciuior hœdo. *Ouid Met. 13*
Errat curſu leuis incerto,
Petulans. Molli petulans hœdus in herba. *Sen. Her. fu.*

HOEDI: ſignum cæleſte.

Nimboſi. Sępè ego nimboſis dubiꝰ iactabar ab hœdis. *Ouid. Tri. 1*
Pluuiales. Quantus ab occaſu veniens pluuialibus hœdis
Verberat imber humum. *Virg. Æn. 9.*

HOMERVS.

Homeri incerta patria eſt, ſi Ciceroni creditur, pro Archia. Homerum, *inquit*, 1 Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum: Chij ſuum vendicant: Salamini repetunt: 2 Smyrnij verò ſuum eſſe confirmant; itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt: permulti alij præterea pugnant inter ſe, atque contendunt. *De qua re extat Diſtichon vulgatum.*

Septem vrbes certant de ſtirpe inſignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ius, Argos, Athenæ.

Græcorum Poetarum excellentiſſimus eſt, tum præſertim diuinâ illâ Iliade, quâ Achillis, & cæterorum Heroum ad Trojam bellantium facta decantarit: quæ res effecit (vt idem ait Cicero loco ſuprà citato) vt cùm Alexander Macedo in Sigæo ad Achillis tumulum adſtitiſſet, dixerit: O fortunate, adoleſcens, qui tuæ virtutis præconem Homerum inueneris! Et verè niſi Ilias illa extitiſſet, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen eius obruiſſet. *Dictus eſt Mæonides, quòd (vt ait Strabo lib. 12.) in 3 Mæonia regione Phrygiæ 2 Smyrnam patriam habuit. Arguitur ebrietate, quippe qui ad carmen nunquam accederet, niſi benè 4 potus.*

1 *Coloph.* Quæ Colophoniaco Scyllæ dicũtur Homero. *V. in Cei.*
Magnus Qui dabit, ille tibi ſit magno maior Homero *Ou. am. 1.*
3 *Mæonides.* Viuet Mæonides, Tenedos dum ſtabit, & Ide. *ibid.*
Antiquus. Sit licet antiquo Nireus adamatus Homero. *O. de ar. 2.*
4 *Vinoſus.* Laudibus arguitur vini uinoſus Homerus. *Hor. epiſt. 1.*
Inſignis. ——— poſt hos inſignis Homerus, *&c. id. de ar. poet.*
Sẽper florẽs. ——— ſemper florentis Homeri
Commemorat ſpeciem. *Lucret. 1.*
2 *Smyrnæus.* Quantum Smyrnæi durabunt Vatis honores. *Lucan. 9.*
Æternus. Tu canis æterno quidquid reſtabat Homero. *O. de P. 2.*
Magniloqu⁹. —magniloquo non poſt habuiſſet Homero. *Stat. ſyl. 5.*
3 *Mæonius.* Non ſi priores Mæonius tenet
Partes Homerus. *Hor. car. 4.*

Diuinus. Immortalis. Sublimis.

HOMO.

Vide GENS. GENVS HVMANVM.

Sanctum animal. Sanctius his animal, mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc. *Ouid. met. 1.*
Durũ genus. Vnde homines nati, durum genus. *Virg. georg. 1.*
——— virũmque
Ferrea prog. Ferrea progenies duris caput extulit aruis. *idem geor. 2.*
Palans. Palantéſque homines paſſim, & rationis egentes
Trepidus. Deſpectare procul, trepidóſq; obitũq; timẽtes. *O. m. 5.*
——— O gen⁹ attonitũ gelidę formidine mortis! *ibid.*
——— ——— audax omnia perpeti
——— Gens humana ruit per vetitum nefas. *Hor. car. 1.*
——— Natum in curas hominum genus. *Tibul. 3.*

Experiens laborum. Pauidum lethi genus humanum.

HONOR.

Vide Gloria. Nomen. Fama. Laus.

Amplus. Et vixiſſe probos, amplis & honorib⁹ auctos. *Hor. ſat. 1*
Pulcher. —pulchróque inflata tumeſcat honore. *Pru. in Sy. 2.*
Illuſtris. ———illuſtri iam donatur celſus honore. *Sid. Apol.*
Inclytus. Acceſſit tamen ex nobis honor inclytus. *Auſ. Edyl.*
Summus. ——— ſummos inuaſit honores. *Cl. in Eutr.*
Clarus. ——— clari velamen honoris
Sufficiunt tunicæ ſummis Ædilibus albæ. *Iuuen. ſat. 3.*
Perpetuus. Tu quoq; perpetuos ſẽper gere fiõdis honores. *O. m. 1*
Maximus. Maximus his factis accumulatur honos. *idem faſt. 2.*
Æternus. Cui laurus æternos honores,
Dalmatico peperit triumpho. *Hor. car. 2.*
Virtus repulſæ neſcia ſordidæ

Intaminat⁹. Intaminatis fulget honoribus. *Hor. car. 3.*
———dederit licet Senatus,
Sacer. Et Cæſar genero ſacros honores. *Mar. epig. 8.*
Tumidus. —in tumidum iactando venit honorem. *Propert. 2.*
Inuidioſus. Hic honor in nobis inuidioſus erit. *Ouid. faſt. 6.*
Incertus. Tranſmutat incertos honores
Nunc mihi, nunc aliis benigna. *Hor. car. 3.*
Vanus. Vanos honores ſequitur, aut fluxas opes. *Sen. Hip.*
Magnus. Aggredere ô magnos (aderit iā tēp⁹) honores. *V. Ecl. 4.*
Optatus. Attulit ipſe viris optatum caſus honorem. *idem Æn. 5.*
Meritus. Et meritum dixiſſe feres virtutis honorē. *Ouid. met. 8.*
Sublimis. Inanis. Diuinus. Celebris. Auguſtus. Immortalis. Gratus. Superbus. Iucundus. Ingens.

HONOR, pro votis, hoſtia, & ſacrificiis.

Meritus. Sic fatus meritos aris mactauit honores,
Taurū Neptuno, taurū tibi pulcher Apollo. *Virg. Æn. 3.*
Sacer. ———ſacros templis largitur honores. *Valerius 2.*
——— — Iamque dies epulata nouem gens omnis, & aris
Factus honos. *Virg. Æn. 5.*
Regius, ————————regius oſtro
Velet honos læues humeros. *Virg. Æn. 7.*

HONOR, pro decore.

Lætus. ———lætos oculis afflarat honores. *Virg. Æn. 1.*
Flammeus. ——————ille ſuperbi
Flammeus oris honos. *Cl. de rapt. 3.*
———paulùm decoris permanſit, honóſque
Mollis. Mollior. *Stat. Th. 10.*

HONOR, pro pompa funerea.

Mort. honor. Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carētes. *V. Æn. 6.*
Abſint inani funere Næniæ,
Luctúſque turpes, & querimoniæ,
Sepulchralis. Compeſce clamorem, ac ſepulchri
Superuacu⁹. Mitte ſuperuacuos honores. *Hor. car. 2.*
Supremus. Nec iuuenis poſiti ſupremos deſtrue honores. *O. ad Li.*
Crudus. Funereus. Funebris. Inuiſus. Feralis. Ingratus. Inanis. Iuſtus.

HORÆ, Deæ.

Sunt (vt ait Heſiodus in Theogonia) Iouis, & Themidis filiæ: quas in cælo portas ſeruare vult Ouid. faſt. 1.

Mites. Præſideo foribus cæli cum mitibus Horis
Veloces. Iungere equos Titan velocibus imperat Horis:

Celeres. Iuſſa Deæ celeres peragunt. *Ouid.met.2.*

Mobiles. Agiles.

Vide DIES.

HORA. *TEMPVS.*

Vide DIES. ANNVS. ÆTAS.

Ventura. ——nec te venturas differ in horas. *O.de re. a.1.*

————venıet narratibus hora

Tempeſtiua. Tem,eſtiua meis. *idem met.5.*

Cita Sæpè citæ longis viſæ ſermonibus horæ. *idem Pont.2.*

Mobilis. Volat ambiguis mobilis alis

Hora,nec vlli præſtat velox

Fortuna fidem. *Sen. Hip.*

Tacita. ——it tacitis ratis ocyor horis. *Val. 2.*

Properans. Mortis vicinæ properãtes admonet horas. *Lucanus 7.*

————non tamen irritum

Diffinget, infectũmque reddet

Fugiens. Quod fugiens ſemel hora vexit. *Hor. car.3.*

Siniſtra. Craſtina. Optata.

Nocturna. Diurna. Opportuna.

HORA, pro morte.

Vide Dies. Fax. Flamma rogorum. Ignis rogalis.

——Diuos (quanquam nihil teſtibus illis

Extrema. Profeci) extremâ moriẽs tamẽ alloquor hora. *V.Ecl.8.*

Suprema. Te ſpectẽ,ſuprema mihi cũ venerit hora. *Tibul.1.*

Nigra. At mihi Perſephone nigrã denuntiat horã.*idem 3.*

Incerta. At vos mortales incertã funeris horã,&c. *Prop. 2.*

Flebilis. ————cum flebilis hora

Clauſerit hos orbes. *Prud. Ham.*

Grauis. ——cuncta in cineres grauis intulit hora,

Hoſtilis. Hoſtiliſque dies. *Stat.ſyl.2.*

Funeſta. Funeſtam mundo votis petit omnibus horam,

In caſum quæ cuncta ferat. *Lucanus 6.*

Nouiſſima. Vt quos certus amor,quos hora nouiſſima iunxit,

Componi tumulo,non inuideatis eodem. *Ouid. met.4*

Occidua. Triſtis. Funerea.

HORATIVS.

Horatij Calabri nomen, & verſus ita celebrantur, vt eum laudare pro meritis,cum hic ſupervacuum ,tum certè difficile ſit.

Numeroſus. Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures,

Dum ferit Auſoniã carmina culta lyrã. *Ouid triſt.4*

Fidicen Romana lyræ. Quod monſtror digitis prætereuntium

Romanæ fidicen lyræ. *Hor.car.4.*

HORROR.

Horror metum, & religionem ſignificat. Eſt autem horror propriè tremor, cùm totum corpus, vel frigore, vel pauore intremiſcit, ſuccuſſatúrque.

Seuus. At metũ primũ ſæuus circũſtetit horror. *Vir. æneid.2.*
Frigidus. ——mihi frigidus horror
Mẽbra quatit, gelidúſq; coit formidine ſãguis *id. æn.3.*
Tremulus. Et tremulus mœſtis orietur fletibus horror. *Propert.1.*
Gelidus. Obſtupui, gelidúſque comas erexerat horror. *Ou. ep 15*
Luridus. ——me luridus occupat horror. *idem met.14*
Niger. ——niger inficit horror
Terga maris. *Lucanus 5.*
——horrórque receſſit
Martius. Martius, & criſtæ placato fulgure vernant. *Cl. de rap. 1.*
——flagrat enim vapore craſſo
Conſcius. Horror conſcius, æſtuante culpa. *Prud. Cath.*
Exanguis. ——exanguis Ruffinum perculit horror. *Claud. Ruf. 2.*
Funereus. ——funereus reuolutis rupibus horror
Euomit exequias. *Prud. Apoth.*
Dirus. Námq; aſper ſono dirus me impleuerat horror *Sil. 8.*
Ingens. ——ingens Æetida perculit horror. *Val. 6.*
Ferus. ——cærulei Boreæ ferus abſtulit horror. *idem 7.*
Incertus. —incertis lymphatam horroribus vrbem
Scindunt diſſenſu vario, luctúſque, furórque,
Et pauor, & cæcis fuga circũfuſa tenebris. *Stat. Th.10.*
Sacer. Interea campis nemoris ſacer horror Achæi
Terrigena erigitur ſerpens. *idem Th.5.*
Acerbus. *Terribilis.* *Attonitus.* *Ater.* *Truculentus.*

HORTVS.

Halãs florib. Inuitent croceis halantes floribus horti. *Vir. georg.4.*
Pinguis. Forſitan, & pingues hortos quæ cura colendi *ibid.*
Fœcundus. Eſt mihi fœcundus dotalibus hortus in agris *Ou. faſt.5*
Pomoſus. Pomoſíſq; ruber cuſtos ponatur in hortis. *Tibul. 2.*
Fertilis. Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas. *ibid.*
Riguus. Ipſe potes riguis plantã defigere in hortis *Ou. de re. a.1*
Cultus. Aſſimulauit anũ, cultóſq; intrauit in hortos. *id. met.14*
Irriguus. ——irriguis citus extulit hortis
Rorans. Rorantes humore dapes. *Silius 7.*
Felix. Nos Amiternus ager felicibus educat hortis. *Mar ep.13*
Pomifer. Nos quoque pomiferi Laribus conſueuimus horti
Mittere primitias. *Calphurn.*
Cultiſſimus. Hortus odoratis ſuberat cultiſſimus herbis,

Sectꝰ riuo. Sectus humum riuo lenè ſonantis aquæ. *Ouid.faſt.2.*
Suburbanus. ——ſuburbaniſque vadum prætexitur hortis. *St.ſyl.4*
Septus. Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis. *Catul.*
Ferax. Odoratus. Apricus. Florens. Secretus. Generoſus.

HOSPITIVM.

Antiquum. Hoſpitium antiquum Troiæ, ſociíque Penates,
Dum fortuna fuit. *Vir. aneid.3.*
Benignum. ——————————benigno
Indulge hoſpitio, cauſáſq; innecte morandi. *idem an.4.*

HOSTIA. *V.* Victima.

Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet. *Ouid.faſt.1.*
Felix. Térq; nouas circũ felix eat hoſtia fruges. *Virg. geor.1.*
Pinguis. —aut lucos vocet hoſtia pinguis in altos. *idem an.11.*
Blanda. Et pro delictis hoſtia blanda fuit. *Ouid.faſt.5.*
Pulla. Concidit ad magicos hoſtia pulla Deos. *Tibul.1.*
Immunis aram ſi tetigit manus,
Sumptuoſa. Non ſumptuoſa blandior hoſtia
Mollibit auerſos Penates
Pia. Farre pio, & ſaliente micâ. *Hor. car.3.*
Mactata. Mactatâ veniet lenior hoſtiâ. *Hor. car.1.*
Blanda. Et pro delictis hoſtia blanda fuit. *Ouid. faſt.5.*
Placida. Tenera. Grata. Opima.

HOSTIS. *V.* Gens Bellum.

Superbus. I ſoror, atq; hoſtẽ ſupplex affare ſuperbũ, *Virg. Æn.4.*
Infenſus. Ingruere infenſos hoſtes. *idem Æn.11.*
Sæuus. Aduerſũ ſæuis vltro caput hoſtibus offert. *idem in cul.*
Infeſtus. Torqueor infeſto ne vir ab hoſte cadat. *Ouid.epiſt.9*
Crudelis. Ah ferus, & nobis nimiũ crudelior hoſtis. *idem triſt.2.*
Pugnax. —— Medorum pugnaces ire per hoſtes. *Prop.3.*
Ferus. Quæq; nec hoſte fero, nec niue terra cares. *Ouid pont.3*
Barbarus. Sic vbi ſũ longè, ſic ſic vbi barbarus hoſtis. *idem pont.4.*
Cruentus. Acer, & Mauri peditis cruentum
Vultus in hoſtem. *Hor. car.1.*
Perfidus. ————aut quæ perfido
Intendis hoſti tela. *Sen.Med.*
Infœlix. Quiſnã iſte ignotis nunc hoſtis ſurgit ab oris
Amens. Importunus, iners, infœlix, degener, amẽs? *Prud. pſyc.*
Minax. Ille minax, rigidus, iactans, truculentus, amarus,
Rigidus. Dum tumet indomitum, dum formidabile feruet. *ibid.*
Horrendus. Horrendũ didicit domare viribus hoſtem. *Prud. de cor*
Veſanus. Cum iam veſano victor raperetur ab hoſte. *ibid.*

Ingens. Ne ſimul accipiāt ingentē mœnib⁹ hoſtē. *Sil 2.*
Immitis. ——————miſereſcere neſcius hoſtis. *ibid.*
Qualis Lycambæ ſpretus infido gener,
Acer. Aut acer hoſtis Bupalo. *Hor. epod.*
Validus. Fortè trabē nact⁹, validū coniecit in hoſtē. *Ou. met. 12.*
Metuendus. Immanis. Inſolens. Impius. Truculentus.
Bellator. Turbidus. Amarus. Indomitus. Formidabilis.
Crudus. Minax. Trux. Inhumanus. Immanſuetus.

HVMERI.

Albi. ——albo ſic humero nitens,
Vt pura nocturno renidet,
Luna mari, Cnidiúſue Gyges. *Hor. car. 2.*
Lati. Oſtendítque humeros latos, alternáque iactat
Brachia. *Virg. Æn. 5.*
————————————regius oſtro
Laues. Velet honos læues humeros. *idem Æn. 7.*
Candentes. Nube candentes humeros amictus
Augur Apollo. *Hor. car. 1.*
Candidi. ——————tibi candidos
Turparunt humeros immodicæ mero
Rixæ, *&c.* *ibid.*
Fortes. Hæc rapit, atq; humeris nequicquā fortib⁹ aptat. *V. Æ. 9*
Superbi. Niuei.

HVMOR.

V. Aqva. Fons. Flvvivs. Amnis. Vnda Gvtta.

Humor de eo omni quod liquidum eſt, dicitur; vt de 1 aqua, 2 vino, 3 lacte, &c.

1 Gelidus. Vere nouo, gelidus canis cùm montibus humor
Liquitur. *Virg Geor. 1.*
Tepidus. ——cauæ tepido ſudant humore lacunæ. *ibid.*
Feruidus. Clauderet vt Tatio feruidus humor iter. *Ouid faſt. 1.*
Spumeus. Spume⁹ inq; humeros, & pectora diffluit humor. *Nem.*
3 Lacteus. ——————candens lacteus humor. *Lucret. 1.*
2 Maſſicus. ——————Bacchi Maſſicus humor. *Virg. Geor. 2.*
Pinguis. Mobilis. Deciduus. Craſſus. Lentus.
Exiguus. Tener. Liquidus. Dulcis. Frigidus.

HVMVS.

V. Terra. Tellvs. Solvm. Rvs. Ager. Arvvm.

Formoſa. Aſpice quos ſūmittit humus formoſa colores. *Prop. 1.*
Viridis. ——in viridi garrula ſedit humo. *Ouid am. 3.*
Mollis. Fons ſacer, & viridi ceſpite mollis humus. *idē de arte 3.*
Diues. Nec tantùm ſegetes, alimentáque debita diues
Poſcebatur humus. *Ouid. met 1.*

Herboſa. Lotis in herboſa ſub acernis vltima ramis,
Sicut erat luſu feſſa quieuit humo. *idem faſt.* 1.
Picta. Pictáque diſſimili flore nitebat humus. *idem faſt.* 4.
Culta. Et ſeret, & cultâ præmia tollet humo. *ibid.*
Arida. Frigora dât rami, varios hum⁹arida flores. *idem met.* 5.
Graminea. Gramineâ ſternuntur humo. *Val.* 4.
Vda. —vdam—Spernit humũ, fugiente pennâ *Hor. car.* 3.
Tenera. Et teneram ferro ſollicitauit humum. *Tibull.* 1.

HVMVS STERILIS, ET INCVLTA.

Inculta. Mollis & incultâ ſit mihi ſomnus humo. *Tib.* 1.
Sterilis. Ludet qui ſterili ſemina ponet humo. *Prop.* 2.
Dura. Et caput in dura ponere iuſſit humo. *idem* 3.
Solida. Et ſolidam iuſſo vomere findis humum. *Ou. epiſt.* 11.
Nuda. Frigidus in nuda ſæpè iacebis humo. *idẽ de arte* 2.
Arens. Aut premis arentem puluerulentus humũ *idem am.* 3.
Arenoſa. ———in arenoſa laſſa iacebit humo. *id. de re. a.* 2.
Pigra. Aſſiduo pigram verbere pulſat humum. *Cornel. Gal.*
Rudis. ——————rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo. *ibid.*
Paludoſa. Eque paludoſa ſiccis humus aret arenis. *Ou. met.* 15.
Agreſtis. Colligit agreſti lene papauer humo. *idem faſt.* 4.
————fœdatis puluere turpi
Gelidâ. Crinib⁹, & gelidâ membra leuauit humo *idem triſt.* 1.
Immunda. Collige, & immundâ ſedulus effer humo. *idẽ de arte* 1.
Limoſa. Et quam limoſâ canna paluſtris humo. *ibid.*
Frigida. ——————frigida raris
Dentibus aret humus. *Val.* 4.

HYACINTHVS.

Ex 1 Sparta, oppido in 2 OEbalia, 3 Laconiæ regione, vbi 4 Tænarus promontorium, & 5 Amyclæ ciuitas, oriundus: puer inſigni formâ Apollini adamatus. Hunc diſco imprudens Apollo necauit, mutauitque in 6 florem ſui nominis, in quo duæ literæ inſcriptæ cernuntur αι *vox, 7 lugubris. Quod teſtatur ipſe.* Ouid. met 10. *vbi totam fabulam, ſi vacat, leges. In eum florem Aiax etiam mutatus eſt.*

Ecce cruor, qui fuſus erat, ſignauerat herbas,
6 *Nitens.* Deſinit eſſe cruor, Tyrióque nitentior oſtro
Flos oritur, formámque capit, quam lilia, ſi non
6 *Purpureus.* Purpureus color his, argenteus eſſet in illis,
Non ſatis hoc Phœbo eſt (is enim fuit author honoris)
Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & αι, αι
Flos habet inſcriptum, funeſtáque littera ducta eſt.
6 *Suaue rub.* Munera ſũt lauri, & ſuaue rubẽs Hyacinth⁹. *Virg. Ecl.* 3.
6 *Mollis.* Ille latus niueum molli fultus Hyacintho. *idem Ecl.* 6.

6 *Ferrugine*⁹. Et pinguē tiliā, & ferrugineos hyacinthos. *Vir. Geor.* 4.
7 *Flebilis.* Te quoque flebilibus mœrens, Hyacinthe, figuris,
Narciſſúmque legunt. *Cl de rapt.* 2
5 *Amyclides.* Te quoque, Amyclide, poſuiſſet in æthere
Phœbus. *Ou. met.* 10.
4 *Tænarides* Tollere Tænarides orbem properabat. *ibid.*
2 *Oebalius.* Oebalius flammas iuſſit abire puer. *Mar epig.* 11
2 *Oebalides.* Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta. *Ou. met.* 10.
1 *Spartanus.* Nec genuiſſe pudet Spartem Hyacinthum. *ibid.*
3 *Lacedemonius. Formoſus. Ephebus. Pulcher.*

HYADES. *V.* Atlantides.

Septem erant filiæ Atlantis, quæ fratrem ſuum Hyantem venatorem à leæna necatum, ita fleuerunt, vt conſumptis lachrymis diriguerint. In cælum Deorum miſericordia tranſlatæ ſunt: micant in capite Tauri, vocantúrque Hœdi, & ſuccule. Nominis originem his verſibus affert Ouid. faſt. 5.

Ora micant Tauri, ſeptem radiantia flammis
Nauita, quas Hyadas Græcus ab imbre vocat.
Pluuiæ. Arcturū, pluuiáſq; Hyadas, geminóſq; Triones. *V. Æ.* 3
Nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Triſtes. Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti. *Hor. car.* 1.
Inſerena. Nec tantis Hyas inſerena nimbis,
Terras obruit, aut ſoluta Pleias. *Stat. ſyl.* 1.
Nimboſa. ———nimboſáque Taurum
Ducat Hyas. *Cl. de bel. Gi.*

HYBLA. *HYBLE.*

Mons eſt in 1 *Sicilia (quæ etiam vocatur* 2 *Trinacria) thymo abundans, ex quo apes* 3 *mel optimum conficiunt.*

Florida. Florida quam multas Hybla tuetur apes. *Oui. triſt.* 5.
Fertilis. Pubeſcant virgulta velis, vt fertilis Hybla
Inuideat. *Cl. de rap.* 2.
3 *Mellifera.* Quales melliferâ virent in Hyblâ. *Sid. Ap pan.*
1 *Sicula.* ———quot flores Siculâ naſcūtur in Hybla. *Ouid. in Ib.*
2 *Trinactis* Et careat dulci Trinacris Hybla thymo. *Oui. triſt.* 5.
Altaque quam multis floreat Hyble thymis. *Oui. pōt.* 2.
Florens. Diues. Fœcunda. 2 *Trinacria.*

HYDASPES.

Fluuius eſt qui Parthos, 1 *Medoſque præterfluens, in Indiam vſque porrigitur* 2 *Nyſam vrbem alluit, & cum Indo flumine ſuas aquas miſcet dicitur* 3 *Nabathæus, non à Nabathæa regione Arabiæ à quâ longè diſtat, ſed quod ſit ad Orientem (vnde etiam vocatur* 4 *Eous) Nabathæam, enim regionem, quod ſpectet orientem ſolem, pro* 5 *India vſur-*

uſurparunt Poetæ. 6 Aureas voluit arenas, vnde, ſi creditur Poetis, 7 ditiſſimus eſt: quibus fidem non adhibet Horatius, eam cũ 8 fabuloſum propterea appellat.

1 *Medus.* —populi Parthorum, aut Med⁹ Hydaſpes. *Vir. Geor 4.*
2 *Nyſæus.* Quà rapidus Ganges, & quà Nyſæus Hydaſpes. *Lu. 8.*
4 *Eous.* ——Fous melius pacatur Hydaſpes. *Stat. Th. 9.*
3 *Nabathe⁹.* Nabatheum pro remo ſulcat Hydaſpem. *Sid. Ap.*
————per inhoſpitalem
8 *Fabuloſus.* Caucaſum, vel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes. *Hor. car. 1.*
6 *Gemifer.* Tepidis Hydaſpes gemmifer currẽs aquis. *Sen. Med.*
Nec ſi totus ferueat Hebrus,
7 *Diues.* Ruráque diues cingat Hydaſpes. *idem.*
7 *Odoratus.* Quidquid odorat⁹ lõgè blãditur Hydaſpes *Cl. de r. p. 2.*
6 *Aurifer.* —auriferum veniam poturus Hydaſpem. *ibid.*
6 *Aureus.* 5 *Indus.* 6 *Gemmeus.* 5 *Extremus.* 6 *Opulentus. Longinquus.*

HYDRA. HYDRVS.

Vide ANGVIS. SERPENS.

Nomen Serpentis eſt in aqua degentis: inde enim nomen habet. Porrò celebris eſt illa Hydra in Lerna palude, multorum capitum: quorum aliquod ſi excidebatur, duo protinus renaſcebantur. Hanc Hercules ſagittis, & igne interfecit.

Immanis. Inuertère ſatis immanis dentibus hydri. *Virg. Geor. 2*
Bellua Lernæ ————bellua Lernæ
ſtridens Horrendum ſtridens *idem Æn. 6.*
Spir. graue. Vipereo generi, & grauiter ſpirãtibus hydris *idem Æn. 7.*
Turpis. ——crinem turpes mutauit in hydros. *Ouid. met. 4*
Longus. —nigris longũ rapit vnguibus Hydrum. *idem faſt. 2.*
Dira. ——diram qui contudit hydram,
Notáque fatali portenta labore ſubegit *Hor. epiſt. 1.*
————amicta doloſis
Torua. Illecebris, toruos auro circumlinit angues. *Cl. de lau. St.*
Sæua. Ter centũ ſæuis ſquallentẽ ſuſtulit hydris. *Val. 6.*
Horrens. *Virens.* 2 *Renaſcens.* *Venenata.* 2 *Fœcunda.*
Niger. *Trux.* *Squallens.* *Cærulea.* *Colubrifera.*

HYEMS.

Communia cum Gelu, Glacie, Frigore habet epitheta: quæ loca inquires; item & Arctos, Vrſa, Axis, *in quibus explicãtur epitheta, quæ regionibus maximè Septentrionalibus, vbi ſummum frigus eſt, conueniunt. Virgilius eam ignauam 1 appellauit, quòd eo tempore terra non colatur, & agricolæ ludis, & poculis ad focum ſe 2 genialiter inuitent.*

———cum Iuppiter humidus Auſtris

Aquoſa. Torquet aquoſam hyemem. *Virg. Æn* 9.
Glacialis. —glacialis hyēs Aquilonibꝰ aſperat vndas. *idem Æn*.3.
1 *Ignaua.* Nudus ara, ſere nudꝰ: hyēs ignaua colono. *idem Geor*.1.
2 *Genialis.* Inuitat genialis hyems, curáſque reſoluit. *ibid.*
Indigna. Cui ſuper indignas hyemes, ſolēq; potētē. *Virg.Geor*.2.
Dura. Sin duram metues hyemem. *ibid.*
Longa. Et longas hyemes, perpetuámque ſitim. *Ouid.am*.1.
Pigra. ———tibi diuitias pigra miniſtrat hyems. *idem am*.3.
Triſtis. At cùm triſtis hyēs ſqualētia protulit ora *idem triſt*.3.
Iners. ———iners hyemi continuatur hyems. *Ouid.Pōt* 1.
Horrida. Horrida Sarmaticū cut mare duret hyems. *idem Pont* 4.
Acris. Soluitur acris hyems gratâ vice
Veris, & Fauoni. *Hor.car*.1.
Informis. ———informes hyemes reducit
Iuppiter. *idem car*.2.
Trux. Iam trux ad Arctos Parrhaſias hyems
Conceſſit. *Stat.ſyl*. 4.
Sterilis. Autumnum ſterilis ferre iubetur hyems. *Mar. epig*.9.
Sarmatica. Sarmaticáſque hyemes, Iſtrúmque, & pallida Rheni
Frigora. *Stat.ſylu*. 5.
———nunc torrentia agros
Iniqua. Sydera, nunc hyemes iniquas. *Hor. car*.3.
————quidquid autumnus grauis,
Gelida. Hyémſque gelida frigido ſpatio refert. *Sen. Her fu.*
Imbrifera. Imbriferámq; hyemē permixtâ grādine torquet. *Sil*. 3.
——— ———nebuloſam vertice frontem
Immitis. Immitis condebat hyems. *idem* 12.
——— ——— ———viróſque valentes
Crudelis. Contundit crudelis hyems. *Ennius.*
Adoper.gelu. Quid quod hyēs adoperta gelu tūc deniq; cedit. *O.f*.3.
Senilis. Inde ſenilis hyēs tremulo venit horrida paſſu. *id.met*.2.
Alba. Aut ſpoliata ſuos, aut quos habet alba capillos. *id.m*.15.
Atra. Atra ſubegit hyēs veſtris ſuccedere terris. *Virg. Æn*.7.
Hirſuta. —glacialis hyems canos hirſuta capillos. *Ouid.met*.2.
Torrida. ——— ——— ne torrida nimbis
Obſtet hyems. *Calphurn.*
——— ———ſedéſque tuetur
Deformis. Perpetuas deformis hyems. *Sil*. 3.
Fera. Cum fera ponit hyems *Stat.Theb*.5
Turbida. ———vaſtis quæ turbida ſyluis
Spargit hyems. *C.de bel.Ge.*
Frigida. Squallens. Niuoſa. Nimboſa. Ventoſa. Cana.

Pluuialis. Fremens. Maligna. Segnis. Borealis.
Arctoa. Sythonia. Inuiſa. Mala. Strymonia.

HYEMS. *Vide* TEMPESTAS.

Pro tempeſtate, optimorum Poetarum, authoritate hyems ponitur; quin & ipſe Stat. lib. 3. ſyluarum, *pro incendio, in modum tempeſtatis in Veſuuino monte fremente, vſurpauit. Dicitur autem hyems Æolia, ab 1 Æolo ventorum rege: Aquilonia, ab 2 Aquilone vento: Ægæa, ab 3 Ægæo mari, vbi frequentes ſunt tempeſtates.*

———————cui fundit ab antris
Armata. Æolus armatas hyemes. *Clau. pan. 6.*
Fera. Me mare, me venti, me fera iactat hyems. *Ouid. triſt. 1.*
Improba. Improba pugnat hyems, indignatúrque quòd auſim
Scribere ſe rigidas incutiente minas. *ibid.*
Atra. Atra ſubegit hyẽs veſtris ſuccedere terris. *Vir. aneid. 7.*
Aſpera. ————ſæpè illos aſpera ponti
Intercluſit hyems. *id æneid. 2.*
Ceca. ——cæca profundo——Currit hyems. *Valerius 3.*
Praceps. ——immiſſis præceps Aquilonia nimbis
2 Aquilonia. Venit hyems. *idem 6.*
3 Ægea. Ægæas hyemes, Ioniúmque domat. *C. præf. der. 3*
Qualis Hyperboreos vbi nubilus inſtitit axes
Iuppiter, & primâ rubefecit ſydera brumâ:
1 Æolia. Rumpitur Æolia, & longam indignata quietem
Indignata. Tollit hyẽs animos, vẽtoſáq; ſibilat Arctos. *Stat. Th. 12.*
Emiſſa. Emiſſámque hyemem ſenſit Neptunus. *Vir. æneid. 1.*

HYEMS. *MORS.* *V.* FRIGVS, pro morte.

Lethalis. Sic lethalis hyẽs paulatim in pectora venit. *Ouid. met. 2*

HYLAS.

Filius fuit 1 Theodamantis, quem Hercules plurimùm amauit: illum in Argoa naui ad expeditionem Colchicam ſecum duxit; ſed cùm puer in Aſcanio fluuio Myſiæ, hauriret aquam, altiórque ripâ eſſet, quam vt ſtans vrnam immergeret, procumbentis in genua vas è manibus effluxit: quod cùm recipere niteretur, in flumen lapſus eſt. Hinc fabulati ſunt Poetæ Hylam propter inſignem formam à Nymphis raptum. Vide Valer. Flaccum Argon. 3. & Propert. eleg. 20. lib. 1. *cuius verſus, quia perelegantes, argumenti gratiâ appoſuimus.*

Et modò formoſis incumbens neſcius vndis,
Errorem blandis tardat imaginibus.
Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis
Innixus dextro plena trahens humero.
Cuius vt accenſæ Dryades candore puellæ,
Miratæ, ſolitos deſtituêre choros.

Prolapſum leuiter facili traxêre liquore,
Tum ſonitum rapto corpore fecit Hylas.
Cui procul Alcides iterat reſponſa: ſed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.

Alumnus ———————————arida luctu
Herculeus. Flumina, & Herculei prędatrix cędat alũni. *Stat. ſ.lu.* 1.
1 *Thiodam.* Thiodamantæo proximus ardor Hylæ. *Propert.* 1.
Tener. Naiadúmque tener crimine merſus Hylas. *O. de arte* 2.
Pulcher. ———ſubitâ cur pulcher arundine crines
Velat Hylas . *Valerius* 1.
———————Æmoniâ puer appulit alno
Clarus. Clarus Hylas. *idem* 3.
Formoſus. Formoſum Nymphis credere viſus Hylam. *Propert.* 1.

HYMEN. *HYMENÆVS.*

Deus eſt 2 *nuptiarum, filius Veneris, vel* 1 *Vraniæ, & Liberi patris: cuius laudes cùm Catullus in epithalamio Manlij, tùm Claudianus Palladij celebrarunt. Porrò cùm hymenæus ſit ipſum carmen quod in nuptijs canitur, tamen pro matrimonio, ipſóque conjugio ſumitur.*

1 *Muſâ gen.* Hunc Muſâ genitum legit Cytherea, ducémque
2 *Dux thal.* Præfecit thalamis. *Cl. de nu. Pa.*
———————————latéque hymenæo
Laſciuus. Conſcia laſciuo. *Silius* 5.
Feſtus. Ruráque compleret Thracia feſtus hymen. *Clau. ad Ser.*
Collis ô Heliconii
1 *Vraniæ* Cultor, Vraniæ genus,
genus. Qui rapis teneram ad virum
Virginem, &c. *Catul.*
———————————ſolemni more ſacrorum
Clarus. Perfecto, poſſet claro comitari hymenæo. *Lucret.* 1.
Pactus. Quin potius pacem æternam, pactóſque hymenæos
Exercemus? *Virg. Æn.* 4.
Iuſtus. Ætas Lucinam, iuſtóſque pati hymenæos
Definit ante decem. *idē Georg.* 3.
Formoſus. *Pulcher.* *Cupitus.* *Solemnis.* *Dulcis.*

HYMENÆVS: nuptiæ infames.

Vetitus. Hic thalamos inuaſit natæ, vetitóſq; hymenæos. *V. Æ.* 6.
Inconceſſus. Pergama cũ peteret, inconceſſóſq; hymenæos. *id. Æn.* 1.
——— quid me Tyrio ſociare marito
Infauſtus. Progeniẽ carã, infauſtíſq; dabas hymenæis? *Stat. Th.* 3.
Furtiuus. *Occultus.* *Turpis.* *Obſcænus.* *Inceſtus.* *Sceleratus.*
Triſtis. *Nefandus.* *Funeſtus.* *Illætabilis.* *Impurus.* *Infœlix.*
Pudendus. *Iniuſtus.* *V.* Fax. Flamma. Tæda.

HYMETTVS.

Mons in Attica, Græciæ regione, vbi 3 Theſeus, & 4 Cecrops reges imperarunt: marmoris pulcherrimi, item & 1 thymi, vnde mel excellentiſsimum 2 conficitur, maximè ferax.

1 Sèper flor. Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti *O.met.7.*
2 Dulcis. Alius rupem dulcis Hymetti. *Sen. Hip.*
——————nec mite Thaletis
—————— Ingeniũ, dulcíque ſenex vicinus Hymetto. *Iuuen. ſat.13*
1 Olens. Venit attox Ileus, & arator olẽtis Hymetti. *Stat. Th.12.*
3 Theſæus. Hoc tibi Theſæi populatrix mittit Hymetti
Pallado, à ſyluis nobile nectar apis. *Mart. lib.3.*
Vernus. Florea per verni qualis iuga duxit Hymetti. *Valerius 5.*
Pictus. Odoratus. Suaueolens. 4 Cecropius.

HYPANIS.

Fluuius eſt Sarmatiæ, è 1 Scythicis regionibus ortus, vt vult Ouid. metamorph 15.

1 Scythicus. ——Scythicis Hypanis de montibus ortus. *Ou. met.15.*
Saxoſus. ——————Amœna fluenta,
Sonans. Saxoſúmque ſonãs Hypanis, Myſúſq; Caïcus. *V. Geor.4*

HYPSIPYLE.

Filia 1 Thoantis, regis 2 Lemni, quæ in communi omnium virorum occiſione ipſa ſeruauit. Propter quod vendita eſt, ceſsitque regi Nemeæ Lycurgo, cuius filium aluit Archemorum. Vide Stat. Theb 5. *Nupſit Iaſoni, qui eam dimiſit, ductâ Medeâ. Extat ea de re pulchra epiſtola, quæ apud Ouidium ſexta eſt.*

1 Thoãtias. ——coniugio fraudata Thoantias. *Ouid. epiſt.6*
——————fletu cunctata modeſto
2 Lemnias. Lemnias orſa refert. *Stat. Th.5.*
1 Nata Tho. ——Minoo nata Thoante feror. *Ouid. epiſt.6*
Generata ——————claro generata Thoante
1 Thoante. Seruitium Hypſipyle veſtri fero capta Lycurgi. *St. th.5.*
2 Lemnia. Iamque pererratis infœlix Lemnia campis. *ibid.*
1 Thoantis. ——————Thoantida portans
It medius turmis. *ibid.*
Pulchra. —pulchrã in mœrore tuentur —Hypſipylen. *Stat. th.4*

I

IACCHVS.

V. BACCHVS. LYÆVS. VINVM, *& vini genera.*

Etymon huius nominis reperies ad caput Bacchus, *numero 15. Vinum etiam ſignificat. Dicitur Ogygius, ab Ogyge rege* Theb. *vnde ortus erat.*

Ogygius. ——Ogygii ſi quando afflauit Iacchi

Sæuus odor. *Stat. Th. 2.*

Lenis. Exoritur,leníſque ſimul procedit Iacchus. *Cl. de rap. 1.*

Florens. ———florens volitabat Iacchus. *Catul.*

IACVLVM.

V. ARMA. BELLVM. TELVM. SAGITTA. ENSIS. GLADIVS.

Velox. Velocis iaculi certamina ponit in vlmo. *Virg. geor. 2.*

Acutum. Hunc puer ignarus iaculo fixiſſet acuto. *Ouid. faſt. 2.*

Stridens. Infœlix fugit in iaculo ſtridente Camilla: *Vir. aneid. 11*

Lethale. —manu iaculum lethale parabat—Mittere. *Ouid. met. 5.*

Ingens. Ingens intorquet iaculum. *Stat. Thе. 9.*

Laue. Et modò læue manu iaculũ,modò ſuſperat arcũ. *O. m. 2*

Ales. ———iaculo circumuolat alite campum. *Silius 17.*

Tremulum. Aut tremulũ excuſſo iaculũ vibrare lacerto. *Ou. epiſt. 4.*

Volans. ——————ferrúmque Diana volanti
Abſtulerat iaculo. *idem met. 8.*
——————verba ocyus acer

Intortum. Intorto ſancit iaculo. *Silius 1.*

IAMBVS.

Syllaba longa breui ſubiecta vocatur Iambus. *Hor. de arte.*

Dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, *à maledicendo: ex eo enim carmen Iambicum conficitur, quod maledictis accommodatiſſimum eſt.*

Trux. Deſiſſémque truces vibrare Iambos. *Catull.*

Liber. Poſt modò ſi perges,in te mihi liber Iambus
Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit. *Ouid. in Ib.*

Pugnax. ———repertori nocuit pugnacis Iambi. *ibid.*

Criminoſus. Quem criminoſis cúmque voles modis
Pones Iambis. *Hor. carm. 1.*
—————me quoque pectoris
Tentauit in dulci iuuenta

Celer. Feruor,& in celeres Iambos —Miſit furentem. *ibid.*

Vltor. ———minax vltorem mittit Iambum. *Stat. ſyl. 2.*

Citus. Nos citos Iãbos ſacram⁹,& rotatiles Trochæos. *Pru. En.*

Ferox. Ferox Iambus,& Trochæus hactenus

Volucripes. Spondœus addát vt moram volucripes. *Sid. Apol.*

Celerrimus. Reſonétque miſtus ille pes celerrimus. *idem.*

Prapes. Per hanc ſalutem,præpes,& volucripes. *Auſon.*

Acer. *Velox* *Torrens.* *Sonorus.*

IANVA.

Facilis. Ahenea. Ærea. Ferrea. Magna. Lata. Adaperta. Semiadaperta. Laxa. Patefacta. Sublimis. Stridens. Recluſa. Patens. Solida. Dura Roborea. Ærata. Æterna. Ferrata. Vallata. Valida. Superba. Firma. Clauſa. Surda. Ingens. Rigida. Robuſta. Difficilis.

IANVS.

Deus apud Romanos: vnde dictus Ianuarius menſis, à quo nouus annus incipit. Fingebatur 1 biceps, hoc eſt, qui ante, & retrò adſpiceret. Hinc dicitur 2 bifrons. Iane bifrons anni tacitè labentis origo,
Solus de Superis qui tua terga vides.
Huius templum erat Romæ, quod ſi ingrueret bellum, 3 patebat: ſi pax erat, 4 claudebatur. Inde dicitur, pacificus. Manu 5 clauem geſtabat, quòd diceretur annum 6 claudere, & recludere.

2 *Bifrons.*	Saturnúſq; ſenex, Ianique bifrontis imago.	*Vir. æneid. 7.*
1 *Biceps.*	Iane biceps, anni tacitè labentis origo,	
2———	Solus de Superis qui tua terga vides.	*Ouid. faſt. 1.*
2 *Biformis.*	Quē tamē eſſe Deū dicā te Iane biformis.	*ibid.*
5 *Clauiger.*	Clauigerum verbis alloquor ipſe Deum.	*ibid.*
2 *Anceps.*	Dicitur ancipiti peperiſſe Venilia Iano.	*Ou. met. 14.*
	——————pax miſſa per orbem	
3 *Belliger.*	Ferrea belligeri compeſcat limina Iani.	*Lucanus 1.*
6———	Faſtorum genitor, parenſque Ianus.	*Mar. ep 8.*
4 *Pacificus.*	Quorū pacificus ter ampliauit—Nomina.	*Mar. epig. 8.*
6 *Sator ann.*	Annorū, nitidiq; ſator pulcherrime mūdi.	*Mar. epig. 10*
Diuum antiquiſſimus.	—————— antiquiſſime Diuûm Reſpondes his, Iane pater.	*Iuuen. ſat. 6.*
Vetus.	———veſtem veteris noſius aſpice Iani.	*Auſonius.*
2 ———	———ancipiti mirandus imagine Ianus.	*Ouid. faſt. 1.*

IARBAS.

Rex 1 Getuliæ, ſeu 2 Mauritaniæ, louis 4 Ammonis, & Garamantidos Nymphæ filius: qui cùm Didus reginæ Carthaginis 3 nuptias ambiret, nec voti potiretur; in eam mouit arma: quæ, ne fidem Sichæi mariti cineribus promiſſam pollueret, in ardentem pyram, viuam ſe præcipitauit. Nec audiendus Virgilius, qui mortem illius aliter quam extitit 4. Æn. narrat.

2 *Maurus.*	Et potitur captâ Maurus Iarba domo.	*Ouid. faſt. 3.*
3 *Procax.*	Sed furias fugiēs, atq; arma procacis Iarbæ.	*Auſonius.*
1 *Getulus.*	————captam ducat Getulus Iarbas	*Virg. Æn. 4.*
4 *Satus Am.*	Hic Ammone ſatus, raptâ Garamantide Nympha.	*ibid.*

IASON.

Filius fuit 1 Æſonis, regis 2 Theſſaliæ, ex Alcimede. Hic laudis, & gloriæ amore ingenti ſuccenſus, cum quinquaginta quatuor Heroibus 3 Pelaſgis, in Argonaue, quæ conſilio Palladis fuerat cōſtructa, in Colchos ſpe potiundi velleris aurei nauigauit. In inſula Lemno Hypſipylen vxorem duxit; quâ repudiatâ, Medeam veneficam, Æetæ regis Phaſidis filiam duxit; quâ paulò poſt dimiſſâ, in tertias nuptias cum Creuſa regis Corinthiorum filia conuolauit, ſed Medea furijs

amoris & iræ impulſa, Creuſam cum tota regia incendit, vlta 6 mariti crimen morte ſuorum etiam liberorum, quos miſerum in modum, ſpectante Iaſone, in partes cecidit. Epitheta autem habet Iaſon, ab 4 Æmo monte, & 5 Pagaſa oppido in Theſſalia. Vide Ouid. epiſt. 6. & 12. metamorph. lib 7. Senecæ Medeam, Stat. Theb. 5. Valerium Flaccum *totis* 8. libris, *quos de expeditione Colchica conſcripſit.*

1 *Æſonides.* Æſonides, dixi, quid agit meus? *Ouid. epiſt.* 5.
5 *Pagaſæus.* Phaſida puppe nouâ vexit Pagaſæus Iaſon. *idē epiſt.* 15.
1 *Æſonius.* Auteáque Æſonio terga petita duci. *idem am.* 1.
Clarus. Multáque perpeſſi claro ſub Iaſone. *idem met.* 7.
4 *Æmonius.* In caput æmonii iuuenis torquere parātes. *ibid.*
——— ———primæque ratis molitor Iaſon. *idem met.* 8.
1 *Æſone natus.* Et caſu ſolito formoſior Æſone natus
1. *formoſus.* Illâ luce fuit. *idem met.* 9.
3 *Pelaſgus.* Quod ſi fortè virū non dedignêre Pelaſgū. *idē epiſt.* 15.
2 *Theſſalus.* ———veſtris dux Theſſalus appulit oris. *Valer.* 5.
Candidus. ———Argonautas præter omnes candidum
Medea mirata ducem. *Hor. epod.*
————ſociósque appellat Iaſon
Efferus. Efferus. *Stat. Th.* 5.

Superbus. Trux. 6 Fallax. Magnanimus. Aſper. Perfidus. Audax. 2 Theſſalicus.

IASPIS. *V.* GEMMA. LAPILLVS.

Lapis eſt pretioſus, viridis, & tranſlucentis coloris. Dicitur 1 *Eoa, ab India, vbi frequens eſt.*

Fulua. ———illi ſtellatus iaſpide fuluâ
Enſis erat. *Vir. æneid* 4
Viridis. ———viridíque anguſtat iaſpide pectus. *Clau. pan.* 2.
Teres. Collectæ tereti nodantur iaſpide veſtes. *id. de rapt.* 2.
Præclara. ———præclara illic laudatur iaſpis.
1 *Eoa.* Electro pallens, & iaſpide clarus Eoa. *Stat. Th.* 4.

IBERIA. V. HISPANIA.

Venenorum ferax. Herbáſque, quas Iolcos, atque Iberia
Mittit venenorum ferax. *Horat. epod.*
Te non pauentis funera Galliæ,
Dura. Duræque tellus audit Iberiæ. *idem car.* 4.
Fera. ————quis feræ
Bellum curet Iberiæ. *idem ibid.*
Decolor. Decolor haſtatas effudit Iberia turmas. *Valer.* 6.

IBERI. *HISPANI.*

Extremi. ———extremos alter ſcrutetur Iberos. *Claudianus.*
Truces. Nos Celtas Macer, & truces Iberos. *Mar. epig.* 10

Feri. ——feros mouit Sertorius exul Iberos. *Lucanus 2.*
Duri. Nec licet ad duros Martem conuertere Iberos *ibid.*
Impacati. Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. *Virg. geo. 4.*

IBERVS, fluuius.

Fluuius eſt in Hiſpania, à quo & Hiſpania, & incolæ denominantur. Dicitur 1 diues, quod aliquibus in locis ramenta auri cum arenis voluat: & 2 Tarteſſiacus, ab vrbe Tarteſſo in Hiſpania.

2 Tarteſsiac. Ad Tarteſſiacũ venit Indus aquator Iberũ. *Sid. Apoll.*
Torrens. Poſt domitas gẽtes, quas torrẽs ambit Iberus. *Lucan. 7*
1 Diues. Lætus Arar, Rhodanúſque celer, & diues Iberus. *Claud.*

ICARVS.

Nota eſt fabula 1 Dædali, qui cum filio Icaro, alarum fiducia, quas humeris applicuerant, per aera fugit: ſed iuuenis monitorum patris immemor, altius dum volat, liquefactarum ſole plumarum compagine in mare decidit, cui nomen dedit. v. Ouid. met. 8. & lib. 2. de arte.

1 Dædaleus. Iam Dædaleo ocyor Icaro
Viſam gementis littora Boſphori. *Hor. car. 2.*
Audax. Audax Icario qui fecit nomina ponto. *Auſonius.*
Miſer. Hũc miſeri tumulo ponentẽ corpora nati. *Ouid. met. 8.*
Temerarius. Cum puer incautis nimiùm temerarius annis
Altius egit iter, deſeruítque patrem. *id. de arte 2*

ICTVS.

Ingens. ——ingentem nixu duplicatus in ictum
Corruit. *Stat. Th. 3.*
Vaſtus. Vaſtis tremit ictibus ærea puppis. *Virg. Æn. 5.*
Denſus. ————denſis ictibus Heros
Creber vtraq; manu pulſat, verſatq; Dareta. *ibid.*
Validus. ——validíque incudibus ictus
Auditi referunt gemitum. *Virg. Æn. 8.*
Creber. ——tum crebros enſibus ictus
Congeminant. *idem Æn. 12.*
Celer. Si ſubito medium celeri præciderit ictu. *Lucan. 3.*
Vehemens. Nimirũ quia cũ vehemẽti perculit ictu. *Lucret. 6.*
Grauis. ————————diuiſum graui
Ictu bipennis regium video caput. *Sen. Agam.*
Fortis. ————tum forti ſaucius ictu
Diſſiluit gelido vertex Oſſæus Olympo. *Cl. de rapt. 2.*
Rapidus. Illa volans humerũ rapido tranſuerberat ictu. *Silius 2.*
Crepitans. Suſtinet ingentes crepitantibus ictib⁹ haſtas. *Sil. 10.*
Ventoſus. Pãpineámq; quatit vẽtoſis ictibus haſtam. *Val. 2.*
Dirus. ——mens eſt, quæ diros ſentiat ictus. *Ouid met. 4.*
Suſpenſus. —aries ſuſpenſo fortior ictu—Incuſſus. *Lucanus 3.*

Acerbus. ——mente iacens, & acerbo ſaucius ictu. *Ouid. Pōt.* 1.
Et perrumpere amat ſaxa potentius
Fulmineus. Ictu fulmineo. *Hor. car.* 3.
Cruentus. ——iacuit conuulſa cruentis
Ictibus. *Stat. Th.* 7.
Lethifer. Dexteriore gena ſedit cui lethifer ictus. *Sil.* 7.
Lethalis. Victorē aggreditur, lethaliq; occupat ictu. *idem* 10.
————labefactáque tandem
Innumerus. Ictibus innumeris, adductaque funibus arbor
Corruit. *Ouid. met.* 8.

Durus. *Cæcus.* *Occultus.* *Obliquus.*
ſonorus. *Grandis.* *Feruidus.* *Anhelus.*

ICTVS CASSVS.

Caſſus. Quiſnam ad caſſos furor impulit ictus? *Sil.* 10.
Inualidus. ——ſenem inualido dependens prodidit ictu *ibid.*
Hebes. —hebeti pectus tantūmodo contudit ictu. *Ou. met.* 12.
Pectora tantis obſeſſa malis
Leuis. Non ſunt ictu ferienda leui. *Sen. Her. fu.*

Languidus. *Languens.* *Vanus.* *Imbellis.*

IDA.

Ida, mons 1 *Phrygiæ (cuius rex fuit* 3 *Dardanus) amœniſſimus: in eo Cybeles matris Deorum fiebant* 2 *ſacra.*

1 *Phrygia.* Et Phrygiæ ſeruant pice lentius Idæ. *Vir. Geor.* 4.
2 *Sacra.* Impleuitque ſacrā querulis vlulatibus Idā. *Ouid. epiſt.* 5
3 *Dardania.* ——Dardaniâ paſtor temerarius Idâ. *Stat. ſyl.* 1.
Gelida. Intereà gelidæ ſecretis partibus Idæ. *Cl. in Eutr.* 2.
Aquoſa. Nec quas Priamides in aquoſæ vallibus Idæ
Contulit. *Ouid. faſt.* 6.
Amœna. Dindymon, & Cybelē, & amœnā fontibus Idā. *id. faſt.* 4
Ardua. Ardua iamdudum reſonet tinnitibus Ida. *ibid.*
Frondoſa. Intextúſq; puer frondoſa regius Ida. *Virg. æneid.* 1.
Viridis. Viridem citus adit Idam properante pede
Chorus. *Catul.*
Nemoroſa. Eſt locus in mediis nemoroſæ vallibus Idę. *Ou. epiſt.* 15.
Celeberr. ————celeberrima fontibus Ida. *idem met.* 2.
Cliuoſa. Qualem cliuoſæ madidis in vallibus Idæ. *idem am.* 1.
Opaca. Dii temerè errabant in opacæ vallibus Idæ *idem faſt.* 5.
Alta. ——in altæ vallibus Idæ
Tres tibi ſe nudas exhibuere deæ. *idē epiſt.* 16

Cupreſſifera. *Humida.* *Vinoſa.* *Pinifera.*

IDA CRETÆ.

Mons in 1 Creta (cuius 1 Rex Minos) Curetum, & Idæorum Dactylorum inter ſe 3 areis clypeis, in honorem Opis, ſeu Cybelles concurſantium, celebratus.

1 *Cretæa.* Viderat Iaſium Cretæa diua ſub Ida. *Ouid. am. 3.*
——— ——— ———nec vllas
2 *Minoa.* Cyllene ſecreta tubas Minoaue curat
Ida. *Stat. Th. 7.*
3 *Ær. ſona.* ———æriſona volucer cum Dædalus Ida
Proſiluit. *Valerius 1.*

IDVME.

Idume ſeu Idumea, Regio palmarum vbertate nobilis.

Diues. ———arbuſto palmarum diues Idume. *Lucanus 3.*
Florens. ———dulce nemus florentis Idumes. *Stat. ſyl. 3.*
1 *Palmifera.* Palmiferâq; ſenex bellô domitabit Idumen. *Silius 3.*

IECVR.

Iecur, vel hepar in homine ſedes eſt bilis, & iræ.

Feruens. Feruens difficili bile tumet iecur. *Hor. Car. 1.*
Cum tibi flagrans amor & libido
Vlceroſum. Sæuiet circa iecur vlceroſum. *Ibid.*
Siccum. Quid referã quantũ ſiccum iecur ardeat ira. *Iuuen. ſat. 1.*
Aridum. ——— ———& aridum iecur
Amoris eſſet poculum. *Hor. Epod.*
Ægrum. ———ſed ſi intus, & in iecore ægro
Naſcuntur domini. *Perſ. Sat. 5.*

IEIVNIVM. *Vide* Fames.

IGNIS. *Vide* Flamina, Ardor, Æſtus, Fax, Focus.

Caute Epithetis vtêris: ſi enim naturam ignis expendas, dicetur leuis, ardens, liquidus, &c. ſi incendia templorum, ædificiorumque ſcribas: dic eum impium ſacrilegum, funeſtum. Si certaminibus, vrbiumque oppugnationibus adhibeatur, ſit ſulphureus, 1 ater, volans, piceus.

——— ———quæ tanta cauernas
Vulcanius. Vis glomeret? quo fõte ruat Vulcani⁹ ignis *Cl. de Rap. 1.*
Rapidus. Æſtuat, vt clauſis rapidus fornacibus ignis *Virg. geor. 4*
Edax. Omnia purgat edax ignis, vitiumque metalli
Excoquit. *Oui. faſt. 4.*
Ater. ———ſequar atris ignibus abſens. *Virg. æn. 4.*
Fumifer. ———fumiferos infert Mezentius ignes. *Virg. æn. 9.*
Ætneus, Me calor ætnæo non minor igne tenet. *Oui. Ep. 21.*
Sæuus. Nec franget poſtes nec ſæuis ignibus vret. *Oui. de a. 3.*
Rutilus. ———rutilis collucent ignibus ædes. *Oui. met 4.*

Rapax.	Vtque rapax ignis nō vnquā alimēta recuſat.	*Oui. met.* 8.
Auidus.	——auidis comprenditur ignibus agger.	*Oui. met.* 9.
Damnoſus.	Damnoſis vires ignibus aura dabat.	*Oui. faſt.* 4.
Accenſus.	Et nouus accenſo fungitur igne focus.	*Ibidem.*
Infenſus.	Hæc memorās prima infenſū vi corripit ignē	*Vir. æn.* 5.
Inimicus.	Fer ſtabulis inimicum ignem.	*Vir. geor.* 4.
Infandus.	——prohibe infandos a nauibus ignes.	*Virg. æn.* 1.
Sacrilegus.	Nec nos ſacri egos templis admouimus ignes.	*Tibul.* 3.
Sceleratus.	Flagrabant ſancti ſceleratis ignibus ignes.	*Oui. faſt.* 6.
Infeſtus.	Ferre nec infeſtos deerat furor improbus ignes.	*Val.* 2.
Coruſcus.	Signa dedit genitor tunc cū caput igne coruſco Contigit.	*Oui. faſt.* 6.
Impius.	Tēpla Iouis, quid enim hoc licitū, ferat impi⁹ ignis. ————————————ſæuior illo	*St. th.* 5
Lentus.	Qui falſum lento torruit igne bouem. ————————nec peredit	*Oui. triſt,* 3.
Celer.	Impoſitam celer ignis Ætnam.	*Hor. car.* 3.
Purus.	Ex vero ſi ſint igne puroque creatæ.	*Lucret.* 1.
Gratus.	——humilem grato calfacit igne focum.	*Oui. faſt.* 4.
Clarus.	Vtrumne clarus ignis, & nitidus ſtetit.	*Sen. œd.*
nitidus.	Rectuſque purum verticē cælo tulit.	*ibidem.*
Vagus.	Adde vagos ignes, tempeſtateſque volantes.	*Lucret.* 6.
Ferus.	——fragmenta ferus ſibi vendicat ignis.	*Ibid.*
Feruidus.	Aut feruida aliquis igne, vel ſaxo domet?	*Sen. œd.*
Volucer.	Ignis in æthereas volucer ſe ſuſtulit auras.	*Manil.* 1.
Liquidus.	Deuolet in terrā liquidi color aureus ignis	*Lucret.* 6.
Siccus.	Quæ lacerū corpus ſiccos effundat in ignes.	*ibid.*
Calidus.	Denique iam calidos ignes, gelidamque pruinam.	*ibid.*
Tremulus.	Iamque rubrū tremulis iubar erigere ignibus alte.	*ibid.*
Volans.	Vnde volans ignis peruenerit.	*ibid.*
Leuis.	Igne leui ceræ matutinæque pruinæ.	*Oui met.* 3.
Nitidus.	————nitidos vertantur in ignes.	*Ouid. met.* 8.
Subtilis.	Hunc tibi ſubtilem cum primis ignibus ignem Conſtituit.	*Lucret,* 6.
Serpens.	——————ſerpentes pectora circum Feſtinant gelidis reſtinguere fontibus ignes.	*Sil.* 16.
Sulphureus	————nam pinguibus ignis Affixus tædis, & tecto ſulphure viuax,	*Lucan.* 3.
Viuax.	Spargitur.	
Peſtifer.	————nam poſtquam peſtifer ignis Conualuit.	*Oui. met.* 8.

Bitumine paſtus. *Mobilis.* *Sopitus.* *Pugnax.*
Suppoſitus cineri. *Magnus.* *Ingens.* *Acer.*

IGNIS FVLMINEVS.

Vide. Fax. Flamma. Telum. Fulmen.

Ignis Iouis. ——maneat rapido firmius igne Iouis. *Oui.triſt.4.*
Fulmineus. Et qui fulmineo ſæpe ſine igne tonat. *Oui.Pōt.2.*
——————namque Dieſpiter
Coruſcus. Igni coruſco nubila diuidens
Plerumque per purum tonantes
Egit equos volucremque currum. *Hor.car.1.*
Rutilus. Aut rutilo miſſi fulminis igne cremer. *Ouid.ep.3.*
Sæuus. ——ſæuis compeſcuit ignibus ignes. *Oui.met.2.*
Triſulcus. Ille pater, rectorque deûm, cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt. *Oui.met.2.*
Ætnæus. Et rapidum Ætnæo fulgur ab igne iacit. *Ouid.faſt.1.*
Rapidus. Explicat, vt cauſas rapidi Lucretius ignis, &c. *Oui.tri.2.*
——affectantes cæleſtia regna Gigantes
Nubifer. Ad Styga nubifero vindicis igne datos. *Ouid.pōt.4.*
Vt Macedo rapidis icta eſt cum coniuge flammis.
Æthereus. Sic precor æthereo vindicis igne cadas. *Oui.in Ibid.*
Cæleſtis. ————cæleſtique ocyor igne
Afforet increpitans. *Stat.th.11.*
Tergeminus. Imbriferas hyemes opus, aut Iouis ignem
Tergeminum, &c. *Stat.ſyl.1.*
Supernus. ——ſed ne precor igne ſuperno
Æſtuet *Stat.ſyl. 1.*
Malus. Seu Iouis igne malo, ſeu iam radice ſoluta
Deficit. *Stat.ſyl.5.*
Sacer. Menteſque noſtras ignibus terret ſacris. *Sen. Octa.*
Infeſtus. Me reor infeſto cum tonat igne peti. *Ouid.triſt.1*
Creber. ——crebris micat ignibus æther. *Vir.an.19.*
Eliſus ————medios violentus in hoſtes
nubibus. Fertur, vt excuſſis eliſus nubibus ignis *Oui.met.8.*
Abruptus Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes
Concurſant. *Lucretius 2.*

Trifidus. *Tremendus.* *Vltor.* *Vindex.*

IGNIS pro ira, & furore 1 Vaticinantium.

Truculētus. Ardent minaces igne truculento genæ. *Sen. œd.*
Cæcus. Cæcus eſt ignis ſtimulatus ira. *Sen. Med.*
Terribilis. Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis. *Silius 6.*
Sæuus. ——ſæuos irarum concipit ignes. *Val.1.*
1 *Magnus* ——magnoque exæſtuat igne

Iratum, te Phœbe, ferens *Lucanus 5.*

1 *Æthereus.* Quæ ſimul æthereos animo conceperat ignes
Ore dabat pleno carmina vera deo. *Ouid faſt. 1.*

Incluſus. Pectoráque incluſis ignibus vſta dolent. *Ouid. Ep 8.*

Arduus. ——his arduus ignis
Palpitat. *Stat. th 12.*

IGNIS. AMOR.

Vide Cupido. Cura Fax. Flamma. Vulnus. Sagitta. Telum.

Mutuus. Amare diſcat, mutuos ignes ferat. *Sen Hip.*

Maritus. ——expertem thalami, crudumque maritis
Ignibus, ante diem cupido violauit amore. *Stat. th. 7.*

Pudicus. ——hortantur pietas, ignesque pudici. *Stat Th. 12.*

Et qui furentes ſemper Ætnæis iugis

Paruus. Verſat caminos, igne tam paruo calet. *Sen. Hip.*

Nouus. Irriguit, totiſque nouum bibit oſſibus ignẽ *Sta. Ach. 1*

Inſolitus. Hauſerat inſolitos promiſſę virginis ignes. *Cl. de nup. ho.*

Blandus. ——blandos paulatim colligit ignes. *Valerius 2.*

Ignotus. Virginum ignoto ferit igne pectus. *Sen. Hip.*

Furtiuus Labitur rotas furor in medullas

populãs ven. Igne furtiuo populante venas. *Ibid.*

Sacer. ——ſacer eſt ignis, credite læſis.

Potens. Nimiumque potens. *Ibidem.*

Gliſcens. Ignis Alexandri Phrygio ſub pectore gliſcens. *Lucret. 1.*

Tectus. Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni. *Oui. met. 3.*
——humor, & in genas
Furtim labitur arguens

Lentus. Quam lentis penitus macerer ignibus. *Hor. car. 1.*

Cæcus. Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. *Virg. æn. 4.*

Auidus. —— noſtrâs auido fouet igne medullas. *Ouid. Ep. 4.*

Ferus. Omnia feciſti ne te ferus vreret ignis. *Ou. d. r. a. 1.*

Validus. Concipit interea validos Æetias ignes. *Oui. met. 7.*

Violentus. ——violentior ignis ad oſſa
Peruenit. *Ibid.*

Celatus. Littera celatos arcana fatebitur ignes. *Oui. met. 9.*

Stultus. Conſiliique inopes, & ſtultos excutis ignes. *Ibidem.*
——at virgo Cynireia peruigil igne

Indomitus. Carpitur indomito. *Ou. met. 10*

Magnus. Et multo mihi maior, acriorque
Ignis mollibus ardet in medullis. *Catull.*

Acer. Vror enim, læſuſque exæſtuat acrior ignis. *Oui met. 13.*

Inconceſſus. ——inconceſſiſque puellas
Ignibus, attonitas meruiſſe libidine pœnam. *Oui. me. 10.*

Furialis. Interea iuuenis furiales regius ignes
Concipit, & cæco raptus amore furit. *Ou. faſt.2.*
Quæcumque domat Venus
Erubeſcẽdus. Non erubeſcendis adurit
Ignibus. *Hor. Car. 1.*
Nefandus. Perge, & nefandis verte naturam ignibus. *Sen. Hip.*
Illicitus. Illicitos ignes iam fouet ipſa parens. *Cl. Epig.*
——————fluxa voluptas
Impurus. Defluat impuro feruefcat, vt igne libido. *Prud Ham.*
Sæuus. Quod ſi cæcus amor, ſæuuſq; acceſſerit ignis. *Val. 6.*
Tepidus. ——tepidos ignes ſub pectore ſenſit. *Oui. met. 11.*
——pectus inſanum vapor
Per venas Amorque torret, intimas ſæuus vorat
means. Penitus medullas, atque per venas means
Merſ. viſcer. Viſceribus ignis merſus, ac venis latens
Venis latens. Vt agilis altas flamma percurrit trabes. *Sen. Hip.*
Agitatus. ——arſerunt agitati fortius ignes. *Oui. met. 6.*
Latens ——————peſtemque latentem
oſſibus. Oſſibus, atque imi monſtrabat pectoris ignem. *Val. 7*

IGNIS SACRIFICVS.

Vide Ara. Altare. Hoſtia. Victima. Sacrum.

Dicitur ignis Panchæus à Panchaia 1 regione Arabiæ, vnde Thus aduehitur.

——————largo ſacer
Sacer. Splendeſcat ignis thure. *Sen. Her. œt.*
Thuricrem⁹. Votáque Thuricremos non irrita fudit in ignes. *Luc. 9.*
Sanctus. Neue inter ſanctos ignes in honore deorum,
Hoſtilis facies occurrat, & omina turbet. *Virg. æn. 3.*
Feſtus. ——feſtos cumulare altaribus ignes. *Stat. ſyl. 4.*
Odoratus. Placat odoratis herboſas ignibus aras. *Oui. met. 15.*
Fauſtus. Ecce merũ nutrix fauſtos diſtillat in ignes. *Ouid. ep. 18.*
Solennis. Micaque ſolenni thuris in igne ſonet. *Ouid. triſt. 3*
Pius. Quodque pio fuſum ſtridat in igne merum *Oui. triſt. 5.*
1 Panchæus. ——Panchæis adoleſcunt ignibus aræ. *Virg. geo. 4.*

IGNIS VESTALIVM.

Apud Iacobum Pontanum è ſocietate Ieſu. Præter ignem illum Veſtalium, quem inextinctum ſeruare debebant, niſi verberibus vellent multari, inuenimus & alios perpetuos, 1 ac peruigiles ignes, vt in Poltadis Mineruæ templo in Attica, apud Delphos, apud Perſas, & alibi. *Porro ignis Veſtalium dicitur Troicus quod eum è 2 Troia extulerit in Italiam Æneas.*

Inextinct?. Ignis inextinctus templo celatur in illo. *Oui.faſt.6.*
Sanctus. Flagrabant ſancti ſceleratis ignibus ignes. *Ibid.*
——Veſtamque potentem
Æternus. Æternumque adytis effert penetralibus ignẽ *Vir.æn.7.*
2 Troicus. ——an tacitâ vigilet face Troicus ignis. *Stat ſyl.1.*
1 Vigil. Centum aras poſuit, vigilemque ſacrauerat ignem
Excubias diuûm æternas *Vir.æn.4.*

IGNIS ROGALIS.

V. Rogus. Fax. Flamma. Funus. Exequiæ.

Ignis eſt quo defunctorum corpora, more Romanorum antiquitus comburebantur.

Rogalis. ——hæc igne rogali ——Fulgurat. *Stat.Th.1.*
——portat hunc æger parens
Supremus. Supremum ad ignem. *Sen.œd.*
Niger. Nigrorumque memor dum licet ignium. *Hor.car.1.*
Coniugis Euadne miſeros elata per ignes. *Prop.1.*
Auarus. —— has omnes ignis auarus habet. *Prop 2.*
Funeſtus. Exuuias, pictáſque togas, funeſtoq; intulit igni. *Luc.9.*
————ſed non capit ignis
Inuidus. Inuidus, atque arctę deſunt in munera flãmę. *Stat.ſyl.2.*
Feralis. Viuumque trepidat igne ferali pecus. *Sen. œd.*
——nulla impia monſtra
Pius. Si demus pius ignis edat. *Stat th. 9.*
Arduus. Vix famuli, comiteſque tenent, vix arduus ignis
Summouet. *Stat.ſyl. 3.*
Funereus. Inimicus.

IGNIS, de ſyderibus.

Ignis de ſyderibus, 1 cometiſque item, & de æſtu 2 Caniculæ vſurpatur.

Æterni. Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum
Teſtor numen ait. *Virg.æn.2.*
Nocturni. Poſtera nocturnos aurora remouerat ignes. *Oui met.4.*
Vagi. ——nox victa vagos
Contrahit ignes. *Sen Her.fur.*
Phœbei. ——Phœbeos ſummouet ignes. *Ouid met. 5.*
Tremuli. Iamque rubrum tremulis iubar ignibus erigere alte
Iam cœperat natura. *Lucret.4.*
2 Lethiferi. ——lethiferos accendit Sirius ignes. *Sil.16.*
1 Sanguinei. Præceps ſanguineo delabitur igne cometes
Prodigiale rubens. *Cl.de rap.1.*
Iucundi. Heſpere qui cælo fertur iucundior ignis. *Catull.*
Blandius elato ſurgant temone iugales
Roſei. Efflantes roſeum frenis ſpumantibus ignem. *Cl.pan.5.*

Æthereos

Ætherei. ———æthereos oſtendit noctifer ignes. *Catull.*
2 *Æſtiui.* Tu quoque, qui æſtiuos ſpatioſiùs exigis ignes,
Phœbe, moraturæ contrahe lucis iter. *Propert. 3.*
————poſitiſque ſub ignibus Indos
Sydereis. Sydereis tranſit. *Ouid. met. 1.*
Nitidis. *Purpurei.* *Matutini.* *Perpetui.*

IGNIS, *MORBVS.*

Non rectè Seruius ignem ſacrum, quem nos vulgò dicimus ignem ſancti Antonij, morbum ſacrum appellauit: morbus enim ſacer apud probos authores morbus Herculeus, ſeu vulgò morbus caducus, eſt.

Sacer. ——contactos artus ſacer ignis edebat. *Virg. Geor. 3.*
Serpens. Exiſtit ſacer ignis, & vrit, corpore ſerpens,
Quācúmq; arripuit partē, repítq; per artus. *Lucret. 6.*

ILEX.

Vide QVERCVS.

Arbor eſt glandifera, accedens ad quercum, cum quâ communia habet epitheta.

Caua. Sepè ſiniſtra cauâ prædixit ab ilice cornix. *Virg. Ecl. 1.*
Nigra. Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas. *idem Ecl. 6.*
Arguta. Fortè ſub arguta conſederat ilice Daphnis. *idem Ecl. 7.*
Frondens. —viridē Æneas frondēti ex ilice metā, *&c. idem Æn. 5.*
Opaca. Talis erat ſpecies auri frondentis opacâ
Ilice. *idem Æn. 6.*
Ramoſa. ———ramoſâ numerabis in ilice frondes. *Ou. de ar. 3.*
Alta. ————altâque virentem
Ilice detraxit virgam. *idem met 11.*
Denſa. ————denſâ niger ilice lucus. *idem faſt. 2.*
Antiqua. Libet iacere modò ſub antiqua ilice. *Hor. epod.*
Procera. ———hederâ procera aſtringitur ilex,
Adhærens brachiis. *ibid.*
Nodoſa. Procumbunt orni, nodoſa impellitur ilex. *Lucanus 3.*
Vmbroſa. ——vmbroſā quicúmque ſub ilice lentas
Paſcit oues. *Calph. Ecl. 1.*
Patula. Torrentem patulâ vitabant ilice ſolem. *Nemeſ.*
Curu. glād. ————curuatáque glandibus ilex. *Ou. met. 10.*
Littorea. Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus. *Virg. Æn. 3.*
Viridis. Flauáque de viridi ſtillabant ilice mella. *Ouid. met. 1.*

ILIA.

Ilia, ſeu 1 Syluia, filia 2 Numitoris, Virgo 3 Veſtalis, quam compreſſit 4 Mars Deus, & ex ea Remum, & Romulum, germanos, vrbis, & imperij 5 Romani fundatores, ſuſcepit. Hiſtoriam vide apud Ouid. faſtor. 3. *ſtatim ab initio. Dicitur Dardana, à rege 6 Troiano-*

rũ 7 Dardano, è cuius ſanguine per Æneam & Iulum, Syluia orta erat.

——— inuiſum nepotem,

6 Troïca Sacerdos. Troïca quem peperit Sacerdos,
Marti redonabo. *Hor. car. 3.*

Regina. ——— donec regina Sacerdos
Marte grauis geminã partu dabit Ilia prolẽ. *Virg. Æn. 1.*

5 Romana. Tum quoque inermis eras, cùm te Romana Sacerdos
Cepit. *Ouid. faſt. 3.*

7 Dardana. ——— niſi Dardana furto
Cepiſſet Martẽ, nec me prohibẽte Sacerdos *Stat. ſyl. 1.*
——— ſic victa ſopore doloſo

4 Martia. Martia fluminea poſuit latus Ilia ripâ. *ibid.*

1 Syluia. Syluia Veſtalis cæleſtia ſemina partu

3 Veſtalis. Ediderat, patruo regna tenente ſuo. *Ouid. faſt. 2.*

2 Sata Nu. Ilia cum Lauſo de Numitore ſati. *idem faſt. 3.*

Diua. Quæque colunt thalamos, Ilia diua, tuos. *idem faſt. 2.*

ILIVM. *ILIOS.*

Vide TROIA.

Ipſa eſt ciuitas Trojanorum; nam ipſa Troja regio eſt: inuicem tamen confunduntur. Hic ignis (qui deinde Romam, exciſo Ilio, in Italiam ab Ænea delatus eſt) ſummâ curâ aſſeruabatur. Hinc Ilium vocatur propter religionem 1 domus Deûm.

1 Dom⁹ deûm. O patria! ô Diuûm domus Ilium, & inclyta bello

Inclytum. Mœnia Dardanidum! *Virg. æn. 2.*

Superbum. ——— ceciditque ſuperbum
Iliũ, & omnis humo fumat Neptunia Troja *Virg. Æn. 3.*

Altum. —apud rapidum Simoenta, ſub Ilio alto. *idem Æn. 5.*
——— poſtquam alta cremata eſt
Ilios, & Danaas pauerunt Pergama flãmas. *Ou. met. 14.*

Ingens. ——— iacet Ilion ingens,
Euentúque graui finita eſt publica clades. *idẽ met. 13.*

1 Sacrum. Et pugnata ſacro bella ſub Ilio. *Hor. car. 3.*

ILLECEBRÆ.

Vide DOLVS. FRAVS.

Doloſæ. ——— amicta doloſis
Illecebris, toruos auro circumlinit hydros. *Cl. de lau. St.*

Laſciuæ. Laſciuas vitæ illecebras guſtatus amaræ. *Prud. Pſych.*

Dulces. Dulcibus illa quidem illecebris, &c. *Virg. Geor. 3.*

IMAGO.

Eſt imago, ſimulachrum, exemplum, aut repræſentatio cuiuſcúnque rei; vocis putà, & faciei humanæ, in Echo, Pſittaco, & ſpeculo. Pro vmbris mortuorum frequens eſt. Sumit autem epitheta

ab ijs rebus, quæ per eam ſignificantur: à materia item, ex qua conficitur.

Mœſta. ——————præfertur imagine mœſta,
Quæ victrix templis debita laurus erat. *Ou. ad Liu.*
Puerilis. Plura loquebatur placidè puerilis imago. *id. de re. a.* 2.
——————fortunatúmque ſororis
Pulchra. Cõiugiũ, pulchráq; Deũ ſub imagine ponit. *idē met.* 2.
Regalis. ——————Iouis eſt regalis imago. *idem met.* 6.
Nec lites tetricas, forúmque triſte
Superba. Noſſemus, nec imagines ſuperbas. *Mar. epig.* 5.
Priſca. Neſcit amor priſcis cedere imaginibus. *Propert.* 1.
Pallida. ——————cùm pallida nudis
Oſſibus horrorem dominis præberet imago
Decolor. Decolor. *Cl in Eutr.* 1.
Cerea. An quæ mouêre cereas imagines. *Horat. epod.*
Aurea. Aurea ponetur mali fœlicis imago. *Ou. epiſt.* 19.
Triſtis. Æquora me terrent, & ponti triſtis imago. *idem met.* 11.
Vera. Ficta. Aſpicias, fictáq; probes ab imagine verã. *idem met.* 14
——————& Sileni patris imago
Fictilis. Fictilis. *Propert* 3.

IMAGO, de faciei, & vocis repercuſſione.

Loquax. ——————loquax humanæ vocis imago. *idem am.* 2.
Iocoſa. Quem virum, cuius recinet iocoſa
Nomen imago. *Hor. car.* 1.
Repercuſſa. Iſta repercuſſę quã cernis imaginis vmbra eſt. *O. met.* 3.
Blanda. Errorem blandis tardat imaginibus. *Propert.* 1.

IMAGO, de ſomniis, & vmbris mortuorum.

Me patris Anchiſæ, quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt,
Turbida. Admonet in ſõnis, & turbida terret imago. *Virg. Æn.* 4.
——————an vitiis carentem
Ludit imago. *Horat.*
Vana. Vana, quæ portâ fugiens eburnâ
Somnium ducit. *Hor. car.* 3.
Et cùm te fuſco ſomnus velauit amictu,
Nocturna. Vanum nocturnis fallit imaginibus. *Tibul.* 3.
Falſa. Quid gnatum toties crudelis tu quoque falſis
Ludis imaginibus? *Virg. Æn.* 1.

Horrida. Leuis. Tenuis. Inanis.
Pallida. Exanguis. Cærulea. Triſtis.
Vaga. Dira. Feralis. Nigra.

IMBER.

Vide Aqva, pro imbre.

Largus. Quíq; ſatis largũ cęlo demittitis imbrem. *Virg.Geor.* 1.
Ater. Cęruleâ glacie cõcreta.atq; imbribus atris. *ibid.*
Frigidus. Frigidus agricolã ſi quãdo cõtinet imber. *ibid.*
Dẽſiſſimus. —ingeminãt Auſtri, & denſiſſimus imber. *ibid.*
Effuſus nubibus. ———vt æſtiuis effuſus nubibus imber
Erupêre. *Vir. Geor.* 4.
Actus cælo. Aut actũ cælo magnis Aquilonibus imbrẽ. *ibid.*
Effuſus. ————effuſos munimen ad imbres. *ibid.*
Hibernus. ———hibernus agit de montibus imber. *Vir.Geor.* 4.
Inimicus. Accipiũt inimicũ imbrẽ, rimíſq; fatiſcunt. *idem an.* 1.
Caruleus. ———cæruleus ſupra caput adſtitit imber. *idem ap.* 3.
————————ruit æthere toto
Turbidus. Turbidꝰ imber aquæ, dẽſíſq; nigerrimꝰ Auſtris. *id.an.* 5.
Nimius. ————nimius modo corripit imber. *Ouid.met.* 5.
Pluuius. ———à pluuio vendicar imbre tholus. *idem faſt.* 6.
Edax. Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Poſſit diruere. *Hor.car.* 3.
Magnus. ————magno turbidus imbri
Molibus incutrẽs validis cũ viribꝰ amnis. *Lucret.* 1.
Intẽpeſtiuus. Intempeſtiuis ex imbribus humida tellus. *idem* 2.
Grauis. —concuſſu ſequitur grauis imber, & vber. *idem* 6.
Vehemens. Sed vehemens imber fit. *ibid.*
Denſus. —denſis fremuit niger imbribus Auſter. *Lucan.* 9.
Arctous. ———Arctoos raris Aquilonibus imbres
Accipit. *ibid.*
Deciduus. Deciduo grauis imbre pluit. *Prud.Cath.*
Maximus. Maximꝰ agricolis, pelagóq; parabitur imber. *Vir.an.* 1.
Gelidus. *Vagus.* *Tumidus.* *Inſanus.* *Spumeus.*
Nimboſus. *Subitus.* *Præruptus.* *Niger.* *Repentinus.*

IMBER AGRIS VTILIS.

Vide Plvvia.

Vtilis. Iuppiter vtilibꝰ quoties rigat imbribꝰ agros. *Ou.pont.* 1
Lætus. Iuppiter, & læto deſcẽdit plurimus imbri. *Virg. Ecl.* 7.
Largus. Quíq; ſatis largũ cęlo demittitis imbrem. *idem geor.* 1.
Fæcundus. Tũ pater omnipotẽs fœcũdis imbribꝰ æther, &c. *id g.* 2
——————ipſe feraces
Amicus. Figat humo plãtas, & amicos irriget imbres. *idẽ geor.* 4.

IMBER. *LACHRYMÆ.*

Tepidus. Spargebar tepido flebilis imbre ſinus. *Ouid. am.* 3.
Mæſtus. Inque ſinum mœſtæ labitur imber aquæ. *idem triſt.* 4.

Honeſtus. ——tunc ora rigantur honeſtis
Imbribus, & teneros lachrymæ iuuêre parētes. *St.Th.2.*
Largus. —largis tunc imbribus ora madeſcunt. *Cl.de rap.3.*
Triſtis. *Flebilis.* *Tener.*

IMPERIVM. *REGNVM.*

Regium. ——regium imperium pati
Aliquando diſcat. *Sen.Med.*
——cùm me complexus euntem
Magnum. Mitteret in magnum imperium. *Vir.aneid 11*
Excelſum. Imperia ſic excelſa fortunæ obiacent. *Sen. OEd.*
Sine fine. Imperium ſine fine dedi. *Vir.æneid.1.*
Diuóſque, mortaléſque turmas
Æquum. Imperio regit vnus æquo. *Hor.car.3.*
——ſocer arma Latinus habeto,
Solenne. Imperium ſolenne ſocer. *Vir.æneid.12*
——ô qui res hominúmque, deûmque
Æternum. Æternis regis imperiis, & numine firmas! *idem æn.1.*
Regale. *Superbum.* *Sublime.* *Potens.*

IMPERIVM. *POTESTAS. Iuſſum.*

Durum. Imperia dura tolle, quid virtus erit? *Sen.Her.fu.*
Iniquum. Æquum, atque iniquū regis imperiū feras. *idem Med.*
Acre. ——non impulit acri
Imperio. *Prud.Ham.*
Incruětum. Et incruentum mitis imperium gerit. *Sen.Her.fu.*
Molle. Circa luſtra decem flectere mollibus
Iam durum imperiis. *Hor. car.4.*
Sæuum. *Cruentum.* *Lene.* *Violentum.*

IMPETVS.

Celer. ——celeri volat impete labens. *Lucret.6.*
——mox in ouilia
Viuidus. Demiſit hoſtem viuidus impetus. *Hor.car.4.*
——vt barbarorum Claudius agmina
Vaſtus. Ferrata vaſto diruit impetu. *ibid.*
Acer. Poſt vbi cômouit vis eius, & impetus acer. *Lucret. 6.*
Amens. ——cadat impetus amens,
Perdant velle mori. *Lucanus 4.*
Demens. ——compeſce dementem impetum. *Sen.Her.fu.*
Violentus. ——mitte violentum impetum
Doloris. *idem Theb.*
Furibūdus. ——ſiſte furibundum impetum. *idem Hip.*
Ferox. Victor feroces impetus primos habet. *Sen.Tro.*
Furialis. ——ſiſte furialem impetum,

	Alumna.	*Sen. Med.*
Effrænus.	———————currus effreno impetu	
[*tus.*	Effugit alacrem.	*Sen. Agam.*
Inauſpica-	Non auſpicatos contudit impetus.	*Hor. car. 3.*
Rapidus.	Dum fertur rapido impetu.	*Prud. de cor.*
Sæuus.	Nec ſæuus Arcturi cadentis Impetus.	*Hor. car. 3.*
Ferus.	Tandem laſſa feros induat impetus Sicci progenies impia Tantali.	*Sen. Thyeſt.*
Inanis.	———————————vaneſcit inanis Impet⁹, & fractæ redeūt in clauſtra procellæ.	*Cl. de Rap. 1.*

Impius. Horribilis. Magnanimus.
Sceleratus. Cæcus. Validus.

INANE, pro aere.

Magnum.	Namque canebat vti magnum per inane coacta Semina, terrarūq; animæq; mariſq; fuiſſēt.	*Virg. Ecl. 7.*
Profundū.	Reddita corporib⁹ primis per inane profūdū.	*Lucret. 2.*
Longum.	Ante leui iaculo longū per inane ſecutus.	*Virg. Æn. 12.*
Vacuum.	Tū lapis ipſe viri vacuū per inane volutus.	*ibid.*

INCENDIVM.

Vide IGNIS. FLAMMA. FAX.

Dirum.	Diráq; Romanis portantē incendia tectis.	*Stat. ſyl. 4.*
Atrum.	Fumid⁹ atra vadis Phlegetō incēdia voluit.	*idem Th. 4.*
Clarum.	————dant clara incendia lucem.	*Virg. Æn. 2.*
Aſperum.	Vnde metus, æſtūſque mihi, quæque aſpera mater Perpetior duræ iamdudū incendia mentis.	*Valerius 7.*
Sæuum.	Quis Deus, ô Muſæ, tam ſæua incendia Teucris Auertit.	*Virg. Æn. 9.*

Impium. Ætnæum. Vulcanium.
Vagum. Triſte. Magnum.

INCEPTVM.

Vide FACTVM AVSVM.

INDIA. INDI.

Regio 1 Orientalis, in Aſia 2 extrema: illic binæ æſtates, cæli temperies gratiſſima, aquarum vbertas, frugum, 3 odorúmque variorum fœlix copia. Qui plura deſiderarit, legat Pomponium Melam, in proprio capite. Dicuntur autem Indi Memnonij, vel à 4 Memnone, Indiæ rege, qui atro, & fuſco erat colore, vel ab ipſo colore nigro, qui apud Ouid. de Ponto 3. *vocatur Memnonius. Indi enim ſunt 5 nigri, propter nimium ſolis 6 ardorem, quem ibi habent torrentiſſimum. Seneca Indiam vocauit 7 Thyrſigeram, quòd eam debellarit Bacchus.*

5 *Decolor.* Decolor extremo quà cingitur India Gāge. *Ouid. met. 4.*

6 *Toſta.* Solus in Libya, Indiáue toſta,
Cæſio veniam obuius leoni. *Catul.*
——————intactis opulentior
3 *Diues.* Theſauris Arabum, & diuitis Indiæ. *Hor. car. 3.*
2 *Terra vlt.* Magna viri merces, parat vltima terra triũphos. *Prop. 3.*
7 *Thyrſigera.* Et tu Thyrſigera Liber ab India,
Intonſa iuuenis perpetuum coma. *Sen. Hip.*

Terra 1 *Eoa.* 1 *Eous orbis.* 4 *Regna Memnonia.*

INDI. *Vide,* INDIA, *ſuprà.*

5 *Fuſci.* Illi ſint comites fuſci, quos India torret,
Solis & admoris inficit ignis equis. *Tibul. 2.*
4 *Mẽnonij.* Non hîc Memnonios canemus Indos. *Sid. Apoll.*
1 *Eoi.* Pſittacus Eois ales mihi miſſus ab Indis. *Ouid. am. 2.*
Nudi. —flamma propiore nudos—Inficit Indos. *Sen. OEd.*
5 *Nigri.* Nauigat a rubris & niger Indus aquis. *Mar. epig. 7.*
——— Siue ſubiectos Orientis oræ
Seras & Indos. *Hor. car. 1.*
5 *Diſcolores.* Vſtus & Eoa diſcolor Indus aqua. *Propert. 4.*
3 *Dites.* Arma De' Cæſar dites meditatur ad Indos. *idem 3.*
2 *Extremi.* Siue in extremos penetrarit Indos. *Catul.*
6 *Sitientes.* Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos
Ardebat cælo. *Virg. Geor. 4*
5 *Colorati.* Vſque coloratis amnis deuexus ab Indis. *ibid.*
3 *Odorati.* Qualis odoratis deſcẽdens Liber ab Indis. *Silius 17.*
2 *Longinqui.* Quod ſi longinquos retineret miles ad Indos. *Propert. 2*
——— ————poſitóſque ſub ignibus Indos
Sydereis tranſit. *Ouid. met. 1.*
5 *Obſcuri.* Et Mauri celeres, & Mauro obſcurior Indus. *Iuu. ſat. 15.*
3 *Thuriferi.* 5 *Rubri.* 3 *Odoriferi.* 2 *Ignoti.* 6 *Peruſti.*

INFERI. *Vide* TARTARVS.

Præcipites. Quâ ſpe præcipites actus ad inferos
Audax ire vias irreuocabiles. *Sen. Her. fu.*
Triſtes. ————————triſtibus inferis
Proſpectus pateat. *ibid.*

INFERIÆ. *V.* FVNVS. EXEQVIÆ. HONOR.

Inferiæ, *authore Seruio*, ſunt ſacra mortuorum, quæ inferis ſoluuntur.

Miſeræ. Aduenio has miſeras fratris ad inferias. *Catullus.*
Triſtes. Tradita ſunt triſtes munera ad inferias. *idem.*
————dabimus ſolatia dignis
Æternæ. Luctibus, æternáſque vltro ſacrabimus vmbris
Inferias. *Stat. ſyl. 3.*

INFVLA.

Infula (*inquit Seruius ad* 10. *Æneid.*) eſt faſcia, in modum diadematum, à qua dependent vittæ ab vtráque parte.

Longa. Ambiat vt fuluas infula longa comas. *Ouid.pont.*3

Candida. Infuláq; in geminos diſcurrat cādida poſtes. *Lucanus* 2.

Sacrata. Sed cur ſacratas diripis capiti infulas? *Sen.Agam.*

Torta. Interea dū torta vagos ligat infula crines. *Pru. in Sym.*

Lanea. Lanea dum niueâ circundatur infulâ vittâ. *Vir. æneid.*3.

Alba. Albaq; puniceas inter micat infula vittas. *Stat.Th.*4.

INGENIVM OPTIMVM.

Experiens. ———ingenii eſt experientis amor. *Ouid.am.*1.

At fides, & ingeni

Benignum. Benigna vena eſt. *Hor.car.*2.

Rapidum. ————————rapido feruentius amni

Feruens. Ingenium. *idem ſat.*1.

Forte. Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris. *Ou.epiſt.*18.

Capax. Eximiam natura dedit linguámque, capáxque

Ingenium, volucrémque animum. *Manil.* 1.

Celeſte. Ingenium cæleſte ſuis velocius annis

Surgit. *Ou.de arte* 1.

————————capitale vocamus

Solers. Ingenium ſolers. *idem faſt.* 3.

Diues. Diuitis ingenij eſt immania Cæſaris acta

Condere. *idem triſt.*2.

Venerabile. ————————————venerabile ſoli

Sortiti ingenium, diuinorúmque capaces. *Iuuen.ſat.*15

Candidum. Contráque lucrum nil valere candidum

Pauperis ingenium. *Hor.epod.*

Grande. ————————grande doloris

Ingeniū eſt, miſeriſq; venit ſolertia rebus. *Ouid.met.*6.

Ingens. ————————at ingenium ingens

Inculto latet hoc ſub corpore. *Hor.ſat.*1.

Superbum. Blanditiis facilè ingeniū ſregêre ſuperbū. *Lucret.*5.

Nitens. ——————mačte, oro, nitenti

Ingenio, curâque, puer. *Stat.ſyl.*1.

Dulce. O dulce inuicti Principis ingenium! *Mar.de ſpec.*

Præclarum. Per quam præclarum plus micat ingeniū. *Cornel.Gal.*

Rectum. Ingenia meliùs recta ſe in laudes ferunt. *Sen. Hip.*

Velox. Ingenium velox, audacia perdita. *Iuuen ſat.*1.

————————————tuáſque

Vber. Ingenio laudes vberiore canunt. *Ouid.triſt.*2.

Fœlix. ——————fœlicibus inde

	Ingeniis aperitur iter.	*C.de la.Si.2.*
Mite.	———————ego mite parentis	
	Ingeniũ verbis ad publica cõmoda moui.	*Ouid.met.13*
Lætum.	Qui lętũ ingeniũ,moreſ qui diligit ęquos.	*Auſon.paret.*
Molle.	Ingenium nobis molle Thalia dedit.	*Ouid.epiſt.21*
Purum.	Ingenium purum,ſapiens,ſubtile,ſerenum,	
	Nobile,ſollicitũ,velox,agitabile,acutum.	*Prud. Ham.*
Docile.	*Diuinum. Fertile. Acre. Acutum.*	
Liberale.	*Sydereum. Pudicum. Caſtum. Feruidum.*	
Magnum.	*Mobile. Celere. Præſtans. Excelſum.*	
Sublime.	*Cultum. Dædaleum. Perſpicax. Natum in laudes.*	

INGENIVM TARDVM, & HEBES.

	Tu lene tormentum ingenio admoues	
Durum.	Plerũmque duro.	*Hor.car.3.*
Pingue.	Pingue ſed ingenium manſit.	*Ouid.met.11*
	Illi corpus erat durum,patiénſque laborum,	
Inualidum.	Inualidæ vires, ingeniũmque mihi.	*ide de Ponto.*
	———noui ego ingenium viri	
Indocile.	Indocile.	*Sen. Thyeſt.*
Iners.	Ingeniique vocas carmen inertis opus.	*Ouid.am.1.*
Paruum.	———————non tibi paruum	
Incultum.	Ingenium,non incultum eſt,nec turpiter hirtum,	
Hirtum.	Sed linguam cauſſis acuis.	*Hor.epiſt.1.*
Puſillum.	Ingeniũ mihi,Gaure,probas ſic eſſe puſillũ.	*Mar.epig.9*
Rude.	Nec rude quid poſſit video ingeniũ,&c.	*Hor.de arte.*
Crudum.	*Turpe. Infælix. Agreſte. Syluestre.*	
Hebes.	*Stolidum. Sterile. Tardum. Horridum.*	
Ignobile.	*Aſperum. Præcox. Rigidum. Immaturum.*	

INGENIVM CRVDELE.

Immane.	————ſceletũmque immane reſumit	
	Ingenium.	*Clau.inRuf.*
Atrox.	———ingenium tantis ſe cladibus atrox	
	Dejicit.	*idem pan. 2.*
Immãſuetũ.	At quibus ingenium eſt,immanſuetũmque,	
Ferum.	Ferũmque.	*Ouid.met.15*
Infandum.	————iuuenis infandi ingeni	
	Capáxque ſcelerum.	*Sen.Octau.*
Miſerabile.	*Dirum. Toruum. Deteſtabile. Sceleratum.*	
Crudele.	*Infame. Immite. Triſte. Inhumanum.*	
Crudum.	*Sæuum. Horridum. Scelerum capax.*	

INGLVVIES. *V.* FAMES. GVLA.

Atra.	————hic piſcibus atram	

Improb'ingluuiē,rauíſq;,loquacib'explet. *Vir. Geor.* 4
Hunc ſi percōtêris,aui cur,atque parentis

Ingrata. Præclarā ingrata ſtringat mal'ingluuie rē. *Hor. ſer.* 1.
Profunda. Improba. Fœda. Turpis.

INIMICITIÆ.

Vide BELLVM.

Acerba. Nullæ ſunt inimicitiæ,niſi amoris,acerbę. *Propert.* 2.
Truces. Ira truces inimicitias,& funebre bellū,*&c. Hor. epiſt.* 1.
Graues. *Iuſta. Seua. Viuaces. Æterna.*

INIMICVS.

Vide HOSTIS.

Atrox. Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus. *Virg. Geor.* 1.

INO.

Ino, filia 2 Cadmi, regis 1 Thebarum, ſoror Semeles 3 matris Bacchi quę educauit. Ex Athamante Melicertam, & Learchum ſuſcepit; quem poſtremū Athamas Furijs à Iunone immiſſis actus, miſerrimè occidit: Ino verò cum Melicerta 4 fugiens, in mare ſe, natúmque de ſcopulo immiſit. Deorum commiſeratione in Deos maris ambo mutati ſunt; vocatúrque 5 Leucothoe Græcis; Latinis verò Matuta; & Melicerta Palæmon.

1 *Thebana.* Flauáque Thebanæ reddita liba Deæ. *Ouid. faſt.* 6.
5 *Leucothoe.* Leucothoe Graiis Matuta vocabere noſtris. *ibid.*
2 *Cadmæa.* Vna miniſtrarū ſolita eſt Cadmæa tuarū, *&c. Ou. faſt.* 6.
4 *Flebilis.* Sit Medea ferox,inuictáque,flebilis Ino. *Hor. de arte.*
3 *Matert. B.* Ponti regna tenet niuidi matertera Bacchi
2 *Cadmeïa.* Nereïdūque choris Cadmeïa cingitur Ino. *Sen. OEd.*
3 *Nutr. Bac.* —teneri nutrix eadem matertera Bacchi. *Ou. in Ibide.*

INSANIA.

Vide AMENTIA. FVROR. RABIES. *&c.*

INSIDIÆ.

Vide DOLVS. FRAVS.

INSIGNE. *INSIGNIA.*

Vexilla ſunt, & nota, per quas acies ab acie, miles à milite, eques ab equite, Rex, & Conſul à priuato dignoſcuntur.

Superbum. ————cui belli inſigne ſuperbum
Tempora naua'i fulgent roſtrata corona. *Virg Æn.* 8.
Decorum. ————clypeique inſigne decorum
Induitur. *idem Æn.* 2.
Clarum. Claſsáq; ſumpturum pictas inſignia veſtes. *Ouid. Pōt.* 1.
Præclarum. Et capitis ſummi præclarum inſigne. *Lucret.* 5.
Bellicum. *Regale. Nobile. Fulgens. Regium.*

INSOMNIVM. *V.* IMAGO. SOMNVS. SOMNIA.

Truculentũ. Exercẽt rabidã truculẽta inſõnia montem. *Silius* 10.
Sæuum. ———— quam ſæua inſomnia curis
Proſpicio! *Valer.* 1.
Longum. Vertere tũ varios per lõga inſõnia queſt⁹. *idem* 7.
Falſum. —falſa ad cælum mittunt inſomnia manes. *Virg. Æn.* 6.

INSTITA.

Erat tenuiſſima faſciola, quæ extremitatẽ ſtolæ muliebris circũdabat.
Eſte procul vittæ tenues, inſigne pudoris,
Longa. Quæque tegis medios, inſtita longa, pedes. *Ou. de arte* 1

INVIDIA.

Vide præclaram inuidiæ deſcriptionem apud Ouid. met. 2.
Infœlix. Inuidia infœlix. *Virg. Geor.* 3.
Obliqua. Obliqua inuidia, ſtimuliſq; agitabat amaris. *idem Æn.* 11
Acris. ———————— vbi acris
Inuidia, atque vigent vbi crimina. *Hor. ſat.* 1.
Atra. ———————— procul atra recedat
Inuidia, atque alio liuentia pectora flectat. *Stat. ſyl.* 4.
Trux. ———— trucem ſecreta coquebat
Inuidiam. *idem Th.* 2.
Inhumana. Lector inhumana liber ab inuidia. *Mar. epig.* 7
Peſtilens. Non peſtilens inuidia, non fragilis fauor. *Sen. Hip.*
Decolor. ———————————— decolor illum
Inficit inuidia, ſtimuliſque inſtigat amaris. *Prud. Ham.*
Ægra lætis. ———— ſubiit furor, ægráque lætis
Inuidia. *Stat. Th.* 1.
Triſtis. Inuidia triſtis victa conſenſu pio. *Sen. Octau.*
Furens. Minax. Ardens. Cæca. Amara.

INVLA, herba.

Triſtis. Capparis, & triſtes inulæ, ferulæq; minaces. *Columel.*
Amara. Erucas virides, inulas ego prim⁹ amaras, &c. *Hor. ſat.* 2.
Acida. Atque acidas mauult inulas. *ibid.*
Mollicella. Vel anſeris medulla, vel inula mollicella. *Catul.*

IO. *V.* ISIS.

Filia Inachi fluuij, quã mirè dilexit Iuppiter: ſed cùm venientẽ Iunonem aliquando præſenſiſſet, eã vt falleret, Io mutauit in vaccam: quã poſtea Iuno (idquod rei eſſet ſubodorata) à Ioue magnis precibus dono obtinuit; tradiditque ſeruandam Argo centoculo: quem per Mercuriũ vt miſeram Io liberaret, Iuppiter interficiendum curauit, & ex vacca Deam fecit. Dicitur Phoronis, à 2 *Phoroneo fratre, rege* 3 *Argiuorum.*
2 *Phoronis.* Nec Superũ Rector mala tanta Phoronidos, &c. *O m.* 1.
3 *Argolica.* Detrahat Argolica quod in ante Phoronide feci *id. m.* 2

	Sit Medea ferox, inuictáque, flebilis Ino,	
Vaga.	Perfidus Ixion, Io vaga, triſtis Oreſtes.	*Hor. de arte.*
Pharia.	Nuntiat octauâ Phariæ ſua turba iuuencæ.	*Mar. epig.* 10
1 *Inachia.*	Inachiæ peſtem Iuno meditata iuuencæ.	*Vir. Geor.* 3.
Candida.	——————ſi candida iuſſerit Io,	
	Ibit ad Ægypti finem.	*Iuuen. ſat.* 6.

IOCVS.

Lætus.	Miſcenda eſt lætis rara repulſa iocis.	*Ou. de arte* 2
Dulcis.	Aptior eſt dulci menſa, merúmque ioco.	*idē de arte* 1.
Remiſſus.	——————vacuâque agitaſſe remiſſos	
	Cum Iunone iocos	*idem met.* 3.
Non ingrat.	Non habet ingratos fabula noſtra iocos.	*idem faſt.* 3.
Liber.	Scena ioci morem liberioris habet.	*idem faſt.* 4.
Iucundus.	Et data iucundis tempora parua iocis.	*idem Pōt.* 2.
Ridens.	Et ridens iocus, & ſales proterui.	*Stat. ſyl.* 1.
	Nec toruâ lege, fronte ſed remiſſâ,	
Laſciuus.	Laſciuis madidos iocis libellos.	*Mar. epig.* 4.
Vanus.	Non eſt in vanum fabula ficta iocum.	*Tibul.* 3.
	————————nec obfuit illi	
Turpis.	Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe iocos.	*Ouid. triſt.* 2
Venenatus.	Nulla venenato littera mixta ioco eſt.	*ibid.*
Mollis.	Atque aliquo molli paſcere corda ioco.	*Cornel. Gal.*
Licens.	Quis ſpectacula? quis iocos licentes? &c.	*Stat. ſyl.* 1.
Sine felle.	Accedent ſine felle ioci.	*Mar. epig.* 10

Placidus. Hilaris. Procax. Proteruus.
Petulcus. Petulans. Venuſtus. Facilis.

IPHIGENIA.

Filia 1 *Agamemnonis, ex Clytemneſtra: quam cùm ipſe Agamemnon Dianæ eſſet immolaturus; Dea ſuppoſitâ gladio ceruâ, puellam liberauit, & in Tauricā regionem tranſtulit: vbi ipſius Dianæ Sacerdos effecta, tandiu reſtitit, donec Oreſtes, eius frater, cum Pylade ſocio immolandi ad aras cùm iam ſtarent, agnito fratre in Græciam rediјt. Dicta eſt Pelopeïa, ab atauo* 3 *Pelope, rege* 2 *Mycænarum.*

2 *Mycænis.*	Suppoſitâ fertur mutaſſe Mycænida ceruâ.	*Ouid. met.* 12.
3 *Pelopeia.*	——pro ſuppoſita virgo Pelopeïa ceruâ.	*idem triſt.* 4.
1 *Agamemnonia.*	—Agamemnoniæ ferrum ceruice puellæ	
	Tinxit.	*Propert.* 4.

IRA. *Vide* FVROR.

Triſtis.	Nonne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras,	
	Atque ſuperba pati faſtidia?	*Virg. Ecl.* 2.
Triſte.	Triſte parat facinus, tacitáq; exæſtuat irâ.	*Ouid met.* 6.
Memor.	—memorémque timet Rhamnuſidis iram.	*idem met.* 14

Iuſta. Forſitan hoc optes, vt iuſtam ſupprimat irā. *Oui. Pont. 1.*

Placabilis. ——————— magis eſt placabilis ira *Oui. me. 14.*

Tenax. Ne ſit ad extremum Cæſaris ira tenax. *Oui. Pont. 1.*

Grauis. Sit precor officio non grauis ira meo. *Oui. Pont. 3.*

Horribilis. Hoc quondā mōſtro horribiles exercuit iras. *Virg. ge. 3.*

Indomita. Nate quis indomitas tātus dolor excitat iras? *Virg. æn. 2.*

Immanis. ——— immani concitus ira

Dardaniam ruit ad portam. *Virg. æn. 10.*

Sæua. ——— ſæuæ iamque altius iræ

Dardanio inſurgunt ductori. *Ibidem.*

Arrecta. ——— arrectæ ſtimulis haud mollibus iræ. *Virg. æn. 11.*

Tumida. ——— tumidæ non imperet iræ. *Ouid epi. 11.*

Trux. Candida pax homines, trux decet irā feras. *Oui. de a. 3.*

——— inexorabile durus

Iniqua. Exerces odium, nec iniqua finis in ira eſt. *Oui. met. 5.*

Infracta. ——— infractáque conſtitit ira. *Oui. met. 6.*

Rabida. Cerberon attraxit, rabida qui concitus ira. *Oui. met 7.*

Violenta. Conſumptis precibus violētam trāſit in irā. *Oui. met 8.*

Feruens. ——— feruens oculis dabat ira furorem. *Ibidem.*

Accenſa. ——— accenſæ non fortiter imperat iræ. *Oui. met. 9.*

Vaſta. Impetus eſt fuluis, & vaſta leonibus ira. *Oui. met. 10.*

Ferox. Ira ferox mota eſt, &c. *Oui. met. 11.*

Implacabilis. Effice ſit nobis nōn implacabilis ira. *Oui. Pont. 3.*

Hectora Priamiden, animoſumque inter Achillem

Capitalis. Ira fuit capitalis. *Hor. ſat. 1.*

Cruenta. ——————— quem cruenta

Per medias rapit ira cædes. *Hor. car. 3.*

Acris. ——— iras decurrat in acres. *Lucretius 3.*

Acerba. ——— iras adiunxit acerbas. *Lucretius 5.*

Crudelis. Nec fera crudeles Colchis duraſſet in iras. *Stat. ſyl. 2.*

Rapida. Sed ducis infandi rapidæ non hactenus iræ

Stare queunt. *Stat. th. 3.*

Ingens. Tunc quoque ingentes acuebat iras

Bella canendo. *Sen. Tro. 1.*

Demens. — exedēre animum dolor, iraque demens. *St. Theb. 2.*

Fœda. ——— fœdaſque palam ſatiauerit iras. *Stat. th. 3.*

——— ruit impetus amens

Rubens. E foribus, cæcumque nefas, iræque rubētes. *Stat. Th. 7.*

Audax. ——— ſtetit audaces effuſus in iras. *Ibidem.*

Terribilis. ——— terribiles exarſit pronus in iras. *Mar. de ſpe.*

Viuax. ——————— viuaces aget

Violentus iras animus, & ſæuus dolor, &c. *Sen. Her. fur.*

	Rupere fœdus impius lucri furor,	
Præceps.	Et ira præceps.	*Sen. Hip.*
Ingens.	Tunc quoque ingentes acuebat iras	
	Bella canendo.	*Sen. Tro.*
Furens.	Ira furens ſtrictis odiũ mucronibus explet.	*Cl. de Bel. G.*
Vndans.	——vndantes ſpumis furialibus iræ.	*Cl. in Ruf. 1.*
Bellatrix.	——bellatrix etiam nunc ira caleret.	*Cl. in Ruf. 2.*
Accenſa.	Feruidꝰ accenſã, ſed qui bene decoquat irã.	*Cl. in Eutr. 2*
Vltrix.	——vltrices in ſe conuerterat iras.	*Cl. Aug. pa.*
Flagrans.	Triſtior, aut ira tumidus flagrante rediret.	*Cl de lau. ſe.*
Ignea.	——moriturque ſuis ira ignea telis.	*Prud. Pſy.*
Turbida.	Exarſit iſtis turbida ira iudicis.	*Pru. de Cor.*
Impatiens.	—namque impatiens, aſperque coquebat	
	Iamdudum immites iras.	*Silius 2.*
Dura.	——forſan duras Carthaginis iras	
	Flectemus lachrymis.	*Sil. 6.*
Minax.	——furiis, iraque minaci	
	Terribilis.	*Valerius 1.*
Fulminea.	Fulminea toruum exclamat Marcellus ab ira.	*Silius 11.*
Ardens.	Iunonẽ ardenti trepidam grauis increpat irâ	*Valerius 4.*
Nobilis.	——auidæ tigres, & nobilis ira leonum.	*Lucan. 6.*
——	Ira furor breuis eſt.	*Hor. Epiſt 1.*
Deformis.	Ira ſubit deforme malum.	*Oui. d. ar. 3.*
Agitata.	Ira cum magnis agitata cauſſis	
	Gratiam rupit.	*Sen. Thy.*
Atra.	——atræque genis pallentibus iræ.	*Valerius 2.*
Commota.	——commota eſt ira tyranni.	*Ouid. met. 6*

Spumans.	*Impia.*	*Sanguinea.*	*Pertinax.*
Contumax.	*Inſana.*	*Cæca.*	*Effera.*
Mœſta.	*Feruida.*	*Improba.*	*Furens.*
Pallens.	*Infanda.*	*Triſtis.*	*Aſpera.*

IRIS.

Dicitur Thaumantias, vel à patre Thaumante vel quòd cum pro arcu cæleſti apud Poetas accipiatur: denominationem ſumat ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν *admiror, neque enim tantum opus diuinæ ſapientiæ, & miſericordiæ ſatis mirari poſſumus. Fingitur meritò nuntia Iunonis, quæ dea eſt aëris: Nam venturam pluuiam certò deſignat.*

Roſcida.	Ergo Iris croceis per cælum roſcida pennis	
	Mille trahens varios aduerſo ſole colores	
	Deuolat.	*Virg. æn. 4.*

Decus cæli	Iri decus cæli, quis te mihi nubibus actam Detulit in terras.	*Virg. Æn.9.*
Aeria.	——aeriam cælo nam Iuppiter Irim Demiſit.	*Virg.an.9.*
Nuntia	Nuntia Iunonis varios induta colores	
Iunonis.	Concipit Iris aquas.	*Ouid.me.1.*
Thaumant.	Roratis luſtranit aquis Thaumantias Iris.	*Ouid.met.4.*
Thaumant.	Nec mora Romuleos cum virgine Thaumantæa	
Virgo.	Ingreditur colles.	*Ouid.met.14*
Thaumantis	—imbriferâ potitur Thaumantide Iuno	*Stat. ſyl. 3.*
Virgo	Quæque cadit liquidas Iunonia virgo per auras	
Iunonia.	Et picturato pluuium ligat aera gyro.	*Stat.ſyl.5.*
Grauis.	Nene grauis ſubita te premat Iris aqua.	*Mar.ep.4.*
Imbrifera.	Imbrifera qualis implicat varios ſibi	
Curuata	Iris colores parte qua magna poli	
picto ſinu.	Curuata picto nuntiat nimbos ſinu.	*Sen. œd.*
Clara.	——paret iuſſis dea clara.	*Stat.Th.10.*
	Huc ſe cæruleo libtauit ab æthere virgo	
Diſcolor.	Diſcolor	*Stat.Th.10.*
Volucris.	———volucrem nunc aſpicit Irim.	*Valerius 7.*
Nubifera.	*Fulua.* *Vda.*	Vide, *Arcus cæli.*

I R V S.

Infœlix mendicus, pannis obſitus laceris, prægrandi, ſed inualido corpore, quem Vlyſſes domum reuerſus pugnis occidit. E Dulichio Inſula ortus erat: Primò Arneus, ſed poſt Irus vocatus eſt. Inde Ouidius appellauit binominem.

Dulichius.	Lydus Dulichio non diſtat Crœſus ab Iro.	*Prop. 3.*
Miſerabilis.	Cum ſis tã pauper, quam nec miſerabilis Irus.	*Mar.ep.6.*
Binominis.	Qualis erat nec non fortuna binominis Iri.	*Oui.in Ibid.*
	Cur nemo eſt Hecalen? nulla eſt quæ ceperit Irum?	
Egens.	Nempe quod alter egens, altera pauper erat.	*O.de r.a.2*
Pauper.	Iro pauperior forem, Charine, &c.	*Mar.epiſt.5.*

I S I S.

Repete quæ diximus ad 1 Io. Dicitur autem 2 Linigera, quòd eius ſacerdotes inter ſacrificandum, veſtibus lineis vterentur, & 3 Niligena, Niliaca à Nilo fluuio, cuius vt volunt alij filia fuit, & Memphitis, & Pharia à Memphi & Pharo 5 vrbibus in Ægypto cuius erat dea.

3 *Niliaca.*	Neu fuge Niliacæ Memphitica' ſacra iuuencæ.	*O.de.a.1*
4 *Memph.*	Viſite thuricremas vaccæ Memphitidos aras.	*O.de a.3.*
1 *Inachis.*	Inachis ante torum pompa comitata ſacrorũ.	*O Met 9*

Nec defenſa iuuant Capitolia, quominus anſer
Lauta. Det iecur in lances Inachi lauta tuas *Ouid. faſt. 1.*
3 *Niligena.* Neu fuge Niligenæ Mēphitica ſacra iuuēcæ. *ide de ar. 1.*
Inachia bo. Pars Themin, Inachiā pars putat eſſe bouē *idem faſt. 3.*
5 *Phar. iuuē.* Hoc alii ſignum Phariam dixêre iuuencam,
1 *Ex boue fa-* Quo bos ex homine eſt, ex boue facta Dea. *idem faſt. 5.*
cta Dea. Vidi ego linigeræ numen violaſſe fatentem
2 *Linigera.* Iſidis. *idem Pont. 1.*

ISTER.

Iſter, & Danubius idem ſunt: quare repete quæ dicta ſunt ad caput Danubius. *Vocatur Scythicus, quòd Scythiæ vicinus ſit. Creditur arenas aureas 1 voluere: hinc dicitur flauus arenis.*

Septemplex. Solús ad ingreſſus miſſus ſeptēplicis Iſtri. *Ouid. triſt. 2.*
Scythicus. ——— Scythicſque in finibus Iſtri
Ille pharetrat iluſor amoris adeſt *idem triſt. 5.*
Latus. Latus vbi æquoreis cingitur Iſter aquis. *ibid.*
Binominis. Stat vet' vrbs ripæ vicina binominis Iſtri. *idem Pont. 1.*
Gelidus. Accipe colloquiū gelido Naſonis ab Iſtro. *id. Pont. 2.*
Barbarus. Quáſque alias gentes barbarus Iſter habet. *id. Pont. 4.*
Frigidus. Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit. *id. in Ibide.*
Multifidus. Multifidi Peucen vnum caput alluit Iſtro. *Lucanus 3.*
Septenus. ————— an te ſeptenus habebit
Iſter. *Stat. ſyl. 5.*
Torrens. ——— ——— ——— properátque torrens
Iſter, & iunctos vetat eſſe pontes,
Vagus. Ac vagus errat. *Sen. Med.*
1 *Gemmifer.* Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Iſtri. *id. Her. Oet.*
Vndans. —vndantē quamuis hinc hauriat Iſtrum. *Clau. in Ruf.*
Rapidus. —rapidum poſtquā tranſnauimus Iſtrum. *id. de bel. Ge.*
Septēgemin. —ſeptēgemini memorē quas exitus Iſtri. *Valerius 4.*
Turbidus. Turbidus, & torquēs flauētes Iſter arenas. *Virg. Geor. 3.*

ISTMVS.

Eſt terra oblonga, & anguſta, inter duo 1 maria, Ægeum, & Ionium, quinque millium paſſuum interuallo, cuius fauces vrbs Corinthus obſidet. Dictus eſt Doricus, à Doria, 2 ſeu Dorica regione Achaïa, Corintho proxima.

1 *Bimaris.* ——poſtquā bimarē ſuperauimus Iſtmū. *Ouid. triſt. 1.*
2 *Doricus.* ——quas Doricus alligat vndis
Iſtmus. *Stat. The. 2.*
Exilis. Et bina findet Iſtmos exilis freta. *Seneca.*
Gracilis. —geminum gracilis mare diuidit Iſtmus. *Lucretius 1.*

ITALIA.

ITALIA.

Nobiliſsima Europæ regio; ſic dicta ab Italo rege: de qua ſic habet Virg. Æneid. 3.

Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ:
OEnotrij coluere viri: nunc fama minores
Italiam dixiſſe, ducis de nomine, gentem.

A plurimis regibus, quibus paruit, diuerſas ſortita eſt appellationes. Primò enim Heſperia, ab 1 Heſpero, fratre Atlantis: OEnotria, ab 2 OEnotro, rege Sabinorum: Auſonia, ab 3 Auſone, Vlyſsis, & Calypſus filio. Poſtremò, Latium; vel 4 à Latino rege, patre 6 Lauiniæ, Æneæ Trojani conjugis; vel ab 5 Saturno dicta eſt: nam, vt ait ipſe Virg. lib. 8. Æneid.

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis:
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legéſque dedit, Latiúmque vocari
Maluit, his quoniam 4 latuiſſet tutus in oris.

Italiæ laudes præclaris verſibus Virg. 2. Geor. *decantauit.*

Magna. Et nunc ſeruat honos ſedem tuus, oſſique nomen
1 Heſperia. Heſperia in magna, ſi qua eſt ea gloria, ſignat. *Vir. Æn. 7*
Littora Sed quis ad Heſperiæ venturos littora Teucros
1 Heſperiæ. Crederet? *idem Æn. 3.*
2 OEnotria Hinc Italæ gentes, omníſque OEnotria tellus
tellus. In dubiis reſponſa petunt. *idem Æn. 7.*
3 Auſoniæ Cum primùm Auſoniis exercitus appulit oris,
oræ. Expediam. *ibid.*
3 Auſonia Quæ tandem Auſoniâ Teucros conſidere terrâ
terra. Inuidia eſt? *idem Æn. 4.*
Antiquum Nunc age, qui reges, Erato quæ tempora rerum,
4 Latium. Quis Latio antiquo fuerit ſtatus, &c. *idem Æn. 7.*
Tellus 5 Saturnia. ——————gentes venêre Sicanæ
Sæpiùs, & nomen poſuit Saturnia tellus. *idem Æn. 8.*
Parẽs frugũ. Salue magna parens frugum, Saturnia tellus,
Parẽs virũ. Magna virûm *Vir. Geor. 2.*
5 Saturnia O fortunatæ gentes, Saturnia regna,
regna. Antiqui Auſonii! *idem Æn. 11.*
5 Saturnia Seu vos Heſperiam magnam, Saturniáque arua;
arua. Siue Erycis fines. *idem Æn. 1.*
——————————aurea condet
Arua regna. Sæcula qui rurſus Latio, regnata per arua
ta 5 Saturno. Saturno. *idem Æn. 6.*

Itala regna. Et ſæpè Heſperiã, ſæpè Itala regna vocare. *Vir. æneid.* 3.
Itala terra. ——————quibus Itala iam tum
Alma viris. Floruerit terra, alma viris. *idē æneid.* 7.
——————ſic denique victor
Itali fines. Trinacriâ fines Italos mittêre relictâ. *idē æneid.* 3.
——————Siculíſue reſideret aruis,
Ora Itala. Oblitus fatorum, Italáſue capeſceret oras. *idē æneid.* 5.
Antiqua. Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ:
Armis potēs. O Enotrij coluêre viri. *idē æneid.* 3.
& Lauina Italiam fato profugus, Lauináque venit
littora. Littora. *Virg. Æn.* 1.
Bellifera. ———quid belliferam communibus vrunt
Italiam maculis? *Cl. in Eutr.* 1.
Potens. Tēdit ad Italiam ſupplex Aurora potētem. *idē in Eutr.* 2
Grau. Imp. Sed fore qui grauidam imperiis, bellóque frementem
Bello frem. Italiam regeret. *Vir. æneid.* 4
Magna. Sed nunc Italiam magnã Grynæus Apollo. *ibid.*

ITER.

Iter viam, peregrinationémque ſignificat. Porrò cum cautela epitheton deliges: nam ſi de nocte iter ſuſcipiatur, erit Nocturnum, Formidoloſum, Horrendum, *&c. ſi, vt apud Statium Capaneus alter, ſcalâ muros ſublimis inuadit; & Columba, & Dædalus apud Virgiliũ pennis per cælum volent, tunc eleganter dixeris* Aerium, Liquidum, Inſuetum, *&c. ſi nando vt piſcis, ſi naue, ſi hyeme, ſi per hoſtium turmas erit eundum, idem tibi erit iudicium: poteris enim dicere* Iter æquoreum, Periculoſum, Incertum, Hibernum, *&c. De mortis etiam communi neceſſitate pereleganter pone. Pro quo con.ſules caput* Orcus, Mors, Tenebræ, *&c. Pro* *labyrintho Propertius vſurpauit.*

ITER TVTVM, &, PERVIVM.

Peruium. ——————peruium cunctis iter
Communis vſus omnium rerum fuit. *Sen. Octau.*
Tutum. ——fore enim tutum iter, & patens
Patens. Conuerſo in pretium Deo. *Hor. car.* 3.
Latum. Latum pandit iter. *Sil.* 5.
Leue. Aulidis à portu qui leue fecit iter. *Ouid. in Ib.*
Vtile. ——————————non vtile carpis,
Inquit, iter. *idem met.* 2.
Rapidum. ——rapidum deflectis iter. *Lucanus* 3.
Decliue. Labitur occiduæ per iter decliue ſenectæ. *Ou. met.* 15.
Liquidum. Radit iter liquidum. *Vir. æneid.* 5.
Impauidum. Ferre iter impauidum. *Stat. Th.* 1.
Liberum. Liberum muniuit iter daturus
Plura relictus. *H. in car. Se.*

Inſtitutum. Rumpat & ſerpens iter inſtitutum. *Hor. car. 3.*
Propoſitum Nos modo propoſitum vita teramus iter. *Pro. 2.*
Cœptum. Et peragat cœptum dulcis vt annus iter. *Ouid. triſt. 4*
Magnum. Magnũ iter ad doctas proficiſci cogor Athenas. *Prop. 1*
Innocuum. Innocuum victo cui dedit ignis iter. *Ouid. faſt. 4.*
Molle. Amœnum. Stratum. Facile. Planum.
Fidum. Certum. Amicum. Rectum. Æquum.

ITER DIFFICILE, INVIVM.

Infœlix. ——— parum fœlix impediebat iter. *Ou. epiſt. 20.*
Ambiguum. Cûmq; iter ambiguũ eſt, & vitæ neſci⁹ error. *Perſ. ſat. 5.*
Flexum. Scinduntur per iter flexum, &c. *Lucret. 4.*
Ignotum. Ac velut ignota captus regione viarum,
Noctiuagũ. Noctiuagum qui carpit iter. *Valerius 2.*
Longum. —vtpote longum—Carpentes iter, &c. *Hor. ſat. 1.*
Perplexum. —rurſus perplexum iter omne reuoluens
Fallax. Fallacis ſyluæ. *Vir. Æneid. 9.*
Horrẽdum. Dũq; iter horrẽdũ per opaca crepuſcula carpit. *O. m. 14*
Præceps. Ardua per præceps gloria vadit iter. *idem triſt. 5.*
Feſtinatum. Vt feſtinatum non faciatis iter. *idem Põt. 4.*
Durum. ——— durum vobis iter, & graue cæli
Graue. Inſtitui. *Val. 1.*
Cæcum. Cæcum iter explorat. *Ou. met. 10.*
Occultum. Quà breuis occultum mus ſibi fecit iter. *idem faſt. 2.*
Inſuetum. Inſuetũ per iter gelidas enauit ad Arctos. *Vir. æneid. 6.*
Secretum. Secretum nudo dum pede carpit iter. *Ouid. faſt. 3.*
Nec ſic incolumis Minois Theſea vidit,
Dædaleum. Dædaleum lino cum duce rexit iter. *Prop. 2.*
Inuium. Imperuium. Deuium. Iniquum. Inacceſſum.
Male ominatum. Incertum. Infidum. Longinquum.
Longum. Doloſum. Præcluſum. Inauſpicatum. Opacum.
Hibernum. Infeſtum. Dubium. Periculoſum. Nocturnum.

ITER MORTIS. *v.* Fax. Frigus. Ignis rogalis. Tæda. Rogus.

——— ibimus, ibimus
Supremum. Vtcûmque præcedes ſupremum
Carpete iter, comites parati *Hor. car 2.*
Latum. Latûmque pandit omnibus populis iter. *Sen. Her. fur.*
Triſte. Omnibus vt natis triſte pararet iter. *Mar. de ſpec.*
Tenebricoſũ. Qui nunc it per iter tenebricoſum,
Illuc vnde negant redire quenquam. *Catul.*
Irremeabile. ——— excitis iter irremeabile ſignis
Arripit. *Cl. in Eutr 2.*
Durum. Vicit iter durum pietas, *Vir. æneid 6.*

ITYS.

Filius fuit Terei, regis 1 Thraciæ (vbi mons 2 Iſmarus) & Prognes, filiæ Pandionis, regis Athenarum. Illum mater Progne occidit, epulandúmque patri appoſuit: in phaſianũ mutatus eſt V. Hitundo. Progne.

2 Iſmarius. Concinit Iſmarium Daulias ales Ityn. *Ou.epiſt.21.*
1 Odryſius. Concinit Odryſium Cecropis ales Ityn. *idem am.3.*
1 Threïcius. Deflet Thteïcium Daulias ales Ityn. *idem adLiu.*

IVBA. *Vide* Galea. Criſta. Caſſis.

Sunt crines effuſi, & pendentes è collo animalium; vt leonis, equi. Has autem iubas milites galeis ad terrorem aptabant.

Flaua. Pictáque per flauas arma leuare iubas. *Prop.4.*
Fulua. —modò læuia fuluæ—Colla iubæ, &c. *Ou.met.10.*
Flauens. ——nullóque iubæ flauentis honore
Terribilis. *Stat.Th.8.*
Hirta. ——hirtæ——Iactantur pet colla iubæ. *Calphur.*
Terribilis. Tertibiléſq; iubas, & frontẽ caſſidis horrẽt. *Stat.Th.10*
Cruenta. Flaua ctuentarũ prætẽditur vmbra iubarũ. *Cl.de Pr.Cõſ.*
Rigens. —rigentes —Suppliciter poſuere iubas. *Stat.Theb.3*
Coruſca. ————conóque cotuſcæ
Maiote intremuere iubæ. *Silius 10.*
Minax. ————ceruice minaces
Defluxere iubæ. *Claudianus.*
Rutila. Rutilã ferox toroſa ceruice iã quate iubã. *Catul.*
Denſa. Dẽſa iuba, & dextro iactata recũbit in armo. *Virg.Ge.3.*
Fuſa. ———decent fuſæ lactea colla iubæ. *Mar.epig.1.*
——vt primùm conceſſas ſenſit habenas,
Effuſa. Ftenáque in effuſas laxa iacere iubas. *Ouid.am.3.*
Equina. ————equinis
Fulua iubis caſſis. *idẽ met.12.*
Rigida. Cui rigidis ſtant colla iubis. *Stat.ſyl.1.*
Hirſuta. Et galea, hirſuta, compta lupina iuba. *Propert.4.*

IVBA, rex Mautitaniæ.

1 Rex Mauritaniæ in Africa, 2 vbi fluuius 2 Cinyps. Hunc Iulius Cæſar deuicit.

Victrices egiſſe rates, Numidáſque rebelles,
2 Cinyphi⁹. Cinyphiúmque Iubam. *Ou.met.15.*
Magnanim. Perfida magnanimi contudit arma Iubæ. *idem faſt. 4.*
——Libyámque iubent, authore Senatu,
1 Sceptrifer. Sceptrifero parere Iubæ. *Lucanus 5.*
——ſi regna iubes proiecta ſub Auſtro,
Infidus. Infidúmque Iubam. *idem.*
Perfidus. 1 Maurus. 2 Afer. Libycus.

IVBAR.

Eſt propriè ſtella, quæ ante ſolis ortum 1 Lucifer, poſt occaſum Veſper appellatur. Pro ſplendore lucis, pro quacúnque item re, quæ lucem emittit: pro vultu etiam 2 nitente, & 3 majeſtate vſurpatur.

1*Exortum.* It portis iubare exorto. *Virg. Æn.4.*
Inſigne. Per iubar hoc, inquit, radiis inſigne coruſcis. *Ou. met.1.*
Tremulum. Et tremulum ſumma ſpargit in æde iubar. *idem faſt.1.*
Nitidum. —ab æquoreis nitidum iubar exerit vndis
Lucifer. *idem faſt.2.*
Purpureũ. Purpureum fundens Cæſar ab ore iubar. *Mar. epig.8.*
Celeſte. —Titania pubes— Vidiſſet cæleſte iubar. *Cl. de rapt.1.*
2 *Flammeũ.* Non ille vultus flammeum intendẽs iubar. *Sen. Troad.*
Rubrum. Iámque rubrũ tremulis iubar ignibus, &c. *Lucret 4.*
3 *Regale.* Per fratris regale iubar. *Cl in Ruf.2.*
Ardens. Clarum. Multifidum. Coruſcum. Immortale.

IVDEX.

Candidus. Albi, ſermonum noſtrorum cãdide iudex. *Hor. epiſt.1.*
Æquus. Hæc quoq; quæ facio iudex mirabitur æqu9. *Ou. triſt.1.*
Placidus. —tam placido, quàm nos quoque ſenſimus illum,
Iudice, &c. *idem Pont.1.*
Bonus. Sed quoties bonus, atque fidus
Fidus. Iudex honeſtum prætulit vtili. *Hor. car.4.*
Grauis. Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques. *Ou. amor.3.*
Callidus. Subtilis veterum iudex, & callidus, audis. *Hor. ſat 2.*
Iniquus. Difficilem tenui ſub iniquo iudice cauſam. *Ou. met.13.*
Seuerus. Rigidus. Precibus immotus. Acer.

IVGERA. *V.* AGER. RVS. HORTVS. CAMPVS.

Iuli iugera pauca Martialis,
Beata. Hortis Heſperidum beatiora. *Mar. epig.4.*
Culta. Et dabo Setini iugera culta ſoli. *idem epig.11.*
Dura. Dura ſuburbani dum iugera paſcimus agri. *idem epig.10*
Exculta. Venderet excultos colles cùm præco facetus,
Pulchra. Atque ſuburbani iugera pulchra ſoli. *1. idem epig.*

IVGVM BOVM.

Ligneũ inſtrumentũ, ad quod iuncti boues, vel onera trahũt, vel terrã arant. ——————pax candida primùm
Curuum. Duxit araturos ſub iuga curua boues. *Tibul. 1.*
Pandum. ———vocat tardos ſub iuga panda boues. *Ouid. am.1.*
Incuruum. Præbet & incuruo colla premenda iugo. *idem triſt.4.*
Durum. Subtrahat & duro colla nouella iugo. *idem Pont.3.*
Ferreum. ——————ſub iuga ferrea mittit
Cornipedes, rigidíſq; docet ſeruire lupatis. *Cl. de pr. Cõſ.*

IVGVM. *VINCVLVM.*

Per tranſlationem à bobus ad homines transfertur iugum; ſi quando, vel voluptatibus, ambitioni, iræ impuris, *dominis, vel alij cuilibet inſeruiunt.*

	———ceruicibus ex quo	
Triſte.	Hæret triſte iugum.	*Cl. de bel. Gil.*
Sæuum.	———prô fœdera ſæuo	
	Deteriora iugo!	*Cl. Pan. 2.*
Ahencum.	Diductoſque iugo cogit aheneo.	*Hor. Car. 3.*
Turpe.	———————eripe turpi	
	Colla iugo liber.	*Hor. ſer. 2.*
Aſperum.	———tamen aſpera regum	
	Perpetimur iuga.	*Valerius*
Famulare.	Famulare collo nobili ſubeat iugum.	*Sen. Tro.*
Læſurum.	———læſuro ſubtrahe colla iugo.	*O. de r. a. 1.*
Herile.	———iugo laxatus herili.	*Cl. Pan. 7.*
Grande.	Grande iugum domitâ Dacus ceruice recepit.	*Mar. ep. 6*

Rigidum. Seruile. Graue. Adamantinum. Exitiale. Ferreum.

IVGVM MONTIS.

Vide Mons. Cacumen. Caput Vertex.

Montanum.	Vt modo montanis ſylua reciſa iugis	*Ouid. Am. 3.*
Summum.	Sæpe citos egi per iuga ſumma canes.	*Oui. epiſt. 5.*
Excelſum.	Vidit ab excelſo Faunus vtrumque iugo.	*Ouid. faſt. 3.*
Altum.	———altis montium ſtructæ iugis	
	Arces.	*Sen. Thy.*
Arduum.	Hic alta rupes, arduo ſurgit iugo.	*Sen. Theb.*
Immenſum.	—in immenſis qua tumet Ida iugis.	*Ouid. ep. 5.*
Saxoſum.	Tu quoque ſaxoſo præcipitere iugo.	*Oui. in Ibid.*
Præruptum.	Ibo, ibo qua prærupta protendit iuga	
	Meus Cytheron.	*Sen. Theb.*
Prærutum.	Duc vbi ſit altis prærutum ſaxis iugum.	*ibid.*
Immane.	———ſubnixaſque iugis immanibus arces.	*Cl. pan. 2.*
Niuoſum.	Paſtor niuoſo ſub Cytherontis iugo.	*Sen. œd.*
Accliuum.	Leniter accliuo conſtituere iugo.	*Ouid faſt. 5.*
Frondoſum.	Nunc in frondoſis retia tende iugis.	*Ou. de r. a. 1.*
Aſperum.	Vallis in amplexu nemorum ſedet, aſpera circum	
	Stant iuga.	*Stat. Th 6.*
Pineum.	———diſcreti iuga pinea montis.	*Valerius 1.*
Comans.	———————ſylua comanti	
	Horret verna iugo.	*idem 3.*
Spinoſum.	Tu cape ſpinoſi roſcida terga iugi.	*Pro. 4.*
Aquoſum.	———quantuſque iugis Erymanthon aquoſis	

	Terrueris.	*Stat. ſyl. 4.*
Longum.	——iuga longa petebat	
	Solorum nemorum.	*Virg. æn. 11.*

Aſperum. Decliue. Aerium. Sublime. Celſum. Florens.

IVGVRTHA.

Rex 1 Numidarum, bellicoſus, & perfidus, quem C Marius debellauit. duxitque 2 in triumphum. Vide Saluſtiũ. Dicitur Naſamonius 3 à Naſamonibus populis Libyæ, in Africa.

	——————fractumque Metello	
Immanis.	Traxim⁹ immanẽ Marij ſub vincla Iugurthã.	*Cl. de be. G.*
2 *Triũphatus.*	Nuda triũphati iacuit per regna Iugurthæ.	*Lucan. 2.*
3 *Naſamoni⁹.*	Et victum Naſamonium Iugurtham.	*Sid. Ap.*

1 Numida. Horribilis. Terribilis.

IVLVS. *Vide* ASCANIVS.

Iulus idem qui Aſcanius, filius fuit Æneæ Trojani. Dictus eſt Dardanus à Dardano Rege Phrygiæ, cui orig. nem referebat.

Magnus.	Iulius à magno demiſſum nomen Iulo.	*Virg. æn. 1.*
	——nec fabula Trojæ	
Phrygius.	Continuit, Phrygiique ferens ſe Cæſar Iuli.	*Lucanus 3.*
Dardanius.	Quod de Dardanio ſolum mihi reſtat Iulo.	*Oui. met. 15.*
Æneides.	Sit ſatis Æneide telis impune Numanum	
	Oppetiiſſe tuis.	*Virg. æn. 9.*
Formoſus.	Si quæras vbi ſit formoſi mater Iuli.	*Ouid. ep. 7.*
Pulcher.	Æneas, primique duces, & pulcher Iulus.	*Virg. æn. 7.*

IVNCVS.

Limoſus.	Limoſoque palus obducat paſcua iunco.	*Virg. Ecl. 1.*
Mollis.	—viminibus, mollique paras detexere iunco.	*ibid.*
Acuti.	Nec ſteriles vluæ, nec acutâ cuſpide iunci.	*Ouid. me. 4.*
Paluſtris.	Lenta ſalix, vluæque leues, iuncique paluſtres.	*Ou. met 8.*
Fluuialis.	———fiſcella tibi fluuiali Tityre iunco	
	Texitur.	*Nemeſ.*
Teres.	———tereti conſtringere vellera iunco.	*Calphur.*
Leuis.	———& iunco braſſica vincta leui.	*Pro. 4.*
	————non vllo robore fulta,	
Sterilis.	Sed ſterili iunco, cannâque intexta paluſtri.	*Lucanus 5.*

Flumineus. Vdus. Vuidus. Gracilis. Tener. Tenuis.

IVNO.

Filia 1 Saturni, & Opis, 6 ſoror 3 conjuxque Iouis. Proloquetur autem hîc Cicero l. de Nat. Deor. 2. Aer (vt Stoici diſputant) interiectus inter cælum, & mare, Iunonis nomine conſecratur (quæ eſt ſoror, & conjux Iouis) quòd & ſimilitudo eſt ætheris, & cũ eo ſumma coniunctio. Effœminarunt autem eum, & Iunoni tribuer ũt quod nihil eſt eo mollius. Sed Iunonẽ à iuuando credo nominat ã

Plura pro diuerſis officijs, & muneribus obtinuit nomina: nam dicitur Lucina, vt quæ 5 partubus præſit. 2 Regina eſt Virg. Æn. 1.

Aſt ego quæ diuûm incedo 2 regina.

Præeſt 4 nuptijs, & inde dicitur pronuba.—tellus, & pronuba Iuno
Dant ſignum.

1 Saturnia. ———ſarique vetat Saturnia Iuno. *Virg. Æn. 3.*
2 Diuûm regina. Aſt ego quæ diuûm incedo regina, Iouíſque
Et ſoror, & coniux. *idem Æn. 1.*
2 Regia. Effodére loco ſignum, quod regia Iuno
Monſtrarat. *ibid.*
Maxima. ———ſi maxima Iuno
Ritè vocor. *Ouid. met. 3.*
Sancta. Sancta Iouē Iuno nata ſine matre Minerua, *&c. id. faſt. 5*
2 Sceptrifera. Sceptriferæ Iunonis opem, reditúmque ſuorum
Expoſcunt. *Stat. Th. 10.*
Grauis. Iuno grauis, prudēs Pallas, turrita Cybelle. *Sid. Apol.*
2 Sæua. ———ſæuæ memorem Iunonis ob iram. *Virg. Æn. 1.*
3 Matr. To. Sēſerat hoc olim magni Matrona Tonātis. *Ouid. met. 2.*
Omnipotēs. Tū Iuno omnipotēs lōgū miſerata dolorē *Virg. Æn. 4.*
4 Præſes tori. Iunonēq; toris quæ præſidet alma maritis. *Ouid. epiſt. 2.*
4 Pronuba. ———non pronuba Iuno,
Non Hymenæus adeſt *idem met. 6.*
5 Lucina. Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. *Virg. Ecl. 4.*
Magna. Iunonis magnæ primū prece numē adora. *idem Æn. 3.*
4 Cui vincla iugalia curæ. 6 Germana Tonantis. *3 Coniux Iouis.*
3 Conſors magni Iouis. 2 Syderei regina poli. 6 Soror Iouis.

IVPPITER.

Filius 2 Saturni, *& Opis, frater Neptuni, & plutonis, cum quibus, pulſo patre, mundum partitus eſt. Illi enim cælum, & terra, Neptuno maria, plutoni orcus ceßit.* Plures *fuere Ioues, quos omnes (ſi trecenti ſunt, vt placet quibuſdam) enumerare cùm longum, tùm certè hic ineptum eſſet.* Primus *Iuppiter in* Creta *natus eſt, à* Curetibus, *& Nympha Amalthea, lacte caprino nutritus. Grandior factus, patrem è cælo deiecit. Duxit in vxorem Iunonem ſororem : &, ſi creditur Poetis, omnium mulierum vir fuit : nam Satyrorum more Antiopæ vim intulit: plumis tectus Ledam deluſit ; cum tauris Agenoris mugiuit : verſus in aurum, Danaen, Alcmenam,* Cererem, *Io, Calyſto, &c. corrupit. Pro aere ab elegantiſſimis Poetis vſurpatur : cui præcipuum caput tradidimus.*

Diuū pater. ———diuûm pater, atque hominum rex. *Virg. Æn. 1.*
1 Saturnius. Quæ pater vt ſummâ vidit Saturnius arce. *Ouid. met. 1.*
Rector ———vaſti quoque rector Olympi

Olympi.	Qui fera terribili iaculatur fulmina dextrâ.	*idem met.* 2.
Rector Deũ	Ille pater, rectórque Deûm, cui dextra triſulcis	
Pater Deũ.	Ignibus armata eſt.	*ibid.*
Gẽtis hu pa.	Gentis humanæ pater, atque cuſtos,	
Ortus Satur.	Orte Saturno.	*Hor. car.* 1.
Rex Deûm.	——altorum réxque, patérque Deûm.	*Ouid. faſt.* 3.
Æquus.	——pauci, quos æquus amauit	
	Iuppiter.	*Virg. Æn.* 6.
Magnus.	——eris magni victor in æde Iouis.	*Ou de arte* 2
Altus.	Quodcũnq; eſt alto ſub Ioue, Cæſar habet.	*idem faſt.* 1.
Summus.	Quæ fuerat ſummo ſemper amata Ioui	*ibid.*
Supremus.	Latonámq; ſupremo—Dilectã penitus Ioui.	*Hor. car.* 1.
Inuictus.	Vxor inuicti Iouis eſſe neſcis	*idem car.* 3.
Superbus.	I celer, & proſcinde notos, & iuſſa ſuperbo	
	Redde Ioui.	*Cl. de rapt.* 1
	——orantem procul arcet Erinnys,	
Celſus.	Reſpiciens celſi legem Iouis.	*Valerius* 4.
Seuerus.	——————Iouis inde ſeueri	
	Vultus.	*Stat. Th.* 9.
	IVPPITER FVLMINATOR.	
Tonans.	——tonantis annus hybernus Iouis.	*Horat. epod.*
Fulminans.	Nec fulminantis magna Iouis manus.	*idem car.* 3.
Iratus.	————nullus irato Ioue	
	Exiliat ignis.	*Sen. Her. fu.*
Altiſonus.	Fremuit telo Iouis altiſoni	
	Caucaſus ingens.	*idem Hip.*
Inuictus.	—fulmina tandem —Inuicti iacuiſſe Iouis.	*Sil.* 12.
Tremendus.	——————tremendi	
	Ad ſolium venere Iouis.	*Valerius* 5.
Coruſcus.	———ſi quando nube coruſci	
	Ira Iouis geminos torſit mortalib⁹ ignes.	*idem* 7.
	——————piabile fulmen	
Sæuus.	Eſt, ait, & ſæui flectitur ira Iouis.	*Ouid. faſt.* 3.
	—affectantes cæleſtia regna Gigantes	
Vindex.	Ad Styga nubifero vindicis igne datos.	*idẽ Pont.* 4.
Arduus.	———æthereas ſeu Iuppiter arduus arces	
	Impulerit.	*Val.* 5.
	IVPPITER, pro aere, ſeu pluuia.	
Rex ætheris.	——hunc illi rex ætheris altus honorem	
	Iuppiter erepta pro virginitate ſacrauit.	*Virg. Æn.* 12
Humidus.	——& Iuppiter humidus Auſtris.	*idem Geor.* 1.
Horridus.	——cùm Iuppiter horridus Auſtris	

Torquet aquoſam hyemem. *Vir.æneid.9.*

Pluuius. Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui. *Tibul.1.*

Frigidus. ———manet ſub Ioue frigido
Venator teneræ coniugis immemor. *Hor.car.1.*

Malus. Quod latus mundi nebulæ, malúſque
Iuppiter vrget. *ibid.*

Hibernus. Cui fragor hyberni ſubitus Iouis. *Stat.Theb.3.*

Nubilus. Qualis Hyperboreas vbi nubilus inſtitit arces
Iuppiter. *id.Theb.12.*

Metuendus. Etiam maturis metuendus Iuppiter vuis. *Vir.Geor.2.*

Gelidus. Audit,& gelido ſi quem Mæotica paſcit
Sub Ioue. *Claud.pan.5.*

Madidus. Cũ pluuias,madidũq;Iouẽ perferre negaret.*Mar.epi.7*

Vernus. ———fremeret ſæuâ cum grandine vernus
Iuppiter. *Iuuen.ſat.5.*

Turbidus. ———turbidus atro
Æthera cæruleum quateret cùm Iuppiter imbre.*Val.1.*

Ætheriæ potens dominator aulæ. Rex ſtellantis Olympi.
Magnus rector Olympi. Cæleſtûm parens, & arbiter.
Hominum ſator, atque Deorum. Superi regnator Olympi.
Rex magnus Olympi. Diuûm maximus rector.
Mundi arbiter. Parens mundi. Pater æthereus. Rex cælitûm.
Regnator deûm. Summus Deûm. Magnus tonans. Rex mundi.
Vindex. Rex Superûm. Rex Cælicolûm.

IVPPITER. *Planeta.*

Fœlix. Fœlicéſque Iouis ſtellas,Martiſq;rapacis *Prop.4.*

Salutiger. Stella ſalutigeri Iouis,& Cythereïe Veſper.*Auſon.Edyl.*

IVPPITER ÆQVOREVS. *V.* Neptunus.

IVPPITER AMMON. *V.* Ammon.

IVPPITER, pro Plutone.

Terrificus. —terrificũque Iouẽ, Triuiámque precatus. *Cl.pan.8.*

Tremendus. ———deinde tremendi
Ad ſolium venere Iouis. *Valer.5.*

Niger. Nec mœſta nigri regna conterrent Iouis. *Sen.Her.Oe.*

Stygius. Sacra Ioui Stygio quæ ritè incepta paraui,
Perficere eſt animus. *Vir.æneid.4.*

IVRGIVM.

Inſanum. Lite vacent aures,inſanáque protinus abſint
Iurgia. *Ouid.faſt.1.*

Inimicum. Iurgia externis inimica regnent. *Sen.Thyeſt.*

Aſperum. Aſpera ſiue toro per litem iurgia tentet. *Manil.5.*

Rabioſum. Hic clamoſi rabioſa fori

Iurgia vendens, *Sen. Her. fu.*

Turbidum. Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus. *Ouid. ad Piſ.*

IVS, IVRA. LEGES. FORVM.

Ferreum. ———nec ferrea iura
Inſanũque forũ, aut populi tabularia vidit. *Virg. Geor. 2*

Triſte. Cinname cum fugeres triſtia iura fori. *Mar. epig. 7.*

Arctum. Sponte ſua cecidit ſub leges, arctaque iura. *Lucanus 5.*

Rigidum. Sed rigidum ius eſt, & ineuitabile mortis. *Ouid. ad Li.*

Publicum. Quæſtor Conſulibus iactabat publica iura. *Sid. Apol.*
———ius triſte ſepulchri. *Ouid. met. 13*

IVS MARITALE.

Legitimum. Caſtaque legitimi fallere iura tori. *Ou. epiſt. 15.*

Sanctum. —ſancta lecti iura legitimi petit. *Sen. Tro.*

Geniale. Quo geniale tori ius redderet, &c. *Prudẽ de cor.*

Connubiale. Heu vbi pacta fides? vbi connubialia iura. *Ouid. epiſt. 6*

Sacerrimũ. Deprecor hoc vnũ per iura ſacerrima lecti. *Ouid. epiſt. 9.*

Coniugiale. Nec mea virginitas, nec coniugialia iura. *Ouid. met. 6.*

IVSSVM. IVSSA.

Durum. Nam cur iuſſa patris nimiũ mihi dura videtur. *O. me. 7.*

Lachrymoſ. Iuſſa recuſantes peragunt lachrymoſa miniſtri. *O. faſt. 2.*

Nefandum. Compulerant regem iuſſa nefanda pati. *Ouid. faſt. 3.*

Superbum. ———tum iuſſa ſuperba
Miratus. *Oui. met. 10.*

Iniquum. ———nec ſontis iniqua tyranni
Iuſſa valent. *Stat. Th. 3.*

Ingens. ———iuſſiſque ingentibus vrget Apollo. *Oui. met. 7.*

Triſte. Triſtia magnanimi portabat iuſſa Senatus. *Silius 2.*

Ferum. Non ſunt imperii tam fera iuſſa mei. *O. de r. am. 2.*

Haud molle. ———tua Mæcenas haud mollia iuſſa. *Virg. Geor. 3*

Horridum. Interpres diuum fert horrida iuſſa per auras. *Virg æn. 4.*

Regale. Regium. Sæuum. Dirum. Crudele.

IVSTITIA. *Vide* ASTRÆA.

Sancta. ———ô ſancta, ſi cælum incolis,
Iuſtitia, numen inuoco ac teſtor tuum. *Sen. Med.*

Potens. ————————ſic potenti
Iuſtitiæ, placitúmque Parcis. *Hor. car. 2.*

Salubris. ————————ille ſalubrem
Iuſtitiam, legéſque, & apertis otia portis. *id. de arte.*

Aſtræa. Vltima Cæleſtûm terras Aſtræa reliquit. *Ouid. met. 1.*

IVVENCA.

Formoſa. Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca. *Virg. Geor. 3.*

Edomita. Veluti iuuenca vitans onus indomita iugi. *Catul.*

Niuea. Ducũtur niueæ populo plaudẽte iuuencæ. *Ouid.Am.3.*
Nitens. ———————inque nitentem
Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam. *Oui.met.1.*
Cornigera. Quas neq; cornigeræ morſu læſere iuuencæ. *O.met.13.*
Sine labe. ———————ſine labe iuuencam
Cõiugij rud. Mactarunt operum, coniugijque rudem. *Ouid faſt.4.*
Mollis. Imbelles vitulos, molleſque iuuencas
Tranſmittet. *Stat. Th. 8.*

Imbellis. Proterua. Torua fronte minax. Alta ceruice ferox. Nitida.

IVVENCVS.

Niueus. Tercentum niuei tondent virgulta iuuenci. *Virg geor.1.*
Validus. ———validis terram proſcinde iuuencis. *Vir. ge. 2.*
Luctans. Flectere luctantes inter vineta iuuencos. *Ibidem.*
Fortis. ———ſeu quis fortes ad aratra iuuencos, &c. *Virg. geor.3*
Nigrans. ———totidem nigrantes terga iuuencos. *Virg. æn.5.*
Durus. Nã mihi quę duri colerẽt pater aruá iuuẽci. *Oui. met. 3.*
Toruus. Grãdiaq; in toruos trãsformat mẽbra iuuẽcos. *O.m.10.*
Indomitus. Sæuior indomitis eadẽ Galathea iuuencis. *Oui.met.13.*
———————numenque ſupernum
Laborifer. Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci. *Oui.met.15.*
Petulans. Fronte nunc toruâ petulans iuuencus. *Sen. Hip.*
———————duxere iuuencos
Docilis. Impreſſis dociles terrã proſcindere aratris. *Silius 16.*
Difficilis. Tempore difficiles veniũt ad aratra iuuenci *Ouid.am.1.*
Rudis operũ. Colla rudes operũ, præbẽt ferienda iuuenci. *Ouid.faſt.1.*
Fronte lun. ———nondum lunatã fronte iuuencus. *Stat.Th. 6.*
Pulcher. Haud equidem pretio inductus, pulchróque iuuenco
Veniſſem. *Virg.æneid.5.*

IVVENIS.

Egregius. Hoc iuuenem egregiũ præſtanti munere donat. *V.æn.5.*
Lectus. ———lectos iuuenes, fortiſſima corda,
Fortis. Defer in Italiam. *Ibidem.*
Ferox. —primo iuuenes trepidant in amore feroces. *Pro.2.*
Valens. Fitque valens iuuenis, &c. *Oui.met.15.*
Patcius iunctas quatiunt feneſtras
Proteruus. Ictibus crebris iuuenes proterui. *Hor. car. 1.*
Ferus. Meus iſte labor eſt aggredi iuuenem ferum,
Mentemque ſæuam flectere immitis viri. *Sen. Hip.*
———mutatur in horas
Imberbis. Imberbis iuuenis. *Hor.de ar.poet.*
Cer. in vit. Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper
Prodigus. Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris,

Sublimis. Sublimis,cupiduſque,& amata relinquere pernix. *H. ib.*
Feruidus. ———feruidos iuuenes anus
Tenebo? *Sen. Theb.*

Superbus. Inflatus. Inſignis forma. Cupidus. Forma decorus.

IVVENTA. *IVVENTAS. Iuuentus.*

Comis. Et parum comis ſine te iuuentas. *Hor. Car. 1.*
Viridis. Euryalus forma inſignis, viridique iuuentâ. *Virg. ænei. 5.*
Æterna. —ille mihi dabat ęternamque iuuentã,&c. *Oui. me. 14.*
————————me quoque pectoris
Dulcis. Tentauit in dulci iuuenta. *Hor. Car. 1*
———fugit retro
Læuis. Læuis iuuentas, & decor. *Hor. Car. 2.*
Imbellis. Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidoque tergo *idem 3. Car.*
Luxurians. —ordirique virũ nõ luxuriante iuuentâ. *Cl. de laud. Stil.*
Petulans. Hos ante petulans alta ceruice iuuentas
Excludit ſenium luco. *Cl. de Nup. Hon.*
Lubrica. Lubrica niſi te iuuenta
Præcipitem flexus daret. *Auſ. profeſſ.*
Indocilis. Regat indocilem mitis cenſura iuuentam. *Auſ. Edyll.*
Feruida. Nec te iuuentæ feruidæ
Inſtans periculum mouet? *Prud. de Co.*
Pubeſcens. ———vix pubeſcente iuuentâ. *Silius 16.*
Radians. Ipſe inter medios roſea radiante iuuentâ. *Val. 8.*
Docilis. Dij probos mores docili iuuentæ, &c. *Hor. Epod.*
Gnaua. ———gnauam potes exercere iuuentam. *Cal. Ecl.*
Tenera. ———teneramque regit ſub ſede iuuentam. *Manil. 2.*
Prima. ———primâ floreſcente iuuentâ. *Silius 15.*
Prim. flore. Ante vrbẽ pueri,& primæuo flore iuuentus. *Virg. æn. 7.*
————————ſæuitque iuuentus
Effera. Effera. *Virg. æn. 8.*
———ſunt nobis fortia bello
Rebus ſpect. Pectora,ſunt animi,& rebus ſpectata iuuentus. *ibid.*
Delecta. ——————— delecta iuuentus,
Flos veterum,virtuſque virûm,quos iuſtus in hoſtem
Fert dolor. *ibid.*
Bello lecta. ———& bello lecta iuuentus. *ibid.*
Florens. ———florente iuuenta
Feruidus. *Hor. de arte Poët.*
Roſea. ———& roſeæ perfudit flore iuuentæ. *Val. 5.*
Generoſa. Certat onus luctu generoſa ſubire iuuentus. *Ouid. ad Li.*

Audax. ————————audáxque iuuentus
Etupit. *Lucanus 3.*
Pat. operũ. —patiẽs operũ paruóque aſſueta iuuẽtus. *Virg. Geor. 1.*

Bellis accenſa.	*Furibunda.*	*Decora.*	*Ardens.*
Anni, ætas primæ lanuginis.		*Superba.*	*Pubeſcens.*
Formoſa.	*Gnaua.*	*Pulchra.*	*Valida.*
Effrena.	*Acrior ætas.*	*Procax.*	*Tenera.*
Paruo aſſueta.	*Nitida. Culta.*	*Flagrans.*	*Pubens.*

IXION.

Rex fuit 1 Theſſaliæ, qui à Ioue conuiuio acceptus, Iunonem de ſtupro 2 interpellare auſus eſt: id Iuppiter reſciens, è nebula Iunonis effigiem conformauit: quam cùm Ixion vidiſſet, ratus veram eſſe Iunonem, in eius ruit amplexus: inde, ſi creditur Poetis, nati ſunt Centauri. Quam iniuriam iuſtè vltus Iuppiter, nefarium nebulonem fulmine ad inferos detruſit; effecitque, vt rotæ circumactæ radijs 3 alligatus, æternùm volueretur.

Sit Medea ferox, inuictáque, flebilis Ino,
2 *Perfidus.* Perfidus Ixion *Hor. de arte.*
3 *Tort⁹ rotâ.* ———rapitur volucri tortus Ixion rotâ. *Sen. Her fu.*
1 *Theſſalus.* Quẽ grauida nubes Theſſalo genuit duci. *idem.*
2 *Audax.* Duxerat Hippodamẽ audaci Ixione natus. *Ou. met. 12.*

L

LABOR.

Cùm curam labor ſignificabit, vocabitur Summus, Sedulus, Acèr, Præcipuus, *&c. cùm in opere defatigationem, erit* Sollicitus, Durus, Grauis, *&c. ſi tali in opere omnis opera luditur, fac* Ingratum, Irritum, Inuiſum, *&c. ſi longus ſit, & propè infinitus, vtere his,* In ſe recurrens, Actus in orbem, Catenatus, *&c. ſi iam labor finiatur, fiet* Exhauſtus, Exſudatus, Edomitus, *&c. denique ſi vtiliter fuerit inſumptus, eleganter dicetur* Fœlix, Blandus, Dulcis, *&c. Labor etiam ſignificat periculum, aut calamitatem. Pro quibus habes exẽpla.*

Summus. ————————fiet hic ſummus labor. *Sen. Her. Oe.*
————————labor omnia vincit
Improbus. Improbus, & duris vrgẽs in rebus egeſtas. *Virg. Geor. 1.*
Longus. ————longum cantu ſolata dolorem. *ibid.*
Durus. Ergo quod viuo, duríſq; laboribus obſto. *Ou. triſt. 4.*
Inſanus. Quid tãtùm inſano iuuat indulgere labori. *Virg. Æn. 2.*
Æternus. Æternúmque manus carpebant ritè laborẽ. *Catul.*
Aßiduus. Quem labor aſſiduus vicino terreat hoſte. *Tibul. 1.*
Præcipuus. Præcipuũ iã inde à teneris impẽde laborẽ. *Vir. Geor. 3.*
Sæuus. Nox, & hyẽs, longæq; viæ, ſæuíq; labores. *Ou. de arte 2*

Immenſus.	————immenſos ſiſte labores.	*Ouid.met.5.*
Magnus.	Paruula nã exẽplo eſt magni formica laboris.	*Hor.ſat.1*
Ingens.	Ingens hic terris creſcit labor.	*Sil. 3.*
Auſterns.	Molliter auſterum ſtudio fallente laborẽ.	*Hor.ſat.2.*
Grauis.	————————————feſſus graui	
	Labore niueo corpus Iliſſo fouet.	*Sen. Hip.*
Difficilis.	Difficilis noſtrâ poſcitur arte labor.	*O. de arte 2.*
	Afflictat fortuna viros per bella, per æquor,	
Catenatus.	Iráſque, inſidiáſque, catenatóſq; labores.	*Auſon.Edyl.*
Immanis.	Immanẽ exhauſit rerum in diuerſa laborẽ.	*idem epig.*
Impiger.	————labor impiger, aſpera virtus,	
	Vis animi.	*Pru.in Sym.*
	Illîc ſub niuibus ſomni, curæque, labórque	
Peruigil.	Peruigil.	*C.de bel.Ge.*
Sollicitus.	————tu ſollicitos impende labores.	*Nemeſian'.*
Pradurus.	————præduri plena laboris	
	Cerno equidem.	*Valerius 1.*
	————————mihi credite, non eſt	
Arduus.	Arduus in pugnas ferri labor.	*Silius 7.*
Acer.	———acres ſociare labores—Expoſcunt,	*idem 15.*
Sudatus.	———ſudatus labor, & bellis amor acrior.	*idem 3.*
Edomitus.	Vnde nec indomitos, exſudatóſque labores	
Exſudatus.	Reſpexiſſe libet.	*ibid.*
Vigilatus.	Hoc pretium vitæ, vigilatorúmque laborum	
	Cepimus.	*Ouid.triſt.2.*
Sedulus.	Nec dum dolentum ſedulus potuit labor.	*Seneca.*
Egregius.	Pollentis Aſiæ Cælicolûm egregius labor.	*Virg.Æn.3.*
Facilis.	Alternis facilis labor.	*idem Geor.1.*
Dulcis.	Nunc age, dicta meo dulci quæſita labore	
	Percipe.	*Lucret. 2.*
Fœlix.	————primi fœlix labor ille magiſtri.	*Valer. 4.*
	———————————extremáque fati	
Clarus.	Depoſcis, claróque ferox das vela labori.	*Sil. 3.*
Blandus.	———blando nequeunt ſupereſſe labori.	*Virg.Geor.3.*
Ingratus.	—fruſtráque laborem—Ingratum trahit.	*ibid.*
Irritus.	———longíque perit labor iritus anni.	*Ouid.met.1.*
Indignus.	Nemo tamen ſtudiis indignum ferre laborem	
	Cogetur poſthac.	*Iuuen.ſat.7.*
Inanis.	Cũ labor extuderit faſtidia, ſiccus, inanis.	*Hor.ſer.2.*
Sterilis.	————in ſterili vita labore perit.	*Mar.epig.10*
Vanus.	Grandia qui vano colla labore facit.	*idem 14.*

Caducus. In ſe recurrens. Annuus. Actus in orbem. Caſſus. Siccus.

LABOR, calamitas, periculum.

Infandus. O ſola infandos Troiæ miſerata labores! *Virg.æn* 1.
Supremus. Et grauiter Troiæ ſupremũ audire laborẽ. *Virg. æn.*2.
Summus. Fiet hic ſummus labor. *Sen.Her,œt.*
Grauis. Phœbe graues Troiæ ſẽper miſerate labores. *V. æn.*9.
Longus. ——longos caſtrorum ferre labores. *Iuue.ſat.*14.
Lamentabilis. Immenſus. Arduus. Extremus.

LABRVM, Vas

Tremulum. Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercuſſum, aut radiantis imagine lunæ. *V.æn.*8.
Plenum. ——ſpumat plenis vindemia labris. *Virg.geor.*2.

LABRA. *Plur* Labrum. Labellum.

Roſea. Roſeis, vt hinc labellis palans ſonitus abiit. *Catull.*
Tenera. Nutribat teneris dimulgens vbera labris. *Virg.Æn.*11.
Æmul.roſis. Pæſtanis rubeant æmula labra roſis. *Mar.epig.*4.
Flammea. Purpurea. Blanda. Rubentia. Suaueolentia.

LABYRINTHVS. *V.* Minotaurus.

Eius deſcriptionem vide apud Virg. æneid.5.
Parietibus textum cæcis iter. Secta per dubias ſaxea tecta vias.
Semiferi Gortynia tecta iuuenci. Cæca domus monſtri Gnoſſij.
Flexus Labyrintheus. Dædaleum iter. Domus multiplex.
Error. Anceps. Irremeabilis. Inextricabilis.
Perplexus. Anfractus dubius. Inobſeruabilis. Circunflexus.
Tectum. Cæcum. Curuum. Recuruum. Dædaleum.

LAC.

Nouum. Lac mihi nõ æſtate nouũ, nõ frigore deſit. *Virgil.Ecl.*2.
Tepidum. Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. *idem Æn.* 3
Niueum. Mox etiam niueo fundere lacte parent. *Tibul.* 2.
Purum. Vtque roſæ puro lacte natant folia. *Propert.*2.
Dulce. Cum peperit dulci repletur lacte. *Lucret.* 5.
Preſſum. Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. *Virg. Buc* 1.
Coactum. Intybáque, & radix, & lactis maſſa coacti. *Ouid.met.*8.
Concretum. ——veluti concretum vimine querno
Lac ſolet. *idem met.*13.

LACERNA. *v.* Veſtis.

LACERTVS.

v. Brachium. Dextera Manus.

Iuuenilis. Hei mihi cur vnquã iuuenilib⁹ acta lacertis, &c. *O.ep.*12.
Niueus. Dixerat, & niueis hinc atque hinc diua lacertis. *V æn.* 8.
Tener. ——teneris retinere lacertis. *Tib.* 1.
Candens. —candentes humero ſuppone lacertos. *ibid.*
Blandus. Quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis. *O.met.*2.

Hunc

Formoſus. Hũc potes amplecti formoſis ſtulta lacertis. *Oui. Am.*3.
Validus. ———validoque precor vibrata lacerto
Tranſeat Hectoreum Pelias haſta latus. *Ou. epiſt.*3.
Ferox. Ora ferox in ſe verſa lacertus habet. *Ouid. epi.*4.
Fortis. Non puduit fortes auro cohibere lacertos. *Ouid. ep.*9.
Grauis. ——per vtrumque graui vibrata lacerto *Ouid. met.*5.
Fraxinus acta femur. *ibid.*
Adductus. ——adducto contortum haſtile lacerto
Immittit. *Virg. æn.* 11.
Excuſſo. Aut tremulũ excuſſo iaculũ vibrare lacerto. *Ouid. ep.*4.
Imbellis. Infirmus. Mollis. Teres.

LACERTVS. *LACERTA*, Serpens.

Viridis. Nunc virides etiã occultant ſpineta lacertos. *Virg. Ecl.*2.
Picti. Abſint,& picti ſquallentia terga lacerti. *Virg. geor.*4.

LACHESIS. *Vide* PARCA.

Dura. O duram Lacheſim quæ tam graue ſydus habenti
Fila dedit vitæ non breuiora meæ. *Oui. triſt.*5.
Longæua. Hoc mihi iãpridẽ Lacheſis lõgæua canebat. *Cl. in Eutr.*2.
Ferrea. ——tum demum ferrea ſumet
In te ius Lacheſis. *Cl. de bel. G.*
Inuida. Inuida quem Lacheſis raptũ trieteride nona
Dum numerat palmas credidit eſſe ſenem. *Mar. ep.*10.

LACHRYMÆ. *LACHRYMA.*

Triſtes. Triſtibus, & lachrymis oſcula miſta dabis. *Tibull.* 1.
Supplices. Captorum lachrymis humida ſupplicibus. *Prop.*1.
Dulces. Dulcibꝰ indulget lachrymis,aperitq; dolorẽ. *Valerius* 3.
Fideles. Et ſepeli lachrymis perfuſa fidelibus oſſa. *Oui. epi.*14.
Mites. Et lachrymæ mites inter mandata cadebant. *Oui. met.*6.
———nec te mandata parentis
Piæ. Cum lachrymis mouere piis. *Ibidem.*
Salſæ. ———lachrymas,& fundete ſalſas. *Lucretius* 1.
Molles. Quid molles lachrymas, venerãdaq; nomina fingis? *St. Th.*7
Obortæ. ——ſinum lachrymis impleuit obortis *Virg. æn.* 4.
Effuſæ. Effuſæque genis lachrymę,& vox excidit ore. *Virg. æn.*6.
Cadentes. Cogar & inuitam lachrymas ſiccare cadentes. *Prop.*1.
Profuſæ. ——lachrymiſque toro manante profuſis *Ouid ep.*10.
Rorantes. Et lachrymis ſpargunt rorantibus ora genaſq; *Lucret.*2.
Decidentes.—— ——leuiterque decidentes
Abraſit lachrymas nitente plectro. *Stat. ſyl.*2.
Turpis. ——turpi lachryma precibuſque pudendis
Fœmineum tenues vlulatum fundere in auras. *Silius* 13.
Rigant. ora. Obuia turba ruit lachrymiſque rigantibus ora. *O. ad Li.*

Fluent. per ora. Et lachrymis per adhuc humana fluentib⁹ ora. *O. M.* 4
Voluta per ora. —lachrymæque per ora volutæ. *Vir. æn.* 10.

LACVNA.

Caua. —cauæ tepido ſudant humore lacunæ. *Virg. geor.* 1.
Bibula. Hi ſiccant bibulas manu lacunas. *Stat. ſyl.* 4.
Vaſta. Fit quoq; vbi magnas in aquas, vaſtaſq; lacunas. *Lucr.* 6.
Pigra. ——pigras repetunt feſſi ſudore lacunas. *Claud.*
Magna. *V. Gurges.*

LACVS.

Viuus. Speluncæ viuique lacus. *Virg. geor.* 2.
Liquidus. Quæque lacus latè liquidos quæque aſpera dumis
Rura tenent. *Virg. æn.* 4.
Limpidus. ——hunc ad vſque limpidum lacum. *Catull.*
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere ſæpe
Gelidus. In gelidos reſilire lacus *Oui. met.* 6.
Profundus. Tentaſſes me non audente profundos
Ire lacus. *Stat. ſyl.* 1.
Altus. ———lacu ſe condidit alto. *Virg. æn.* 8.
Patulus. Stagna petit patuloſque lacus. *Oui. met.* 2.
Limoſus. Limoſoque lacu per noctem obſcurus in vlua. *Vir. æn.* 2.
Torpens. Stagnaque, torpenteſque lacus, pigraſq; paludes. *St. th.* 9
Cærulus. Cærulus immenſo panditur ore lacus. *Claud.*
Flumineus. Non nouere nemus flumineoſque lacus. *Mart. ep* 10
Nitidus. Merſerat in nitidos ſe Cleopatra lacus. *Mart. ep.* 4.
Altus. Tranquillus. Imus. Segnis. Piger. Immenſus.

LADON.

Fluuius eſt Arcadiæ Apollini 1 *ſacer : dictus* 2 *Parrhaſius ab vrbe Parrhaſia in Arcadia.*

Arenoſus. Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem. *Oui. met.* 1.
Rapax. ——Ladonque rapax, & Mænalus ingens. *Oui. faſt.* 5.
1 *Apollineus.* Te nec Apollineus Ladon, nec Xanthus vterq; *Sta. th.* 4.
2 *Parrhaſius.* 1 *Pithius.*

LÆNA *Vide* VESTIS.

LÆSTRYGONES.

Immanes populi in extrema Italia, non longe à Sicilia olim habitantes: qui carne humana veſci conſueuerant. Vide Homer Odyſſ. K.

Inculti. Incultos adiit Læſtrigonas. *Tibul.* 4.
Immanes. Fingentẽ immanes Læſtrigonas, & Cyclopas. *Iu. ſat.* 14.
Duri. Regnatam duro quondam Læſtrigone. *Silius* 14.

LÆTITIA. *Vide* GAVDIVM.

Æquam memento rebus in arduis
Seruare mentem, non ſecus in bonis

Inſolens. Ab inſolenti temperatam
Lætitia, &c. *Hor. car.2.*
Vana. ——illic temerarius error
Vanaque lætitia eſt, conſternatique tumores. *Ou. met.12.*
Inanis. Dum me lætitia tumefactum fallis inani. *Prop.3.*

LAMENTVM.

Clarum. Mopſopia claris tota lamentis ſonet, *Sen. Hip.*
Turbidum. Nec turbida ſacris
Obſtrepitant lamenta choris. *Claud.*
Fœmineum. Triſte. Miſerum. Mœſtum.

LAMPAS.

Pinguis. ——pingueſque ardere videntur
Lampades, & rutilis collucent ignibus ignes. *Oui. met.4.*
Coruſca. Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis. *Oui. met.11.*
Ignifera. Lampadas igniferas manibus retinētia dextris. *Lucret.2.*
Fumifera. Ibat fumiferam quatiens Oncheſtrius Idas
Lampada. *Stat. th.8.*
Fumans. Nunc picea iactat fumantem lampada flāma. *Silius 1.*
Flagrans. ——flagrantem lampada ſubdit. *Silius 2.*
Ardens. ——ardentem coniecit lampada Turnus. *Virg. æn. 9.*
Clara. ——nec lampade clara
Nec ſonitu nec voce deæ perculſus. *Stat. th. 10.*
Rutilans. Rutilantem attollens lampada Titan. *Sil. 12.*
Ignea. Ad terram cælo decurrens ignea lampas. *idem.*
Rutila. Et pharetram, & rutilæ fuſcarent lāpados ignē. *Auſon.*
Tremula. Sanguinea tremulā quatiebat lampada dextra. *Petr Arb.*

LANA.

Hic lanam purpureo colore infectam tradidimus: quam ſi velis alijs epithetis donare: conſule, capita Murex, Color, Purpura, Ahenū, &c.
Rudis. Creditur, & lanas excoluiſſe rudes. *Ou. de A.2.*
Sordida. Quas geritis veſtes ſordida lana fuit. *Ou. de art.2*
Candens. ——candentis mollia lanæ
Vellera. *Catull.*
Niuea. Tundebat niueæ ſplendentia vellera lanæ. *Silius 15.*
Albens. ——albentes inuertere lanas
Murice Getulo. *Silius 16.*
Nitida. ——nitidâ fulgebat ſplendida lana. *Mart. ep.9.*
Mollis. ——Sidonio mollis aheno
Repet. aheno. Repetita bibit lana colores. *Sen. Her. œt.*
Alba. Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno. *Virg. geor.2.*

Medicata ——neque amiſſos colores
fuco. Lana refert medicata fuco. *Hor. Car. 3.*
Bibula. Phocaico bibulas tingebat murice lanas. *Oui. met. 6.*
Tincta mur. Conſule de gemmis, de tincta murice lana. *O. de Am. 1.*
Bis tincta. ——te bis Afro ——Murice tinctæ
Veſtiunt lanæ. *Hor. car. 2.*
Fucata. Colorata. Medicata.

LANCEA.

Vide Haſta. Haſtile. Spiculum. Contus. Telum.

Atrox. ——ibat atrox finem impoſitura duello
Lancea. *Stat. The. 8.*
Torta. Nec volet excuſsâ lancea torta manu. *Mart. de ſp.*
Stridula. ——ſtridula lancea torto
Emicat amento. *Prud. Pſych.*
Vltrix. Vltrix iniuſti vibratur lancea belli. *Silius 1.*
Improba. Ille velut refugi quem contigit improba Mauri
Lancea. *Valerius 3.*

LANGVOR. *Vide* MORBVS.

Mollis. ——rurſus molli languore ſolutus
Depoſuitque caput. *Ou. met. 11.*
Grauis. Aut languor grauis, aut mali dolores. *Mar. ep. 6.*
Piger. ————piger ignauos
Alligat artus languor. *Sen. Oed.*
Aſper. An corpus ægrum languor aſper vrgeat. *Prud. de Co.*
Perpetuus. ——perpetuus corpora languor habet. *Oui. triſt. 3.*
Triſtis. Acerbus.

LANVGO.

Sunt primi pili qui in adoleſcentium genis, & in pomis quibuſdam creſcunt in morem lanæ, vnde lanugo dicta eſt.

Noua. Dum noua lanugo eſt, pauidos formidine ceruos
Terret. *Oui. faſt. 5.*
————iuuentas
Mollis. Occipit, & molli veſtit lanugine malas. *Lucret. 5.*
Prima. Nondum ſignatæ primâ lanugine malæ. *Silius 2.*
Ridens. Oraque ridenti lanugine veſtiat ætas. *Clau. Pan. 5*
Roſea. ——roſeâ lanugine malæ. *Stat. Th. 9.*
Tenera. Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. *Virg. Ecl. 2.*
Dubia. Signarat teneras dubia lanugine malas. *Oui. met. 13.*

LANX.

Panda. Lancibus, & pandis fumantia reddimus exta. *Virg. Ge. 2.*
Calata. Quam de cælata ſumere lance iuuat. *Ou. Pont. 3.*
Grandis. Thura minus grandi quam data lance valent. *O. Pont. 4.*

Rotum. ——iligna nutritus glande rotundas
Curuat aper lances *Hor. ſat.* 2.
Magna. ———de magnâ quod dare lance
Non poſſit. *Perſ.*

LAODAMIA.

Fuit conjux Proteſilai Regis 3 Theſſaliæ, qui primus Græcorum ad Trojam occubuit; quem caſum ita ægrè tulit caſtiſſima mulier, vt cum ei defuncti mariti vmbra ex inferis appareret, in eius amplexus effuſa expirarit. Dicitur 1 *Phylaceia ab Phylace vrbe* 2 *Theſſaliæ, vbi etiam eſt mons,* 2 *Æmus. Vide Ouid. Epiſt.* 13.

1 *Phylaceïa* Vt viuat famâ conjux Philaceïa, cuius
conjux. Iliacam celeri vir pede preſſit humum. *Oui. triſt.* 5.
Mittit, & optat amans, quo mittitur ire ſalutem
2 *Æmonis.* Æmonis Æmonio Laodamia viro. *Ouid. ep.* 13.
Pulcherrima. Quo tibi cum caſu pulcherrima Laodamia. *Catullus.*
Iucunda. Illic Phylacides iucundæ coniugis Heros
Non potuit cæcis immemor eſſe locis. *Prop.* 1.
3 *Theſſala.*

LAOMEDON.

Pater Priami regis Trojæ: vnde Trojani dicti ſunt Laomedontiadæ. Eum Idæum ab Ida monte in Phrygia Ouid. & Horatius fraudulentũ vocauit: quòd Neptunum, & Apollinem deos, mercede pactâ ob Trojam ædificatam defraudarit.

Idæus. Ilia ab Idæo Laomedonte genus. *Ouid. Am.* 3.
Fraudulẽto. Cum populo, & duce fraudulento. *Hor. Car.* 3.

LAPIS. LAPILLI. Plur. GEMMA.

Delige tibi epitheta ab ijs partibus quæ ſolem 1 *orientem ſpectant, qualis eſt* 3 *India, quæ in extremo* 2 *oriente ſita eſt: &* 3 *Erythræum, ſeu rubrum mare, vbi gemmæ vnioneſque reperiuntur.*

3 *Erythræi.* Nox, & Erythræis Thetidis ſignanda lapillis. *Stat. ſyl.* 4.
1 *Eoi.* ——Eois pectus variare lapillis. *Prop.* 1.
1 *Petit. or.* Adiicit extremo lapides oriente petitos. *Oui. met.* 7.
Picti. ——tenues conchas pictoſque lapillos
Pontus habet. *Ouid. Am.* 2
2 *Peregrini.* Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos. *Ou. de Nu.*
Teretes. Munera fert illi conchas, tereteſque lapillos. *Ou. met.* 10.
Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ
Clari. Nec clari lapides tempora. *Hor. Car.* 4.
Virides. ——inter niueos virideſque lapillos. *Hor. ſat.* 1.
O nox omnis, & hora quæ notata eſt
Cari. Caris littoris Indici lapillis! *Mar. ep.* 10.
Niueus. ————nec niueus lapis

Deducat aures Indici donum maris. *Sen. Hip.*

3 *Indici.* Iſta eſt carior Indicis lapillis. *Mar. epiſt. 1.*

Non vllam raræ labefactes munere veſtis

Pellucidulі. Aut pellucidulі diuitiis lapidis. *Catull.* 2

Candidi. Quo lapide illa diem candidiore notet. *Idem.*

LAPIS. *Vide* SAXVM. 1 Marmor.

Nudus. ——————quamuis omnia nudus

Limoſoque palus obducat paſcua iunco *Virg. Ecl. 1.*

——————nunc nobile ſignum

Aſper. Quum fieret lapis aſper erat. *Oui. de ar. 3.*

Durus. Et ora durus pulchra populatur lapis. *Sen. Hip.*

1 *Parius.* Stabunt & parii lapides ſpirantia ſigna. *Virg geor. 5.*

LAPITHÆ.

Populi in Theſſalia (vbi Pelethronium 1 oppidum) quorum rex fuit Pirithous: ad cuius nuptias, quod Hippodamiam rapuiſſent, cum Centauris decertarunt. Vide Ouid. Met. 12.

1 *Pelethronij.* Frena Pelethronii Lapitę gyroſque dedere *Virg. geor. 2.*

Sylueſtres. Fœmina ſylueſtres Lapithas, populũque biformẽ. *O. A. 3.*

Saui. Nec ſæuos Lapithas, & nimium mero

Hylæum. *Hor. Car. 2.*

——————Mars perdere gentem

Immanes. Immanem Lapithûm valuit. *Virg. æn. 7.*

LAPPA

Herba genus frumentis, frugibuſque omnibus adhæreſcens.

Tenax. Mixta tenax ſegeti creſcere lappa ſolet. *Oui. Pont. 2.*

Inutilis. Nos quoque frugiferum ſentimus inutilis herbæ

Numen. *Ibidem.*

Leuis. —lolium lappaſque leues per adultera culta. *Prud. Ha.*

LAPSVS.

Caſum 1 ruinamque ſignificat: de ſerpentium progreſſu de 2 fluminum item & 3 auium curſu dicitur. Conuenientia epitheta vnicuique ſubiecto delige è proprijs capitibus.

1 *Grauis.* ——graues nimio ſub pondere lapſus. *Lucanus 1.*

1 *Anceps.* ——ancipites rerum lapſus. *Cl. Pan. 1.*

3 *Horrificus.* At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt

Harpyiæ. *Virg. æn. 3.*

2 *Rapidus.* Arte materna rapidos morantem

Fluminum lapſus, &c *Hor. Car. 1.*

2 *Pronus.* ——prono curuaui flumina lapſu

In fontes reditura ſuos. *Cl. in Ruf. 1.*

2 *Mollis.* Mollis lapſus agit, qui te nunc lene fluentem. *Lucanus 1.*

Celer. At celeri fermè pergunt vbi fulmina lapſu. *Lucretius 6.*

LAQVEARIA.

Aurea. ———dependent lychni laquearibus aureis Incenſi. *Virg.æn.* 1.
Aurata. ———auratis pendens laquearibus enſis. *Per. ſat.* 1.
Fulua met. Regia gemmato laquearia fulua metallo. *Prud.in Sym.*2.

LAQVEVS.

Vide Vinculum. Lorum. Catena.

Arctus. Arctis colla laqueis inferi prohibebis. *Sen. Theb.*
Teres. Alius teretes properet laqueos. ———implicuit cadens *Sen. Hip.*
Tenax. Laqueo tenaci corpus. *Sen. ibid.*
Validus. ———quam validis hæſerit in laqueis. *Pro.* 2.

LARDVM.

Pingue. Pinguia cur illis guſtantur larda calendis. *Ouid.faſt.*6.
Graue. Non lardum graue debiliſue perna. *Stat. ſyl.* 4.
Rubens. Et pallens faba cum rubente lardo. *Mart.epiſt.*5

LAR, LARES.

Dij erant 1 *domeſtici qui ad focum* 2 *ſedentes totius domus curam gerebant. Pro* 3 *domo* 4 *& foco frequenter ponuntur.*

Antiquus. Reddereque antiquo menſtrua thura Lari. *Tib.* 1.
1 *Patrius.* Nec te Lar patrius, ſed amor reuocabit. *Ou.de r.a.*1.
1 *Priuatus.* Sub Lare priuato tutius eſſe putant. *Oui. Pont.*1.
Renidens. Circa renidentes Lares. *Hor. Epod.*
Secretus. Me mea tellus Lare ſecreto, Tutóque tegat. *Sen. Her.fu.*
1 *Fuliginoſ⁹.* Fuliginoſi thure placantur Lares. *Prud. de cor.*
Fœlix. Vos quoque fœlices quondam, nunc pauperis agri Cuſtodes fertis munera veſtra Lares. *Tibul.*1.
3 *Paternus.* ———inopémque paterni Et Laris, & fundi. *Hor. ep.*2.
3 *Paruus.* Mundæque paruo ſub Lare pauperum Cœnæ. *Hor.Car.*2.
3 *Priuatus.* Priuatos gaudet nunc habitare lares. *Mar. epig.*9.
4 *Perpetuus.* Sic Lare perpetuo, ſic turba ſoſpite, &c. *ibidem.*
Feſtus. Et larga feſtos ducet ad Lares ſylua. ———ire iuberis *idem epig.* 3.
3 *Nitidus.* Ad Proculi nitidos, officioſe, Lares. *idem epig.* 1.

LARISSA.

Tres ſunt eius nominis vrbes. Lariſſam Theſſalicam, vnde Achilles Lariſſæus dictus eſt, hic accipe.

Opima. Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ. *Hor.car.*1.
Potens. Atque olim Lariſſa potens, vbi nobile quondã, &c. *Luc*

LATEBRÆ.

Effoſſæ. Sæpè etiam effoſſis (ſi vera eſt fama) latebris,
Sub terra fodère Larem. *Vir. Geor.* 4.
Cæca. Rurſum ex diuerſo cæli, cæcíſque latebris. *idem Æn.* 3.
Abdita. Theſeu, latebrâ quære longinquâ, abditâ. *Sen. Her. fu.*
Turpes. Turpéſq; latebras ſpernis, agnoſco indolē. *Sen. Troad.*
Curua. ——————curuis fruſtra defenſa latebris
Vipera. *idem Geor.* 3.
Opportuna. Scitis enim, & multis latebra opportuna fuiſtis. *Ou. m.* 5
Tuta. *Nigra.* *Caua.* *Occulta.* *Arcana.* *Longinqua.*

LATEX.

Latex pro omni quod humidum eſt ponitur, de 5 oleo, ſanguine effuſo in ſacrificijs, 4 lacte, 3 vino, 1 aqua fontium 2 dicitur. Negra. ueris itaque apta epitheta in ſingulis, & proprijs capitibus deſumere.
1 *Cæruleus:* Cæruleos ventis latices durantibus Iſter
Congelat. *Ouid. triſt.* 3.
Calidus. Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
Expediunt. *Virg. Æn.* 6.
——————mare, flumina, fontes
2 *Perennis.* Semper abūdare, & latices manare perēnes *Lucret.* 5.
3 *Lyæus.* Regales inter menſas, laticémque Lyæum. *Virg. Æn.* 1.
Profuit inſerto latices infundere cornu
3 *Lenæus.* Lenæos *idem Geor.* 3.
Vidit thuricremis cùm dona imponeret aris,
4 *Sacer.* (Horrēdū dictu!) latices nigreſcere ſacros. *idem Æn.* 4.
O Enea namque ferunt, plenis ſucceſſibus anni
Primitias frugum Cereri, ſua vina Lyæo,
5 *Palladius.* Palladios flauæ latices libaſſe Mineruæ. *Ouid. met.* 8.
Tepidus. *Gelidus.* *Purus.*

LATINVS.

Laurentum rex, 1 Fauni, & Marica Laurentis nymphæ filius: duxit Amatam vxorem, ex qua Lauiniam ſuſcepit, quæ Æneæ nupſit. Vide Virg. Æneid. 7.
——————rex arua Latinus, & vrbes
Fauno Iam ſenior longâ placidas in pace regebat.
genitus. Hunc Fauno, & nymphâ genitum Laurente Maricâ
Accipimus.
1 *Faunigena.* Faunigenâq; domo potitur, natâq; Latini. *Ou. met.* 14.
Prædiues. Iam verò in tectis prædiuitis vrbe Latini. *Virg. Æn.* 11.
Rex. ——————non vobis, rege Latino
Diuitis vber agri, Troiæue opulētia deerit. *idem Æn.* 7.
1 *Genus Fau.* Rex genus egregium Fauni, &c. *ibid.*

LATIVM.

Satis fuſè id explicuimus ad caput Italia, *quod conſules.*

Ferox. Vrbéſque, gentéſque, & Latium ferox. *Hor. car.* 1.
Si Palatinas vidit æquus arces,
Fœlix. Rémque Romanam, Latiúmque fœlix. *idem epod.*

LATONA.

Filia fuit 1 *Cei,* 3 *Titanis filij: quæ ex Ioue Apollinem,* 2 *& Dianam vno partu edidit.*

2*Gemellipa.* Magna gemellipare venerantur numina diuæ. *Ou. m.* 6.
Titania. Acceſſit, poſitóque genu Titania terram
Preſſit. *ibid.*
1 *Filia Cei.* ——————neque enim filia Cei
Supplicat indignis. *ibid.*
3 *Titanis.* ———audetis genitam Titanida Ceo
1*Genita Ceo* Latonam præferre mihi. *idem met.* 6.
Candida. Qualis purpureas præbebat candida veſtes
Numinibus Latona ſuis. *Clau. pan.* 5.
——————Latonámque ſupremo
Dilecta Ioui. Dilectam penitus Ioui. *Hor. car.* 1.

LATRATVS.

Grauis. ——————ecce latratu graui
Loca muta terret. *Sen. Her. fu.*
Clarus. Non tantùm ceruo claris latratibus acto. *Ou. met.* 13.
Vagus. Ceu pernix cùm denſa vagis latratibus implet
Venator dumeta Lacon. *Sil.* 3.
Ingens. Vigil. Sollicitus. Raucus. Vaſtus.

LATRO. *Vide* FVR.

Infeſtus. Tutus ab infeſtis latronibus. *Hor. ſer.* 2.

LATVS.

Niueum. ————niueum latus enſe reuincit. *Propert.* 3.
——————————reddes
Forte. Forte latus, *&c.* *Hor. epiſt.* 1.
Arduum. Inualidum. Rigidum. Dulce.

LAVRVS. *LAVREA.* Arbor.

Daphne, filia 3 *Penei fluuij, ab Apolline, ſeu Phœbo, Poetarum Deo ſummè dilecta eſt. Eá vt potiretur, fugientem celeriter cùm inſequeretur, Virgo integerrima ſuæ* 2 *caſtitatis defenſorem patrem inuocauit, qui eam in arborem laurum mutauit. De qua hæc habet* Plinius lib 15. cap. 30. Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratiſſima domibus ianitrix Cæſarum, Pontificúmque: quæ ſola, & domos exornat, & ante limina excubat. *Hoc ipſe Apollo apud* Ouid.

metamorph. 1. (*vbi tota fabula deſcribitur*) *fuſè atteſtatur.*

——at quoniam coniux mea non potes eſſe,
Arbor eris certè (dixit) mea, ſemper habebunt
Te coma, te cytharæ, te noſtræ, laure, pharetræ:
Tu ducibus lætis aderis, cùm læta triumphum
Vox canet, & longas viſent Capitolia pompas.
Poſtibus Auguſtis eadem, fidiſſima cuſtos,
Ante fores ſtabis, *&c,*

Dicitur, fatidica, quòd per laurum aduſtum Antiqui futura præuidebant: ſi enim in igne ſtrepitum faciebat, tunc (*vt ait* Tibul. lib. 2. eleg. 6.) *ob ſignum optimum Coloni gaudere iubebantur. Si tacita conflagraſſet, malum omen erat.* Prop 2. eleg. 28.

Et tacet extincto laurus adulta foco.

Ornamentum, doctrinaque præmium, vt hedera; pacis 4 *item, ſicut & oliua, ſymbolum eſt. Dicitur autem Parnaſſia, à* 1 *Parnaſſo, monte in Bœotia, Phœbo, & Muſis ſacro.*

Fragilis. ——fragiles incende bitumine lauros. *Virg. Ecl.* 8.
Viridis. ——viridíque aduelat tempora lauro. *idem Æn.* 5.
Amara bac. Amara baccis laurus, & tiliæ leues. *Sen. OEdip.*
Mollis. ——mollíque exutus tempora lauro. *Claud. epigr.*
Viridans. Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro. *Virg. Æn.* 5.
Agreſtis. Ipſe gerens laurũ, lauro deuinctus agreſti. *Tibul.* 2.
Procera. Fagos, ac recto proceras ſtipite lauros. *Catul.*

LAVRVS, quà triumphis adhibetur.

Victrix. Inter victrices hederã tibi ſerpere lauros. *Virg. Ecl.* 8.
Sacra. ——ſacra redimitis tempora lauro. *idem Æn.* 3.
Triũphalis. Ipſe triumphali redimitus tempora lauro. *Tibul.* 2.
Feſta. —feſtâ cingunt montis penetralia lauro. *Silius* 12.
Superba. ——laurúmque ſuperbam
In gremio Iouis excifis deponere Pœnis. *Silius* 15.
4 *Pacifera.* Paciferâ lauro crinem, vittíſque decorus. *Stat. Th.* 12.
Opima. Intereà vittis, lautóque inſignis opimâ. *Stat. The.* 8.
Odorata. Nectis odoratas, & Smyrna, & Mãtua lauros. *idem ſyl.* 4
Nitida. Et Pæana voca, nitidáque incingere lauro. *Ou. met.* 14.

LAVRVS, quà Phœbo, ſeu Apollini ſacra.

Apollinea. Cingor Apollineâ victricia tempora lauro. *Ou. ad Liu.*
Phœbea. Tempora Phœbeâ lauro cingentur. *idem triſt.* 4.
1 *Parnaſſia.* ——etiam Parnaſſia laurus
Parua ſub ingenti matris ſe ſubiicit vmbra. *Vir. Geor.* 2.
2 *Parnaſſis.* Ille caput flauum lauro Parnaſſide vinctus. *Ou. met.* 11.
Gratiſſima Phœbo. ——gratiſſima Phœbo
Laurea. *Virg. Ecl.* 7.

Apollinaris. Laureâ donandus Apollinari. *Hor car. 4.*
Arb. Phœbi. lauua tūc regis poſita viret arbore Phœbi. *Ouid. faſt. 3.*
Phœb. virgo. Tempora Phœbea Virgine nexa tulit. *idem Pont. 2.*
2 *Innuba.* Et tiliæ molles, & fagus, & innuba laurus. *idē met. 10.*
3 *Peneia.* ——in ſummo laurus Peneïa cono. *Val. 1.*
Pura. Pura nouum Vati laurea mollit iter. *Prop. 4.*
Caſta. —iuuenis caſtâ redimitus tempora lauro. *Tibul. 3.*
Delphica. ————————& mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene caput. *Hor. car. 3.*

LAVRVS, qua futurorum præſaga.

Dicitur Chalcidica, à 1 Chalcide, ciuitate in Eubœa, cuius incolæ Cumas, vbi Oraculum Apollinis, condiderunt: & Phocaica, à 2 Phocide, regione Bœotiæ, Parnaſſo, & Helicone motibus, Delphico 4 Oraculo inclyta. Dicitur Enthea, quaſi 3 diuino numine plena.

Fatidica. Littora fatidicas attollunt Delia lauros. *Cl. de lau. St.*
Præſcia vēt. ————————venturi præſcia laurus. *ide de rāpt. 2*
3 *Enthea.* Effræna Phœbas Entheas laurus quatit. *Sen. Agam.*
Delphica. ——hoc me Delphicæ laurus monent. *idem OEd.*
2 *Phocaïca.* Cādida Phocaica cōplectitur infula lauro. *Lucanus 5.*
1 *Chalcidica.* Profer Chalcidicas, Sibylla, lauros. *Stat. ſyl. 4.*

LAVS.

Superba. ————————canere inde ſuperbas
Auſoniæ laudes. *Silius 11.*
Egregia. Egregiā porrò laudē, & ſpolia ampla refertis. *Vir. Æn. 4.*
Inſignis. Ipſe hoſtes Teucros inſigni laude ferebat. *ide Æneid. 1.*
Eximia. ————eximiæ laudis ſuccenſus amore. *ide Æneid. 7.*
Inclyta. ——————inclytas laudes iuuat,
Et clara magni facta genitoris ſequi. *Sen. Tro.*
Poſtera. ————————vſque ego poſtera
Creſcam laude recens. *Hor. car. 3.*
Sincera. ——fructum ſinceræ laudis ab hoſte
Deſuetum iam redde mihi. *Cl. Au. pan. 2*
Pulchra. —pulchram per vulnera quærere laudem. *Pru. in Sy. 2.*
Antiqua. ——tibi res antiquæ laudis, & artis, &c. *Vir. Geor. 2.*
Ardua. Laus eſt ardua dura ſuſtinere. *Sid. Apol.*
Immodica. Laudibus immodicis Cæres in aſtra ferant. *Mar de ſpec.*
Blanda. Tum magis atque magis blandis gaudere magiſtri
Laudibus. *Vir. Geor. 3.*
————hoc veluti virtute paratum
Magna. Sperauit magnæ laudi fore. *Hor. ſer. 2.*
Vera. *Clara.* *Viuax.* *Perennis.* *Immortalis.*
Beata. *Immenſa.* *Perpetua.* *Æterna.* *Celebris.*

LEANDER. *LEANDRVS.*

Iuuenis ex 1 *Abydo, vrbe in Aſia: qui Herus puellæ, Veneris Sacerdotis amore compulſus, fretum quod Helles morte inclaruit ſæpè nando de nocte tranſmittebat, vt impudicis voluptatibus frueretur: tandem procelloſo mari cùm ſe credidiſſet, aquis obrutus eſt. V.* Hero *&* Helleſpontus: *&* Ouid. epiſt. 17. *&* 18.

1 *Abydenus.* Mittit Abydenus quam mallet ferre ſalutẽ. *Ou. epiſt.* 17.

Audax. Clamabat tumidis audax Leander in vndis:
Mergite me fluctus, cùm rediturus ero. *Mar. epig.* 14

LEA. *LEÆNA.*

Sumit aliqua epitheta ab ijs regionibus, vbi frequentes ſunt leones, vt à 1 *Getulia,* 2 *Libyæ in Africa, &* 3 *Hyrcania, Aſiæ regionibus.*

2 *Libyca.* Ipſe fuit Libycæ præda cruenta leæ. *Ouid. faſt.* 5.
Non vides quanto moueas periclo,

1 *Getula.* Pyrrhe, Getulæ catulos leænæ. *Hor. car.* 3.
—non aliter Scythicos armenta per agros

3 *Hyrcana.* Hyrcanæ clauſêre leæ. *Stat. Theb* 5

Torua. Torua leæna lupum ſequitur, *&c.* *Virg. Ecl.* 2.

Fulua. Armenias tigres, & fuluas ille leænas
Vicit, & indomitis mollia corda dedit. *Tib.* 3.

Hirſuta. Audet & hirſutas comminus ire leas. *Ouid. faſt.* 5.

Fœta. Dúmque petit latebras, fœtæ catulóſque leænæ *ibid.*

Audax. Morſus cruentos paſſus audacis leæ. *Sen. Agam.*

Sæua. Vt lea ſæua ſitim multâ compeſcuit vndâ. *Ouid. met.* 4.

———— Nec te conceptum ſæua leæna tulit. *Tibul.* 3.

LEBES.

In Dodona, ſylua Chaonia in Epiro, quercus reddebant oracula: lebes quippe ſuppoſitus, arbore concuſſâ tinnitum reddebat; vnde conſulturi ſortem accipiebant: inde Dodonei 1 *lebetes dicti ſunt. Plura lege apud Iacobum Pontanum è ſocietate Ieſu, ad tertium lib. Æneid. Lebes autem vas eſt, non ad culinam, vt volunt aliqui, ſed vas pretioſum, quale ſolet Principibus viris etiam nunc donari.*

1 *Dodonæus.* Ingens argentum, Dodonæóſque lebetas. *Virg. Æn.* 3.

Fuluus. Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes. *Ou. epiſt.* 3.

Curuus. Miſſa volãt, fragiléſq; cadi, curuíq; lebetes. *idẽ met.* 12.

Ex ære. ———— geminos ex ære lebetas. *Virg. Æn.* 5.

LECTVS.

V. Torus. Fax. Tæda. Thalamus.

Mollis. Non eget hic Medicis, non lectis mollibus æger. *Pr.* 2.

Eburnus. Tincta ſuper lectos cãderet veſtis eburnos. *Hor. ſat.* 2.

Fulgens. ——reſidet fulgente puerpera lecto. *Cl. de lau. St.*

Teres. Nec dubitat tereti ſcãnũ producere lecto, *Ou. de arte* 2

Gemmans. Gemmantes primâ fulgent teſtudine lecti. *Mar. epig.* 12

Stratus. Nec ſpeculum ſtrato vidiſti, Lygdame, lecto. *Prop.* 3.

Auratus. Sed iacet aurato vix vlla puerpera lecto. *Iuuen. ſat.* 6.

Dulcis. Calens. Tepidus. Tyrius. Purpureus.

LECTVS, pro coniugio.
Vide TORVS.

Pudicus. Dic mihi, quis potuit lectum ſeruare pudicũ? *Prop.* 2.

Iugalis. —exuuiáſque omnes, lectúmque iugalem,
Quo perii. *Vir. aneid.* 4.

Legitimus. ——ſancta lecti iura legitimi petit. *Sen. Troad.*

Genialis. ——lectus genialis in aula eſt *Hor. epiſt.* 1.

Socius. Fœmina quam ſocii deprenſa pellice lecti. *Ou. de arte* 2

Caſtus. ——ſuaues expirans caſtus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat. *Catul.*

LEX. *Leges.*

Antiqua. Illorum antiquis onerentur legibus aures. *Prop.* 2.

Perpetua. Quamuis perpetuâ ſit mihi lege datus. *Ouid. faſt.* 5.

Æqua. ——æquâ lege neceſſitas
Sortitur inſignes, & imos *Hor. car.* 3.

Sancta. ————ne forte negoti
Incutiat tibi quod ſanctarum inſcitia legũ. *idem ſat.* 2.

Sæua. ——ſed vos ſæuas imponite leges. *Iuuen. ſat.* 7.

Magna. ——magnis agitant ſub legibus æuum. *Vir. Geor.* 4.

Quieta. ————ſeu pace quietas
Dictemus leges. *Prud. in Sym.*

Iniqua. ————tolerabis iniquas
Interius leges. *Clau. pan.* 7.

Seuera. ——vetiti ſi lege ſeuera
Credor adulterii compoſuiſſe notas. *Ouid. pont.* 3.

Publica. Publica lex hominum. *Perſ. ſat.* 5.

Iuſta. Iuſtis legibus, & foro coronat. *Stat. ſyl.* 4.

Timenda. ——leges in pace timendæ. *Lucanus* 2.

Valida. Nec validas valeant æui reſcindere leges. *Lucret.* 5.
Permiſſiſque iocis turba licentior,

Tetrica. Exultet tetricis libera legibus. *Cl. de nu. Ho.*
——ictum iam fœdus, & omnes

Compoſita. Compoſitæ leges. *Vir. æneid.* 12

Firmata. —firmatas pacis diſſoluere leges. *Cl. de rapt.* 1.

Fatalis. ——fatali lege tenemur. *Ou. met.* 10.

Amara. ——leges reuocabat amaras. *Iuuen. ſat.* 2.

Aſpera. Arcta. Dura. Rigida.

LEMNOS.

Inſula in mari Ægeo, ſacra 1 Vulcano, in qua 2 Hypſipyle, filia Thoantis, regnauit.

1 Vulcania. Nec Pæantiaden quod habet Vulcania Lemnos
Eſſe reus merui. *Ou. met. 13.*
2 Hypſipylea tellus. ——————Minoïa Creta Dianam,
Vulcanum tellus Hypſipylea colit. *idem faſt. 3.*
Æquorea. —ad æquoream, Virgo, delabere Lemnon. *Val. 2.*
Circumflua. ——————premitur circumflua Nereo
Lemnos. *Stat. The. 5.*
Alta. ——————iam redditur alta
Lemnos. *idē Achil. 2.*

LENIMEN.

Dulce. ——ſollicitæ lenimen dulce ſenectæ. *Ouid. met. 6.*

LENS.

Genus leguminis, frequens in Ægypto, vnde ſumit epitheta.

Peluſiaca. Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis. *Vir. Geor. 1.*
Niliaca. Accipe Niliacam Peluſia munera lentem. *Mar. epig. 13*

LEO.

In 1 Libya, 2 Getulia, Africæ regionibus, vbi 3 Marmaridæ, & 4 Pœni populi habitabant; in 5 Ida, 6 Phrygiæ monte: in Scythia, vbi montes 7 Caſpij: in 8 Armenia, Aſiæ regione: in 9 Nemea, ſylua Achaiæ, vbi immenſæ molis leonem Hercules interfecit (qui poſteà in cælum tranſlatus eſt) terribiles, & nobiles viſuntur leones. E quibus locis, illiſque vicinis, poteris tibi epitheta ſeligere.

2 Getulus. ——tergum Getuli immane leonis. *Virg. Æn. 5.*
4 Pœnus. ———ille etiam Pœnos agitare leones,
Et validas docuit vires manſueſcere tigris. *idē in Ceiri.*
7 Caſpius. ——————Hircana leo Caſpius vmbra,
Nudus adhuc, nullóque iubæ flauentis honore
Terribilis. Terribilis. *Stat. Th. 8.*
1 Libycus. Qualis per arua Libycus inſanit leo. *Sen. OEdip.*
5 Idæus. Verberat Idæos torua cum matre leones. *Cl. de raptu.*
6 Phrygius. Iūgebā Phrygios cùm tu raperere leones. *ibid.*
3 Marmar. —ſua Marmaricos cogit iuga ferre leones. *Nemeſian⁹.*
Fuluus. Vt tetigit fului ſetis hirſuta leonis
Vellera *Ouid. faſt. 2.*
Flauus. Credula nec flauos timeant armēta leones. *Hor. epod. 9.*
Cæſius. Cæſio veniam obuius leoni. *Catul.*
Horrens. Dat Niſo Mnestheus pellem, horrentíſque leonis
Exuuias. *Virg. Æn.*
Villoſus. ———&villoſi pelle leonis

Accipit Æneas. *Virg. Æn.8.*

Hirſutus. ———hirſuti coſtis exuta leonis

Aſpera texerunt vellera molle latus. *Ou. epiſt.9.*

Iubatus. Sylua iubatus qualis Armenia leo

8 *Armenius.* In cæde multa victor armento incubat,

Madidus cruore. Cruore rictus madidus, & pulſa fame,

Non ponit iras. *Sen.Thyeſt.*

Iratus. Ceſſat irati fremitus leonis. *idem OEd.*

Iracundus. Armeniæ tigrès, iracundíque leones. *Ou.met.15.*

Vaſtus. ———& vaſtum Nemeæ ſub valle leonem. *Virg. Æn. 8.*

Impaſtus. Impaſtus ſeu plena leo per ouilia turbans. *idem Æn. 9.*

Ieiunus. ———quaterentque truces ieiuna leones

Trux. Ora. *Val. 8.*

Sæuus. ———ſeu ſæuum turba leonem, *&c.* *Virg. Æn.9.*

Auidus. Inter ſerpentes, apróſq; auidóſque leones. *Ou. epiſt. 11.*

Tumidus. Obſequiũ tigréſq; domat, tumidóſq; leones. *id. de ar. 2.*

Magnanim. Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni. *id. triſt.3.*

Inſanus. ———& inſani leonis

Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro. *Hor. car.1.*

Aſper. Sponſus laceſſat regius aſperum

Tactu leònem, quem cruenta

Per medias rapit ira cædes. *idem car. 3.*

Rapidus. Dict⁹ob hoc lenire tigres, rapidóſq; leones. *idẽ de arte.*

Ferus. Sæua ferum rabido lacerauit dente leonẽ. *Mar. de ſpec.*

Toruus. In tres ampla licet torui, lepus, ora leonis. *Idem ep. 1.*

9 *Nemeæus.* Te ſenſit Nemeæus arcto

Fulmineus. Preſſus lacerto fulmineus leo. *Sen. Agam.*

Sanguineus.—ſanguineus vaſto leo murmure fertur. *Val.3.*

Frendens. Et ſtetit ante oculos frendens leo. *Sil.10.*

Horridus. Horrido tantùm procul à leone. *Sen Her. œt.*

Magnus. —nec magnos metuent armenta leones. *Virg. Ecl.4.*

Tam diſpar aquilæ columba non eſt,

Rigidus. Nec dorcas rigido fugax leoni. *idẽ epig.10.*

Immanis. Ferox. Violentus. Prædator. Dominus nemorum. Cruentus. Genus acre leonũ. Dira leonũ ſemina. Dominus ferarũ. Immanſuetus.

LEO, ſignum cæleſte.

Repete ſuperioris argumenti finem, vbi de leone 1 Nemeæo, quem apud 2 Cleonas 3 Hercules occidit. Signum autem illud oritur circa ſolſtitium 4 æſtiuum, quo tempore ſolis æſtu immenſo omnia torrentur.

Sæuus. Si ſæuum radiis Nemeæum, Phœbe, Leonem

1 *Nemeæus.* Nunc premeres, toto fluerẽt incẽdia mundo. *Lucanus 1.*

———nimio poſſeſſa Hyperione flagrat

———intus immenſo ſinu

Quieta.	Placido quieta labor Lethe vado.	*Sen. Her. fur.*
Miſ. grata.	Vnda miſeris grata Lethes voſq; torpẽtes lacus *Sen. H.*	
Tranquilla.	Stagnaq; trãquillę rotãtes marcida Lethes.	*Cl. de rap. 1.*
Inferna.	Infernæ referens populis obliuia Lethes.	*Silius 1*
Præceps.	Iuſſus præcipitem ſubire Lethen.	*Stat. ſyl. 2.*
Tacit. amn.	———Lethes tacitus perlabitur amnis.	
Obliu. trah.	Infernis (vt fama eſt) tradens obliuia venis.	*Lucanus 9.*
Secura.	Nõ ego ſi biberem ſecuræ pocula Lethes.	*Ouid. Pont.*
Ingrata.	Pigra per hũc fugies ingratę flumina Lethes.	*Mar ep. 10*

Obliuioſa. *Sopora.* *Opaca.* *Taciturna*

LETHVM. *MORS.*

Crudele.	An fratris miſeri lethum vt crudele videres	*Virg. Æn. 12.*
Horrificum.	Si quando lethum horrificum, morbóſque deûm rex Molitur.	*ibid.*
Miſerabile.	Quæ væ væ, & noſtro lethum miſerabile fratri Attulit.	*Catul.*
Triſte.	———vidit quoque triſte parari Pontifici lethum.	*Ouid. met. 15*
	———poſt inde per artus	
Gelidum.	Ire alios tractim gelidi veſtigia lethi.	*Lucret. 3.*
Infeſtum.	Tot ſimul infeſto iuuenes occũbere letho.	*Ibid.*
Dirum.	———tunc vnica diri Conſpecta eſt lethi facies.	*ibid.*
Maturum.	Ideóque lethi quæro maturi viam, Moríque propero.	*Sen. Theb.*
Præceps.	Sic te ſenectus noſtra præcipiti ſinat Perire letho?	*Sen. Hip.*
Flebile.	Hippolytus heu me! flebili letho occubat.	*Ibidem.*
Funereum.	Oppida funereo pollent immania letho.	*Cl. de rap. 2.*
	———exercitus vna	
Cruentum.	Iratum, Eumenidéſque ſimul, lethique cruenti Innumeræ facies.	*Silius 4.*
Properum.	———properoque virentes Delerat letho bellator barbarus annos.	*Silius 5.*
Trux.	———circumque trucis diſcrimina lethi Mille vides.	*Valerius 1.*
Inſtans.	———inſtanti raptum auehe letho.	*Silius 17.*
Velox.	———veloci corrumpunt pocula letho.	*Lucanus 9.*
Acerbum.	———letho ſtimulatus acerbo.	*Silius 17.*

Peſtiferum. *Inſtans.* *Volucre.* *Infandum.*

LETHVM, mors clara.

Nobile. ——————————nobile lethum
Expectant de more patres, mortíq; parâtur. *Silius* 12.
Egregium. ——egregium fortis cui dextera in armis
Pugnanti peperit lethum. *idem* 17.
——————tibi gloria letho
Inſigne. Iam parta inſigni. *idem* 10.
Memorabile. Et Traſimena vada, & Pauli memorabile lethũ. *idem* 11.
Animoſum. ———hortatrix animoſi gloria lethi. *Stat. Theb.* 9

LETHVM, mors illaudata.

———————bellator in armis
Ignauum. Ignauo rapitur letho. *Silius* 14.
Informe. Et nodũ informis lethi trabe nectit ab alta. *Virg. Æn.* 12
Ignobile. ——————viris ignobile lethum
Belligeris in pace mori. *Silius* 3.
Infœlix. Miſerum. Deforme. Infame.

LIBER, Libri. † *LIBELLI.*

Lepidus. Cui dono lepidum nouum libellum,
Nouus. Aridâ modò pumice expolitum. *Catul.*
Argutus. Argutúſque Epigrammaton libellus. *Mar. epig.* 2.
Nobilis. Cùm tu coemptos vndique nobiles
Libros Panæti, &c. *Hor. car.* 1.
Laboratus. Plena laboratis habeas cùm ſcrinia libris. *Mar. epig.* 4.
Doctus. Pauliſper domini doctos ſepone libellos. *idem epig* 7.
Cultus. Ite domũ, cultúmque illi donate libellum. *Tib.* 3.
Laſciuus. Ne legeres partem laſciui, caſta, libelli
Prædixi, & monui. *Mar. epig.* 3.
Niueus. —niueum inuoluat membrana libellum. *Tibul.* 3.
Purpureus. Vltrò purpureum petet libellum. *idem epig.* 5.
Seuerus. Triſtis. Sacer. Politus. Expolitus.

LIBER. *BACCHVS. Vinum.*

Vide ea quæ prolocuti ſumus ad caput Bacchus.

Audax prælijs. Prælijs audax neque te ſilebo,
Liber. *Hor. car.* 1.
Iocoſus. Inter iocoſi munera Liberi. *idem car.* 4.
Verax. Condita cũ verax aperit præcordia Liber. *idem ſat.* 1.
Pampineus. Pampineus Liber, Mars trux, Tirynthius
hirtus. *Sid. Apol.*
———— Ornatus viridi tempora pampinō
Liber. *Hor. car.* 4.
Generoſus. Ad mare cum veni generoſum, & lene requiro,
Lenis. Quod curas abigat. *idem epiſt.*

LIBIDO. *V* Cupido. Luxuria.

Vetita. ——ô vetitæ ſcelerate libidinis author,
Effuge. *Ouid. met.* 9
Inextincta. Te quoq; inextinctæ Silene libidinis vrũt *idem faſt.* 1.
Vitioſa. — — cui ſi vitioſa libido
Fecerit auſpicium. *Hor. epiſt.* 1.
Comes fortunæ. Hunc illa magnæ dira fortunæ comes
Subit libido. *Sen Hippol.*
Dira. Vincit ſanctos dira libido. *ibid.*
Max. malũ. ———maximum exortum eſt malum,
Peſtis blãda. Luxuria peſtis blanda. *idem Octau.*
Praua. ——————praua libido
Aduigilat ſtupris. *Cl. de lau. St.*
Potens. Turpi libido Venere dominatur potens. *Sen. Octau.*
Sæua. ————habendi ſæua libido. *Ouid. ad Piſ.*
Tetra. Nam ſimul ac venas inflauit tetra libido. *Hor. ſat.* 1.
Fœda. Quæ capta fœdæ ſeruiat libidini. *Prud. Pſych.*
Feruens. Ibo per impuros, feruente libidine, luxus *idē in Sym.* 2
Damnoſa. Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido *Hor. epiſt* 2.
Furioſa. Parcior in nobis, nec tam furioſa libido. *Ou. de arte* 1
Blanda. *Inſana.* *Noxia.* *Cæca.* *Impura.*
Lutulenta. *Vecors.* *Veſana.* *Indomita.* *Infamis.*

LIBITINA. V. Mors. Fvnvs.

Pro morte, ſeu lecto in quo mortui ad rogum deferebantur, vſurpatur. Libitina autem dea erat apud Romanos, *in cuius templo omnia quæ funeribus erant neceſſaria, vendebantur.*

Acerba. Autũnúſq; grauis, Libitinæ quæſt' acerbæ. *Hor. ſat.* 2.

LIBYA. *LIBYE.*

Africa eſt prouincia, quæ hoc nomine appellatur, quòd ventus Libs inde flet. Vide rationem epithetorum ad caput Africa.

Arenoſa. Rurs' arenoſæ fugiens noua mœnia terræ. *Oui. met.* 14.
Æſtifera. Æſtiferæ Libyes viſo leo commin' hoſte. *Lucanus* 1.
Inhoſpita. ——per inhoſpita Syrtis
Sitiens. Littora, per calidas Libyæ ſitientis arenas. *ibid.*
————dubiam ſuper æquora Syrtim,
Ardens. Ardentémque feror Libyen. *ibid.*
Sterilis. Nec ſterilis Libye, nec Syrticus obfuit Ammõ. *idem* 10.
Arida. —ab occiduis Libye patet arida Mauris. *idem* 3.
Feruens. Peſtes vocat quaſcúnque feruentis creat
Arena Libye. *Seneca Med.*
Anhelans. Inſtar anhelantis Libyæ, quæ torrida ſemper
Torrida. Solibus, humano neſcit manſueſcere cultu. *Cl. in Ruf.* 2.

Squallens.	———————Libyæ ſquallentis arenas	
	Audebit ſulcare pedes	*idē Aug. pan.*
Aduſta.	——— ———quem littus aduſtæ	
	Horreſcit Libyæ.	*idem.*
Peruſta.	———————fœlicior illa peruſtæ	
	Pars Libyæ.	*idem.*
Flaua.	Ceu flauā Libyen, deſertáq; pulueris Afri.	*Stat. Theb.* 4

LICENTIA.

Immenſa.	———————immenſa licentia ponti.	*Ouid. met.* 11
Indomita.	———————indomitam audeat	
	Refrenare licentiam.	*Hor. car.* 3.
Laſciua.	Et laſciua licentia, *&c.*	*idem car.* 1.
Nocturna.	———————nocturna licentia, *&c.*	*Ouid. faſt.* 5.
	———————& ordinem	
Euagans.	Rectum euaganti frena licentiæ	
	Iniecit.	*Hor. car.* 4.
	———————ſuadétque licentia luxum,	
Effrena.	Illecebris effrena.	*Cl. de be. Ge.*

LICIVM. LICIA.

Filum ſonat. Licia autem adhibebantur in ſacris Magicis, non tantùm ligandi, aut cantandi, ſed expiandi gratia. Vide quæ ſunt apud Pontanū *in* Virg. Ecl.8. *pro filis* 1 *Parcarum etiam vſus eſt* Stat.

Concita rhombo.	Scit benè quid gramen, quid torto concita rhombo	
	Licia, quid valeat virus amantis equæ.	*Ouid. am.* 1.
Cantata.	Tunc cantata tenet cum fuſco licia plūbo.	*Ouid. faſt.* 2.
1 *Dira.*	Nunc diras affatur aues, nunc dira ſororum	
	Licia.	*Stat. Ach.* 1.
Diuerſicoloria.	Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore	
	Licia circundo	*Virg. Ecl.* 8.

LIGNVM.

Aridum.	Portat & arſuris arida ligna focis.	*Ouid. faſt.* 4.
Vetuſtum.	Sacrum vetuſtis extruat lignis focum.	*Hor. epod.*
Fiſſile.	Nam primi cuneis findebāt fiſſile lignum.	*Virg. Geor.* 1.
Durum.	Duro transfixi ligno.	*idem Æn.* 9.

LIGO.

Longus.	Sarcúláq; raſtríq; graues, longíq; ligones.	*Ou. met.* 11.
Durus.	—ligonibus duris humum—Exhauriebat.	*Hor. epod.*
Incuruus.	———incurui ſæuum rubuere ligones.	*Stat. Theb.* 3.

LIGVSTRVM.

Album.	Alba liguſtra cadūt, vaccinia nigra legūtur.	*Virg. ecl.* 2.
Niueum.	Candidior folio niuei Galathea liguſtri.	*Ouid. met.* 13
Canum.	Pæſtano violas, & cana liguſtra colono.	*Mar. epig.* 9.

LILIVM.

Candidum.	——————candida circùm	
	Lilia funduntur.	*Virg. Æn. 6.*
Argēteum.	Sæpè tulit blandis argentea lilia nymphis.	*Propert. 4.*
	——————modò ſe violauc, roſáue	
Canens.	Implicet, interdum canentia lilia geſtet.	*Ou. met. 12.*
Album.	Ipſa crocos tenues, liliáque alba legit.	*idem faſt. 4.*
Candens.	Intertexta roſis candentia lilia miſcet.	*Prud. Pſych.*
Breue.	Neu viuax ápium, neu breue lilium.	*Hor. car. 1.*
Lucidum.	Lilia virgineos lucida per calathos.	*Propert. 3.*
Interlucens.	Lilia luteolis interlucentia ſertis.	*Prud. Pſych.*

Purum. *Intactum.* *Intertextum roſis.*

LIMBVS. *Vide* VESTIS.

Secundùm Seruium, Eſt faſcia quæ ambit extremitatem veſtium, iuxtà antiquum ritum. *Dicitur Mæonius, à populis 1 Mæoniæ, qui acu pingendi arte claruerunt.*

Pictus.	Sidoniā picto chlamidē circundata limbo.	*Virg. Æn. 4.*
	—indutum Tyriam, quam limbus obibat	
Aureus.	Aureus.	*Ouid. met. 5.*
Tenuis.	Vltima pars telæ tenui circundata limbo.	*idem met. 6.*
1 *Mæonius.*	——Mæonio fertur circunflua limbo.	*Stat. Theb. 6*
Picturatus.	Et picturato cohibet veſtigia limbo.	*Stat. Achil. 1.*

LIMEN.

Ianuam, ipſámque domum, 1 templum item ſignificat. Pro *diuerſa igitur acceptione, quæ vſui erunt ſelige.*

Æreum.	Ærea cui gradibus ſurgebant limina.	*Virg. Æn. 7.*
Incuſtoditū.	Incuſtoditis, & apertis, Lælia, ſemper	
Apertum.	Liminibus peccas.	*Mar. epig. 1.*
Superbum.	Forúmque vitat, & ſuperba ciuium	
	Potentiorum limina.	*Horat. epod.*
Saxeum.	——————ter ſaxea tentat ——Limina.	*Virg. Æn. 8.*
Ferreum.	Ferrea belligeri compeſcat limina Iani.	*Lucanus 1.*
Durum.	——————poſuítque in limine duro.	*Ou. met. 14.*
Stridens.	——reſerat ſtridentia limina Conſul.	*Virg. Æn 7.*
Tritum.	Intulit, & trito fulgentē in limine plantā.	*Catul.*
Marmoreū.	Intrà marmoreum venerandi limen amici.	*Hor. epiſt. 1.*
Auratum.	————tenet auratum limen Erinnys.	*Sen. Her. œt.*
Dulce.	Exilióque domos, & dulcia limina mutāt.	*Vir. Geor. 2.*
Interius.	Interiora domus irrupit limina.	*idem Æn. 4.*
1 *Relligioſū.*	————relligioſa deorum ——Limina.	*idem Æn. 2.*
1 *Venerādū.*	Iure tuo veneranda noui pete limina tēpli.	*Mar. epig. 12*

Clauſum. *Nobile.* *Caſtum.* *Potens.*

LIMES. *VIA.*

Certus. Ad Stygias certo limite ducit aquas. *Ouid. Pont.* 1
Fallax. Fallaci celat limite ſemper aquas. *Prop.* 4.
Inuius. ———————inuius
Limes det faciles ad Superos vias. *Sen. Her fu.*
Anguſtus. Æſtuat infœlix anguſto limite mundi. *Iuu ſat.* 10.
Secretus. ————ſecreti per limitis vmbram
Elyſios campos ducunt. *Sil.* 13.
Latus. ————lato te limite ducam. *Virg. Æn.* 9.
Accliuus. Quo ſimul accliuo Clymeneia limite proles
Venit. *Ou. met.* 2.
Curuus. Irin ad Herſiliam deſcendere limite curuo
Imperat. *idem met.* 14
Longus. ————longo limite ſulcus. *Virg. Æn.* 2.
————————has omnes retro
Obliquus. Prohibens reuerti, limes obliquus ſecat. *Sen. OEdip.*
Sect' in obli. Sectus in obliquũ lato curuamine limes. *Ouid. met.* 2.
Spatioſus. Flãmiferóq; trahens ſpatioſo limite crinẽ *idẽ met.* 14
Tenuis. Limes erat tenuis, lõgâ ſubnubilus vmbrâ. *idẽ de re. A.* 2
Rectus. Diſcolor vt recto graſſetur limite miles. *idem triſt.* 2.
Occultus. Arcanus. Directus. Scopuloſus.

LIMES. *TERMINVS.*

Sacer. ————nullus in campo ſacer
Diuiſit agros arbiter populis lapis. *Sen. Hip.*
Poſit' agro. Limes agro poſitus. *Virg. Æn.* 12.
Certus. ————quà populus adſita certis
Limitibus. *Horat. ep.* 2.

LIMVS.

Læue. Tu tamen è læui rimoſa cubilia limo
Vnge. *Vir. Geor.* 4.
Niger. ————nigro ſi turbida limo
Colluuies immota iacet. *Lucanus* 4.
Deformis. Quos circũ limus niger, & deformis arũdo. *ibid.*
Informis. Informi limo, glaucáque imponit in vlua. *idem Æn.* 6.
Mollis. ———mollem huc illuc limum remouere. *Ou. met.* 6.
Grauis. Siue grauis veteri crateræ limus adhæſit. *Hor. ſat.* 2.

LINEA.

Virga eſt, quâ piſces capiuntur.
Vide HAMVS.

Tremula. Tremuláque captum linea trahit piſcem. *Mar. epig.* 5.
Flexilis. Oblonga. Teres.

LINGVA.

Linguæ varia conueniunt epitheta: vel enim ea famæ alicuius detrahitur; & tunc vocabitur Impia, Inimica, Amara, Hoſtilis; *&c. vel cum iactantia ridicula effutiuntur; & tunc dicetur* Ventoſa, Inſana, Loquax, Stolida, *&c. aut fraudes innectuntur: eóque erit* Periura, Nocens, Siniſtra, *&c ſi denique in Deum execrabilia verba iaciuntur, iure* Sacrilegam, Pollutam, Impiam, Sceleratam, Deteſtabilem, *&c. ſcripſeris.*

Impia.	Et mea nunc pœnas impia lingua luit.	*Tibul.* 1.
Inſana.	——inſanæ meditantes iurgia linguæ.	*idem* 3.
Garrula.	Hoc peperit miſero garrula lingua malũ	*idem* 4.
Falſa.	Protinus occurrent falſæ mẽdacia linguæ.	*Ou. epiſt.* 7.
Vana.	Impia quid referam vanæ mẽdacia linguæ?	*idẽ amorũ* 3.
	——————an tibi Mauors	
Ventoſa.	Ventoſa in lingua, pedibúſque fugacibus iſtis	
	Semper erit?	*Virg. Æn.* 11.
Subdola.	Fac titubet blæſo ſubdola lingua ſono.	*Ou. de arte* 1
Amara.	Eſte procul lites, & amaræ prælia linguæ.	*idẽ de arte* 2
Sacrilega.	Et tua ſacrilegæ laniarunt carmina linguæ.	*id. de re. A.* 1.
Loquax.	Lingua fuit damno linguâ faciente loquaci.	*idem met.* 2
Turpis.	————ſed nunc quoque turpes	
	Litibus exercent linguas.	*idem met.* 6.
Stolida.	Néue in me ſtolidæ conuicia reddere linguæ	
	Admiremur eum.	*idem met.* 13
Nata in	——————prius abſtulit vſum	
periuria.	Verborũ, & natæ dira in periuria linguæ.	*idem met.* 14
Hoſtilis.	Hoſtiles linguas, inimicáq; vinximus ora.	*idem faſt.* 2.
Violenta.	Nõ aliquid dixit, violẽtáq; lingua retẽta eſt.	*idem triſt.* 3
Titubans.	Hæc vbi ſũ furtim linguâ titubãte locut⁹.	*ibid.*
Libera.	Talibus affata eſt libera lingua ſonis.	*idem Pont.* 3.
Fera.	Obfuit authori nec fera lingua ſuo.	*idem Pont.* 4
Proterua.	Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.	*idem in Ib.*
	Inſtárque denſæ grandinis,	
Torrens.	Torrente linguâ perſtrepo.	*Auſ. epig.*
Polluta.	Pollutam rigida transfigẽs cuſpide linguã.	*Prud. Pſych.*
	Nec tale quicquam poſteà	
Lubrica.	Lingua locuta eſt lubrica.	*idem Cath.*
Mendax.	Ne lingua mendax, ne manus,	
	Oculíue peccent lubrici.	*ibid.*
Nocens.	Hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.	*Prop.* 2.
Trux.	Miſcebant auidi trucibus fera murmura linguis.	*Sil.* 3.
Procax.	—vibrabat in ore canoro—Lingua procax.	*idem* 8.

Siniſtra. Arborem circa volitant ſiniſtræ
Sibila linguæ. *Sid. Apol.*
Vibrata. Denſaque vibrata iaculari fulmina lingua. *Ou. ad Piſon.*
Mala. ——ne Vati noceat mala lingua futuro. *Virg. Ecl. 7.*
Rabida. ——mulier rabida iactat conuicia lingua. *Prop. 3.*
Irrita. Experta eſt veros irrita lingua deos. *ibid.*
Perfida. Quid non audebis, perfida lingua, loqui? *Mar. epig. 7.*
Lubrica. *Inimica. Dira. Blæſa. Venalis. Delira.*
Tarda. *Torpens. Debilis. Infrenis. Improba. Noxia. Fœda.*

LINGVA DISERTA.

Sacra. Quid profuit ſacræ pretioſa ſilentia linguæ? *Mar. epig. 7.*
Docta. Aſſuetaque tibi doctæ teſtudine linguæ. *Ou. Pont. 1.*
Interpres. ——effert animi motus interprete lingua. *Hor. de arte.*
Dædala. Mobilis articulat verborũ Dædala lingua. *Lucret. 4.*
Blanda. ————nec blandæ munere linguæ
Decipimur. *Mar. epig. 7.*
Pia. Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit. *Ou. epiſt. 21.*
Elegans. Nec ſanè nimis elegante lingua. *Catul.*
——liquidus, puróque ſimillimus amni
Diues. Fundet opes Latiũq; beabit diuite lingua. *Horat. ep. 2.*
Facunda. Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua ſilentio. *idem car. 4.*
Modeſta. Multáq, prætereà lingua reticẽda modeſta. *Ou. epiſt. 18.*
Digna eſt fidelis lingua quæ ſit hoſtia,
Interpres animi. Interpres animi, enunciatrix ſenſuum,
Cordis miniſtra, præco operti pectoris. *Prud. de cor.*
Caſta. Nobilis. Mobilis.

LINGVA SERPENTIVM.

————placidi quas protinus anges
Coruſca. Vmbrarum famuli linguis rapuere coruſcis. *Valerius 3.*
Vibrans. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. *Virg. æn. 2.*
Vibrata. Stridula fuderunt vibratis ſibila linguis. *Lucanus 9.*
Triſulca. ——linguæque ſecat fera vincla triſulcæ. *Stat. Th. 5.*
Auida. Pectoráque exſorbent auidis infantia linguis. *O. Faſt. 6.*
Multifida. Biſulca.

LINTER. hic & hæc. *vide* Alnus, Cymba.

Ex arbore cauata confecta nauicula eſt.

Celeris. Et modò iam celeres mireris currere lintres. *Prop. 1.*
Cauata. ————pars lintre cauata
Iam dociles exponit equos. *Sidon. Apol.*
————ire ſolebat
Exiguus. Exiguus pulla per vada linter aqua. *Tibul. 2.*

LINTEVM, pro velo.

Sinuoſum. Puppe citus propera, ſinuoſaque lintea veli
Pande. *Auſon. epiſt.*

Cauum. Fluctibus intulerant placido caua lintea curſu. *Val.* 4.

LINVM. V. FILVM.

t E *Peluſio Ægypti oppido, vbi lini ſeges frequens.*

Peluſiacũ. Et Peluſiaco filum componere lino. *Sil.* 3.

Candens. Tenuia non illũ candentis carbaſa lini, &c. *Val.* 6.

Humidulũ. Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini, &c. *O. de ar.* 2

Tortum. Dúmq; parãt torto ſubducere carbaſa lino. *idem faſt.* 3.

Contortum. Tenue. Teres. Longum.

LINVM, rete, ſeu verriculum.

Nodoſum. Siſtite opus, comites, nodoſáq; tollite lina. *Ouid. met.* 3.

Madens. Feſta dies illis, qui lina madentia ducunt. *idem faſt.* 6.

Humidum. ——pelagóque alius trahit humida lina. *Virg. Geor.* 1.

LIQVOR.

Vide AQVA. VNDA. LATEX.

Conſule quæ diximus ad caput Humor: *illa enim hic conueniunt.*

Fluidus. Rurſus abundabat fluidus liquor. *Virg. Geor.* 3.

Ambroſius. Sed liquor fluit ambroſius. *Prud. Cath.*

Gelidus. Preſſit vt hauriret gelidos potura liquores. *Ou. met.* 6.

Perſpicuus. Perſpicuus liquor eſt, ſtagni tamen vltima viuo
Ceſpite cinguntur. *idem met.* 4.

Vitreus. Aquæ ſtrepentis vitreus ambit liquor. *Horat. epod.*

Dulcis. Niueus. Riguus. Vagus. Potabilis.

LIRIS.

Campaniæ in Italia fluuius eſt.

Cæruleus. Cæruleus nos Liris amat, quem ſylua Maricæ
Protegit. *Mar. epig.* 13.

Quietus. Non rura, quæ Liris quietâ

Taciturnus. Mordet aquâ, taciturnus amnis. *Hor. carm.* 1.

LIS.

Iniqua. Inſequeris tamẽ hũc, & lite moraris iniquâ. *Hor. epiſt.* 2

Atra. —ſpondere leui pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum. *idem de arte.*

Tetrica. Nec lites tetricas, forúmque triſte
Noſſemus. *Mar. epig.* 5.

Amara. Non ſum ego cauſſidicus, nec amaris liti-
bus aptus. *idẽ epig.* 12.

Vana. Sed quid opus vana conſumere tẽpora lite? *Calphur.*

Magna. —multæ, magnæque ſecantur iudice lites. *Hor. epiſt.* 1.

Moleſta. Captioſa. Calumnioſa.

LITTERA, Litteræ. *EPISTOLA.*

Arcana.	Littera celatos arcana fatebitur ignés.	*Ouid.met.9.*
Nuntia.	Cur mihi fama prior,quã nũtia littera venit?	*idem epiſt.6*
Triſtis.	Forſitan & primò veniet tibi littera triſtis.	*idẽ de arte 1.*
Infœlix.	Infœlix hodie littera poſſe negat.	*idẽ amor.1.*
Fida miniſt.	Littera ſermonis fida miniſtra mei.	*idem triſt.3.*
	Littera ſera quidem,ſtudiis exculta,Suilli,	
Grata.	Huc tua peruenit, ſed mihi grata quidem.	*idem Pont.4.*

LITTVS.

Promiſcuè hic epitheta apponuntur, quæ tu deliges tuæ materiæ maximè propria, (ſi quid quæras, attentè perpenderis): vel enim portum littus ſignificabit; quod, ſi tutum, & commodum nauigijs deſideres, ſtatim occurret tibi Innocuum, Apricum, Hoſpitum, *&c. ſi in cautes nauis impegerit, tunc dicetur* Littus iniquum, Saxoſum, Nudum, *&c. ſi verò longinquam terram, aut regionem incognitam, & incultam per littus efferas, adde* Barbarum, Crudele, Sceleratum, Inhoſpitum, Deſertum, *&c. V.* Tellus. Terra. Ora. Gens.

Dulce.	O temperatæ dulce Formiæ littus!	*Mar.epig.10*
Solidum.	Littus habet ſolidum.	*Ouid.met.11*
Siccum.	———paſsímque in littore ſicco	
	Corpora curamus.	*Virg.Æn.3.*
Arenoſum.	Littus arenoſum, Libyæ ventóſque ſecabat.	*idem Æn.4.*
	———littúſque rogamus	
Innocuum.	Innocuum.	*idem Æn.7.*
Curuum.	Flebat amãs cõiux,ſpatiatáq; littore curuo.	*Ouid.faſt.3.*
Bonum.	———bona littora nautis	
	Præbeat hoſpitio ſæua Malea ſuo.	*Prop.3.*
Tutum.	Et date naufragio littora tuta meo.	*Ouid.triſt.1.*
Molle.	Mollia naufragiis littora poſſe dari.	*idem Pont.1.*
Vdum.	Siue iactatam religarat vdo	
	Littore funem.	*Hor.car.1.*
Incuruum.	Littoris incurui bibulã lauit æquor arenã.	*Lucret.2.*
Apricum.	Aprica repetes Tarraconis littora.	*Mart.epig.1.*
Humens.	—ſolidæ ſternunt humentia littora arenæ.	*Auſ.Moſell.*
Amœnum.	Fœlix amœni littoris receſſus.	*Prud.de cor.*
Raucum.	———tum demùm littore rauco	
	Multa metu reputans	*Stat.Theb.5*
	———tum littora blando	
Sinuoſum.	Anfractu ſinuoſa legunt.	*Val.2.*
Vagum.	———vaga littora furtim	
	Incomitata ſequor.	*Stat.Theb.5*
Procuruum.	Exoritur procurua ingẽs per littora fletus.	*Virg.Æn.5.*

Viride.	——viridíque in littore procubuit ſus.	*idem Æn.8.*
Mãſuetum.	Manſuetis ſocio parcite littoribus.	*Propert. 1.*
Spumoſum.	Aut vt vecta ratis ſpumoſa ad littora Diæ.	*Catul.*
Spumans.	Eſt procul in pelago ſaxum ſpumantia contra	
	Littora.	*Virg. Æn.5.*
Porrectum.	Si mare, ſi terras, porrectáque littora vidi.	*Ou. epiſt.16.*
Ignotum.	Cũ te, nate, fames ignota ad littora vectũ.	*Virg. Æn.7.*
Sceleratum.	————ſceleratáque littora Thracum,	
	Et Polydoræo manantem ſanguine terram	
	Linquit.	*Ouid met.13*
Deſertum.	Rupibus, & ſcopulis, & littoribus deſertis.	*Vir. in Ceiri.*
Nudum.	Iuuat videre nuda Troiæ littora	*Sen. Agam.*
Inhoſpitum	Barbara me reliꝰ, & inhoſpita littora põti.	*Ouid. triſt.3.*
Dirum.	————neu littora dira ſubirent.	*Virg. Æn.7.*
	————dum procellas	
	Cautus horreſcis, nimiùm premendo	
Iniquum.	Littus iniquum.	*Hor. car 2.*
Fluctifragũ.	—fluctifrago ſuſpenſæ in littore veſtes.	*Lucret. 1.*
Frigidum.	Frigida me cohibent Euxini littora ponti.	*Ouid. triſt.4*
	————non littora curuæ	
Saxoſum.	Theſſaliæ ſaxoſa petunt.	*Lucanus 5.*
Perc. fluctu.	Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora.	*Virg. Ecl.5.*
Lætum.	Littora myrteis lætiſſima.	*idem Geor.2.*
Bibulum.	Quid bibulũ curuo proſcindere littꝰ aratro?	*Ou epiſt 16.*
Fruticoſum.	Mæſta tamen ſcopulos, fruticoſáque littora calco,	
Latum.	Quæque patent oculis littora lata meis.	*idem epiſt. 2.*

Barbarum. Flauum. Præruptum.
Sæuum. Inhoſpitale. Crudele.

LITVVS.

Vide TVBA.

Genus eſt buccinæ incuruæ.

Acutus.	——lituis aures circumpulſantur acutis.	*Stat. Theb 6*
Strepens.	Iam tacet ſtridor litui ſtrepentis.	*Sen. Thyeſt.*
Terribilis.	Terribiles ruſùm lituos veteranus adibo.	*Cl. Mal. pan.*
Raucus.	Raucos audierat lituos.	*Prud. Pſych.*
Sonorus.	————propiúſque ſonoros	
	Vincentem lituos, &c.	*Silius 4.*
Acer.	————————acres	
	Exilit ad lituos.	*Val. 8.*

LIVOR.

Vide COLOR NIGER.

Niger.	Sed niger in vaccæ corpore liuor erat.	*Ou. in frag.*

LIVOR. *INVIDIA.* *Vide* DENS INVIDIÆ.

Iners vitiũ. Liuor, iners vitiũ, mores non exit in iſtos. *Ouid.Pōt.3.*
Edax. Liuor edax tibi cunčta negat. *Lucanus 1.*
Acerbus. ——rabiem liuoris acerbi
Nulla poteſt placare dies. *Cl.de rap.3.*
Anxius ſe- Impatiénſque ſui morbus, liuórque ſecundis
cundis. Anxius. *idē in Ruf.1.*
Malus. —malus obtrectat facta immortalia liuor. *Sil. 11.*
Mordax. Liuor abi mordax, abſoluātúrque priores. *Sidon.Apol.*

Inuiſus.	*Pallidus.*	*Obliquus.*	*Malignus.*	*Ater.*
Impius.	*Iniquus.*	*Pallens.*	*Sceleratus.*	*Exanguis.*

LOCVS.

Abditus.	*Remotus.*	*Deſertus.*	*Deformis.*	*Opaca locorum.*
Ignotus.	*Peruius.*	*Sacer.*	*Auius.*	*Solus.*
Inanis.	*Surdus.*	*Altus.*	*Editus.*	*Aſper.*
Infamis.	*Cliuoſus.*	*Decliuis.*	*Lapidoſus.*	*Præceps.*
Secretus.	*Silens.*	*Inuius.*	*Nefaſtus.*	*Efferus.*
Paluſtris.	*Nubilus.*	*Latebroſus.*	*Liber.*	*Nemoroſus.*
Obſitus.	*Occultus.*	*Opacus.*	*Frigidus.*	*Sterilis.*
Inacceſſus.	*Mœſtus.*	*Vicinus.*	*Finitimus.*	*Opulentus.*
Gratus.	*Beatus.*	*Lætus.*	*Dulcis.*	*Cultus.*
Amœnus.	*Apricus.*	*Commodus.*	*Munitus.*	*Tutus.*
Notus.	*Optatus.*	*Summus.*	*Pulcher.*	*Celebris.*

LOLIVM

Infœlix. Infœlix loliũ, & ſteriles dominātur auenæ. *Virg.Ecl.5.*
Vitiās ocul. Et careant loliis oculos vitiantibus agri. *Ouid.faſt.1.*

LORICA.

Ingens. Fatiferúmque enſem, loricam ex ære rigentem,
Sanguinea. Sanguineam, ingentem. *Virg.Æn.8.*
Micans. ——Latiâque micantem
[*mis.* Loricam mutare togâ *Cl.Au.pan.2*
Cōſertā ha- Loricam conſertā hamis, auróque trilicē. *Virg.Æn.3.*
Squallens —auro ſquallentem, albóque orichalco,
auro. Circundat loricam humeris. *idem Æn.12.*
Torta. ——torta graues lorica catenas
Opponit. *Lucanus 7.*

Rigens ex ære. *Auro triplex.* *Bilix.* *Trilix.* *Grauis.*

LORVM. *Vide* HABENA. FRENVM.

Vndans. ——aurigæ vndantia lora, *&c.* *Virg.Æn.5.*
Fluitans. Aſpice, vt in curru modò det fluitantia rector
Lora *Ou. de arte 1.*
Solutum. Dum licet, & loris paſſim potes ire ſolutis. *idē de arte 1.*

LOTOS

Herba eſt, quâ guſtatâ 1 ſocij Vlyſſis in formam porcorum abierunt. Ex ea compinguntur fiſtulæ: & ideò pro fiſtula accipitur. Nota fabula Marſyæ, 2 Mygdonij, ſeu 3 Phrygij, qui fiſtulam ab Pallade 4 inuentam, & deinde projectam, cùm ſuſtuliſſet, in certamen cantus Apollinem vocare auſus eſt.

1 *Impia.* ——— inter quas impia lotos,
Impia, quæ ſocios Ithaci mœrentis abegit,
Hoſpita dû nimiâ tenuit dulcedine captos. *Virg. in Cul.*
Aquatica. Quem ſuprà ramos oſtēdit aquatica lotos. *Ou. epiſt.* 21.
Amara. Nec deguſtanti lotos amara fuit. *idem Pont.* 4.

LOTOS. *FISTVLA.*

Adunca. Terrer & horrendo lotos adunca ſono. *idem faſt.* 4.
4 *Palladi⁹.* Palladius tenero lotos ab ore ſonat. *Mar. epig.* 8.
3 *Phrygia.* *Curua.* 2 *Mygdonia.*

LVCERNA.

Vigil. ——— vigiles lucernas
Profer in lucem. *Hor. car.* 3.
Viua. Viuæque producent lucernæ,
Dum rediens fugat aſtra Phœbus. *ibid.*
Clara. Natura incendit ſub clarâ nuda lucernâ. *idem ſer.* 2.
Matutina. In matutinis operatur feſta lucernis. *Iuuen. ſat.* 12.
Vncta. Non norat parcos vncta lucerna patres. *Mar. epig.* 14.
Sera. *Nocturna.* *Peruigil.* *Pernox.*

LVCIFER.

1 *Veneri ſacrum ſydus, quod aliter Heſperus dicitur. Conſule caput* Heſperus.

Nitens. ——— hunc illum nobis Aurora nitentem
[*rora.* Luciferum roſeis candida portet equis. *Tibul.* 1.
Præuius Au- Præuius Auroræ Lucifer ortus erat. *Ou. epiſt.* 17.
Admon. ope- Admonitórque operum cælo nitidiſſimus alto
rū. Nitidiſſ. Lucifer ortus erat. *idem met.* 14
——— cúmque albo Lucifer exit
Clarus. Clarus equo. *idem met.* 15.
Præn. ſolis. Hoc vtinam nitidi ſolis prænuntius ortus
Albus. Afferat admiſſo Lucifer albus equo. *idem triſt.* 3.
Aureus. Dû redeat roſeo mihi Lucifer aureus ortu. *Auſon. ep.*
1 *Cythereï⁹.* Haud ſecus Oceano rediens Cythereïus ignis. *Silius* 12.
Retegēs diē. Iam nitidum retegente diem, noctíſque fugante
Fugās noctē. Tempora Lucifero, &c. *Ouid. met.* 8.
Vigil. Et vigil Eois Lucifer exit aquis. *Ouid. faſt.* 6.
Roſeus. *Candidus.* *Ortus.*

LVCINA.

Aliter Iuno dicitur, quæ 1 partubus præſit, & 2 Ilithyia; cuius nominis rationem colliges apud Lambinum *ad* Odam 22. lib 3 car. Hor.

Mitis. Conſtitit ad ramos mitis Lucina dolentes. *Ou. met.* 10.
Caſta. Caſta faue Lucina, tu' iam regnat Apollo. *Virg. Ecl.* 4.
Potens. ——————————illa potentem
Lucinam nouies, nouies paritura, vocauit. *Ouid. met.* 5.
1 *Tori cuſtos.* Dii coniugales, túque genialis tori,
Lucina, cuſtos. *Sen. Med.*
Fauens. Pignora Luciná bina fauente dedi. *Ou. epiſt* 6.
Facilis. Parce, precor, grauidis, facilis Lucina, puellis. *idē faſt.* 2
Lenis Ritè maturos aperire partus,
2 *Ilithyia.* Lenis Ilithyia, tuere matres:
Siue tu Lucina probas vocari,
1 *Genitalis.* Seu Genitalis. *Horat. epod.*
1 *Præp. pari.* Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam. *Ouid met.* 9.

LVCRETIA.

Nobilis Matrona Romana, quam per vim Sextus Tarquinius, Superbi filius, 1 conſtuprauit: illa, re marito Collatino, cognatiſque indicatâ, gladio ſe 2 occidit: miro exemplo vlta pudicitiam, quam coacta 3 non amiſerat. Præclaro epigrammate hiſtoriam attulit Claudianus, *quam nos quoque hîc exſcripſimus.*

Grauis. Et grauis incumbens caſto Lucretia ferro;
Vulnere quæ proprium facinus teſtata Tyranni,
Armauit patriæ iuſtos in bella dolores,
Memorāda. Exule Tarquinio memorandáque concidit vno
Vlta pudicitiam, libertatémque cruore. *Cl. epigr.* 22.
Vide inſuper Ouid. Faſt. 2.
3 *Pudica.* Hoc ipſū decuit, lachrymæ decuere pudicā. *Ouid. faſt.* 2
——————— parat inſcia rerum
2 *Infœlix.* Infœlix epulas hoſtibus illa ſuis. *ibid.*
2 *Animi virilis.* Fertur in exequias animi Matrona virilis,
Et ſecum lachrymas, inuidiámque trahit. *ibid.*
Te quoque bellum triſte ſecutum eſt,
2 *Miſerāda.* Mactata tua miſeranda manu,
1 *Stuprum paſſā.* Nata Lucretii ſtuprum ſæui
Paſſa Tyranni. *Sen. Octau.*

Formoſa. 3 *Caſta.* 3 *Incorrupta.*
2 *Generoſa.* 2 *Fortis.* 2 *Animoſa.*

LVCRVM.

Pudendum. Pérque aditus tales lucra pudenda petunt. *Ou. de arte* 3.

Impium. Rupêre fœdus impius lucri furor,
Et ira præceps. *Sen. Hip.*

Turpe. ——— ——————turpia lucra
Fœnoris, & velox inopes vſura trucidat. *Auſon. Edyl.*
Mercator hinc, & ruſticus

Auarum. Auara ſuſpirant lucra. *Prud Cath.*

Fœdum. Si te præda iuuat, fœdique infamia lucri. *Mar. epig. 8.*

Dulce. Quid purè trãquillet honos, an dulce lucel'ũ *Hor. epiſt. 1*

Sordidum. Ingens. Perenne.

LVCTVS.

Ex Valla, Luctus, eſt dolor, qui & in vultu, & in ipſis veſtibus proditur.

Æternus. ———æterno tabeſcere luctu. *Lucret. 3.*

Magnus. At iuuenis magno flãmatus pectora luctu. *Stat. ſyl. 5.*

Ingens. O nate, ingentem luctum ne quære tuorũ. *Virg. Æn. 6.*

Aſſiduus. ———aſſiduis quam luctibus externauit
Spinoſas Erycina ſerens in pectore curas. *Catul.*

Crudelis. ——— ——— ———crudelis vbique
Luct⁹, vbiq; pauor, & plurima mortis imago. *Virg. Æn. 2*

Grauis. ——— ———nec graues luctus valet
Ira coacta tegere. *Sen. Octau.*

Iners. Sed lachrymis potiùs, luctúque abſumor inerti. *Val. 4.*

Segnis. ———ſegníque iuuat frigeſcere luctu. *idem 3.*

Acerbus. Deſino, ne dominæ luct⁹ renouetur acerb⁹. *Tibul 2.*

Æger. ——— ———luctu miſerabilis ægro. *Ouid. met. 2.*

Auarus. Admonitu quanquã luct⁹ renouẽtur amari. *idẽ met. 14.*

Abſint inani funere næniæ,

Turpis. Luctúſque turpes, & querimoniæ. *Hor. car. 2.*

Sæuus. Quid carã crucias tam ſæuis luctib⁹ vmbrã? *Stat. ſyl. 2.*
———ſtat ſanguineo diſciſſus amictu

Atrox. Luctus atrox. *idem Th. 3.*
Metus, pauórque, funus, & frendens dolor,

Ater. Atérq; luctus ſequitur, & morbus tremẽs. *Sen. Her. fu.*

Mœrens. ———ſciſſo mœrens velamine luctus? *Cl. in Ruf. 1.*

Liuidus. Pallor, & atra fames, & ſaucia liuidus ora
Luctus. *Cl. Au. pan. 2.*

Triſtis. Triſtem mœrenti ſolatur pectine luctum. *Sil. 5.*

Edax. Luct⁹ edax, maciéſq; malis comes addita morbis. *idẽ 13.*

Miſer. ———miſero manat iuba ſordida luctu. *Val. 3.*

Mœſtus. ———mœſtóque immugit regia luctu. *Virg. Æn. 12.*

Miſerabilis. Inanis. Querulus.
Funereus. Deformis. Informis.

LVCVS.

Lucus nequaquam cæduus eſt: quin potiùs manu conſitus, 1 religioſúſque, atque vel alicui deo, vel alicuius hominis cineribus conſecratus: ideóque aut circà delubra numinum, aut circa ſepulchra virorum poſitus eſt. Valla lib. 4.

Altus.	Per nemora, atq; altos quærẽdo buccula lucos.	*V. Ecl. 8.*
Arcanus.	Arcano greſſus audemus credere luco.	*Silius 6.*
	——————te cærula noſcent	
Vetus.	Flumina, te veteres pagorum gloria luci.	*Auſ. Moſell.*
Lætiſsimus.	Lucus in vrbe fuit media, lætiſſim' vmbra	*Virg. Æn. 1.*
Vmbroſus.	Nunc & in vmbroſis Fauno decet immolare lucis.	*Hor. car. 1.*
Ater.	Hunc triplici muro lucis incluſerat atris.	*Ouid. faſt. 3.*
Niger.	——————denſa niger ilice lucus.	*idem faſt. 2.*
Inciduus.	——————multis inciduus annis	
	Iunonis magnæ nomine lucus erat.	*ibid.*
Vetuſtus.	Dicitur & lucos ferro temeraſſe vetuſtos.	*idem met. 8.*
	——————cantúſque feruntur	
1 *Sanctus.*	Auditi, ſanctis & verba minantia lucis.	*idem met 15.*
	——————excelſum nemus	
1 *Sacer.*	Fragore vaſto tonuit, & lucus ſacer.	*Sen. Tro.*
1 *Sacratus.*	Vnde etiam Triuiæ templo, lucíſque ſacratis	
	Cornipedes arcentur equi.	*Virg. Æn. 7.*
1 *Verendus.*	Parce oculis, hoſpes, lucóque abſcede verẽdo.	*Prop. 4.*
Opacus.	Nulli certa dom', lucis habitamus opacis.	*Virg. Æn. 6.*
Frondoſus.	Corporáq; ipſa boũ frondoſo deſere luco.	*idem Geor 4.*
Silens.	Vox quoq; per lucos vulgò exaudita ſilẽtes.	*idẽ Geor. 1.*
Sonans.	Iam mihi per rupes videor, lucóſque ſonantes	
	Ire.	*idem Ecl. 10.*
Caligans.	——caligantem nigra formidine lucum.	*idem Geor. 4*
Deſertus.	———deſertis ceſſant ſacraria lucis.	*Prop. 3.*
Prænubilus.	———denſa prænubilus arbore lucus.	*Ouid. am. 3.*
Viridis.	Tot virides lucos, tot ſaxa imitantia vultus.	*Stat. Theb. 5.*
Sonorus.	——————alta ſonoro	
	Colliſis trabibus, voluũtur murmura luco.	*Silius 3.*
Pallens.	Feſtáque pallentes hilarent altaria lucos.	*Stat ſylu. 3.*
	——————ingens domus	
Vmbrans.	Vmbrante luco tegitur.	*Seneca.*
Sublimis.	Lucus Agenorei ſublimis ad orgia Bacchi,	*Sen. Achil. 1.*

Inacceſſus. *Ingens.* *Formidoloſus.*
Venerabilis. *Pallens.* *Excelſus.*

LVDVS. *LVSVS.* *Vide* ALEA.

Iocoſus. Mater ades florũ, ludis celebranda iocoſis. *Ouid. faſt.* 5
Solemnis. Solemnes ludos Circi celebrate, Quirites. *ibid.*
Vigil. ———————vigili ſimul omnia ludo
Feſta vident. *Valer.* 2.
Mollis. Nec molles egeant noſtrâ dulcedine ludi. *Claud.*
Tẽpeſtiuus. —tempeſtiuum pueris concedere ludum. *Hor. epiſt.* 2.
Longus. Heu! nimis longo ſatiate ludo. *idem car.* 1.
Inanis. Inſtabiles animos ludo prohibebis inani. *Vir. Geor.* 4.
Fortuna ſæuo læta negotio,
Inſolens. Et ludum inſolentem ludere pertinax. *Hor. car.* 3.
Celeber. Sic ruit in celebres cultiſſima fœmina ludos. *O. de ar.* 1.
Sacer. Inſtituit ſacros celebri certamine ludos. *idem met.* 1.
Virgineus. ———virgineis exercent luſibus vndas
Naiades æquoreæ. *idem met.* 14
Grau. carẽs. —————luſus grauitate carentes. *Ou. Pont.* 1.
Feſtus. Feſtóſque luſus, & licentiam vulgi. *Mar. epig.* 1.
Innocuus. Innocuos cẽſura poteſt permittere luſus. *Ouid. Pont.* 1
Placidus. Nocturnus. Caſtus. Dulcis. Puerilis. Latus. Leuis.

LVES. V. PESTIS.

Dira. Dira lues populis, irâ Iunonis iniquæ. *Ouid. met.* 7.
Atra. Inque ſuos vultus ſerperet atra lues. *Mart. epig.* 1.
Scelerata. Vreret implicitum cùm ſcelerata lues. *ibid.*
Infeſta. ——Cadmeæ lues ———infeſta genti. *Sen. OEdip.*
Fœda. Puerile fœda corpus vrebat lues. *ibid.*
Tabida. ——————————tabida membris,
Arboribúſque, ſatíſque lues. *Virg. Æn.* 3.
Peſſima. Abolere properè peſſimam ferro luem
Equidem parabam. *Sen. Med.*
————in patulis illa horrida campis
Metuenda. Sit metuenda lues. *Sil.* 10.
Acerba. Fertur acerba lues, disiectis incita telis. *idem* 12.
Importuna. ———importuna lues, inimicáque peſtis. *idem* 14.
Inimica. It totis inimica lues ſeu turbine caſtris. *idem* 17.
Violenta. Tiphyn agit violenta lues. *Valer.* 5.
Grauis. ———————grauem populis luem
Sparſura peſtis. *Sen. Thyeſt.*
Miſeranda. Corrupto cæli tractu, miſerandáque venit
Arboribúſq; ſatíſq; lues, & lethifer annus. *Virg. Æn.* 3.
Horrida. ——————————horrida vultus
Abſtulit, & tenero ſedit in ore lues. *Mar. epig.* 11.
Saua. Peſtifera. Impura. Lethifera. Lethalis. Mortifera.

LVMEN.

Vide FAX. LAMPAS. LYCHNVS. TÆDA.

Diſtinctionem ponit Seruius *lumen inter, & lucem:* In luce *(inquit)* eſt ſolus ſplendor: in lumine ſplendor, ſed cum fumo. Lumen enim non tam de 1 ſyderum, quàm de tædarum 2 cereorúmque luce, & ſplendore effertur; qui certè aliquid fumi, & obſcuri habet in ſe. *Iuxta quam diſtinctionem quæ tibi apta, quæ inepta erunt epitheta, cautè elegeris.*

	———————lumènque innoxia fundit	
Purpureum.	Purpureum.	*Valer.* 1.
Candidum.	Hoc lumen candidum claret mihi.	*Ennius.*
Tremulum.	——ſplendet tremulo ſub lumine pontus.	*Virg. Æn.* 7.
	————————quo carmine demùm	
Clarum.	Clara tuæ poſſim præpādere lumina mēti.	*Lucret.* 1.
Fulgidum.	Fulgida præſertim cùm cernere ſæpè nequimus	
	Lumina.	*idem* 3.
Serenum.	————————Phœbúſque ſereno	
	Lumine purpureū reſerat iā ſud° Olympū	*Auſ. Moſell.*
Blandum.	Heu blandum cæli lumen!	*Sil.* 2.
Clariſſimū.	————vos ô clariſſima mundi	
	Lumina, labentem cælo quæ ducitis annū.	*Virg. Geor.* 1.
1 *Vagum.*	————————vaga lumina noctis	*Stat. The.* 3.
Serum.	——ſera rubens accendit lumina Veſper.	*Virg. Geor.* 1.
Flagrans.	————————flagrantia lumina flammis.	*Lucret.* 4.
2 *Fumeum.*	——————————fumea lumina tædis.	*Virg. Æn.* 6.
2 *Multifidū.*	Multifida attollēs antiquâ lumina cedro,	
	Nocte ſubit campo.	*Stat. The.* 3.
2 *Piceum.*	————piceum fert humida lumen	
	Tæda.	*Virg. Æn.* 9.
Manifeſtū.	——Deum manifeſto in lumine vidi	
	Intrantem muros.	*idem Æn.* 4.
Candidum.	Candidáq, aurato quatiebat lumina curru.	*idem in Cul.*
Radians.	Vtq; trahunt oculos radiātia lumina ſolis.	*Ouid triſt* 2.
2 *Nocturnū.*	Vrit odoratā nocturna in lumina cedrum.	*Virg. Æn.* 7.
2 *Vigilans.*	Lumina quinetiā ſūmâ vigilātia turre, &c.	*Ou. epiſt.* 17.

Fuluum. Roſeum. Purum. Coruſcum.

LVMINA. OCVLI.

Conſule quæ diximus ad caput Oculus: *ſubſequentium enim epithetorum ratio & modus deligendi inde pendet. Lumen aliquando ſignificat ſplendorem, qui ex 1 leuore armorum fit. Eius ſignificationis ſi plura deſideres epitheta, vide ad caput* Arma. Telum. Iaculum, &c.

Nigra.	Nigra ſupercilia, frōs libera, lumina nigra.	*Cornell. Gal.*

Imit.ſyd flã. ——ſydereas imitantia lumina flammas. *Stat.ſyl.*1.
Gemin.ſyd'. ————geminum ſeu lumina ſydus. *Ouid met.*3.
Radiatum. Forma,colórq;tibi,radiatáq;lumina poſcũt. *idẽ met.* 4.
Cupidum. Hunc ſimul ac cupido conſpexit lumine Virgo. *Catul.*
————quem,tu Melpomene,ſemel
Placidum. Naſcentem placido lumine videris. *Hor.car.*4.
Inexpletum. Spectat inexpleto mendacem lumine formam,
Pérque oculos perit ipſe ſuos. *Ouid.met.*3.
Amans. —lachrymæ per amantia lumina manant. *Ou.epiſt.*18.
————————igneos ſerpentium
Remiſſum. Oculos remiſſo lumine,ac placido intuẽs. *Sen. Her. fu.*
Viuidum. Præuoluunt flatus,& lumina viuida torquent. *Nemeſ.*
Laſciuum. ——————laſciuáque crebras
Ancipiti motu iaciebant lumina flammas. *Sil.* 15.
Errans. Non Tyriæ veſtes errantia lumina fallunt. *Propert.*3.
Glaucum. Ardentes oculos intorſit lumine glauco. *Vir. Geor.* 4.
Lubricum. Spectare formam lumine lubrico. *idem de cor.*
————nec trepidat ſacram
Crudum. Spumeas efflans ſaliuas , cruda torquens lumina. *ibid.*

LVMEN, oculi in ira.

Toruum. ——toruo ſurgebant lumine flammæ. *Sil.* 11.
Igneum. Ignea ſanguineã radiabãt lumina flammâ. *idem* 2.
Sanguineũ. Sanguinea intorquẽs ſuffuſo lumina felle. *Prud.Pſych.*
————————ille feroces
Vagans. Torquet adhuc oculos, totóque vagantia cælo
Lumina. *Lucan.* 5.
Crudele. Corpore vt exanimi crudelia lumina paſcas. *O. met.*14.
Formidab. Nullæ in frõte minæ,nec formidabile lumẽ. *idẽ met.* 2.
Obliquum. Illa deã obliquo fugientẽ lumine cernens. *ibid.*
Turgens. Quid noſtro gemitu turgentia lumina torques? *Prop.*1.
——————totúmque pererrat
Tacitum. Luminibus tacitis,& ſic accenſa profatur. *Virg. Æn.*4.
Vagum. ——tacito ſparſit vaga lumina vultu. *Valer.*6.
1 *Dirum.* ————ſed ferri lumine diro
Turbat' ſonipes ſe ſe,dominúmq;retorſit. *Stat.Th.*9.
Turbidum. Lumine nos, Afer, turbidiore notas. *Mar.epig.*9.
Flammeum. ————tum flammea torquens
Lumina. *Virg.Æn.*7.
Flammans. ———flammantia lumina torquens, *idem Geor.*3.

Acre. *Ferum.* *Immanſuetum.*
Ferox. *Incertum.* *Furibundum.*
Inſenſum. *Inimicum.* *Accenſum.*

LVMEN, pro vita.

Vitale.	Dũq; quod ô breue ſit! lumẽ vitale videbo. *Ouid. triſt. 5.*
Iucundum	Quod te per cæli iucundum lumen, & auras, Per genitorem oro. *Virg. Æn. 6.*
Blandum.	Heu blandum cæli lumen! *Sil. 2.*
Dulce.	Dulcia linquebant lamentis lumina vitæ. *Lucret. 1.*
Spirabile.	———————cæli ſpirabile lumen. *Virg. Æn. 3.*
Gratum.	Nonne ſatis viſũ eſt grati quod luminis expers? *Claud.*

LVMINA, oculi in morte, & ſomno.

Suffecta leth.	————ſuffectáque lumina letho. *Val. 1.*
Frigida letho.	————labuntur frigida letho Lumina. *Virg. Æn. 11.*
Natantia.	——condítque natantia lumina ſomnus. *idem Æn. 4.*
Tecta.	——tecto ſimulatur lumine ſomnus. *Ou. epiſt. 20.*
Feſſa.	——ſubit furtim lumina feſſa ſopor. *idẽ epiſt. 18.*
Laſſa.	Laſſáque verſantes ſupremo lumina motu. *idem met. 7.*
Morientia.	Contegit inductus moriẽtia lumina cortex. *idem met. 9*

LVMINA, pro oculis in triſtitia.

Rorantia.	————rorantia lumina terſit. *Stat. ſyl. 2.*
Lachrymantia.	—manúque ſimul veluti lachrymantia terſit Lumina. *Ou. met. 13.*
Deiecta.	—frõs læta parùm, & deiecto lumina vultu *Virg. Æn. 6.*
Caua.	Hirt⁹ erat crinis, caua lumina, pallor in ore. *Ouid. met. 8.*
Expertia ſomno.	——————expertia ſomno Lumina. *Lucret. 6.*
Humida.	Humidáque oppoſitâ lumina veſte tegit. *Ouid. faſt. 3.*
Miſerabilia.	——in humo lumen miſerabile fixit. *idem triſt. 4.*
Vda.	Reſpiciens vdis perdita luminibus. *Catul.*
Ardentia.	Ad cælum tendens ardẽtia lumina fruſtrà. *Virg. Æn. 2.*
Languida.	————————cui languida nondum Lumina ſunt gnati carâ ſatiata figurâ. *Catul.*
Immota.	In vultu color eſt, ſine ſanguine, lumina mœſtis Stant immota genis. *Ouid. met. 7.*
————	——ille Iouis monitis immota tenebat Lumina, & obnix⁹ curã ſub corde premebat. *Virg. Æn. 4.*
Mœſta.	——mœſto defixus lumina vultu. *Virg. Æn. 6.* ————ſolis quoque triſtis imago
Lurida.	Lurida ſollicitis præbebat lumina terris. *Ou. met. 15.*

Effœta. Inſomnia. Triſtia. Squalida. Torpentia.

LVNA.

Pro diuerſa Lunæ mutatione, diuerſa tibi ſumenda ſunt epitheta. Nam, vt ait Plinius lib. 2. cap. 19. Luna eſt modò curuata in 1 cor-

nua, modò æquâ portione diuiſa, modò ſinuata 2 in orbem, maculoſa, eadémque ſubitò prænitens: immenſa orbe pleno, ac repentè 4 nulla. *Dicitur Menſtrua, quòd menſem 3 vnum duret, menſiúmque propterea ſit menſura. Modò vocatur* 5 *Delia*, 6 *Cynthia*, 7 *Triuia*, 8 *Diana*, 9 *Dictynna*, 10 *Phœbe, ſoror* 11 *Phœbi*, 12 *Latonia: quarum appellationum rationem quære in ſingulis, & proprijs capitibus.*

8 *Diana.* Nec par, aut eadem eſt nocturnæ forma Dianæ,
Eſſe poteſt vnquam, ſempérque hodierna ſequente,
Si creſcit, minor eſt: maior, ſi cõtrahit orbē *Ou. met.* 15.

12 *Latonia.* Cãdor erat qualem præfert Latonia Luna. *Tibul.* 3.

3 *Menſtrua.* Ipſe pater ſtatuit quid menſtrua Luna moneret. *V. Ge.* 1.

Obnox. ſoli. Nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna. *ibid.*

Candida. ——————nec candida curſum
Luna negat, ſplendet tremulo ſub lumine Põtus *V. æ.* 7.

Noctiluca creſcens. Ritè creſcentem face noctilucam. *Hor. car.* 4.

Lucida. ———quos pleno lucida vultu

Pernox. Pernox agitat. *Sen. Med.*

2 *Plena.* Plena per inſertas fudit ſe Luna feneſtras. *Virg. Æn.* 3.

Radians. Sole repercuſſũ, ac radiãtis imagine Lunæ. *idem æn.* 8.

Alta. Suſpiciens altam Lunam, ſic voce precatur. *idem æn.* 9.

Aurea. ——————fugit aurea cælo
Luna. *Ou. met.* 10.

Niuea. —& niueæ vultum confundere Lunæ. *idem met.* 14

Nocturna. Lunáque nocturnos alta regebat equos. *idem triſt.* 1.

Pura. Vt pura nocturno renidet
Luna mari. *Hor. car.* 2.

Vaga. Seruit & aſtrorum velox chorus, & vaga ſeruit
Luna. *Stat. ſyl.* 3.

Lucens. Lucẽtémque globũ Lunæ, Titaniáq; aſtra. *Virg. æn.* 6.

Celeris. Dãna tamẽ celeres reparãt cæleſtia Lunæ. *Hor. car.* 4.

4 *Minor.* ———docuit melimela rubere, minorem
Ad Lunam delecta. *idem ſat.* 2.

Noctiuaga. Lumina noctiuagæ tollit Pharos æmula Lunæ. *St. ſyl.* 3.

Clara dea. Arſit obſcuri Dea clara mundi. *Sen. Hippol.*

Naſcens. Lubrica naſcentes implẽt conchylia Lunæ. *Hor. ſat.* 2.

1 *Bicornis.* Syderum regina bicornis, audi,

Regina ſyd. Luna, puellas. *idem epod.*

Rediens. ———redeuntis cornua Lunæ. *Ou. met.* 10.

Reuertens. Luna reuertẽtes cùm primũ colligit ignes. *Virg. Geor.* 1
——————truditur dies die,

Noua. Nouæque pergunt interire Lunæ. *Hor. car.* 2.

Roſcida. ———ſaltus reficit iam roſcida Luna. *Virg Geor.* 3.

Lucida. Lunáque non gracili ſurrexit lucida cornu *Virg. Æn. 5.*
Ignea. ——iunctos cùm iam ſoror ignea Phœbi
11 *Phœbi ſor.* Sentit equos. *Stat. Th. 8.*
Aſtrorum decus. Decus clarum mundi. Moderatrix Cynthia noctis.
Creſcens. Decreſcens. 6 *Cynthia.* 5 *Delia. Sydus noctis.*
Argentea. 10 *Phœbe.* 9 *Dictynna.* 7 *Triuia.* 11 *Soror ſolis.*

LVNA CANTATA, & in eclipſi.

Theſſala mulieres (quarum potiſſima laus, & gloria in veneficijs, & incantationibus verſabatur) lunam è cælo carminibus Magicis deripere credebantur. Quod probatur verſu Virg. Ecl. 8.

Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.

Plura vide apud Iac. Pont. *è ſocietate Ieſu ad* 8. Ecl. Virg. *&* Lambinum *ad* Odam 5. lib. Epod. Horat. *Reuocabatur autem tinnitibus ocutiariis: vel, ſi credere dignum eſt, ſtrepitus impediebat ne carmina illa Magica audiret.* In eclipſi autem 1 hoc eſt (*vt ait* Plinius lib. 2. cap 12) defectu, nempe dum ſol per interpoſitionem terræ ita lunæ opponitur, vt luna ipſa lumine ſuo proprio carere videatur: *propria habes hic epitheta. Dicitur, turbida, & ventoſa, quia cùm flant impetuoſius venti, 2 agitari, & alterius eſſe coloris videtur.*

Video Triuiæ currus agiles:
Non quos pleno lucida vultu
Mœſta. Pernox agitat, ſed quos facie
Lurida. Lurida, mœſta, cum Theſſalicis
Vexata minis Theſſal. Vexata minis, cęlum freno
Propiore legit. *Sen. Med.*
Obſeſſa venenis. ————Phœbéque ſerena
Non aliter diris verborum obſeſſa venenis
Pallida. Palluit, & nigris, terreniſque ignibus arſit. *Lucanus 6.*
At nos ſolliciti lumine turbido
Rapta carm. Theſſ. Raptam Theſſalicis carminibus rati
Tinnitus dedimus, *Sen. Hippol.*
——attonitis quoties auellitur aſtris
Opaca. Solis opaca ſoror, procul auxiliantia gentes
Æra crepant, fruſtráque timent. *Stat. Theb. 6*
Laborans. ————laboranti ſuccurrere lunæ. *Iuuen. ſat. 6.*
1 *Errans.* Hic canit errantem lunam, ſolíſq; labores. *Virg. Æn. 1.*
1 *Obſcura.* ——lunéque obſcura viciſſim
Luna premit. *idem Æn. 4.*
Rubens. Infernas errare canes, lunámq; rubentem. *Hor. ſat. 1.*
2 *Turbida.* Lunáque concepta languéſcat turbida Coris. *C. de bel Gil.*
2 *Ventoſa.* ——ventoſæ ſuperat vaga lumina lunæ. *Nemeſian.*
Sanguinea. Carmina ſanguineæ deducunt cornua lunæ. *Ouid. am 2*

Still.ſang. Sanguine,ſi qua fides,ſtillantia ſydera vidi,
Purpurea. Purpureus lunæ ſanguine vultus erat. *Ouid. am.1.*
Liuida. *Cantata.* *Direpta cælo.*
Deficiens. *Nimboſa.* *Cærulea.* *Nigra.*

LVPA.

Dicitur lupa raua,ideſt, raui,inter flauum, & cæſium coloris.
Inhumana. ——inhumanæ dura papilla lupæ. *Pro. 4.*
Rapida. ——rapidæ tradis ouile lupæ. *Ouid.d.a.3.*
————————aut ab agro
1 *Raua.* Raua decurrens lupa Lanuuino. *Hor. car. 3.*

LVPATVM, ET, LVPVS.

Lupi, & lupata frena ſunt,quibus equi ſternaces retinentur.
Durum. Verbera lenta pati, & duris parere lupatis. *Virg.geor.3.*
Tempore paret equus lentis animoſus habenis,
Durus lup⁹. Et placido duros accipit ore lupos. *Oui. triſt. 4.*
————ſub iuga ferrea mittit
Rigidum. Cornipides,rigidiſque docet ſeruire lupatis. *C.de Pr.cōſ.*
Sanguineū. Siccáque ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis. *Lucan.5.*
Aureum. Mordent aurea quod lupata cerui. *Mar.epi.1.*

LVPINVS.

Genus leguminis valde amari, & ingrati ſaporis.
Triſtis. Aut tenuis fœtus viciæ,triſtiſque lupini. *Virg.geor.1.*
Pallens. Nec tu pallentes dubita præbere lupinos. *O.de med.f.*
Feralis. Qui metere occiduâ ferales nocte lupinos
Dicitur. *Calphur.*

LVPVS.

Pulchram deſcriptionem lupi habes apud Ouid. Met. 11. circa mediū.Dicitur Martius quod ſit Marti 2 ſacer,& ex rapto viuat,Remumque & Romulum filios Martis, & Syluiæ, illud animal enutriiſſe feratur.

————multis balatibus agnum
2 *Martius.* Martius à ſtabulis rapuit lupus. *Virg. æn. 9.*
2 *Martialis.* Nec Martialeis hœdilia lupos,
Nec virides metuent colubras. *Hor.Car. 1.*
Sæuus. Quærat,& à ſæuis oſſa relicta lupis. *Tibul. 1.*
Montanus. Viſcera montanis ferret edenda lupis. *Ou. epiſt.11.*
Canus. Illa tremit velut agna pauens quæ ſaucia cani
Ore excuſſa lupi. *Ou. met.6.*
Raptor. Raptoreſq; lupos armatoſq; vnguibus vrſos. *Ou.met.10*
Bel. vaſta. —loca proxima terret —Bellua vaſta lupus. *Ou. met.11.*
Fuluus. Veluti perterrita fuluum
Cerua lupum. *Ibidem.*

Auidus. Sæpè auidum fugiens reſtitit agna lupũ. *Ouid.faſt.2.*
Infeſtus. Parua ſub infeſto cùm iacet agna lupo. *ibid.*
Rapax. Vtque rapax, ſtimulante fame, auidúſque cruoris
Cruor.auid. Incuſtoditum captat ouile lupus. *Ouid.triſt.1.*
Cruentus. ———qualis cùm cerua cruentis
Circumuenta lupis. *Stat.Th.5.*
Rabidus. ———rabidi ſic agmine miſto
Sub noctem coïere lupi. *idem Th.10.*
Inhumanus. Hœdus inhumani raptus ab ore lupi. *Mar.epig.10*
Immanis. Immanes feritate lupi. *Prud. Pſych.*
Genus acre. Quid lynces Bacchi variæ, & gen⁹ acre luporũ. *V.G.3.*
Acer. ———vt pauet acres
Agna lupos. *Hor.epod.*
Inſatiabilis. Inſatiabilibus prǫda relicta lupis. *Ou.in Ib.*

Degener. Vagus. Auius. Aſper. Fame ſtimulatus. Impaſtus. Trux. Ferus. Efferus. Dirus.

LVSTRA.

Leonum, luporum, tigridum, ferociorúmque animalium antra ſunt, & cauernæ.

Opaca. ———confuſi paſſim per opaca vagantur
Luſtra. *Claudianus.*
Horrida. —in ſcopulos & monſtris horrida luſtra. *Valerius 4.*
Deſerta. Solus & hos montes, deſertáque luſtra tenebis. *ibid.*
Auia. ———mox ille per auia ſecum
Luſtra. *Stat. Ach.1.*
Inuia. Poſtquã altos ventũ in mõtes, atq; inuia luſtra. *V.Æ.4.*
Deuia. Cũ iuuenis placidò per deuia luſtra vagãtẽ. *Ouid.met.3*
Syluestria. Hæccine vita iuuat ſylueſtribus abdita luſtris? *C.de r.2.*
Inhoſpita. Pugnarũ dãna, aut ſtrages per inhoſpita luſtra. *Sil.16.*
Horrentia. Hic natã in dumis, interq; horrẽtia luſtra. *Virg.æn.11.*
Tetrica. ———ſed in tetricis, & poſt connubia luſtris,
Sic quoq; venatrix, animóq; innupta remãſi. *Stat.Th.9*

Abdita. Imperuia. Ignota.

LVSTRVM, pro tempore quinquennali.

Labens. ———venient luſtris labentibus ætas. *Virg.æn.1.*

LVSVS. V. Ludus.

LVTVM. V. Limvs.

Vdũ. Molle. Vdum, & molle lutum es. *Perſ.ſat.1.*
———glebáſque rigentes
Pingue. Infuſis ad pingue lutum mollire fluentis. *Prud.in Sy.*
Facile. Pocula de facili compoſuítque luto. *Tibul. 1.*

Recens. Turpe. Fœdum. Impurum.

LVX. *Vide* LVMEN.

Lux propriè de ſole, cæteriſque ſyderibus dicitur. Deligenda igitur ſunt epitheta maximè accommoda. Nam ſi ſolis lux intelligatur, ſit epitheton Publica, ſerena, Eoa, Oriens, Phœbea, Aurea. *Si lunæ, & cæterorum ſyderum de nocte, erit,* Lux vaga, ſyderea, Ætherea, Pura. *Si autem per abuſionem vocis, lux pro ſplendore armorum accipiatur, quærenda ſunt epitheta ad propria capita, hoc modo,* Lux dira, fera, feralis, funeſta, turbida, *&c.*

Alma.	Vt primùm lux alma data eſt.	*Virg. Æn.1.*
Clara.	Reſtitit Æneas, claràque in luce refulſit.	*ibid.*
Pura.	—purâ per noctem in luce refulſit.	*idem Æn. 2.*
Syderea.	Hunc quoque ſydereâ qui temperat omnia luce	
	Cæpit amor ſolem.	*Ou. met. 4.*
Purpurea.	Lætaque purpureâ luce refulſit humus.	*idem faſt. 6.*
Coruſca.	——————lucémque coruſcam	
	Expauit maioris equi.	*Stat. ſylu.1.*
Candida.	———ſubitis lux candida ceſſit	
	Nubibus.	*idem ſyl. 3.*
Eoa.	—purpureum iubar exere lucis Eoæ.	*Auſ. Edyl.*
Aurea.	Procedit & lux aurea.	*Prud. Cath.*
Præclara.	Lunámque, & ſolis præclarâ luce nitorem.	*Lucret. 2.*
Roſea.	——————roſeâ ſub luce reuerſi	
	Artifices mirantur opus.	*Stat. ſyl. 3.*
Publica.	———ô lux immenſi publica mundi,	
	Phœbe pater.	*Ouid. met. 2.*
Vaga.	Stagna vagâ ſic luce micant, vbi Cynthia cælo	
	Proſpicit.	*Val. 3.*
Serena.	——————nonámque ſerena	
	Auroram Phaethontis equi iã luce ferebãt.	*Virg. Æn. 5.*

Oborta. *Sacra.*

LVX, dies, &, dies feſta.

Natalis.	Dicamus bona verba, venit Natalis ad aras.	*Tibul. 2.*
Diurna.	———fons luce diurnâ	
	Frigidus, & calidus nocturno tempore.	*Lucretius 6.*
Alma.	Vt primùm lux alma data eſt.	*Virg. Æn. 1.*
Niuea.	O niueã quę te poterit mihi reddere lucẽ.	*Tibullus 2.*
Proſpera.	Proſpera lux oritur, linguis, animíſque fauete	*Ou. faſt. 1*
Candida.	Candida te niueo poſuit lux proxima templo.	*ibid.*
Feſta.	Sæculo feſtas referente luces.	*Hor. car. 4.*
Sacra.	Noſque & profeſtis lucibus & ſacris,	
Profeſta.	Inter iocoſi munera Lyæi.	*ibid.*
Honorata.	———ſed quod iucundius eſſet	

Honorata. Lucis honoratæ fructu. *C.de lau St.3*
Genialis. Hæc tibi parua quidē geniali luce param⁹. *Stat.ſyl.2.*
Aurea. Procedit & lux aurea. *Prud. Cath.*
Celeberrima. Tertia poſt idus lux eſt celeberrima Baccho. *Ou.faſt.3.*
Sera. ——ſeram pepulere crepuſcula lucem. *idem met.15.*
——pulſam hyemen ſol aureus egit
Æſtiua. Sub terras, cælúmque æſtiuâ luce recluſit. *Vir. Geor. 4.*
Brumalis. Iactor in indomito brumali luce profūdo. *Ouid.triſt.1.*
Diurna. ————fons luce diurnâ
Frigidus. *Lucret. 6.*
Oriens. Non illam nutrix oriēti luce reuiſens, *&c. Catul.*

LVX. *VITA.*

Conſule argumentum ad caput Vita, *vbi non pauca ſunt quæ tibi lucem afferent.*

Breuis. Nobis cùm ſemel occidit breuis lux,
Nox eſt perpetua vna dormienda. *Catul.*
Inuiſa. —lucis inuiſæ moras —Abrumpere enſe. *Sen. Tro.*
Suprema. ———ſupremam Teleſinus in auras
Expirat lucem. *Sil. 10.*
Optata. ——regno, aut optatâ luce fruatur. *Virg. Æn. 4.*

LVXVS.

Regius. ————regios luxus procul
Eſt impetus fugiſſe. *Sen. Hippol.*
Regalis. At domus interior regali ſplendida luxu. *Virg. Æn. 1.*
——epulæque antè ora paratæ
Regificus. Regifico luxu. *idem Æn. 6.*
Inanis. ———Nilúſque dedit quod luxus inani
Ambitioſus. Ambitione furens, toto quæſiuit in orbe. *Lucan. 10.*
Turpis. ——turpi fregerunt ſæcula luxu
Diuitiæ. *Iuuen ſat. 6.*
Populator opum. —luxus populator opum, cui ſemper adhærens
Infœlix humili greſſu comitatur egeſtas. *Cl. in Ruf. 1.*
Edax. Quidquid luxus edax pretioſum liquerat. *Prud. Pſych.*
Impurus. Ibo per impuros feruente libidine, luxus. *idē in Sym. 2.*
Superbus. ————faciémque ſuperbi
Luxus, *&c.* *Sil. 11.*
Mollis. ——molli luxu labefacta, meróque. *idem 12.*
Deſes. ————deſide luxu,
Fortuna ſoceri contentus. *Sid. Apoll.*
Diſſuaſor honeſti. ————diſſuaſor honeſti
Luxus. *Cl. de rap. 3.*
Iners. Pretioſus. Feruens. Libidinoſus. Laſciuus. Inhoneſtus. Pudendus.

LVXVRIA.

Max. malũ. ———maximum exortum eſt malum,
Peſtis blãda. Luxuria, peſtis blanda. *Sen. Octa.*
Sæuior arm. ———ſæuior armis —Luxuria incubuit. *Iuuen. ſat. 6.*
Prodiga. Luxuria extinctæ iamdudum, prodiga, famæ,
Oculis vaga Delibuta comas, oculis vaga, languida voce,
Perdita. Perdita deliciis, vitæ cui cauſſa voluptas. *Prud. Pſych.*
———————ô prodiga rerum,
Inſatiabilis. Luxuries, nunquam paruo contẽta paratu! *Luc. 4. Pul.*
Miſera. Tædia dum miſeræ ſunt tibi luxuriæ. *Prop. 1.*
—————————tibi quærit inanes
Nocitura. Luxuries nocitura cibos. *Claud.*
Laſciua. *Petulans.* *Languida.* *Socors.* *Vecors.*

LYÆVS. *BACCHVS.*

Vnde dicatur Lyæus, quære ad caput BACCHVS, num. 11. OGYGIVS, *ideſt*, THEBANVS, numero 4. THYRSIGER, numero 13.
Ogygius. Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo. *Lucanus 1.*
Thyrſiger. Candida Thyrſigeri proles generoſa Lyæi. *Sen. Med.*
Formoſus. Candida formoſi venerabimur ora Lyæi. *idem OEdip.*
Corniger. Corniger increpuit Thyrſo grauiore Lyæus. *Ou. am. 3.*
Vitis inuẽt. ———Lyæus vitis inuentor ſacræ. *Ennius.*
———mactant lectas de more bidentes
Pater. Legiferæ Cereri, Phœbóq; patriq; Lyæo. *Virg. Æn. 4.*

LYÆVS, pro vino.

Lyæum pro vua 1 matureſcente poſuit Statius ſyl. 2.
Annoſus. Ac primũ annoſo ſpargant collecta Lyæo. *Tibul. 3.*
Immodicus. Non hæc immodico contraxi dãna Lyæo. *Ouid. Põt. 1.*
Iocoſus. —arcanũ iocoſo—Conſiliũ retegis Lyæo. *Horat. car. 3.*
Dulcis. Cocyton dulci perhibent ſtagnaſſe Lyæo. *Cl de rap. 1.*
Lenis. Sollicitant lenem molli ſermone Lyæum. *Auſon. epiſt.*
Purus. Mella ſimul tecum, & puri fer dona Lyæi. *Sil. 13.*
1 *Pubeſcens.* Siue per autumnum, iam pubeſcẽre Lyæo. *Stat. ſyl. 2.*
Largus. Largi flumina quis canat Lyæi. *idem ſyl. 1.*

LYCEVS. *[cui vicinus eſt.*

Mons in Arcadia, Pani ſacer. Dicitur 1 Parrhaſius à Parrhaſo oppido,
Vmbroſus. Solibus vmbroſi patuere æſtiua Lycei. *Stat. Theb. 1.*
Piniger. Nec ſua pinigero magis adnatet vmbra Lyceo. *idẽ Th. 7*
1 *Parrhaſius.* Candida Parrhaſii poſt hanc regina Lycei. *Cl. de rapt. 1.*
Pinifer illum etiam ſolâ ſub rupe iacentem
Gelidus. Mænalus, & gelidi fleuerunt ſaxa Lycei. *Virg. Ecl. 10.*
Viridis. Qui tibi nũc viridis depaſcũt ſumma Lycei. *idem Geor. 4.*
Cultus. Deſpiciebat humum, cultiq; arbuſta Lycei. *Ouid. met. 1.*

LYCHNVS.

Vide Lampas. Fax. Tæda.

Pendens. ——pendentes lychni, claræque coruſcis
Fulguribus, pingues multâ caligine tædæ. *Lucretius 5.*
——dependent lychni, laquearibus aureis

Incenſus. Incenſi. *Virg. Æn. 1.*

Auratus. ——tendunt auratis vincula lychnis. *Stat. Theb. 1.*

LYCIA.

Eſt minoris Aſiæ regio, clara fabuloſâ illâ 1 Chimærâ, de qua aliquid diximus in proprio capite. Dicitur 2 Hiberna, quòd niuibus Tauri montis, cui vicina eſt, frigeſcat.

1 *Chimærifera.* Iamque Chimæriferæ cùm ſol grauis vreret arua
Finibus in Lyciæ. *Ouid. met. 6.*

Fertilis agris. ——Lyciæ quoque fertilis agris
Non impunè deã veteres ſpreuere coloni. *ibid.*

2 *Hiberna.* Qualis vbi hibernam Lyciam, Xantique fluenta
Deſerit. *Virg. æn. 4.*

LYCVRGVS.

Fuit rex 1 Thraciæ, vini oſor, qui cùm 3 ſecuri vites 4 amputaret, immiſſo à patre Libero 2 furore crura ſibi cecidit.

Acer. ——acri quondam regnata Lycurgo. *Vir. æneid. 3.*

2 *Veſanus.* Veſanũq; noua nequicquã in vite Lycurgũ. *Propertius 3.*

3 *Bipennifer.* Penthea, tu venerande, bipenniferũmque Lycurgum

4 *Sacrilegꝰ.* Sacrilegos mactas. *Ouid. met. 4.*

1 *Thrax.* Thracis & exitium Lycurgi. *Hor. car. 2.*

3 *Securiger.* Regna ſecurigeri Bacchũ ſenſere Lycurgi. *Sen. OEdip.*

LYCVRGVS. *LEGISLATOR.*

Fuit & alius eiuſdem nominis Lycurgus, rex Lacedæmonum, qui ſuis ciuibus ſanctiſſimas leges condidit, quas quandiu obſeruarunt, nemini ſeruierunt, omnibus imperarunt.

Legifer. Quidquid legifero profecit Sparta Lycurgo. *Sid. Apol.*

Amyclæus. Hic & Amyclæi cæſum de monte Lycurgi, &c. *St. ſyl. 2.*

Fortis. —iuſtúſque Solon, fortíſque Lycurgus. *Manil. 1.*

LYDIA.

Regio eſt in Aſia, Æolijs, & Ionijs vicina, clara Pactoli aureis arenis, & Gaza Mydæ ditiſſimi, ſed infœlicis regis.

Ingens. ——non ſic Ægyptus, & ingens
Lydia. *Vir. Geor. 4.*

Diues. ——qualem non Lydia diues
Erexit Pelopi, &c. *Claudianus.*

Ferax. Vidit Perſis ditíſque ferax
Lydia regni. *Seneca.*

LYMPHA. *V. Aquæ*

Fluuialis. Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha. V. *Æn.* 4.
Viua. —ſale purpureo, viuáue nitentia lympha
Membra lauat. *Valerius* 5.
Pura. Ac primũ pura ſomnũ tibi diſcute lympha. *Propertius* 3.
Liquida. Candida permulcens liquidis veſtigia lymphis. *Catull.*
Suſurrans. Ima ſuſurrãtis repetebãt ad vada lymphæ. *Virg. in cul.*
————obliquo laborat
Fugax. Lympha fugax trepidare riuo. *Horat. car.* 2
Loquax. ———vnde loquaces
Lymphæ deſiliunt tuæ. *idem car.* 3.
Lenis. Leuis crepante lympha deſilit pede. *idem epod.*
Manans. Fontéſque lymphis obſtrepũt manãtibus. *ibid.*
Sobria. Mixtáque ſecura eſt ſobria lympha mero. *Tibul.* 1.
Lucens. —videt hic ſtagnum lucentis ad imum
Vſque ſolum lymphæ. *Ouid. met.* 4
Rigua. *Gelida.* *Lucens.* *Garrula.* *Vitrea.* *Perſpicua.*
Tenuis. *Irrigua.* *Mobilis.* *Dulcis.* *Obſtrepens.*

LYNX, hic, & , hæc.

Animal eſt variâ, & maculoſâ pelle, acutiſſimo viſu præditum, quod Baccho ſacrum eſt.

Maculoſa. Succinctã pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis. *V. Æ.* 1.
Nec curat Orion leones,
Timidus. Aut timidos agitare lyncas. *Hor. car.* 2.
Fugax. ————————fugaces
Lyncas, & ceruos cohibentis arcu. *idem car.* 4.
Imbellis. ———imbelles Oſſæa per auia lyncas
Sectari. *Stat. Achil.* 1
Varia. Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporũ. V. *G.* 3

LYRA. V. Cithara.

Inſtrumentum eſt muſicum, dictum ἀπὸ τοῦ λύρειν *canere. Sumit verò epitheton à præclaris cum Poetis, tum Cantoribus* 1 *Orpheo,* 2 *Thracio,* 3 *Amphione, ab* 4 *Aganippidibus, ſeu* 5 *Pierijs muſis, quibus præeſt* 6 *Phœbus: ab* 6 7 *Calliope muſa: ab* 8 *Arione, Pindarò: ab* 9 *Sappho; à* 10 *Mercurio, eius inuentore.*

1 *Orphæa.* Rurſus & Orpheæ carmine feſſa lyræ. *Propertius* 1.
3 *Amphionia.* Aut Amphioniæ mœnia flere lyræ. *ibid.*
4 *Aganipp.* Par Aganippeæ ludere docta lyræ. *idem* 2.
———& concita dicunt
2 *Threicia.* Flumina Threicia ſuſtinuiſſe lyra. *idem* 3.
5 *Aonia.* Aoniámque lubens Calliopæa lyram. *Prop.* 1.
Garrula. Pendebat læua garrula parte lyra. *Tibul.* 2.

Teſtudinea. Et teſtudinea Phæbe ſuperbe lyra. *Tibull. 4.*
Aurata. Sic ait auratæ nixus ad antra lyra. *Pro. 3.*
Inaurata. Tractat inauratæ conſona fila lyræ. *Oui. Am. 1.*
Imbellis. ——imbelles quem timuere lyræ. *Pro. 4.*
Curua. Clioque & curuæ ſcita Thalia lyra. *Ou. faſt. 5.*
Eburna. ——eburna dic age cum lyra. *Hor. Car. 2.*
Sonans. Sonante miſtum tibiis carmen lyra. *Hor. Epod.*
Canora. ———impune canoras
In peſtem vertêre lyras. *Cl. de rap. 3.*
6 *Phœbea.* Mœnia Phœbeæ ſtructa canore lyræ. *Oui. epiſt. 15.*
8 *Arionia.* Arioniæ fabula nota lyræ. *Oui. de a. 3.*
——— ———carmina rurſus
5 *Pieria.* Pieria liquefacta lyra. *Silius 11.*
1 *Biſtonia.* Syluaque Biſtoniam ſæpe ſecuta lyram. *Claud.*
Pindarica. Pindaricæ fidicen tu quoque Rufe lyræ. *Oui. pont. 4.*
Iocoſa. Non hæc iocoſæ conueniunt lyræ. *Hor. Car. 3.*
7 *Calliopæa.* 9 *Æolia.* 6 *Apollinea.* 10 *Cyllenis.* 10 *Cyllenæa.*
2 *Biſtonis.* *Mollis.* *Querula.* *Mœſta.* *Diſtincta gemmis.*
Dulcis. *Blanda.* *Docta.* *Ouans.*

LYRIS. Fluuius. V. LIRIS.

M.

MACHINA.

Æquata cælo. Murorũ ingẽtes, æquataq; machina cælo. *Virg. æn. 4.*
Ardua. ——ſtrepit ardua pulſu
Machina. *Stat Syl. 1.*
Ærea. ——non ærea machina roſtro
Arietat inſiliens *Prud. Ham.*
Ingens. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machi-
na tignum. *Hor. Epiſt. 2.*

MACIES.

Horrida. Horrida vultum ——Deformat macies. *Vir. geor. 4.*
Suprema. ——macie confecta ſuprema
Ignoti noua forma viri. *Virg. æn. 3.*
Squallida. Crura noua macies obduxit ſquallida pelli. *Vir. in Ceiri.*
Fœda ſitu. Fœda ſitu macies, crebroque ignota ſereno. *Lucan. 6.*
Iejuna. ———ieiuna lacertos
Exedit macies. *Cl. de Bel. G.*
———Luctus edax, macieſq; malis comes addita morbis. *Sil. 13.*
Informis. Vnde hæc informis macies. *Claud.*
Turpis. Ante quam turpis macies decentes
Occupet malas. *Hor. Car. 3.*

MACVLA.

Vide COLOR.

Squallens. Alter erit maculis auro ſquallentibus ardens. *Vir geor.* 4.
Alba. ——quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis. *Virg geor.* 5.
Pulla. ——ne maculis infuſcet vellera pullis. *Virg.geor.* 3.
Lurida. *Nigra.* *Atra.* *Deformis.*

MÆNAS. MÆNADES.

Repete argumentum ad caput Baccha: vbi omnia explanantur.
Hederigera. Vbi capita Mænades, vbi iaciunt hederigeræ. *Catull.*
————ſpolium tulit
Cruenta. Cruenta nati Mænas in partes dati. *Sen. Theb.*
Cadmea. ——Cadmæas inter matres
Impia. Impia Mænas. *Sen. œd.*
Percuſſa ————————qualis deo
Deo. Percuſſa Mænas Entheo ſyluas gradu
Armata. Armata terret. *Sen. Tro.*
Threicia. Threicias fuſis Mænades ire comis. *Ouid. faſt.* 4.
Vaga. *Furibunda.* *Anhelans.*
Animo egens. *Rapida.* *Enthea.*

MÆANDER.

Fluuius eſt in Phrygia, ita ſinuoſo, & reflexo aquarum curſu, vt ad fontem relabi credatur: ab eâ curſus ambiguitate nobilia ſumit epitheta.
Phrygius. ——liquidis Phrygius Mæander in vndis
Ambiguus. Ludit, & ambiguo lapſu refluitque fluitque. *Ouid. met.* 8
Vagus. ——qualis incerta vagus
Incertus. Mæander vnda ludit & cedit ſibi,
Inſtatque dubium littus an fontem petat. *Sen. Her. fu.*
Recuruatus. Quique recuruatis ludit Mæander in vndis. *Ou. met.* 2.
Celer. Qua celer erectis deſcendens Marſia ripis
Errans. Errantem Mæandron adit *Lucanus* 3.
Vbi Mæander ſuper æquales
Labitur agros
Piger. Piger & ſterilis radit arenas
Malignus. Amne maligno. *Sen. Hip.*

MÆNALVS MÆNALA. plur. Mons in Arcadia.

Pinifer. Piniferillum etiam ſola ſub rupe iacentem
Mænalus, &c. *Vir. Ecl.* 10.
Horrenda. Mænala tráſieram latebris horrenda ferarũ. *Oui. met.* 1.
Frondens. Liquit & in mediis frondentem Mænalon aſtris. *St. Th.* 9

MÆOTIS.

Palus eſt Scythica, in regione Septentrionali, iuxta Phaſidis oſtium, frigore congelaſcens. Ex Seruio.

Gelida. Mæotis in me gelida transfundat mare. *Seneca.*
——————quáſque Mæotis
Frigida. Alluit gentes frigida fluctu. *idem OEdip.*

MAGISTER.

Sceleratus. Quid tibi nobiſcum eſt ludi, ſcelerate magiſter?
Inuiſus. Inuiſum pueris, virginibúſque caput. *Mar. epig. 9.*
Garrulus. Diſcipulos dimitte tuos, vis garrule, quantum
Accipis vt clames, accipere vt taceas? *ibid.*
Barbatus. Barbatos licet admoueat mille inde magiſtros. *Iu. ſ. 14.*
Clamoſus. Clamoſo reuocatur à magiſtro. *Mar. epig. 5.*
Tumidus. Perlegat, vt tumidus rauca te voce magiſter. *idem 8.*
Acerbus. ——————nec ſemper acerbi
Imperioſus. Exercet pueros vox imperioſa magiſtri. *Auſonius.*
Miſer. Occidit miſeros crambe repetita magiſtros. *Iuue. ſat. 9.*
Inſanus. Diſcere ab inſano multũ laudanda magiſtro. *Perſ.*
Ferus. Nec vos turba feri ſenſu turbata magiſtri. *Ouid. faſt. 3.*
Sæuus. Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro
Reddere. *Hor. epiſt. 1.*
Immitis. Grauis. Plagoſus. Rigidus. Truculentus.
Horrendus. Inhumanus. Inclemens. Improbus. Dirus.

MAIA.

Filia 1 Atlantis, regis Arcadiæ, ex qua Iuppiter Mercurium ſuſcepit. Maia autem eſt vna è ſeptem ſtellis quæ vocantur 2 Pleiades.

1 Atlantis. ———videt has Atlantide Maia
Natus. *Oui. met. 2.*
2 Lucida. Quem peperit magno lucida Maia Ioui. *Ou. inibid.*
Alma. Ales in tertis imitaris almæ
Filius Maiæ, &c. *Hor. Car. 1.*
2 Pleias. Pleiade nate mone virga venerande potenti *Oui. faſt. 5.*
Candida. Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. *Virg. Æn. 8.*

MAIESTAS.

Sancta. Sanctáque majeſtas, & erat venerabile nomen
Vatibus. *Ou. de arte 3.*
Hinc ſata maieſtas, quæ mundum temperat omnem,
Magna. Quáque die partu eſt edita, magna fuit.
Sublimis. Nec mora conſedit medio ſublimis olympo,
Aurea. Aurea purpureo conſpicienda ſinu. *idem faſt. 5.*
Comis. Maieſtas adeò comis vbíque tua eſt. *idem triſt. 2.*

motíque

Verenda. ———motúque verendâ
Maieſtate loci. *Lucanus v.*
Regia. Laxet terribiles maieſtas regia faſtus. *Cl. de nu. H.*
Serena. ———————maieſtate ſerena
Mulcentem radios, ſummittentémque modeſtæ
Fortunæ vexilla tuæ. *Stat ſyl 4.*
Grata. ———auguſti maieſtas grata pudoris. *Prud. de cor.*
Seuera. ———ſeuera ——Maieſtate minax. *idé in ſy. 2.*

MALA. *POMA.*

Cana. Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. *Virg. Ecl. 2.*
Roſcida. Sepib' in noſtris paruā te roſcida mala, &c. *idem Ecl. 8.*
Aurea. ———————————aurea duræ
Mala ferant quercus. *ibid.*
Pallentéſque cucurbitæ,
Suaueolẽtia. Et ſuaueolentia mala. *Catul.*
Candida. ———autumno candida mala rubent. *Tibul 3.*
Redolentia. —& in patulis redolentia mala caniſtris. *Ouid. met. 8.*
Punica. Aut imitata breues punica mala roſas. *Mar. epig. 11.*

MALA, pars faciei. *V.* Genæ.

Tenera. Signarat teneras dubia lanugine malas. *Ou. met. 13.*
Decens. Ante quàm turpis macies decentes
Occupet malas. *Hor. car. 3.*

MALEA.

Promontorium eſt (authore Seruio) Laconicæ regionis, per quinquaginta millia paſſuum in mare procurrens, cuius vnda tanta ſæuitia excurrit, vt nauigantes velut inſequi appareat. Hinc 1 dicitur ſequax. Nunc vocatur, Capo Melio

Sequax. ———Maleæque ſequacibus vndis. *Virg. Æn. 5.*
————bona littora nautis
Sæua. Præbeat hoſpitio ſæua Malea ſuo. *Propert. 3.*
Curua. Nec timeam veſtros curua Malea ſinus. *Ouid. am. 2.*
Longa. Et ratibus longæ flexus donare Maleæ. *Lucanus 6.*
Spumans. Qua formidatum Maleæ ſpumantis in auras
Formidata. It caput, *Stat. The. 2.*
Rauca. ———raucæ circuntonat ira Maleæ. *idem Th. 7.*
Vndiſona. ———vndiſonæ quos abluit vmbo Maleæ, *idem Ach. 1.*

MALOBATHRVM

Arbor, de qua ſic Plinius lib 12 cap. 26 Dat & Malobathron 1 Syria, arborem, folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad vnguenta, &c.

———coronatus nitentes
1 Syrius. Malobathro Syrio capillos. *Hor. car. 2.*

MALVA.

Viridis. Aut virides maluas, aut fũgos colligit albos. *Ouid. faſt.* 4
———me paſcunt oliuæ,
Leuis. Me cichorea, leuéſque maluæ. *Horat. car.* 1.
Salubris ———aut graui
corpori. Maluæ ſalubres corpori. *idem epod.*
Mollis. Vtere lactucis, & mollibus vtere maluis. *Mart. epig.* 3.

MALVM.

Pro morbo, incommodo, detrimento, ſcelere, ſupplició vſurpatur.

Immedicabile. Vtque malum latè ſolet immedicabile cancer
Serpere. *Ouid. met.* 2.
Funeſtum. Lumina funeſto conſcia facta malo. *idem triſt.* 3.
Fatale. Eſt aliquid fatale malum per verba leuare *idem triſt.* 5.
Grande. Grandibus accedũt tempore damna malis. *ibid.*
Furiale. ———néue furiali malo
Aſpergat aras. *Sen. Thyeſt.*
Ingens. ———ſed malis ingentibus
Nec ſe vertere, aut retrò dare. *idem Theb.*
Infandum. ———infando malo
Correpta, pecoris efferi ſæuum ducem
Audax amaſti. *idem Hip.*
Perpetuum. ———miſerum permitte perpetuis malis *ibid.*
Triſte. O triſte fractis orbitas annis malum! *ibid.*
Supremum. Solent ſuprema facere ſecuros mala. *idem OEdip*
Efferum. ———effera, ignota, horrida,
Horridum. Tremenda cælo pariter, ac terris mala
Tremẽdum Mens intus agitat. *idem Med.*
Indomitum. Impune iam naſcetur indomitum malum. *idẽ Her. OEt.*
Cruentum. Aderit cruenti forſitan victor mali. *ibid.*
Exitiale. ———Canniſque malum exitiale fouebat. *Silius* 8.
Deforme. Et deforme malum, & ſceleri proclinis egeſtas. *idem* 13.
Ferale. An Libyæ ferale malum ſit Romula vox, ſeps. *Auſon.*
Durum. Dura fugæ mala, dura belli. *Hor car.* 2.
Maximum. ———maximum exortum eſt malum. *Sen. Octau.*
Sæuum. Turpe. Intolerabile. Graue.

MALVS NAVIS.

Valens. Et ſteriles platani malos geſſere valentes. *Vir. Geor.* 2.
Velifer. Fractáque veliferi ſonuerũt pondera mali. *Lucanus* 1.
Rigidus. ———rigido pendentia lintea malo. *Ouid. epiſt.* 5.
Vagus. ———infecta vago ſuſpendam lintea malo. *Catul.*
Tremulus. Vela ſuper tremulũ ſubitus volitãtia malũ. *Valerius* 1.

MAMMÆ. *MAMILLÆ.* *V.* VBERA.

MANES.

Manes animæ ſunt corporibus exutæ, qui (vt ait Seruius) per antiphraſin dicuntur boni, quia non boni: pro ipſis locis inferorum, & pro pœnis, & ſupplicijs Virgilio vſurpantur.

——————quíſque ſuos patimur Manes.

Dij.	Quæ vis deorum eſt manium.	*Horat. epod.*
Semidei.	Semidei manes habitãt, quos ignea virtus, &c.	*Lucan. 9.*
Æterni.	Dic ad æternos penetrare manes—Herculẽ.	*Sen. Her. œ.*
Stygij.	Tartareo tum ſacra Ioui, Stygiíſque ferebat manibus.	*Valerius 1.*
Beati.	—concilium Heroum, manéſque beatos Accolis.	*Stat. Th. 5.*
Profundi.	Sub pedib⁹ Styx atra videt, manéſq; profũdi	*Virg. Geor. 1.*
Imi.	Qui ſacer eſt imis manibus, imus erat.	*Ouid faſt. 2.*
Taciti.	Protin⁹ & manes tacitos locat, hoſpite Cymba.	*St. ſyl. 5.*
Muti.	Sed fruſtrà mutos reuocabis, Cynthia, manes.	*Prop. 2.*
Sepulti.	Id cinerẽ, aut manes credis curare ſepultos?	*Virg. Æn. 4.*
Pallidi.	Errat ad obſcuros pallida turba lacus.	*Tibul. 1.*
Nocturni.	Nocturnóſque ciet manes.	*Virg. Æn. 4.*
Mœſti.	Properas mœſtos viſere manes.	*Sen. Her. fu.*
Triſtes.	Non ego nũc triſtes vereor mea Cynthia manes.	*Prop. 1.*
Honorati.	Dicat honoratos prædulcis tibia manes.	*Nemeſ. Ecl.*

MANES MALI.

Impij.	Aduerſa Superis regna, manéſque impios.	*Sen. Med.*
Diri.	An magis diri tremuere manes?	*idẽ Her. OEt.*
Horrendi.	Sæpiùs horrendos manes, ſacríſque litaui.	*Cl. in Ruf. 1.*

Manes inferi.	*Caſſi lumine.*	*Simulachra functa ſepulchris.*
Agmen infernum.	*Animæ tenues.*	*Corpora functa ſepulchris.*
Vmbræ ſilentum.	*Inanis imago.*	*Venerabile vulgus Elyſium.*
Piæ animæ.	*Leuis turba.*	*Simulachra luce carentum.*
Grex niger.	*Cæruleæ animæ.*	*Populus infernæ Stygis.*
Inſontes animæ.	*Pallidæ figuræ.*	*Vaga ſimulachra.*
Dij Erebi.	*Stygij. Lethæi.*	*Ditis exangue vulgus.*
Dij longæ noctis.	*Cæcæ vmbræ.*	*Simulachra pallida.*
Nobiles vmbræ.	*Vulgus ſilentum.*	*Pia turba ſilentum.*
Obſcuræ vmbræ.	*Fœlices vmbræ.*	*Auerni vulgus iners.*
Triſtes Dij.	*Populus ſilens.*	*Sepultæ gentes.*
Vmbræ volantes.	*Defunctæ figuræ.*	*Populus ſilentum.*
Diræ vmbræ.	*Figuræ exangues.*	*Vmbrarum populus.*
Vanæ vmbræ.	*Pallida turba.*	*Tenues figuræ.*
Dij Auernales.	*Nigræ vmbræ.*	*Leues. Ferales.*

MANTO.

Filia fuit Tireſiæ 1 Vatis, quæ futura prænoſcebat; vnde dicitur 2 Phœbeia, à 2 Phœbo, Vatum, Vaticinantiúmque Deo.

1 *Sata Tireſ.*	——ſata Tireſiâ, venturi præſcia Manto.	*Ouid. met. 6.*
2 *Phœbeia.*	———ſubicit Phœbeia Manto.	*Stat. The. 4.*
2 *Præſcia fatorum.*	———fatorum præſcia Manto, Sata Tireſiâ, &c.	*Sen. Agam.*
Vittata.	———vittatam attingere Manto.	*Stat. The. 7.*

MANVS. *Vide* DEXTERA.

Manum per ſua capita digeſſimus: nam cùm manus præcipuum ſit inſtrumentum, quo vel præclara, vel impia, & deteſtabilia facinora perpetrantur; eam humanis, vel prauis, vel bonis affectibus impulſam, exponere hic viſum eſt; ne quid in toto opere deſideretur, quod tuum ſtudium remorari, aut nos parùm diligentiæ arguere poſſit.

Caua.	———manibúſque laceſſunt Pectora plauſa cauis.	*Vir. Æn. 12.*
Magna.	Et pater ipſe manu magnâ Portumnus euntem Impulit.	*idem Æn. 5.*
Pura.	Tibi hoſpitale pectus, & puræ manus.	*Horat. epod.*
Culta.	——inde eſt hæc, puto, culta manus.	*Mar. epig. 5.*
Fida.	Illa manus quondam, ſtudiorum fida meorum,	
Fœlix.	Et fœlix domino, notáque Cæſaribus.	*idem epigr. 1.*
Firma.	Intrabunt Vrſos, ſit modò firma manus.	*idem 14.*
Certa.	Et fodit certâ pectora nuda manu.	*ibid.*
Rapida.	————nunc viribus vſus, Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magiſtrâ.	*V. Æ. 5*

Extenta. Rigens. Ingens. Audax.
Inaſſueta. Longa. Agreſtis. Adducta.

MANVS REGVM.

Victrix.	Victricéſq; manus, facúdáq; Principis ora.	*Ou. ad Liu.*
Sceptrifera.	Sceptriferas Serui templa dediſſe manus.	*idem faſt. 5.*
Inuicta.	Nos petit inuictâ Palladis haſta manu.	*idem am. 3.*
Potens.	Iam mari, terráque manus potentes Medus, Albanáſque timet ſecures.	*Horat. epod.*
Magna.	Audebit minùs, anxius, treménſque Magnas Cæſaris in manus venire.	*idem epig. 6.*

MANVS PVLCHRA, &, CASTA.

Marmorea.	Adſtabat domini menſis pulcherrimus ille, Marmorea fundens nigra Falerna manu.	*Mar. epig. 8.*
Fœminea.	Cætera fœmineæ non valuere manus.	*Oud. epiſt. 8.*
Virginea.	Virginea tenuit cornua falſa manu.	*idem am. 1.*
Niuea.	Niueis citata cepit manibus leue tympanũ.	*Catul.*

Ingenua. Summouet ingenuas pagina prima manus. *Ouid. triſt.* 2.
Tenera. Læderet & teneras puſtula rupta manus. *Tibul.* 2.
Mollis. Pendeat extrema mollis ab aure manus. *Ouid. am.* 1.
Longa. Fulua coma eſt, longæque manus, *&c.* *Propert.* 2.
Formoſa. Iam tibi formoſam porriget illa manum. *Ou. epiſt.* 17.
Caſta. Cùm veniet, caſta eſt accipienda manu. *idem faſt.* 4.
Pura. Si tua contigimus manibus donaria puris. *idem faſt.* 3.
Immunis. Immunis aram ſi tetigit manus. *Hor. car.* 3.
Pia. ———manibúſque piis altaria iuxta, *&c.* *Virg. Æn.* 4.
———criſtalláque portat
Candida. Candidiore manu. *Stat. ſyl.* 3.

MANVS, in morbo, fletu, & mœrore.

Debilis. ———manus eſt mea debilis. *Ou. met.* 11.
Imbellis. Num grauis imbelles atterit haſta manus. *Prop.* 4.
Inermis. Tēdētémq; man⁹ Priamū cōſpexit inermes. *Virg. Æn.* 1.
Timida. Aſpicis in timida fortia tela manu. *Ou. epiſt.* 14.
Tremens. ———capio tela tremente manu. *ibid.*
Innocua. Dominúſque vitæ ſeruat innocuas manus. *Sen. Her. fu.*
Infirma. ———infirmas adiuuat ira manus. *Ouid. am.* 1.
Inualida. Inualidaſq; man⁹, & inanes cerne lacertos. *Lucan.* 5.
Ignaua. Ignauis manibus proiectos reddidit enſes. *idem* 9.
Pigra. Vixque manu pigra, toties infuſa reſurgunt
Lumina. *Ou. epiſt.* 20.
Tremula. Fingebat tremula ruſtica liba manu. *idem faſt.* 3.
Mœſta. Vt omnis OEten mœſta corripuit manus. *Sen. Her. œt.*
Pauida. Et feries pauida pectora fida manu. *Ouid. triſt.* 3.
Miſera. ———miſerámque leua
Regina manum. *Sen. Troad.*
Summiſſa. Summiſſæq; manus, faciéſq; obnoxia mãſit. *Ouid. met.* 5
Ægra. Et manus officium longiùs ægra negat. *idē epiſt.* 20.
Supplex. Miſerere genitor, ſupplices tendo manus. *Sen. Her. fu.*
Tremens. Libántque manu vina trementi. *idem Agam.*
Supina. ———tendóque ſupinas
Ad cælum cum voce manus. *Virg. Æn.* 3.
Tarda. ———iam tarda manus, iam debile ferrum. *Stat. Th.* 10.
Victa. ———dabit victas ferreus ille manus. *Ou. epiſt.* 4.
Languens. Languētíq; manu carcheſia plena tenebat. *idem met.* 12
Laſſa. Incruenta. Iners. Sublata ad cælum. Sollicita. Submiſſa.

MANVS ARTIFEX, & MEDICA.

Excellentiſsimi Medicorū magiſtri, 1 *Phœbus* 2 *Apollo,* 3 *Machaon,* 4 *Pæan,* 5 *Pæon: & inter Pictores, Sculptoréſque præſtantiſsimi,* 6 *Apelles,* 7 *Polycletus,* 8 *Parrhaſius,* 5 *Praxiteles,* 10 *Phidias,* 11 *Men-*

tor tibi epitheta ſubminiſtrabunt. *Vide* Cælum.

7 *Polycletæa.* Iuno labor, Polyclete tuus, & gloria fœlix,
10 *Phidiaca.* Phidiacæ cuperent quã meruiſſe manus. *Mar. epig.* 10

Selers. Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris. *Tibul.* 1.

Artifex. Artificés in te verte, Minerua, manus. *Ouid. am.* 3.

Vltima. ———manus vltima cæpto
Impoſita eſt. *id. met.* 8.

Medica. Multa manu medicâ, Phœbiq; potẽtib⁹ herbis. *V. A.* 12.

Amica. Nec poſitos artus vnget amica manus. *Ou. epiſt.* 10.

Blanda. Tu licet & manibus blandis, & vocibus inſtes. *M. epig.* 6

Mollis. Pendeat extremâ mollis ab aure manus. *Ouid. am.* 1.

Placida. Da placidam feſſo, lector amice, manum. *idem triſt.* 3.

Manſueta. Ad vos manſuetas porriget ille manus. *idem Pont.* 4.

Facilis. Puluinar facili compoſuiſſe manu. *id. de arte* 1.

11 *Mentorea.* Pocula Mentoreâ nobilitata manu. *Mar. epig.* 9.

Docta. Crinémque doctâ patere diſtingui manu. *Sen. Tro.*

Fabrilis. Fractáque fabrili dedolat oſſa manu. *Mar. epig.* 11

Arguta. Spirat & argutâ picta tabella manu. *id. epig.* 7.

1 *Phœbea.* 2 *Apollinea.* 3 *Machaonia.* 4 *Pæantia.* 5 *Pæonia.*
6 *Apellæa.* 8 *Parrhaſia.* 9 *Praxitelæa.* *Miniſtra.* *Docilis.* *Felix.*

MANVS ARMATORVM, & in ira, & furore.

Armifera. Miles & armiferas aptat ad arma manus. *Ouid am.* 1.

Armata. Cæteráque armatâ conſcia turba manu. *idem faſt.* 2.

Hoſtilis. Pallet, & hoſtiles credit adeſſe manus. *ibid.*

Militaris. Ad militares remus aptatur manus. *Sen. Agam.*

Bellatrix. ———bellatricéſque docebat
Ducere fila manus. *Cl. de nu. H.*

Belligera. Aut fera belligeras addite in arma manus. *Ou. de ar.* 2.

Audax. Ad omne clarum facinus audaces manus. *Sen. Her. fu.*

Fulminea. Fulmineas altè ſuſpenſi corpora plantis
Erexére manus. *Stat. Theb.* 6.

Truculenta. Ante ora noſtra vidi truculentâ manu. *Sen. Her. fur.*

Sanguinolenta. Sequitur triſtis ſanguinolentâ
Bellona manu. *Sen. Agam.*

———innocens animus mihi,
Sceleſta. Sceleſta manus eſt. *id. He. OEt.*

Barbara. Barbaras ferrũ per omne tortor exercet manus. *P. de co.*

Vacet ad crebri verbera planctus
Furibunda. Furibunda manus. *Sen. Tro.*

———non verbera paſſim
Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,
Carnifex. Carnificéſque manus. *Silius* 1.

Horr. ferro.	Senſere quercus horridam ferro manum.	*Sen. He. OEt.*
Impia.	——————cùm manus impia ſæuit.	*Ouid. met.* 1.
Formidata.	Ter formidatas reppulit illa manus.	*idem am.* 1.
Nefanda.	—ſint mẽbra viri manibus direpta nefãdis.	*idem met.* 3.
Procax.	Quamuis procacẽ toruus armaſſet manũ.	*sen. Agam.*
Rigida.	Sæpè manu ſtimulos rigidâ portabat.	*Ou. met.* 14.
	Spectantem vultus etiàm nunc cæde madentes,	
Crudelis.	Crudeléſque manus.	*ibid.*
Polluta.	Et mihi pollutas credor habere manus.	*idem epiſt.* 8.
Sacrilega.	sacrilegæ telis me petiere manus.	*idem faſt.* 3.
Temeraria.	——————manus hunc temeraria ciuis	
	Perdidit.	*idem faſt.* 5.
scelerata.	Antiochi ferrum eſt, & ſcelerata manus.	*Mar. epig.* 11.
Audax.	———audaces inſtruit igne manus.	*Ouid. triſt.* 2.
Cruentata.	Térque cruentatas increpuere manus.	*id. in Ib.*
Fortis.	sed fortes tremuere manus.	*Lucanus* 3.
	——————regit atra iugales	
sanguinea.	sanguineâ Bellona manu.	*stat. The.* 7.
sæua.	——————& ſæua manu	
	Dat iniqua miſeris fata.	*sen. Tro.*
Cruenta.	——————manibúſque cruentis	
	Virgineos auſi diuæ contingere vultus.	*Virg. Æn.* 2.
Valida.	Nil validæ iuuere manus.	*idem Æn.* 10
Inſana.	———inſanis ora notet manibus.	*Propert.* 1.
Immitis.	Molliáque immites fixit in ora manus.	*idem* 3.
Veſana.	Flet mea veſana læſa puella manu.	*Ouid. am.* 1.
Nocens.	Partáque per gladios regna nocẽte manu.	*id. de arte* 1.
Diſcors.	———diſcordes addere in arma manus.	*idem am.* 3.
	————abrupit crinibus angues,	
Peſtifera.	Peſtiferáque manu raptos immiſit.	*idem met.* 4.
Profana.	——————arcana profanâ	
	Detexiſſe manu.	*idem met.* 2.

Polluta cæde. Funeſta. Maculata ſang. Lethifera. Indomita. Aſpera.

AVARA MANVS, & FVRAX.

Auara.	Optima prima ferè manibus rapiũtur auaris.	*Ou. am.* 2.
Auida.	Abſtineas auidas, mors violenta, manus.	*Tibul.* 1.
Piceata.	Non fuit Autolyci tam piceata manus.	*Mar. epig.* 8.
Proterua.	—magno clamore proteruas—Intẽtare manus.	*O. m.* 3.
Furax.	Furaces moneo manus repellas.	*Mar. epig.* 8.
	———ne malè diſpari	
Incontinens.	Incontinentes iniiciat manus.	*Hor. car.* 1.
Vnca.	—ſed vncis—Carpendæ manibus frondes.	*Vir. Geor.* 2.

Inquinata. Nam dextra pater inquinatiore. *Catullus.*
Improba. Quærit cōpoſitos man⁹ improba mittere talos. *M. ep.* 4.
ſiniſtra. Marruccini Aſini manu ſiniſtra
Non bellè vteris in ioco, atque vino. *Catullus.*
Rapax. Nam ſi vel minimos manu rapaci,
Hoc de palmite læſeris racemos. *Mar. epig.* 5.
———bene eſt cui deus obtulit
parca. Parca quod ſatis eſt manu. *Hor. car.* 3.
profana. ———ſubit hanc arcana profana
Detexiſſe manu. *Ouid. met.* 2.
Immunda. Ora nec immunda tota perunge manu. *idē de arte* 3.
Furtiua. Recurua. Curua. Adunca.
Impia. Scelerata. Procax. Sceleſta.

MANVS, turma militum.

———en omnes & Troes, & Arcades hîc ſunt,
Fatalis. Fatalíſque manus. *Virg. æn.* 10.
Fida. Ille habuit fidámque manum, ſociósque fideles:
Fidelis. Me profugum ſocii deſeruere mei. *Ouid triſt.* 1.
Ingens. Ingentique manu malum de naue ſereſti
Erigit. *Virg. Æn.* 5.
Ardens. Iuuenum manu emicat ardens. *idem Æn.* 6.

MARE. *V.* Æquor. Aqua. Pontus. Vnda.

Humidum. Delphinū ſimiles, qui per maria humida nādo. *V. Æ.* 5.
Altum. ———qua vi maria alta tumeſcant. *idem Geor.* 2.
ſummum. Dorſum immane mari ſummo. *idem æn.* 1.
Magnum. ———dum per mare magnum
Italiam ſequimur fugientem. *idem æn.* 5.
Vaſtum. —maria v[illegible]a viſens oculis lachrymātibus. *Catul.*
Longum. ſeu mare p[illegible] longū mea cogeret ire puella. *Prop.* 2.
Latum. Parce ferox, latúq; mari tua prælia miſce. *Ou. epiſt.* 18.
Ingens. ———nos non mare ſeparat ingens. *idem met.* 3.
Immenſum. ———per immenſum mare
Motura remos alnus. *Sen. OEdipp.*
Profundum. Et tu profundi ſæue dominator maris. *idem Med.*
ſalſum. ———maria ſalſa ſpumant ſanguine. *Ennius.*
Veliuolum. Deſpiciēs mare veliuolū, terraſq; iacentes. *Vir. æneid.* 1.
Auarum. Addant auaro diuitias mari. *Ibidem.*
Auidum. Efficit, vt largis auidum mare fluminis vndis
Integrent amnes. *Lucretius* 1.
Refugum. —& longâ refugum mare frangeret vmbrâ. *Stat. Th.* 12
Refluum. Et quas Oceani refluum mare lauit arenas. *Ouid. met.* 7.
Reſtagnans. Quā reſtagnātis fecit maris vnda paludem. *idem met.* 11.

MARE TRANQVILLVM.

Placidum. Cùm placidum ventis ſtaret mare. *Virg.Ecl.2.*
Placatum. Inde vbi prima fides pelago, placatáque venti
Dant maria. *idem an.3.*
Pronum Prona petit maria, & pelago decurrit aperto. *idē an.5.*
Liquidum. Iactabam liquido brachia lenta mari. *Ou. epiſt.17.*
Tranquillū Nec niſi tranquillo brachia crede mari. *Oui. ep. 18.*
Compoſitū. Cū mare cōpoſitū eſt, ſecutus nauita ceſſat. *Ou. de arte 3*
Pacatum. Pacatum volitant per mare nauitæ. *Horat.car.4*
Planum. Sed poſtquam iacuit planum mare. *Iuu.ſat.10.*
Cærulum. Dirimúntque cauæ cærulum mare ſpumæ. *Sen. Med.*
Amarum. ———è terris accurrit dulcis amaro
Nympha mari. *Stat. ſyl. 2.*
Tutum. Quod ſuperat tutum per mare nauis eat. *Ouid.triſt.5.*
Tractabile. Eſt mare, cōfiteor, nondū tractabile nanti. *idē epiſt. 18.*
Ceruleum. Per mare cæruleum trahitur Nyſeia virgo. *Vir.in Ceiri.*
Effuſum. Nam locus effuſi latè maris arbiter aufert. *Hor. ep. 1.*
Inclinatum.———a terris maria inclinata repellit. *Stat.Th.4.*

MARE TVRBATVM.

Turbatum Quæ mare turbatū, quæ cōcita flumina ſiſtūt. *Oui.met.7.*
Sollicitum. Vt mare ſollicitū ſtridet refluentibus vndis. *Virg.geor.4*
———vaſto cum murmure montis
Præruptum. It mare præruptū, & pelago premit arua ſonanti. *V.an.1.*
Aſperum. —————maria aſpera iuro. *Virg.an.6.*
———luſtrauit album æthera
Ferum. Dura ſola mare ferum. *Catullus.*
Indomitum. Claudit, & indomitum moles mare. *Tib. 2.*
Inſanum. Obruis inſano terque quaterque mari. *Prop. 3.*
Tumidum. Non ego veliferâ tumidum mare findo carinâ. *ibid.*
Sæuum. Errantem ſæuo per duo luſtra mari. *Oui. pont. 4.*
Turgidum. ——qui vidit mare turgidum, &
Infames ſcopulos Acroceraunia. *Hor. car. 1.*
Naufragū. ————nec mare naufragum
Nec ſæuus ignis, nec tremendo
Iuppiter ipſe ruens tumultu. *Hor. car. 1.*
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum. Ventoſum. *Hor. car. 3.*
Deſiderantem quod ſatis eſt neque
Tumultuoſū. Tumultuoſum ſollicitat mare. *Hor. car. 3.*
Iratum. Neque horret iratum mare. *Hor. car. 4.*
Exercitatus aut petit Syrtes Noto,
Incertum. Aut fertur incerto mari. *Hor. Epod*

Inuerſum. Niger rudentes Eurus inuerſo mari
Fractoſque ramos differat. *Ibidem.*
Dum pecori lupus, & nautis infeſtus Orion
Hibernum. Turbaret hybernum mare. *Ibidem.*
Infidum. Infidi maris inſidias, vireſque, dolumque
Vt vitare velint. *Lucret. 2.*
Turbidum. ——qualis turbido rector mari
Ratem retentat. *Sen. Hip.*
Dubium. Semper, aut dubiũ mare, aut monſtra timui. *Sen. Her. fu.*
Inquietum. Et premens littus maris inquieti. *Sen. Tro.*
Procelloſum. Non rapidus amnis, non procelloſum mare. *Sen. med.*
Inſanum. ——timuit inſanum mare
Tacente vento. *Ibidem.*
Infeſtum. ——ſiſtite infeſtum mare. *Sen. Aga.*
Cæcum. ——& cæco mari
Collucet Aiax. *Ibidem.*
Atrũ. ——& atrum
Defendens piſces hyemat mare. *Hor. ſat. 2.*

MARITVS, *MARITA.*
v. Coniux. Fœmina. Vxor.

MARIVS.

Ex Plutarcho: Fuit humili loco natus, nouus homo, arator, qui per omnes gradus honoris, & dignitatis euectus, ſepties apud Romanos Conſul fuit. *Reliqua eius facta dictáque vide apud eundem* Plutarchum *in eius vita.*

Ferox. Cinna potẽs, Mariúſq ferox, & Sylla cruentus. *Luc. 4.*
Trux. ——Mariſque truces, nudíque Cethegi. *idem 6.*
Triſtis. ——triſtes Marii, trucéſque Cinnæ. *sid. Apol.*

MARMOR.

Pro diuerſis regionibus vnde marmor exciditur, diuerſa ſortitur epitheta: ſi enim è 1 Lacedemonio, ſeu 2 ſpartano agro eruitur, dicetur Therapnæum, OEbalium, & Amyclæum, ab 5 Amyclis, 3 Therapne, & 4 OEbalia, vrbibus in Laconia: ſi è 6 Phrygia, dicetur etiam 7 Mygdonium, à Mygdonia regione Troadi ſeu Phrygiæ contermina. Quod ſi è 8 Libya, tunc vocabitur 9 Numidicum, 10 Pœnum, & Punicum, à Pœnis, & Numidis populis in Africa. Idem erit iudicium illius, quod in inſulis 11 Chio, 12 Caryſto, 13 Thaſo, 14 Paro ſecatur.

14 *Parium.* Hæret vt à Pario formatũ marmore ſignũ. *Ouid, met. 3.*
5 *Amyclæũ.* Hic, & Amyclæi cæſum de monte Lycurgi,
Viride. Quod viret, & molles imitatur rupibus herbas. *st. ſyl. 3.*
Inciſum. Inciſa notis marmora publicis,
Per quæ ſpiritus, & vita redit bonis

Poſt mortem ducibus. *Hor. car. 4.*

Leue. Si propriũ hoc fuerit, læui de marmore tota, &c. *V. Ecl. 7.*

Solidum. ——Triuiæ ſolido de marmore templa
Inſtituam. *Virg. æn. 6.*

Clarum. Tum medium claro ſurgebat marmore templũ. *Pro. 2.*

Niueum. Ille mihi niueo factum de marmore ſignum
Oſtendens iuuenile. *Ou. met. 14.*

Lucens. ——picturatâ lucentia marmora venâ. *Stat ſyl. 1.*

Purum. Strenua quas puro marmore dextra terat. *O de med. fa.*

Pictum. ——————marmore picto
Candida purpureo diſtinguitur area gyro. *Stat. ſyl. 2.*

Splẽdidum. His ſumptuoſa ſplendido
Delubra creſcunt marmore. *Prud de Cor.*

Frigidum. Marmora calcantem frigidiora gelu. *Mar. epiſt 2.*

Exciſum. Exciſo quod numquam marmore creuit. *Prud. Apoth.*

Varium. Diſtinctum vario nitore marmor. *Sid. Apoll.*

7 *Migdoniũ.* Quæ mihi Mygdonii marmoris inſtar erant *Ouid. ep. 21.*

10 *Punicum.* *Candidum.* 4 *Oebalium.* 11 *Chium.* *Picturatũ.*
10 *Pœnum.* *Candens.* *Viride.* 12. *Cariſtiũ.* *Nobile.*
8 *Libycum.* 1 *Lacedemoniũ.* *Fulgens.* *Maculoſum.* 1 *Operoſum.*
9 *Numidicũ.* 2 *Spartanum.* 6 *Phrygiũ.* *Perſpicuum.* 6 *Idæum.*
Purpureum. 3 *Therapnæum.* 13. *Thaſiũ.* *Sumptuoſũ.* *Superbum.*

MARMOR, pro mari V. MARE.

Ex eo quod Marmor planum, & æquabile eſt: poetæ marmor, æquorque pro mari dixerunt.

Lentum. ——in lento luctantur marmore tonſæ. *Virg. æn. 7.*

Infidum. Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat. *Virg. geor. 1.*

MARMARIDÆ.

Sunt populi aliter Pſylli appellati, contra omne venenum incredibili vi natura communiti: de quibus hæc ſcripſit Lucan. lib. 9.

——gens vnica terras
Incolit, à ſæuo ſerpentum innoxia morſu

Pſylli. Marmaridæ Pſylli, par lingua potẽribus herbis. *Lucan. 9.*

Medici. Marmaridæ medicum vulgus, ſtrepuere catervis.
Ad quorum cantus ſerpens oblita veneni
Ad quorum cantus mites iacuere Ceraſtæ. *Silius 3.*

MARO. *Vide* VIRGILIVS.

MARS. *V.* Mauors. Gradiuus. Bellum. Arma.

Bellorum Deus eſt: quem hic etiam pro ipſo bello promiſcuè poſuimus. Sumit autem epitheta ab populis 1 Thraciæ, & Scythiæ, qui eum præcipuo honore venerabantur. Dicitur Gradiuus ἀπὸ τοῦ κραδαίνειν *à vibratione haſtæ.*

Belliger. Belliger inuictis quod Mars tibi ſeruit in armis. *M.deſp.*
Impius. ———ſæuit toto Mars impius orbe. *Virg. Ecl. 1.*
Indomitus. Sic Martem indomitũ, Danaoſq; ad tecta ruentes. *V.a.2.*
Gradiuus. Gradiuumq; patrem, Geticis qui præſidet aruis. *V.a.3.*
Sæuus. Relligione ſacra, & ſæui formidine Martis *Virg.æn.7.*
Omnipotẽs. Hìc Mars omnipotens animum, vireſque Latinis
Addidit. *Virg. æn. 9.*
Audax. Nam ſimul audacis veniũt certamina Martis. *Tibul. 4.*
Sanguineus. Vel tu ſanguinei iuuenilia munera Martis
Suſcipe. *Ouid.de r. A. 1*
———bello quoque ſæpe ſolebat
Rigidus. Spectare ex illa rigidi certamina Martis. *Oui. Met. 8.*
Ferox. ———quantumque ego Marte feroci
Inque acie valeo. *Oui. met. 13*
Validus. Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt. *Ouid. Fa. 2*
Bellicus. Bellice depoſitis clypeo pauliſper, & haſta
Mars ades. *Oui. faſt. 3.*
Armifer. Armifer armiferę correptus amore Mineruę. *Ibidem.*
Ferus. Vtque fero Marti primá dedit ordine ſortẽ. *Oui. faſt. 4.*
Toruus. Dant alios furiæ toruo ſpectacula Marti. *Hor. car. 1.*
Cruentus. Fruſtra cruento Marte carebimus. *Hor. car. 2.*
———miſeri, quos non aut horrida virtus
1 *Odryſius.* Marte ſub Odryſio, aut medij inclementia ponti
Hauſerit! *Stat. The. 5.*
———curſibus domitent equos,
Sanguineus. Et ſæua bella Marte ſanguineo gerant. *Sen. Hip.*
Violentus. Aut cum inter acies Marte violento furens. *Sen. Tro.*
———————aſperi
Aſper. Martis ſanguineas quæ cohibet manus. *Sen. Med.*
Bellator. Bellatorque animos Deus dedit. *Virg. æneí. 9.*
Magnus. ————tibi magne trophæum
Bellipotens. Bellipotens. *Idem 11.*

Nefandus.	*Funeſtus.*	*Impauidus.*	*Triſtis.*
Infidus.	*Anceps.*	*Velox.*	2 *Geticus.*
Inhumanus.	*Horridus.*	*Fulmineus.*	*Immanis.*
Hoſtilis.	*Ferreus.*	*Inuictus.*	*Efferus.*
1 *Biſtonius.*	1 *Threicius.*	1 *Sythonius.*	*Superbus.*
Turbidus.	*Arbiter belli.*	*Arbiter armorum.*	
Durus.	*Horrens.*	*Trux.*	*Immitis.*

MARS, pro bello.

Dubius. ———ſed dubius medijs Mars errat in armis. *Vir. Geo. 2.*
Cæcus. ———& cæco Marte reſiſtunt. *Vir. æneid. 2.*

Aduerſus. Damna ſub aduerſo triſtia Marte tulit. *Oui. faſt.* 1.
Secundus. ——belligeras acies, Martemque ſecundum
Miſcuit. *Stat. Th.* 12.
Siniſter. Nemo deũ monuit perituros Marte ſiniſtro. *Pr. in Sym.* 2
————diſcede periclis
Incertus. Incerti Martis. *Silius* 3.
Infidus. Abſtinuit Marte infido. *Silius* 14.
Pedeſtris. ————te Marte pedeſtri
Sudantem repetebat eques. *Sidon. Apoll.*
Apertus. ——aperti copia Martis
Nulla fuit. *Oui. met.* 13.

MARS, Planeta.

Rapax. Fœliceſque Iouis ſtellas, Martiſque rapacis. *Prop.* 4.
Ferus. Te fera necquicquam placidum ſpondentia Martis
Sydera preſſerunt, falſiferique ſenis. *Ouid. in Ib.*

MARSYA, Fluuius.

Fluuius eſt 1 Phrygiæ, in quem mutatum volunt Marſyan tibicinem excoriatum ab Apolline: quem in certamen cantus vocare auſus eſt. Dictus eſt Celænæus à 2 Celænis oppido Phrygiæ unde oriundus erat.

2 *Celænæus.* Quâ vapulauit Marſyas Celænæus. *Mar. ep.* 10.
Nudaue direpta pateant tua viſcera pelle
1 *Phrygius.* Vt Phrygium cuius nomina flumen habet. *Ouid. in Ib.*
Velox. ————ſed Marſya velox
Dum ſuus eſt, flexuque carens. *Cl. in Eutr.* 2.
Celer. Qua celer erectis deſcendens Marſya ripis. *Lucanus* 3.

MASSAGETÆ.

Populi ſunt Scythiæ, ſagittandi arte peritiſſimi: qui ſi fame, aut ſiti in bello laborent, equi ſanguinem epotant: verſus Lucani ſubjecimus.

Longaque Sarmatici ſoluens ieiunia belli
Maſſagetes, quo fugit equo. *Lucanus* 3.
Audax. Eſt qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Maſſagetes. *Cl. in Ruf.* 1.

MASSICVS, *MASSICVM.*

2 *Maſſicus, mons eſt Campaniæ in Italia, vini optimi ferax: vnde Maſſicum vinum tantæ nobilitatis, vt bibentibus obliuionem* 1 *inducat: de quo aliqua hic.*

————inde fractam
2 *Vuifer.* Gauro Maſſicus vuifer remittit. *Stat. ſyl.* 4.
Vetus. Eſt qui nec veteris pocula Maſſici,
Nec partem ſolido demere de die
Spernit. *Hor. car.* 1.
1 *Obliuioſũ.* Obliuioſo læuia Maſſico

	Ciboria exple.	*Hor. car. 2.*
Felix.	——vertunt felicia Baccho	
	Maſſica.	*Virg. æn. 7.*

MAVORS. V. MARS.

Mauors (inquit Seruius) per epentheſim Mars dicitur, vt nauita pronauta: Induperator pro Imperator, &c.

Inclytus.	Iã melior, iã diua precor, tuque inclyte Mauors.	*V. æ. 12.*
Sanguineus.	Sanguineus Mauors clypeo increpat.	*Ibidem.*
	——— belli fera munera Mauors	
Armipotẽs.	Armipotens regit.	*Lucretius 1.*
Cruentus.	——Mauorte cruento——talis erit.	*Stat. Th. 7.*
Sæuus.	Ardet inexpleto ſæui Mauortis amore.	*Ibidem.*
Ferus.	——nec me vlla feri mauortis imago	
	Præteriit.	*Stat. Ach. 1.*
Furibũdus.	——crebro furibundus ictu	
	Sanguinem Mauors cupiens recentem.	*Sen. Thy.*
Bellicus.	Inuenit artes bellicus Mauors nouas.	*Sen. Hip.*
	————propiuſque patebat	
Inſanus.	Inſani Mauortis opus.	*Silius 6.*
Fortiſſimus.	——in me fortiſſime Mauors, &c.	*Ou. de arte 2*
Rigidus.	——rigidi ſummam Mauortis agebat	
	Corbulo.	*Stat. ſyl. 5.*

Rapidus. *Durus.* *Indomitus.*

MAVRI.

Populi ſunt in Africa 2 Occidentali: vnde plura epitheta ſortiuntur. Dicuntur 1 incocti, quòd æſtu nimio ſolis torreantur: vnde, & nigro 3 & fuſco ſunt colore.

1 Incocti.	———incocti corpora Mauri.	*Silius 17.*
Leues.	Ille leues Mauros, nec falſo nomine Pictos	
	Edomuit.	*Cl. Pan. 6.*
2 Occidui.	Quidquid ab occiduis Libye patet arida Mauris.	*Lucan. 3.*
Terrificus.	Terrificus nigris prorũpit Maurus in armis.	*Silius 7.*
Cõcol. Indo.	——concolor Indo ——Maurus.	*Lucan. 4.*
3 Nigri.	——nigri ſoror horrida Mauri.	*Silius 2.*
1 Aduſti.	Dũ mecũ Garamas, & aduſto corpore Maur⁹.	*Silius 8.*
3 Obſcuri.	Et Mauri celeres, & mauro obſcurior Indus.	*Iuuen. ſat. 11*
Picti.	——picti tunicâ Nilotide Mauri.	*Mart. ep. 10.*

Atroces. *Decolores.* *2 Libyci.*

MEDEA.

Filia 1 Æetæ regis 4 Colchorũ (vbi 2 Phaſis fluui⁹) 3 venefica, celeberrima quæ Iaſonis amore incenſa, poſt occiſum Taurum, ſopitum draconem, ablatumque vellus aureum, vt ait Cicero pro L. Manil. ex Ponto

profugiſſe dicitur, & in fuga fratris ſui membra in his locis quà ſe patens perſequeretur, diſſipauiſſe, vt eorum collectio diſperſa, mœrorque patrius celeritatem perſequendi retardaret. *Eam repudiauit Iaſon ducta Creuſa Creontis regis Corinthiorũ filia: quã iniuria adeo exarſit impotens fœmina, vt miſſo ad Creuſam munere, totam regiam, nuptam, Creontemque incenderit: nec eò quieuit impetus; liberos enim quos ex Iaſone ſuſceperat, præſente patre in partes diſcerptos, è turre projecit. Inde draconibus per cælum vecta, in Atticam venit: vbi Ægei regis Athenienſium facta eſt vxor, &c. Vide Ouid. Met. 7. eiuſdem epiſt. 6. & 12. Seneca inſuper Medeam.*

1 *Genus Æetæ.* Medæa Colchi noxium Æetæ genus. *Sen. Med.*
1 *Filia Æetæ.* Non hæc Æſonides, ſed filia Phaſias Æetæ. *Ouid. ep. 6.*
1 *Æetias.* Concipit interea validos æetias ignes. *Oui. met. 7.*
Vectam frænatis per inane draconibus Ægeus
2 *Phaſis.* Credulus immerita Phaſida iuuit ope. *Ouid. faſt. 2.*
1 *Æetis.* ———ingens Æetida perculit horror. *Valerius 6.*
Barbara. ———cur dira barbaræ minus
Venena Medeæ valent. *Hor. Epod*
3 *Venefica.* Barbara narratur veniſſe venefica tecum. *Oui. epiſt. 6*
Impia. Impia deſertum fugiens Medea parentem. *Oui. triſt. 3.*
Impudica. Neque impudica Colchis intulit pedem. *Hor. Epod.*
4 *Colchis.* Colchida reſperſam natorũ ſanguine culpãt. *Oui. Am. 1.*
Ferox. Sit Medea ferox inuictaque, flebilis Ino, &c.
Fera. Nec fera crudeles Colchis duraſſet in iras. *Stat. ſyl. 2.*
Torua. ————torua Pelaſgûm
Colchis in apluſtri ſteterat. *Sid. Apoll.*
Adultera. Turpiter illa virum cognouit adultera virgo. *Oui. Ep. 6.*
Sæua. Sed tenuit ſeptas ſæua nouerca vias. *Ouid. ibid.*
Scelerata. Quid refert ſcelerata pium ſi vincit? *Ouid ibid.*
Phaſias. Barbara per natos Phaſias vlta ſuos. *Ou. de art. 2*
Scelerata. 3 Docta. Cruenta. Torua.
Effrena. Nefanda. Furibunda. Dira.

MEDVS, *MEDI.* populi Aſiæ.

———non ante deuictos
Horribilis. Regibus, horribilique Medo. *Hor. car. 1.*
Decor. phar. Otium Medi pharetra decori. *Hor. car. 2.*
Pugnax. Pharetraq; pugnax Medus, aut Parthus leuis. *Sen. Med.*

MEDVLLÆ.

Imæ. —imas vrat —Serpens flamma medullas. *Sen. Med.*
Teneræ. Vidit, & vt teneræ flammam rapuere medullæ. *Ou. A 3.*
Albæ. ———cumque albis oſſa medullis
Semianimeſque artus, auidã cõdebat in aluum. *O. met. 14*

Intima. ——intimas ſæuus vorat
Penitus medullas. *Sen. Med.*
Molles. Ignis mollibus ardet in medullis. *Catullus.*

MEDVSA.

Fuit filia 1 Phorci quæ dicta eſt Gorgon, 2 vel ab horrore, & terrore, vel ab inſulis Gorgadibus in Oceano Æthiopico, quas incoluit: eius capilli, 3 in angues à Minerua mutati ſunt, & qui eam adſpiciebant in 4 lapides protinus vertebantur: à Perſeo occiſa eſt beneficio Pegaſi equi volantis. Vide quæ diximus ad caput Gorgon. & Ouid met. 4.

1 *Phorcinis.* —& imponit Phorcinidos ora Meduſæ. *Oui. met. 14.*
——credam prius ora Meduſæ
2 *Gorgon.* Gorgonis, anguineis cincta fuiſſe comis. *Oui. triſt 4.*
4 *Saxifica.* Saxificæ videas infœlix ora Meduſæ. *Oui. in Ib.*
Torua. Si fuerit torua violentior ipſa Meduſa. *O. de art. a 1*
3 *Ang. ne. co.* Nexaque nodoſas angue Meduſa comas. *Oui. Pōt. 3.*
Horrenda. Si tamen horrendæ, clypei quem læua gerebat
Ære repercuſſo formam aſpexiſſe Meduſæ *Oui. met. 4.*
—licet aſpicias cælum omne Atlanta gerentem,
Phorcis. Sectaque Perſea Phorcidos ora manu. *Pro. 3.*

MEGÆRA.

Vna è tribus furijs inferorum: de quibus fuſè ad caput, Furiæ.

Improba. Improba mox ſurgit triſti de ſede Megæra *Cl. in Ruf. 1.*
Atra. ——atra Megæra
Hîc ſitit. *Silius 13.*
Tartarea. Quas & Tartaream nox intempeſta Megæram
Vno eodemque tulit partu. *Virg. æn. 12.*
Qualis peſtiferas animare ad crimina taxos
Torua. Torua Megæra ruit. *Cl. de rapt. 3.*

Rabida.	*Ferox.*	*Viperea.*	*Peſtifera.*
Luctifera.	*Sons.*	*Stygia.*	*Vltrix.*

MEL.

Nota Mellis ſignificatio: deſumit autem epitheta ab Attica 1 regione Græciæ (cui imperarunt 2 Cecrops, & 3 Mopſus reges) vbi mons 4 Hymettus. Dicitur Hybleum 5 ab Hybla monte Siciliæ, apum, mellis, & cerarum gloria celebratiſſimo.

1 *Atticum.* Adiice de flauis Attica mella fauis. *O. de M. fa.*
5 *Hybleum.* Mella iubes Hyblæa tibi, vel Hymettia naſci *Mar. ep. 11.*
4 *Hymettiū.* Ouaque ſumātur, ſumātur & Hymettia mella. *O. de a. 2*
3 *Mopſopiū.* Liba & Mopſopio dulcia melle feram. *Tibul. 2.*
2 *Cecropiū.* Si tibi Cecropio ſaturata Cydonia melle. *Mart. ep. 13.*
Aërium. Protinus aërii mellis cœleſtia dona. *Virg. Ge. 4.*
Roſcidum. Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella. *Virg. Ecl. 4.*
——hinc

——————hinc cæli tempore certo

Dulce. [*ſap.* Dulcia mella premes. *Virg.Geor.*4.
Domit.Bac. ———durum Bacchi domitura ſaporem. *ibid.*
Puriſſimum. ——————aliæ puriſſima mella. *ibid.*
Fragrans. —redoléntque thymo fragrantia mella. *ibid.*
Spumans. ——————ſpumantia cogere preſſis
Mella fauis. *ibid.*
Tenax. ——————& mella tenacia fingunt. *ibid.*
Liquens. ——————aut cùm liquentia mella, *&c. idem Æn.*1.
Humidum. Spargẽs humida mella, ſoporiferũq; papauer. *idẽ Æn.*4.
Liquidum. Tũ ſuper inuergẽs liquidi carcheſia mellis. *Ouid.met.*7.
Redolens. ———mella thymi redolentia florem. *idem met.*15.
Flauum. Flauáque de viridi ſtillabant ilice mella. *idem met.*1.
Splendidũ. Iure repertori ſplendida mella damus. *idem faſt.*3.
Liquatum. Sumere & expreſſis mella liquata fauis. *idem met.*4.
Aureum. Pomáque, & in ceris aurea mella ſuis. *ibid.*

MELAMPVS.

Filius 1 *Amythaonis Argiui; Princeps inter Medicos.*

1 *Amythaone cretus.* ——————Amythaone cretus
Iá ſenior, ſed mẽte virẽs, Phœbóq; Melãp⁹. *Stat.Theb.*3
1 *Amythaonius.* ——————ceſſere magiſtri,
Phyllirides Chirõ, Amythaoniúſq; Melãpus. *Vir.Geo.*3
1 *Amythaone natus.* ——————Amythaone natus
Prœtidas attonitus poſtquam per carmen, & herbas,
Eripuit furiis. *Ouid.met.*5.

MELEAGER.

Patre 1 *OEneò, rege* 2 *Calydoniæ, & Althea,* 3 *Theſtiæ filia, natus eſt. Illum mater impia, ſtipite fatali in ignem coniecto, abſumptóque, miſerum in modum interfecit. V. fabulam integram apud* Ou.met.8.

1 *OEnides.* Arſit & Oenides in Mænalia Atalanta. *Ou.epiſt.*4.
3 *Theſtiades.* Reſpice Theſtiadẽ, flãmis abſentibus arſit. *idem faſt.*5.
2 *Calydoni⁹.* ———pariter Calydonius Heros
Optauit. *idem met.*8.
Mauortius. Nõ tulit, & tumida ſtendẽs Mauortius ira. *ibid.*

MELICERTA. *Vide* PALÆMON.

Ex Seruio *apud* Virg. Georg. 1. Filius Athamantis, & 1 Inus: cum quo mater cùm videret Athamanta, regem Thebarum maritum furentem, in mare ſe præcipitem dedit: & poſtquam in numina ſunt commutati, Græcè Leucothea, & Palæmon ſunt appellati: Latinè Portumnus, & mater Matuta.

Votáque ſeruati ſoluent in littore nautæ,
1 *Inous.* Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. *Vir.Geor.*1

MEMBRA.

Decora.	Et crines flauos, & membra decora iuuērę.	*Virg. Æn. 4.*
Candida.	Candida puniceo perfudit mēbra cruore.	*Ouid. met. 2.*
Strenua.	Traiicias celeri ſtrenua membra pede.	*idem faſt. 4.*
Valida.	———dum valida, & iuuenilia membra	
Iuuenilia.	Sufficiunt galeæ.	*Iuu. ſat. 11.*
Immania.	———quid membra immania proſunt?	*Ou. met. 12.*
Languida.	Lāguidáq; effuſo requierūt mēbra ſopore.	*Virg. in cul.*
Pallida.	Et notet informis pallida membra color.	*Tibull. 4.*
Pallentia.	Sic mea vibrari pallentia membra videres.	*Ou. epiſt. 11.*
Curua.	—————& curua trementi	
	Membra tulit greſſu.	*idem met. 3.*

Accommoda bellis.		*Ægra.*	*Hiſpida.*
Vieta.	*Caſa.*	*Curuata.*	*Procera.*
Debilia.	*Tabida.*	*Velocia.*	*Exanguia.*
Moribunda.	*Viuida.*	*Exilia.*	*Feſſa.*
Lactea.	*Tenella.*	*Rigentia.*	*Saucia.*
Squallida.	*Caduca.*	*Morbida.*	*Infirma.*

MEMNON.

Filius 1 Auroræ, & Tithoni: rex 2 Indiæ; qui Troianos omni ope, & viribus contra Græcos iuuit: ab Achille, fortiter pugnando, occiſus eſt. Dicitur 4 Æthiops, non quidem regione, ſed colore: erat enim 3 nigro, & aduſto colore; quem etiam colorem, ab eo, Memnonium Ouidius nominauit.

3 *Niger.*	Eoáſque acies, & nigri Memnonis arma.	*Virg. Æn. 1.*
1 *Aur. filius.*	Nunc quibus Auroræ veniſſet filius armis.	*ibid.*
4 *Æthiops.*	————cūm ſe Memnonis Æthiopis	
	Vnigena impellens.	*Catull.*
2 *Eous.*	Armiger Eoi non fœlix Memnonis.	*Silius 3.*
3 *Coloratus.*	Nigra coloratus produceret agmina Memnon.	*Claud.*

MEMPHIS.

Vrbs 1 Ægypti, ambitu centum, & quinquaginta ſtadiorum, ſita in loco totius Ægypti opportuniſſimo: vbi Nilus ſciſſus diuerſa in brachia, efficit formam Δ. *Vulgò hodie vocatur,* Le grand Caire.

Barbara.	———Niluſ́ne, & barbara Memphis,	
	Et Peluſiaci tam mollis turba Canopi.	*Lucanus 8.*
1 *Ægyptia.*	——quem non ſtellarum Ægyptia viſu	
	Æquaret Memphis.	*idem 1.*

MENANDER.

Poeta Græcus, Comicus, ingenio faceto, & eleganti.

Iucundus.	Fabula iucũdi nulla eſt ſine amore Menãdri.	*Ou. triſt. 2.*
Facundus.	Attica facundi decurreret orſa Menandri.	*Stat ſyl. 2.*
Coronatus.	Rara coronato plauſere Theatra Menãdro	*Mart. epig. 5.*
Amabilis.	Cõditor Iliados, & amabilis orſa Menãdri.	*Auſon.*
Doctus.	Librorúmq; tuos, docte Menandre, ſales.	*Propert. 3.*
Blandus.	Sed potiùs blandi Thais pretioſa Menãdri.	*idem 4.*

MENDACIVM. *V.* Fabula.

Prodigioſũ.	Prodigioſa loquor veterũ mẽdacia Vatũ.	*Ouid. am. 3.*
Turpe.	Turpia quid referã vanæ mendacia linguæ?	*ibid.*

MENELAVS.

Vide Agamemnon. Atrides.

Conſule argumentum ad Agamemnon, cuius frater erat Menelaus.

MENS.

V. Voluntas. Conſilium. Animus.

Mentem prout à cœlo eſt, diuinam: deinde pulcherrimis virtutibus ornatam hic proponimus. Cùm autem ipſa diuerſis animi affectibus concitata, modò ſpe, amore, gaudio, ira, furore accenditur; eandem feris, barbaris, & incultis moribus imbutam habes. Quæ capita ſingula ad majorem, lautiorémque epithetorum copiam, ſi lubet, diſquires. Mens autem dicitur quaſi eminens: eſt enim altior animi pars, qua diuina percipimus. Ouid. met. 15.

Mente deos adiit: & quod natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit

Differt autem mens ab anima: Aliud eſt enim (*vt ait* Lactant. lib 7.) quo viuimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non anima ſopitur: & in furioſis mens extinguitur, anima manet.

MENS VIRTVTIBVS ILLVSTRIS.

Diuina.	Eſſe apibus partem diuinæ mentis, & hauſtus Ætherios dixere.	*Vir. Geor. 4.*
	——————ipſúmque recludam	
Auguſta.	Æthera, & auguſtæ reſerabo oracula mẽtis.	*Ou met. 15.*
Alta.	Sanctius his animal, mentíſque capacius altæ	
Sancta.	Deerat adhuc.	*idem met. 1.*
Cœleſtis.	Pondera cœleſti mente paterna feret.	*idem faſt. 1.*
Sacra.	Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.	*idem faſt. 6.*
	——————dona conſcientiæ	
Beata.	Quibus beata mens abundat intus.	*Prud. Ench.*
	——————ire per ora	
Ignea.	Nomẽ in æternũ paucis mẽs ignea donat.	*Silius 3.*
Bona.	Mens bona regnum poſſidet.	*Sen. Thyeſt.*

Modeſta. Vides modeſtæ deditum menti ſenem. *Sen. Theb.*
Conſoler ſocios, vt longi tædia belli
Placida. Mente ferant placidâ. *Ou. met. 13.*
Sana. Nulla quidem ſanæ grauior, mentíque potenti
Pœna eſt, &c. *idem triſt. 2.*
Recta. Sic igitur carmen rectâ ſi mente legatur. *ibid.*
Generoſa. ——faciles motus mens generoſa capit. *idem 3.*
Libera. Illa per immenſas ſpatiatur libera terras,
In cælum celeri peruenit illa via. *idem 4.*
—æthereis miſcens terrena Prometheus
Sincera. Sinceram patri mentem furatus Olympo. *Clau. pan. 7.*
Sublimis. Mẽs tua ſublimis ſuprà gen⁹ eminet ipſũ. *Ou. Pont. 3.*
Integra. Latoe dones, & præcor integrâ cũ mente. *Hor. carm. 1.*
Æquam memento rebus in arduis
Seruare mentem, non ſecus in bonis
Temperata. Ab inſolenti temperatam
Lætitia. *idem car. 2.*
Ardua. Quæ digna mentis laus erit arduæ. *Cl. de nu. H.*
——————in primis regina quietum
Benigna. Accipit in Teucros animũ, mentémq; benignã. *V. Æn. 1*
Pia. ——mentíſque piæ cape præmia, dixit
Theſſalus. *Ouid. met. 8.*
Honeſta. Peccas honeſta mente. *Sen. Theb.*
Sobria. Iámque oblita ſui, nec ſobria diuitiis mens,
In miſeras leges, hominúmq; negotia ludit. *Cl. in Eu. 1.*
Innocens. Cùm mens maneret innocens,
Animúſque ſeruaret fidem. *Prud. Cath.*
Simplex. Te mente pura, & ſimplici,
Te voce, te cantu pio. *ibid.*
Quieta. ——————cladúmque quieta
Mẽte capax, par ingeniũ, caſtriſq; togæq; *Silius 6.*
Non ciuium ardor praua iubentium
Solida. Mente quatit ſolida. *Hor. car. 3.*
Prouida. Hoc cauerat mens prouida Reguli. *ibid.*
Sagax. Ordine ſe quęq; atq; ſagaci mente locarũt. *Lucret. 1.*
Pacata. Sed mage pacata poſſe omnia mente tueri. *idem 5.*
Impigra. Vſus, & impigræ ſimul experientia mentis. *ibid.*
Præſaga futuri. ————cunctos belli præſaga futuri
Mens agitat. *Lucan. 6.*
Ignara culpæ. ————ſed caſta, ignaráque culpæ
Mens domini. *Stat. ſyl. 4.*
Imperterr. ————mens imperterrita mole

	Inuicta ſtabat.	*ſilius* 11.
Magna.	———magnæ cæleſtia ſemina mentis	
	Munere ſunt conceſſa deûm.	*Silius* 15.
Sana.	———vix ſanæ virgo Niſeia compos	
	Mentis erat.	*Ouid.met.* 8.
Serena.	Quam te Dardanida, pulcherrime, mente ſerena	
	Intueórque libens.	*ſilius* 16.
Liquida.	Liquidaq; mente vidit ſine quis, vbíq; foret	*Catullus.*
Imperturb.	Imperturbata placidus tenet otia mente.	*ſilius* 15.
Recta.	Sic igitur carmen rectâ ſi mente legatur.	*Ouid. triſt.* 2.
Præſcia.	Aut me præſcia mens fallit.	*ſilius* 15.
Pudica.	—quod ſi qua pudica —Mente valet.	*idem* 17.
Caſta.	———————hæc quoque caſtæ	
	Augurio valuit mentis.	*idem* 13.
Soluta curis.	Quia mens ſoluta curis,	
Ætherea.	Cui eſt origo cælum.	*Prud Cath.*
Interr. lethi.	Quid? quod ineſt virtus, & mens interrita lethi.	*O.m.* 10
	—————offertur inemptus	
Pura.	Pura mente fauor.	*Cl. Au pan.* 2
Compoſita.	—fera compoſitâ vulnera mente tulit.	*Oú. de arte* 3.
Sibi cōſ. rec.	——————mens ſibi conſcia recti.	*Virg. Æn.* 1.
Immota.	Mens immota manet.	*idem Æn.* 4.
Æqua.	——————audite ô mentibus æquis	
	Æneadæ.	*idem Æn.* 9.
Obſtinata.	Sed obſtinatâ mente perfer, obdura.	*Catullus.*
Firma.	P.. manet in voto mens mea firma ſuo.	*Ou. epiſt.* 15.
Conſtans.	Quæ mandata priùs conſtanti mente tenebat.	*Catul.*
Certa.	Quid mecum certâ prælia mente geris?	*Ou. epiſt.* 17.
Fidelis.	——————ſed mente fideli	
	Mutuus abſenti te mihi ſeruet amor.	*Tibul.*
Læta.	———te lætâ mente receptum	
	Protinus articulis induat illa ſuis.	*Ouid. am.* 2.
Grata.	Dedicat, & gratâ ſis dea mente rogat.	*ibid.*
Inoblita.	Semper inoblitâ repetā tua munera mente.	*idem Pont.* 4
Facilis.	———faciléſque aduertite mentes.	*id. de arte* 1.
Magna.	———magnam cui mentem, animúmque	
	Delius inſpirat Vates.	*Virg. Æn.* 6.
Celeris.	———celeri circumſpice mente.	*O. de re. a.* 1.
Memor.	———memori deprendere mente.	*Lucretius* 3.
Impenetrab.	———mens impenetrabilis iræ.	*Silius* 7.
Fortis.	Inſiſtam forti mente vehendus equis.	*Ouid. am.* 3.
Firmata.	—niſi firmatâ properaris mente reuerti.	*id. de re. a.* 1.

Belliger. Belliger inuictis quod Mars tibi ſeruit in armis. *M.deſp.*
Impius. ———ſæuit toto Mars impius orbe. *Virg. Ecl. 1.*
Indomitus. Sic Martem indomitũ, Danaoſq; ad tecta ruentes. *V.a.2.*
Gradiuus. Gradiuumq; patrem, Geticis qui præſidet aruis. *V.a.3.*
Sæuus. Relligione ſacra, & ſæui formidine Martis *Virg.an.7.*
Omnipotẽs. Hic Mars omnipotens animum, vireſque Latinis
Addidit. *Virg. an. 9.*
Audax. Nam ſimul audacis veniũt certamina Martis. *Tibul. 4.*
Sanguineus. Vel tu ſanguinei iuuenilia munera Martis
Suſcipe. *Ouid.der.A.1*
———bello quoque ſæpe ſolebat
Rigidus. Spectare ex illa rigidi certamina Martis. *Oui. Met.8.*
Ferox. ———quantumque ego Marte feroci
Inque acie valeo. *Oui.met.13*
Validus. Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt. *Ouid. Fa.2.*
Bellicus. Bellice depoſitis clypeo pauliſper, & haſta
Mars ades. *Oui. faſt. 3.*
Armifer. Armifer armiferę correptus amore Mineruę. *Ibidem.*
Ferus. Vtque fero Marti primã dedit ordine ſortẽ. *Oui.faſt.4.*
Toruus. Dant alios furiæ toruo ſpectacula Marti. *Hor.car.1.*
Cruentus. Fruſtra cruento Marte carebimus. *Hor.car.2.*
———miſeri, quos non aut horrida virtus
1 *Odryſius.* Marte ſub Odryſio, aut medij inclementia ponti
Hauſerit! *Stat.The.5.*
———curſibus domitent equos,
Sanguineus. Et ſæua bella Marte ſanguineo gerant. *Sen. Hip.*
Violentus. Aut cum inter acies Marte violento furens. *Sen. Tro.*
————————aſperi
Aſper. Martis ſanguineas quæ cohibet manus. *Sen. Med.*
Bellator. Bellatorque animos Deus dedit. *Virg.æneì.9.*
Magnus. ————tibi magne trophæum
Bellipotens. Bellipotens. *Idem 11.*

Nefandus.	*Funeſtus.*	*Impauidus.*	*Triſtis.*
Infidus.	*Anceps.*	*Velox.*	2 *Geticus.*
Inhumanus.	*Horridus.*	*Fulmineus.*	*Immanis.*
Hoſtilis.	*Ferreus.*	*Inuictus.*	*Efferus.*
1 *Biſtonius.*	1 *Threicius.*	1 *Sythonius.*	*Superbus.*
Turbidus.	*Arbiter belli.*	*Arbiter armorum.*	
Durus.	*Horrens.*	*Trux.*	*Immitis.*

MARS, pro bello.

Dubius. ——ſed dubius medijs Mars errat in armis. *Vir.Geo.2.*
Cæcus. ——& cæco Marte reſiſtunt. *Vir.æneid.2.*

Aduerſus. Damna ſub aduerſo triſtia Marte tulit. *Oui. faſt.* 1.

Secundus. ——belligeras acies, Martemque ſecundum
Miſcuit. *Stat. Th.* 12.

Siniſter. Nemo deû monuit perituros Marte ſiniſtro. *Pr. in Sym.* 2
————————diſcede periclis

Incertus. Incerti Martis. *Silius* 3.

Infidus. Abſtinuit Marte infido. *Silius* 14.

Pedeſtris. ————————te Marte pedeſtri
Sudantem repetebat eques. *Sidon. Apoll.*

Apertus. ——aperti copia Martis
Nulla fuit. *Oui. met.* 13.

MARS, Planeta.

Rapax. Fœliceſque Iouis ſtellas, Martiſque rapacis. *Prop.* 4.

Ferus. Te fera necquicquam placidum ſpondentia Martis
Sydera preſſerunt, falſiferique ſenis. *Ouid. in Ib.*

MARSYA, Fluuius.

Fluuius eſt 1 *Phrygiæ, in quem mutatum volunt Marſyan tibicinem excoriatum ab Apolline: quem in certamen cantus vocare auſus eſt. Dictus eſt Celænæus à* 2 *Celænis oppido Phrygiæ vnde oriundus erat.*

2 *Celænæus.* Quâ vapulauit Marſyas Celænæus. *Mar. ep.* 10.
Nudaue direpta pateant tua viſcera pelle

1 *Phrygius.* Vt Phrygium cuius nomina flumen habet. *Ouid. in Ib.*

Velox. ————————ſed Marſya velox
Dum ſuus eſt, flexuque carens. *Cl. in Eutr.* 2.

Celer. Qua celer erectis deſcendens Marſya ripis. *Lucanus* 3.

MASSAGETÆ.

Populi ſunt Scythiæ, ſagittandi arte peritiſſimi: qui ſi fame, aut ſiti in bello laborent, equi ſanguinem epotant · verſus Lucani ſubjecimus.

Longaque Sarmatici ſoluens ieiunia belli
Maſſagetes, quo fugit equo. *Lucanus* 3.

Audax. Eſt qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Maſſagetes. *Cl. in Ruf.* 1.

MASSICVS, *MASSICVM.*

2 *Maſſicus, mons eſt Campaniæ in Italia, vini optimi ferax: vnde Maſſicum vinum tantæ nobilitatis, vt bibentibus obliuionem* 1 *inducat: de quo aliqua hic.*

————————————inde fractam

2 *Vuifer.* Gauro Maſſicus vuifer remittit. *Stat. ſyl.* 4.

Vetus. Eſt qui nec veteris pocula Maſſici,
Nec partem ſolido demere de die
Spernit. *Hor. car.* 1.

1 *Obliuioſũ.* Obliuioſo læuia Maſſico

	Ciboria exple.	*Hor. car. 2.*
Felix.	——vertunt felicia Baccho	
	Maſſica.	*Virg. æn. 7.*

MAVORS. V. MARS.

Mauors (inquit Seruius) per epentheſim Mars dicitur, vt nauita pronauta: Induperator pro Imperator, &c.

Inclytus.	Iã melior, iã diua precor, tuque inclyte Mauors.	*V. æ. 12.*
Sanguineus.	Sanguineus Mauors clýpeo increpat.	*Ibidem.*
	——— belli fera munera Mauors	
Armipotẽs.	Armipotens regit.	*Lucretius 1.*
Cruentus.	——Mauorte cruento——talis erit.	*Stat. Th. 7.*
Sæuus.	Ardet inexpleto ſæui Mauortis amore.	*Ibidem.*
Ferus.	——nec me vlla feri mauortis imago	
	Præterit.	*Stat. Ach. 1.*
Furibũdus.	——crebro furibundus ictu	
	Sanguinem mauors cupiens recentem.	*Sen. Thy.*
Bellicus.	Inuenit artes bellicus Mauors nouas.	*Sen. Hip.*
	——————propiuſque patebat	
Inſanus.	Inſani Mauortis opus.	*Silius 6.*
Fortiſſimus.	——in me fortiſſime Mauors, &c.	*Ou. de arte 2.*
Rigidus.	——rigidi ſummam Mauortis agebat	
	Corbulo.	*Stat. ſyl. 5.*

Rapidus. *Durus.* *Indomitus.*

MAVRI.

Populi ſunt in Africa 2 Occidentali: vnde plura epitheta ſortiuntur. Dicuntur 1 incocti, quòd æſtu nimio ſolis torreantur: vnde, & nigro 3 & fuſco ſunt colore.

1 Incocti.	——— incocti corpora Mauri.	*Silius 17.*
Leues.	Ille leues Mauros, nec falſo nomine Pictos	
	Edomuit.	*Cl. Pan. 6.*
2 Occidui.	Quidquid ab occiduis Libye patet arida Mauris.	*Lucan. 3.*
Terrificus.	Terrificus nigris prorũpit Maurus in armis.	*Silius 7.*
Cõcol. Indo.	——concolor Indo ——Maurus.	*Lucan. 4.*
3 Nigri.	——nigri ſoror horrida Mauri.	*Silius 2.*
1 Aduſti.	Dũ mecũ Garamas, & aduſto corpore Maur⁹.	*Silius 8.*
3 Obſcuri.	Et mauri celeres, & mauro obſcurior Indus.	*Iuuen. ſat. 11*
Picti.	——picti tunicâ Nilotide Mauri.	*Mart. ep. 10.*

Atroces. *Decolores.* *2 Libyci.*

MEDEA.

Filia 1 Æetæ regis 4 Colchorũ (vbi 2 Phaſis fluui⁹) 3 venefica, celeberrima quæ Iaſonis amore incenſa, poſt occiſum Taurum, ſopitum draconem, ablatumque vellus aureum, vt ait Cicero pro L. Manil. ex Ponto

profugiſſe dicitur, & in fuga fratris ſui membra in his locis quà ſe patens perſequeretur, diſſipauiſſe, vt eorum collectio diſperſa, mœrorque patrius celeritatem perſequendi retardaret. *Eam repudiauit Iaſon ducta Creuſa Creontis regis Corinthiorũ filia: quã iniuria adeo exarſit impotens fœmina, vt miſſo ad Creuſam munere, totam regiam, nuptam, Creontemque incenderit: nec eò quieuit impetus; liberos enim quos ex Iaſone ſuſceperat, præſente patre in partes diſcerptos, è turre projecit. Inde draconibus per cælum vecta, in Atticam venit: vbi Ægei regis Athenienſium facta eſt vxor, &c. Vide Ouid. Met. 7. eiuſdem epiſt. 6. & 12. Seneca inſuper Medeam.*

1 *Genus Æetæ.* Medæa Colchi noxium Æetæ genus. *Sen. Med.*

1 *Filia Æetæ.* Non hæc Æſonides, ſed filia Phaſias Æetæ. *Ouid. ep. 6.*

1 *Æetias.* Concipit interea validos æetias ignes. *Oui. met. 7.*
Vectam frænatis per inane draconibus Ægeus

2 *Phaſis.* Credulus immerita Phaſida iuuit ope. *Ouid. faſt. 2.*

1 *Æetis.* ———ingens Æetida perculit horror. *Valerius 6.*

Barbara. ———cur dira barbaræ minus
Venena Medeæ valent. *Hor. Epod.*

3 *Venefica.* Barbara narratur veniſſe venefica tecum. *Oui. epiſt. 6.*

Impia. Impia deſertum fugiens Medea parentem. *Oui. triſt. 3.*

Impudica. Neque impudica Colchis intulit pedem. *Hor. Epod.*

4 *Colchis.* Colchida reſperſam natorũ ſanguine culpãt. *Oui. Am. 1.*

Ferox. Sit Medea ferox inuictaque, flebilis Ino, &c.

Fera. Nec fera crudeles Colchis duraſſet in iras. *Stat. ſyl. 2.*

Torua. —————————torua Pelaſgûm
Colchis in apluſtri ſteterat. *Sid. Apoll.*

Adultera. Turpiter illa virum cognouit adultera virgo. *Oui. Ep. 6.*

Sæua. Sed renuit ſeptas ſæua nouerca vias. *Ouid. ibid.*

Scelerata. Quid refert ſcelerata pium ſi vincit? *Ouid ibid.*

Phaſias. Barbara per natos Phaſias vlta ſuos. *Ou. de art. 2.*

Scelerata. 3 Docta. Cruenta. Torua.
Effrena. Nefanda. Furibunda. Dira.

MEDVS, *MEDI.* populi Aſiæ.

—————non ante deuictos

Horribilis. Regibus, horribilique Medo. *Hor. car. 1.*

Decor. phar. Otium Medi pharetra decori. *Hor. car. 2.*

Pugnax. Pharetraq; pugnax Medus, aut Parthus leuis. *Sen. Med.*

MEDVLLÆ.

Ima. —imas vrat —Serpens flamma medullas. *Sen. Med.*

Tenera. Vidit, & vt teneræ flammam rapuere medullæ. *Ou. A 3.*

Alba. ———cumque albis oſſa medullis
Semianimeſque artus, auidã cõdebat in aluum. *O. met. 14*

Intima. ———intimas ſæuus vorat
Penitus medullas. *Sen. Med.*
Molles. Ignis mollibus ardet in medullis. *Catullus.*

MEDVSA.

Fuit filia 1 Phorci quæ dicta eſt Gorgon, 2 vel ab horrore, & terrore, vel ab inſulis Gorgadibus in Oceano Æthiopico, quas incoluit: eius capilli, 3 in angues à Minerua mutati ſunt, & qui eam adſpiciebant in 4 lapides protinus vertebantur: à Perſeo occiſa eſt beneficio Pegaſi equi volantis. Vide quæ diximus ad caput Gorgon. & Ouid met. 4.

1 *Phorcinis.* —& imponit Phorcinidos ora Meduſæ. *Oui. met.* 14.
———credam prius ora Meduſæ
2 *Gorgon.* Gorgonis, anguineis cincta fuiſſe comis. *Oui. triſt.* 4.
4 *Saxifica.* Saxificæ videas infœlix ora Meduſæ. *Oui. in Ib.*
Torua. Si fuerit torua violentior ipſa Meduſa. *O. de art. a* 1
3 *Ang. ne. co.* Nexaque nodoſas angue Meduſa comas. *Oui. Pōt.* 3.
Horrenda. Si tamen horrendæ, clypei quem læua gerebat
Ære repercuſſo formam aſpexiſſe Meduſæ *Oui. met.* 4.
—licet aſpicias cælum omne Atlanta gerentem,
Phorcis. Sectaque Perſea Phorcidos ora manu. *Pro.* 3.

MEGÆRA.

Vna è tribus furijs inferorum: de quibus fusè ad caput, Furiæ.

Improba. Improba mox ſurgit triſti de ſede Megæra. *Cl. in Ruf.* 1.
Atra. ———atra Megæra
Hîc ſitit. *Silius* 13.
Tartarea. Quas & Tartaream nox intempeſta Megæram
Vno eodemque tulit partu. *Virg. æn.* 12.
Qualis peſtiferas animare ad crimina taxos
Torua. Torua Megæra ruit. *Cl. de rapt.* 3.

Rabida. *Ferox.* *Viperea.* *Peſtifera.*
Luctifera. *Sons.* *Stygia.* *Vltrix.*

MEL.

Nota Mellis ſignificatio: deſumit autem epitheta ab Attica 1 regione Græciæ (cui imperarunt 2 Cecrops, & 3 Mopſus reges) vbi mons 4 Hymettus. Dicitur Hybleum 5 ab Hybla monte Siciliæ, apum, mellis, & cerarum gloria celebratiſſimo.

1 *Atticum.* Adiice de flauis Attica mella fauis. *O. de M. fa.*
5 *Hyblæum.* Mella iubes Hyblæa tibi, vel Hymettia naſci *Mar. ep.* 11.
4 *Hymettiū.* Ouaque ſumātur, ſumātur & Hymettia mella. *O. de a.* 2
3 *Mopſopiū.* Liba & Mopſopio dulcia melle feram. *Tibul.* 2.
2 *Cecropiū.* Si tibi Cecropio ſaturata Cydonia melle. *Mart. ep.* 13.
Aërium. Protinus aërii mellis cœleſtia dona. *Virg. Ge.* 4.
Roſcidum. Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella. *Virg. Ecl.* 4.

———binc

——————hinc cæli tempore certo

Dulce. [*ſap.* Dulcia mella premes. *Virg.Geor.4.*

Domit.Bac. ——durum Bacchi domitura ſaporem. *ibid.*

Puriſſimum. ————aliæ puriſſima mella. *ibid.*

Fragrans. —redoléntque thymo fragrantia mella. *ibid.*

Spumans. ————ſpumantia cogere preſſis
Mella fauis. *ibid.*

Tenax. ——————& mella tenacia fingunt. *ibid.*

Liquens. ——————aut cùm liquentia mella, *&c. idem Æn.1.*

Humidum. Spargēs humida mella, ſoporiferūq; papauer. *idē Æn.4.*

Liquidum. Tū ſuper inuergēs liquidi carcheſia mellis. *Ouid.met.7.*

Redolens. ——mella thymi redolentia florem. *idem met.15.*

Flauum. Flauáque de viridi ſtillabant ilice mella. *idem met.1.*

Splendidū. Iure repertori ſplendida mella damus. *idem faſt.3.*

Liquatum. Sumere & expreſſis mella liquata fauis. *idem met.4.*

Aureum. Pomáque, & in ceris aurea mēlla ſuis. *ibid.*

MELAMPVS.

Filius 1 *Amythaonis Argiui; Princeps inter Medicos.*

1 *Amythaone cretus.* ——————Amythaone cretus
Iā ſenior, ſed mēte virēs, Phœbóq; Melāp⁹. *Stat.Theb.3*

1 *Amythaonius.* ——————ceſſere magiſtri,
Phyllirides Chirō, Amythaoniúſq; Melāpus. *Vir.Geo.3*

1 *Amythaone natus.* ——————Amythaone natus
Prœtidas attonitus poſtquam per carmen, & herbas,
Eripuit furiis. *Ouid.met.5.*

MELEAGER.

Patre 1 *OEneô, rege* 2 *Calydoniæ, & Althea,* 3 *Theſtiæ filia, natus eſt. Illum mater impia, ſtipite fatali in ignem coniecto, abſumptóque, miſerum in modum interfecit. V. fabulam integram apud* Ou.met.8.

1 *OEnides.* Arſit & Oenides in Mænalia Atalanta. *Ou.epiſt.4.*

3 *Theſtiades.* Reſpice Theſtiadē, flāmis abſentibus arſit. *idem faſt.5.*

2 *Calydoni⁹.* ——pariter Calydonius Heros
Optauit. *idem met.8.*

Mauortius. Nō tulit, & tumida frendēs Mauortius ira. *ibid.*

MELICERTA. *Vide* PALÆMON.

Ex Seruio *apud* Virg. Georg. 1. Filius Athamantis, & 1 Inus: cum quo mater cùm videret Athamapta, regem Thebarum maritum furentem, in mare ſe præcipitem dedit: & poſtquam in numina ſunt commutati, Græcè Leucothea, & Palæmon ſunt appellati: Latinè Portumnus, & mater Matuta.

Votáque ſeruati ſoluent in littore nautæ,

1 *Inous.* Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. *Vir.Geor.1*

MENANDER.

Poeta Græcus, Comicus, ingenio faceto, & eleganti.

Iucundus. Fabula iucũdi nulla eſt ſine amore Menãdri. *Ou. triſt.* 2.
Facundus. Attica facundi decurreret orſa Menandri *Stat. ſyl* 2.
Coronatus. Rara coronato plauſere Theatra Menãdro. *Mart. epig.* 5.
Amabilis. Cõditor Iliados, & amabilis orſa Menãdri. *Auſon.*
Doctus. Librorúmq; tuos, docte Menandre, ſales. *Propert.* 3.
Blandus. Sed potiùs blandi Thais pretioſa Menãdri. *idem* 4.

MENDACIVM. *V.* Fabula.

Prodigioſũ. Prodigioſa loquor veterũ mẽdacia Vatũ. *Ouid. am.* 3.
Turpe. Turpia quid referã vanæ mendacia linguæ? *ibid.*

MENELAVS.

Vide Agamemnon. Atrides.

Conſule argumentum ad Agamemnon, cuius frater erat Menelaus.

MENS.

V. Voluntas. Conſilium. Animus.

Mentem prout à cælo eſt, diuinam: deinde pulcherrimis virtutibus ornatam hic proponimus. Cùm autem ipſa diuerſis animi affectibus concitata, modò ſpe, amore, gaudio, ira, furore accenditur; eandem feris, barbaris, & incultis moribus imbutam habes. Quæ capita ſingula ad majorem, lautiorémque epithetorum copiam, ſi lubet, diſquires. Mens autem dicitur quaſi eminens. eſt enim altior animi pars, quâ diuina percipimus. Ouid. met. 15.

Mente deos adiit: & quod natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit

Differt autem mens ab anima: Aliud eſt enim (*vt ait* Lactant. lib. 7.) quo viuimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non anima ſopitur: & in furioſis mens extinguitur, anima manet.

MENS VIRTVTIBVS ILLVSTRIS.

Diuina. Eſſe apibus partem diuinæ mentis, & hauſtus
Ætherios dixere. *Vir. Geor.* 4.
——————ipſúmque recludam
Auguſta. Æthera, & auguſtæ reſerabo oracula mẽtis. *Ou. met.* 15.
Alta. Sanctius his animal, mentíſque capacius altæ
Sancta. Deerat adhuc. *idem met.* 1.
Cæleſtis. Pondera cæleſti mente paterna feret. *idem faſt.* 1.
Sacra. Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet. *idem faſt.* 6.
——————————dona conſcientiæ
Beata. Quibus beata mens abundat intus. *Prud. Ench.*
——————————ire per ora
Ignea. Nomẽ in æternũ paucis mẽs ignea donat. *Silius* 3.
Bona. Mens bona regnum poſſidet. *Sen. Thyeſt.*

Modeſta.	Vides modeſtæ deditum menti ſenem.	*Sen. Theb.*
	Conſoler ſocios, vt longi tædia belli	
Placida.	Mente ferant placidâ.	*Ou.met.*13.
Sana.	Nulla quidem ſanæ grauior, mentíque potenti	
	Pœna eſt, *&c.*	*idem triſt.* 2.
Recta.	Sic igitur carmen rectâ ſi mente legatur.	*ibid.*
Generoſa.	——faciles motus mens generoſa capit.	*idem* 3.
Libera.	Illa per immenſas ſpatiatur libera terras,	
	In cælum celeri peruenit illa via.	*idem* 4.
	—æthereis miſcens terrena Prometheus	
Sincera.	Sinceram patri mentem furatus Olympo.	*Clau.pan.* 7.
Sublimis.	Mẽs tua ſublimis ſuprà gen⁹ eminet ipſũ.	*Ou. Pont.* 3.
Integra.	Latoe dones, & præcor integrâ cũ mente.	*Hor.carm.*1.
	Æquam memento rebus in arduis	
	Seruare mentem, non ſecus in bonis	
Temperata.	Ab inſolenti temperatam	
	Lætitia.	*idem car.*2.
Ardua.	Quæ digna mentis laus erit arduæ.	*Cl.de nu.H.*
	————in primis regina quietum	
Benigna.	Accipit in Teucros animũ, mentémq; benignã.	*V.Æn.*1
Pia.	——mentíſque piæ cape præmia, dixit	
	Theſſalus.	*Ouid.met.*8.
Honeſta.	Peccas honeſta mente.	*Sen.Theb.*
Sobria.	Iámque oblita ſui, nec ſobria diuitiis mens,	
	In miſeras leges, hominúmq; negotia ludit.	*Cl.in Eu.*1.
Innocens.	Cùm mens maneret innocens,	
	Animúſque ſeruaret fidem.	*Prud.Cath.*
Simplex.	Te mente pura, & ſimplici,	
	Te voce, te cantu pio.	*ibid.*
Quieta.	————cladúmque quieta	
	Mẽte capax, par ingeniũ, caſtriſq; togæq;	*Silius* 6.
	Non ciuium ardor praua iubentium	
Solida.	Mente quatit ſolida.	*Hor.car.*3.
Prouida.	Hoc cauerat mens prouida Reguli.	*ibid.*
Sagax.	Ordine ſe quęq; atq; ſagaci mente locarũt.	*Lucret.* 1.
Pacata.	Sed mage pacata poſſe omnia mente tueri.	*idem* 5.
Impigra.	Vſus, & impigræ ſimul experientia mentis.	*ibid.*
Præſaga fu-	———cunctos belli præſaga futuri	
turi.	Mens agitat.	*Lucan.* 6.
Ignara cul-	———ſed caſta, ignaráque culpæ	
pæ.	Mens domini.	*Stat.ſyl.*4.
Imperterr.	———mens imperterrita mole	

	Inuicta ſtabat.	*ſilius* 11.
Magna.	——magnæ cæleſtia ſemina mentis	
	Munere ſunt conceſſa deûm.	*Silius* 15.
Sana.	——vix ſanæ virgo Niſeia compos	
	Mentis erat.	*Ouid. met.* 8.
Serena.	Quam te Dardanida, pulcherrime, mente ſerena	
	Intueórque libens.	*ſilius* 16.
Liquida.	Liquidáq; mente vidit ſine quis, vbíq; foret	*Catullus.*
Imperturb.	Imperturbata placidus tenet otia mente.	*ſilius* 15.
Recta.	Sic igitur carmen rectâ ſi mente legatur.	*Ouid. triſt.* 2.
Præſcia.	Aut me præſcia mens fallit.	*ſilius* 15.
Pudica.	—quod ſi qua pudica —Mente valet.	*idem* 17.
Caſta.	————hæc quoque caſtæ	
	Augurio valuit mentis.	*idem* 13.
Soluta curis.	Quia mens ſoluta curis,	
Ætherea.	Cui eſt origo cælum.	*Prud Cath.*
Interr. lethi.	Quid? quod ineſt virtus, & mens interrita lethi.	*O. m.* 10
	————offertur inemptus	
Pura.	Pura mente fauor.	*Cl. Au pan.* 2
Compoſita.	—fera compoſitâ vulnera mente tulit.	*Oú. de arte* 3.
Sibi cõſ. rec.	————mens ſibi conſcia recti.	*Virg. Æn.* 1.
Immota.	Mens immota manet.	*idem Æn.* 4.
Æqua.	————audite ô mentibus æquis	
	Æneadæ.	*idem Æn.* 9.
Obſtinata.	Sed obſtinatâ mente perfer, obdura.	*Catullus.*
Firma.	P. . manet in voto mens mea firma ſuo.	*Ou. epiſt.* 15.
Conſtans.	Quæ mandata priùs conſtanti mente tenebat.	*Catul.*
Certa.	Quid mecum certâ prælia mente geris?	*Ou. epiſt.* 17.
Fidelis.	————ſed mente fideli	
	Mutuus abſenti te mihi ſeruet amor.	*Tibul.*
Læta.	————te lætâ mente receptum	
	Protinus articulis induat illa ſuis.	*Ouid. am.* 2.
Grata.	Dedicat, & gratâ ſis dea mente rogat.	*ibid.*
Inoblita.	Semper inoblitâ repetã tua munera mente.	*idem Pont.* 4
Facilis.	————faciléſque aduertite mentes.	*id. de arte* 1.
Magna.	——magnam cui mentem, animúmque	
	Delius inſpirat Vates.	*Virg. Æn.* 6.
Celeris.	——celeri circumſpice mente.	*O. de re. a.* 1.
Memor.	——memori deprendere mente.	*Lucretius* 3.
Impenetrab.	——mens impenetrabilis iræ.	*Silius* 7.
Fortis.	Inſiſtam forti mente vehendus equis.	*Ouid. am.* 3.
Firmata.	—niſi firmatâ properaris mente reuerti.	*id. de re. a.* 1.

Inuicta. Cui fugere ignotum, atque inuictâ mente placebat
Rebus in aduerſis exceptũ pectore ferrum. *Silius 4.*

Belligera. —belligeram ſomno componere mentẽ. *idem 3.*

Alta. ———manet altâ mente repoſtum
Iudicium. *Virg. Æn. 1.*

Obſirmata. *Inconcuſſa.* *Impolluta.* *Tacita.* *Viuida.*

M E N S, in timore, & triſtitia.

Triſtis. Sed tanquã ſcirem, mens mea triſtis erat. *Ov. epiſt. 12.*

Timida. Ergo caue, liber, & timidâ circũſpice mẽte. *idem triſt. 1*

Mœſta. Grande voco meritũ mœſtæ ſolatia mentis. *idem Pont. 2.*

Attonita. Inter tumultus mentis attonitæ vagos. *Sen. OEdip.*

Incerta. ———incertæ, tanta eſt diſcordia, mentis. *Ouid. met. 9.*

Sollicita. Sollicitæ mentes ſpéque, metúque pauent. *idem faſt. 3.*

Ægra. Seu vitiant artus ægræ contagia mentis. *idem triſt. 3.*

Tabida. Nõ igitur mirũ eſt, ſi mẽs mea tabida facta eſt. *idẽ Põt. 1.*

Turbata. —turbatæ mentes, imperfectúſque deorum
Ceſſit honos. *Silius 15.*
————& vitæ neſcius error

Trepida. Deducit tremulas ramoſa in cõpita mẽtes. *Perſ. ſat. 5.*

Lapſa. ———lapſas acuit formidine mentes. *Silius 10.*

Perculſa. Mentéſque perculſæ ſtupent. *Hor. epod.*

Anxia. Tu ſpem reducis mentibus anxiis. *idem car. 3.*

Inualida. Educat inualidas mentes, quæ ſimplicitate
Indociles. *Prud. Ham.*

Pauida. Et pauidas mentes falſa timere iubent. *Tibullus 3.*

Dubia. ———dubias conſtringere mentes. *Lucret. 5.*

Confuſa. Confuſam eripuit mentem. *Virg. Æn. 2.*

Perturbata. Perturbata animi mens in mœrore. *Lucretius 6.*

Surda. ———ſurdæque adhibent ſolatia menti. *Ouid. met. 9.*

Concuſſa. ———metu mentem concuſſa virago. *Virg. Æn. 12*
At miſera luctu mater audito ſtupet,

Labefacta. Labefacta mens ſuccubuit. *Sen. Tro.*

Lapſa. *Quaſſata.* *Commota.* *Turbata.*

M E N S, in ſpe, dubio, amore, cura.

Dubia. Spémque dedit dubiæ menti. *Vir. æneid. 4.*

Arrecta. Arrectæ mentes, ſtupefactáque corda. *idem æn. 5.*

Suſpenſa. ———ſuſpenſam blanda viciſſim
Gaudia pertentant mentem. *ibid.*

Tacita. Quid tũ ſi carpunt tacita quod mente requirant. *Catul.*

Credula. ———prô nimis mens credula! *Sen Her. œt.*

Ambigua. Ambiguæque hominum mentes. *Silius 14.*

Æſtuans. Mens æſtuans procellis,

Curis ſauc.	Curiſque ſauciata.	*Prud. Cath.*
Arida.	Nulla quies animo, nullus ſopor arida mēs eſt.	*Valer. 7.*
Capta.	——captis ardebant mentibus.	*Ou. met. 4.*
Captiua.	Et noua captiua vincula mente feram.	*idem am. 1.*
Succenſa.	——ſuccenſas agit	
	Libido mentes.	*Sen. Hippol.*
Miſera.	——miſeræ turbine mentis agor.	*Ouid. am. 2.*
Commota.	——an commotæ crimine mentis	
	Abſolues hominem.	*Hor. ſat. 2.*
Cupida.	Quæ ſimul ac cupidæ mentis ſatiata libido eſt.	*Catul.*
	Mobilis. *Pendens.*	
	MENS, in ira, & furore.	
Irata.	——prior iratæ fuerit ſententia menti.	*Cl. Aug. pa. 2*
Iracunda.	Iracundaque mens facile efferueſcit in ira.	*Lucretius 3.*
Furiata.	——furiata mente refugit	
	Vociferans.	*Valerius 8.*
Dura.	——durámque viri deflectere mentem	
	Pacifico ſermone parant.	*Lucanus 5.*
Flammata.	Quæ poſtquā accepit flā..ata Scipio mente.	*Silius 10.*
Rabida.	Exercēt rabidā truculēta inſomnia mentē.	*ibid.*
Flammi-	——nam virus, & æſtus	
fera.	Flammiferæ noui mentis.	*Silius 9.*
Cruda.	Ille quidē cruda mente, & viridiſſimus ira.	*idem 5.*
Veſana.	Mens veſano concita motu,	
Conc. motu.	Error cæcus quo cæpit eat.	*Sen. Her. fu.*
Effrena.	Moderare alūna mentis effrenæ impetus.	*idem Hippol.*
Suſpenſa.	——quæque ſuſpenſas agit	
	Libido mentes.	*ibid.*
Feruida.	Precórque vt ipſam feruidam mentem regas,	
	Placidéque tractes.	*idem Med.*
Saua.	Quò ſimul inuertit ſęuā cū lumine mentē.	*Ouid. met. 2*
Lymphata.	Mentémque lymphatam Mareotico	
	Redegit in veros timores.	*Hor. car. 1.*
Auerſa.	Fractæ vires, auerſa deæ mens.	*Vir. æneid. 2.*
Dira.	—quę mens tam dira, miſerrime coniux,	
	Impulit his cingi telis.	*idem æneid. 2.*
Effera.	At furiis Caci mens effera.	*idem æn. 8.*
Crudelis.	—crudelis flectere mentis —Conſilium.	*Catullus.*
Inſana.	——inſana mente nefanda loqui.	*Tibul. 2.*
Rigida.	Et patriæ rigida mente negauit opem.	*Ouid. epiſt. 3.*
Belligera.	—belligeram ſomno componere mentē.	*Silius 3.*
———	In ferrum mens prona.	*Lucanus 1.*

Seuera. Quę tu ſic placida formas, ſic mēte ſeuera. *Cl. de lau. St.*
Vecors. Mens quoque ſi furiis vecors agitetur. *Ou. in Ibide.*
Intractabilis. *Inſuperabilis.* *Indomita.* *Neſcia flecti.*
Obſtinata. *Obdurata.* *Ferox.* *Inobſequens.*
Obſeſſa. *Inquieta.* *Contumax.* *Leuis.* *Effrenis.*
Exlex. *Truculenta.* *Commota.* *stimulata.*

MENS STOLIDA, auara, impia.

Læua. —ſi fata deum ſi mens non læua fuiſſet. *Virg. Æn. 2.*
Mala. Quod ſi te mala mens furorque vecors. *Catullus.*
Auida. —lacerant auidas inimico pectore mētes. *Vir. in Ceiri.*
Cupida. Quæ ſimul ac cupidæ mentis ſatiata libido eſt. *Catul.*
Ingrata. Omnia quæ ingratæ penerunt credita mēti. *Idem.*
Auara. Nam illum auaræ mentis inflāmat furor. *Sen. Hippol.*
Profana. Has vbi verborū pœnas, mentiſq; profana. *Ouid. met. 2.*
stolida. Rurſus erāt domino ſtolidæ pręcordia mētis. *id. me. 11.*
Conſcia. Conſcia mens, vt cuique ſua eſt: ita concipit intra
Pectora pro facto, ſpémque, metúmq; ſuo. *idem faſt. 1.*
Peruerſa. Omnia peruerſas poſſunt corrūpere mentes. *idē triſt. 2.*
Rat. inops. Mens vulgi rationis inops. *Prud. Ham.*
Inualida. Edomat inualidas mentes, quæ ſimplicitate
Indocilis. Indociles. *ibid.*
Profunda. ——————mente profunda
Hauſerat vrbis opes. *Cl. de bel. Ge.*
Damnata. Frigida damnatæ produxit nubila menti. *Stat. The. 5.*
Cæca futuri. ————ſit cæca futuri
Mens hominum. *Lucanus 2.*
Cōſcia facti. ——at mens ſibi conſcia facti
Permetuens, adhibet ſtimulos, torrétq; flagellis. *Lucr. 3.*
Infirma. Vt corpus teneris ſic mens infirma puellis. *Ou. epiſt. 18.*
Miſera. O miſeras hominum mentes! *Lucret. 2.*
segnis. ——nec ſegnis ad artem
Mens erat. *Cl. in Eutr. 1.*
Frigida. ——auditor, cui frigida mens eſt. *Iuuen. ſat. 1.*
Adultera. Vt iā ſeruaris bene corp⁹, adultera mēs eſt *Ouid. am. 3.*
Arm. dolis. Mens armata dolis. *Silius 1.*
Impia. Siue quod impia mens cæco flagrabat amore. *Catul.*
Maculata ————hic denique ſolus
ſanguine. Eluerit ſanguis maculatas ſanguine mētes. *Silius 11.*
scelerata. Stultáque mens nobis, non ſcelerata fuit. *Ouid. triſt. 2.*
Syluestris. *Agreſtis.* *Inculta.* *Imparata.* *Virtutum inſcia.*
Impudens. *Inſolens.* *Imperita.* *Fragilis.* *Leuis.* *Rudis.*
Iniqua. *Simulata.* *Imprudens.* *Stulta.* *Decolor.* *Fallax.*

MENSA.

Pro ipſa menſa, hoc eſt, vbi apponuntur dapes, & epulæ, ſumitur. ſeiunximus epitheta, ne quid moleſtiæ, aut erroris indiſtincta collocatio crearet.

Gemmifer. ——gemmiferis illuxit regia menſis. *Clau.pan.5.*
Aurea. Suſtentatque tuas aurea menſa dapes. *Mar.epig.3.*
Fagina. Fulcitur reſtâ fagina menſa tibi. *idem epig.2.*
Acerna. Hunc pede conuulſo menſæ Pellæus acernæ
Strauit humi. *Ou.met.12.*
Teres. Pars teretes læuare manu, ac diſponere menſas. *st.Th.1.*

MENSA, pro epulis. *V.* DAPES. CIBVS.

Opima. ————ſtupet inconſuetus opimæ
ſidonius menſæ miles. *silius 11.*
Regificè extructa. ————feſtamque per vrbem
Regificè extructis celebrant conuiuia menſis. *ibid.*
Regalis. Regales inter menſas, laticémq; Lyæum. *Virg. Æn 4.*
Plena. Expectate dapes, & plenæ pocula menſæ. *idem Æn.11.*
Pinguis. ſurgere iã tempus, iam pingues linquere menſas. *Cat.*
ſplendida. Et latet iniectâ ſplendida menſa roſâ. *Ouid faſt.5.*
Nitens. —non inter lances, menſáſque uitentes. *Horat.ſat.1.*
Lauta. Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ. *Lucanus 4.*
Læta. ——lætis numen venerabile menſis. *stat.ſylu.4.*
Grata. Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors. *Hor.de arte.*
Feſta. Inſtaurare diem, feſtáſq, reponere menſas. *stat.Theb.2*
Bona. Menſas, Ole, bonas ponis, ſed ponis opertas. *Mar.ep.10*
Cara. Nec ſatis eſt cara piſces auertere menſa. *Hor ſat.2.*
Diues. Quæ niſi diuitibus nequeunt contingere menſis. *ibid.*
Appoſita. ————appoſitis queritur ieiunia menſis. *Ouid.met.8.*
Extructa dapibus. ————menſas poſuere miniſtri
Extructas dapibus. *idem met.11.*
Sic te frequentes audiant capillati,
Delicata. Et delicatæ diligat chorus menſæ. *Mar.epig.10*
Larga. Quã nõ parca manus, largæq; nomiſmata menſæ. *idẽ 12.*
Genialis. *Hilaris. Nitida. Celebris. Mollis. Dulcis.*

MENTHA, genus herbæ.

Virens. ——æquatam mentha exterſere virenti. *Ouid.met.8.*
Olens. Fœmineos artus in olentes vertere menthas. *id.met.10.*

MEPHITIS.

Eſt terræ putor, qui de aquis naſcitur ſulphureis, & eſt in nemoribus grauior, ex denſitate arborum.

ſæua. ——ſæuámque exhalat opaca mephitim. *Virg.Æn.7.*
ſulphurea. Gutture ſulphureas lentè exhalãte mephites. *Perſ ſat.3*

MERCATOR.

Otium metuens. Mercator metuens otium, & oppidi
Laudat rura ſui, mox reficit rates
Ind.pau.pa. ——quaſſas, indocilis pauperiem pati. *Hor.car.*1.
Impiger. Impiger extremos curris mercator ad Indos. *Hor.epiſt.*1.
Vagus. Mercatorue vagus, cultorue virẽtis agelli. *Hor.de art.po.*

MERCES. *MERX.*

Illud eſt quod emitur, vendituruе. Poteris autem verſum maximè ornare: ſi epitheta è 1 *longinquis orbis regionibus, ex Oriente* 3 *putà,* India, 2 *Cypro,* 3 *Tyro diſquiras.*

Venales. Laudat venales, qui vult extrudere merces. *Hor.epiſt* 2.
Mutanda. Latum mutandis mercibus æquor aro. *Ouid.triſt.*1.
Sine fucis. Adde huc quòd mercem ſine fucis geſtat. *Hor.ſat.*1.
——————& votis paciſci,
2 *Cypria.* Ne Cypriæ, Tyriæue merces
3 *Tyria.* Addant auaro diuitias mari. *idem car.*3.
Nec vagus ignotis repetens compendia terris,
1 *Externa.* Preſſerat externa nauita merce ratem. *Tibul.*1.
3 *Eoa.* 1 *Peregrina.* *Dites.* *Auara.*

MERCES, pro præmio.

Magna. Magna viri merces, parat vltima terra triũphos. *Prop.*3.
——————destituit deos
Pacta. Mercede pacta Laomedon. *Hor.car.*3.
Alta. ——————merces diſcriminis alta. *Sil.* 17.

MERCVRIVS.

Cicero lib. 2. *de natura Deorum quinque Mercurios annumerat. Horum omnium dotes, & munera vni tribuemus, quem ex* Ioue, & 1 *Maia* 2 *Pleiade, Atlantis* 3 *regis* 4 *Arcadiæ filia Poetæ natum volunt Deus, & deorum* 5 *nuntius eſt, cui etiam* 6 *Caduceum pacis ſymbolum, vel virgã qua animas* Orco *euocat & talaria pedibus,* 7 *celeritatis gratia, data ſunt.* In *eius tutela homines docti eſſe cenſentur: (nam & illi eius nomine Mercuriales Horatio dicuntur) Mercurio enim cum Muſis* 8 *commercium eſt: inuentor quippe lyræ, ſeu cytharæ eſt. Hunc fures præcipuo cultu venerantur, propter Apollinis boues per dolum amotas. Dictus eſt Tegeaticus, Tegeæus à* 10 *Tegea vrbe: Cyllenius, à* 11 *Cyllene: Mænalius, à* 12 *Mænalo, montibus in Arcadia.*

10 *Tegæus.* Atlantis Tegeæe nepos, commune profundis,
——————Et ſuperis numen, cui fas per limen vtrumque
——————Solus habes, geminoque facis commercia mundo
celer. I, celer, & proſcinde Notos. *cl.de rapt* 1.
1 *Maiagen* Hæc ait & Maia genitum demittit ab alto *Virg.æn.*1.
3 *Atlãt.nep.* Atlantis magni Pleioneſque nepos. *Ouid.ep.*15.

1 Maja ———videt has Atlantide Maia
Natus. Natus. *Ouid.met.2*
Agilis. ———ſuper Acteas agilis Cyllenius arces
11 *Cylleni⁹.* Inclinat curſus. *ibidem.*
3 *Atlantiad.* Venit Atlantiades poſitis caducifer alis. *Oui.met.8*
6 *Caducifer* Hic ſe ſuſtulerat paribus caducifer alis. *Oui.met.2.*
7 *ales* ———non plura interprete virgâ
10 *Tegeatic.* Nuntiat è celſis ales Tegeaticus aſtris. *Stat.ſyl.5.*
Deus ales. Inde reuertentes deus aſpicit ales. *Oui.met.2.*
7 *Alipes.* Alipedis de ſtirpe dei verſuta propago. *Oui met.11.*
6 *Pacifer.* Pacifer hunc dederat florē Cyllenius albū. *Oui.met.14*
Inuent.lyræ. Inuentor curuæ, fidibus, apte fidis. *Oui.faſt.5.*
2 *Pleïade* Pleïade nate mone virga venerande potenti. *ibidem.*
nat.Clarus. Clare nepos Atlantis ades quem montibus altis
4 *Arcadic⁹.* Edidit Arcadicis Pleïas vna Ioui. *ibidem.*
Pacis, & Pacis, & armorum ſuperis imiſque deorum
6 *armorum* Arbiter, alato qui pede carpis iter
arbiter. Læte lyræ pulſu nitida quoque læte palæſtra
Quo didicit cultè lingua docente loqui. *Ouid.faſt.5.*
7 *Aliger* ———ſummi Iouis aliger Arcas
4 *Arcas.* Nuntius. *Sta ſyl.3.*
Repert.cyth. Vocalis citharæ repertor Arcas. *idem ſyl.2.*
Impiger. —————quare impiger ales
Portantes præcede Notos. *idem Th.1.*
Volucer. ———fuſca volucer deus obſitus vmbra. *idem Th.2.*
———vix cœperat ales
12 *Mænali⁹.* Mænalius. *idem.*
8 *Facūdus.* Mercuri facunde nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus, & decoræ
More Palæſtræ. *Hor.car.1.*
5 *Nuntius* Te canam magni Iouis, & deorum
Iouis. Nuntium, curuæque lyræ parentem
Parens Callidum quidquid placuit iocoſo
lyræ. Condere furto. *ibidem.*

MEROE.

Inſula eſt 2 Nili fluuij in Æthiopia, patens longitudine ſtadiorum tribus millibus, & latitudine mille. Eius incolæ, 1 quòd ſolem hic torrentiſſimum experiantur, fuſci ſunt colore: dicta eſt 3 Cephea à Cepheo rege Æthiopum.

1 *Nigris* ————————gurgite rupto
fæc.colonis. Ambitur nigris Meroe fœcunda colonis. *Lucanus 10.*

Arens. Non ſuper arentē Meroen Cancrique ſub axe. *Lucan.* 4
2 *Niliaca.* Et quæ Niliaca naſcitur in Meroe. *Auſon.*
3 *Cephæa.* Cephæam hic Meroen, fuſcaque regna canat. *Pr.* 4.
Circumflua. ——— quantum crinita ſagittis
Nilo. Attulit extremo Meroe circumflua Nilo. *Claud.*

M E R V M. V. V I N V M.

Methymnæū. Et Methymnæi grata ſaliua meri. *Pro.* 4.
Annoſum. Temperet annoſum Mattia lympha merum. *Tibul.* 3.
Purpureū. Plenaque purpureo ſubrubet vua mero. *Ou. de a* 2.
Largum. Et celebrat largo ſeque, diemque mero. *Oui. faſt.* 3.
O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro
Dulce. Dulci digne mero. *Hor. Car.* 3.
Lene. Non ante verſo lene merum cadō. *Ibidem.*
Liquidum. Tu puer, & liquidum fortius adde merum. *Tibul.* 4.
Verbenas pueri ponite, thuraque
Bimum. Bimi cum patera meri. *Hor. car.* 1

M E S S I S, V. S E G E S.

Sata. Atque ſatas aliò vidi traducere meſſes. *Virg. Ecl.* 8.
Immenſa. Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. *Vir. geor.* 1.
Triticea. At ſi triticeam in meſſem, robuſtaque farra. *Ibidem.*
Spicea. Spicea iam campis cum meſſis inhorruit. *Ibidem.*
Frugifera. Frugiferas meſſes, alimentaq; mitia reddant. *Oui. met.* 5.
Grauida. Concuſſit grauidis oneratos meſſibus agros. *Oui. met.* 8.
Crepans. Meſſes area cum teret crepantes. *Mart ep.* 8.
Larga. Largaque prouenit ceſſatis meſſis in aruis. *Oui faſt.* 4.
Toſta. Toſtamque feruens Iulius coquit meſſem. *Mar. ep.* 10.
Opima. *Matura.* *Sicca.* *Vber.*

MESSOR.

Foſſus. Theſtilis, & rapido feſſis meſſoribus æſtu. *Virg. Ecl.* 2.
Durus, O quoties habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit. *Oui. met.* 14

M E T A L L V M. V. Aurum. Æs.

Metallum, tam aurum, argentum, æs, &c. quam 1 *marmor ſignificat.*
1 *Grajum.* Sed nitidos poſtes, Graiiſque effulta metallis
Culmina. *Stat. ſyl.* 3.
1 *Niueum.* Tunc quos à niueis exegit Luna metallis. *Silius* 8.
Rutilum. Robora complexus rutilo curuata metallo. *Lucanus* 9.
Flauum. Vera minus flauo rutilant electra metallo. *Mar. ep.* 8.
Fuluum. ——— fuluo defendit prata metallo. *Cl. d. nup. h.*
Perſpicuum. Oſcula perſpicuo figunt impreſſa metallo. *Prud. de C.*
Nitidum. Iuſſerunt nitido fulgere polita metallo. *Pru. in Sym.* 1.
Gemmatū. Regia gemmato laquearia fulua metallo. *Pr. in Sym.* 2.

Generoſum Abdita quid prodeſt generoſi vena metalli
Si cultore caret. *Ouid.ad Piſ.*
Fulgens. *Diues.* *Operoſum.* *Cælatum.*

METVS. V. TIMOR.

Quibus,aut odium crudele Tyranni,
Acer. Aut metus acer erat. *Virg.æn.1.*
Ingens. Ingenti trepidare metu pars vertere terga. *Virg æn.6.*
Sæuus. Ne ſæuo ſis caſta metu. *Tibull.1.*
Gelidus. Torpuerat gelido lingua retenta metu. *Ouid.ep.11.*
Pauidus. ——pauido lingua retenta metu. *Ouid.Am.1.*
Cæcus. ——cæco flentque,pauentque metu. *Ouid.faſt.2*
Trepidus. Et quatitur trepido littera noſtra metu. *Ouid.Triſt.*
Sollicitus. Omnia ſolliciti ſunt loca plena metus. *Oui.Triſt.3*
Ambiguus. Cur labat ambiguo ſpes mea miſta metu. *Oui.Triſt.4*
Vanus. ——————non ſine vano
Aurarum , & ſylüæ metu. *Hor. car.1.*
——venia eſt hæc ſola pudoris
Degener. Degeneriſque metus. *Lucanus 3.*
Quid mirum populos quos lux æterna manebat
Lymphatus. Lymphato trepidaſſe metu. *Lucanus 7.*
Anceps. —quod ſi anceps metus ad maiora vocaſſet. *Stat. ſyl. 5.*
Dubius. Heu dubio ſuſpenſa metu. *Stat. Th. 1.*
Amens. ——ſed iam metus incubat amens *Lucanus 2*
Segnis. ——languida ſegni
Cernit cuncta metu. *idem 4.*
Amens. ———ruit impetus amens
E foribus cæcumque, nefas iræque rubentes
Exanguis. Exangueſque metus. *Stat. Th.7.*
Anhelus, ——————non alter anhelos
Inſinuare,metus animumque auertere venis
Aptior. *Stat.Th. 7.*
Inanis. ———turmaſque metu conſternit inani. *Ibidem.*
Magnus. ———trepidant,trepidant pectora magno
Perculſa metu. *Sen. Thy.*
Frigidus. ————frigido exanguis metu
Venator horret. *Sen. Hip.*
Ignauus. Virtuſque noſtra neſcit ignauos metus. *Sen. Oed.*
Turpis. Timere vana deſine,& turpes metus
Depone. *Sen. Oed.*
Grauis. ————cum metu verſos graui
Danaos fugaret Hector,& ferro, & face. *Sen. Tro.*
Sæuus. Interque ſæuos gentis indomitæ metus. *Sen. Med.*

Nocturnus. Strepuntque nocturni metus. *Sen. Aga.*
Languens. Cordaque languentem dedidicere metum. *Cl. de rap. 1.*
Humilis. —humilemque metum depone ſenectæ. *Cl. de bel. Get.*
————famuli curtum iunxere volantem
Horribilis. Impetus, horribiliſque metus. *Cl. de Prob. conſ.*
At non Sidonium curis flagrantia corda
Vigil. Ductorem, vigileſque metus haurire ſinebant
Dona ſoporiferæ noctis. *Silius 7.*
Niger. Oceani præceps fragor, aruaque nigro
Vaſta metu. *Valerius 3.*
Pendens. Grauis ſenectus ſibimet, ac pendens metus. *Sen.*
Triſtis. Confuſa triſti proximæ noctis metu. *Idem.*
Fœmineus. ——pelle fœmineos metus. *Sen. Med.*

MEZENTIVS.

1 Tyrrhenorum rex, cuius crudelitatem his verſibus deſcripſit.
Virg. Æn. 8. Quid memorem infandas cædes? quid facta Tyranni
Effera? dii capiti ipſius, generique reſeruent:
Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,
Componens manibuſque manus atque oribus ora,
(Tormenti genus) & ſanie taboque fluentes
Complexu in miſero, longa ſic morte necabat.
Dicitur contemptor deûm, vt ait Macrobius, quod fuerit in homines impius, ſine deorum reſpectu.
Aſper. Primus init bellum Tyrrhenis aſper ab oris. *Virg. Æn. 7.*
Cont. diuûm. Contemptor diuûm Mezentius
Clarus, ferox. Clarus erat, ſumptiſq; ferox Mezētius armis *O. faſt. 4.*
1 Tyrrhenus. —contra Tyrrhenus, vt auras —Suſpiciens. *Virg. Æn. 9.*

MIDAS.

Rex fuit Phrygiæ, vbi montes 4 Ida, & 1 Berecynthus. Dicitur Mygdonius & Mæonius, 2 à Mygdonia, & 3 Mæonia regionibus Phrygiæ conterminis.
————vinctumque coronis
Rex. Ad regem duxere Midam. *Oui. met. 11.*
1 Berecinth. Lætus abit: gaudetque malo Berecynthius Heros,
Heros. Pollicitique fidem tangendo ſingula tentat. *ibidem.*
——ſic Rex ad prima tumebat
3 Mæonius. Mæonius, pulchro cū verteret omnia tactu. *Cl. in Ruff. 1.*
————ſub gurgite Nymphæ
2 Mygdoni⁹. Mygdonium fouere Mydam. *Sid. Ap. Pan.*
Stultus, & Ingratus, nec tanto munere dignus
Diues. Qui mauult hæres diuitis eſſe Midæ. *Mar. ep. 6.*
5 Phrygius. *5 Phryx.* *4 Idæus.*

MILES.

Impius. Impius hæc tam cum culta noualia miles habebit
Barbarus. Barbarus has ſegetes. *Virg. Ecl.* 1.
Armatus. ——— armato obſiſtam milite fauces. *Virg. æn.* 11.
Circũfuſus. Et circumfuſo volitabant milite Volſci. *Ibidem.*
Fortis. Quem tremeret forti milite victus Atur. *Tibullus* 1.
Durus. ——————— at triſtia duri
Militis in tenebris occupat arma ſitus. *Ibidem.*
Generoſus. Egreditur caſtris miles generoſus ab ijſdem. *Ou. Faſt.* 2.
Sceleratus. Non feret è noſtro ſceleratus præmia miles. *Lucanus* 3.
Indomitus. Militis indomiti tantùm mens ſana timetur. *Lucanus* 5.
Martius. Et fortem, iuuenemque, Martiumque
In tanto duce militem videret. *Mart. Epiſt.*
Dirus. Cecidit diri militis enſe. *Sen. Octa.*
Superbus. ————— miles probra ſuperbus
Ingerit obſeſſo. *Cl. A. Pan.* 2.
Horridus. Spernitur orator bonus, horridus miles amatur. *Ennius.*
Sæuus. Sæuus catenâ miles impoſitâ trahet. *Sen.*
Ferox. Quam rem cumque ferox nauibus, aut equis
Miles te duce geſſerit. *Hor. car.* 1.
Pharetrat⁹. Eoa tumidus pharetrati militis ala. *Silius* 7.
Rabidus. Præfractæ rabido patuiſſent milite portæ. *Silius* 13.
——— vacuumque cubile
Infandus. Regibus infandus miles premit. *Lucanus* 7.
Infeſtus. Sed templa quare miles infeſtus tenet? *Sen. Her. fu.*

Bello aſſuetus.	*Tumidus.*	*Truculentus.*	*Pugnator.*
Auidus pugnæ.	*Arduus.*	*Sanguineus.*	*Bellator.*
Iaculo celer.	*Impiger.*	*Nefandus.*	*Turbidus.*
Ardens oculis.	*Toruus.*	*Impauidus.*	*Tumens.*
Animis fremens.	*Furiatus.*	*Inuictus.*	*Terribilis.*
Laudis accẽſus amore.	*Accenſus.*	*Implacabilis.*	*Rigidus.*
Furens in arma.	*Feruidus.*	*Animoſus.*	*Validus.*
Inſignis haſta.	*Lymphatus.*	*Imperterritus.*	*Iniuſtus.*
Ingens animis.	*Furibundus.*	*Sacrilegus.*	*Infractus.*
Indefeſſus.	*Crudelis.*	*Acer corpore.*	*Concitus.*
Inſurgens minax.	*Profanus.*	*Armis alacer.*	*Efferus.*
Intrepidus vultu.	*Strenuus.*	*Trux.*	*Amens.*
Velox iaculo.	*Cruentus.*	*Igneus.*	*Violentus.*
Fulmineus.	*Securiger.*	*Pernix.*	*Horribilis.*
Flammatus.	*Bipennifer.*	*Aſper.*	*Impiger.*
Rapidus.	*Pugnax.*	*Crudus.*	*Ardens*

MILITIA. Vide, Bellum, Arma.

Acris. ——acrem militiam paras
Non ante deuictis regibus. *Hor. Car. 1.*
———denique ſæuam
Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti. *Hor. epiſt. 1*
Trux. Militiamque trucem, ſexũ indignata frequẽto. *St Th 9.*

MILVVS. MILVIVS.

Auis rapid. Et volucris viſis rapidiſſima miluius extis. *Ouid. met. 2.*
Auidus. Spemque ſuam motis auidus circumuolat alis. *Ibidem.*
Rapax. ——ſumma rapax miluus in aſtra volat. *Mar. epiſt. 9*

MINÆ.

Iuſtæ. Nec meminit iuſtas ponere læſa minas. *Prop. 1.*
Iniuſtæ. ——& iniuſtas ſæpe tuliſſe minas. *Ibidem.*
Sæuæ. Aſpice quam ſæuas increpat aura minas. *Prop. 16.*
Ingentes. ——ingentes parturit ira minas. *Ouid. ep. 12.*
———indignaturque quod auſim
Rigidæ. Scribere ſe rigidas incutiente minas. *Ouid. triſt. 1.*
Tumidæ. Quod Regum tumidas contuderit minas. *Hor. car. 4.*
Inanis. Quin huc inanes, ſi potes, vertis minas. *Hor Epod.*
Vanæ. An vanæ tumuere minæ. *Lucan. 2.*
Seueræ. —————multumque ſeueris
Aſperat ora minis. *Stat. Th. 9.*
Hoſtiles. Non timet hoſtiles iam manus iſta minas. *Mart. ep. 6.*
————cuius in læua ciet
Feroces. Ægis feroces ore ſaxifico minas. *Sen. Her. fu.*
Triſtes. Conuerte triſtes omnium in melius minas. *Sen. Hip.*
Frementes. Gelidi frementes liqueris Boreæ minas. *Ibidem.*
Imminẽtes. Et imminentes regis inferni minas. *Ibidem.*
Tumidæ. Depone tumidas pectoris læſi minas. *Sen. Her. œt.*
Infractæ. Infractaſque minas dilato marte fatigat. *Silius 7.*
Diræ. Compeſce diras genitor irarum minas. *Sen.*

MINCIVS.

Fluuius eſt in Italia qui ex Benaco lacu ortus, vrbem Mantuam circuit: deinde fluit in Padum.

Viridis. Hic viridis tenera prætexit arundine ripas. *Virg. Ecl. 7*
Ingens. ———tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius & tenera prætexit arundine ripas. *Virg. Ge. 3.*
Tardus. ——velox Atheſis, tarduſque meatu
Mincius. *Cl. Pan. 4.*
Flexuoſus. Calamiſque flexuoſus
Lene Mincius ſuſurret. *Id. de Nup Ho.*
Quietus. ——quos excipit amne quieto—Mincius. *Idem.*

MINERVA. V. PALLAS.

Orta eſt Minerua ex cerebro Iouis armata, alio nomine vocatur Pallas: dea lanificiorum, belli item, vnde dicitur Bellona, & Olea, quã prima, in Attica regione Græciæ excoluit: vnde, & pro oleo, & lanificio ab optimis poëtis vſurpata eſt. Cecropiam vocauit Lucanus ab Cecrope rege Athenarum, vbi præcipuo honore colebatur.

Inuentrix olea. Adſis ô Tegeæe fauens, oleæque Minerua Inuentrix. *Virg. Geor.* 1

Innupta. Pars ſtupet innuptę donum exitiale Mineruæ *Vir. æn.* 2.

Caſta. Debita cum caſtæ ſoluuntur vota Mineruæ. *Virg. in Cei.*

Flaua. Quid ſi præripiat flauæ Venus arma Mineruæ *Ouid. A.* 1.

Armifera. Viuit, & armiferæ cornix inuiſa Mineruæ. *Oui. Am.* 2.

Decora. Vtque deã vidit formaque armiſque decorã. *Oui. met.* 2.

Bellatrix. ———bellatricemque Mineruam
Cum Ioue diiſque vocant aliis. *Oui. met.* 8.

Bellica. Enſibus exſertis bellica læta dea eſt. *Oui. faſt.* 3.

Fortis dea. Admonet & forti ſacrificare deæ. *ibidem.*

Pugnax. Nam rate quę curâ pugnacis facta Mineruæ. *Oui. Triſt.* 1.

Belligera. Accipe belligeræ crudum thoraca Mineruæ *Mart. ep.* 7.

Cecropia. Orant Cecropiæ prælatâ fronde Mineruæ. *Lucanus* 3.

Armipotens. ———dextrâ diuæ armipotentis ad aram
Procumbit. *Virg. æn.* 2.

Armigera. Armiger armigeræ correptꝰ amore Mineruæ. *Ou. faſt.* 3.

Bellica dea. Vertit ad hanc torui dea bellica luminis orbes. *Idem.*

MINERVA, pro olea.

Sincera. ———bicolor ſinceræ bacca Mineruæ. *Oui. met.* 8.

MINERVA, pro lanificio.

Deducitur epitheton ab 1 *Coo inſula in mari Ægæo, vbi veſtes tenuiſſimæ ex bombyce ad fæminarum ornatum conficiebantur.*

Operoſa. Tibi telas, operoſæque Mineruæ
Studium aufert. *Hor. Car.* 3.

Tenuis. Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua. *Virg. æn.* 8.

1 *Coa.* Euripilique placet, Coæ textura Mineruæ. *Prop.* 4.

MINIVM.

Iberum. Vt Mæotica nix minio ſi certat Ibero. *Prop.* 2.

Rubens. Agricola, & minio ſuffuſus, Bacche rubenti
Primus inexperta duxit ab arte choros. *Tibullus* 2.

MINOS.

Filius Iouis ex 1 *Europa* 2 *Agenoris Tyri, & Sydonis regis filia: Rex Cretæ fuit. Vnde dictus eſt* 4 *Dictæus, ab Dicte monte: Gortynius ab* 5 *Gortyna,* 6 *Gnoſſius, & Gnoſſiacus ab Gnoſſo vrbibus Cretæ. Tantæ fuit iuſtitiæ, & æquitatis dum viueret, vt poſt mortem, vmbrarum*

in inferis iudex, & 7 arbiter à Plutone fuerit creatus.

Magnanim. Magnanimum ad Minoa venit. *Catull.*
1 *Europæus.* Nouerat ante alios faciē ducis Europæi. *Ouid.met.* 8.
4 *Dictæus.* Candida Dictæi ſpectans tentoria regis. *ibid.*
6 *Gnoſſiac⁹.* Gnoſſiaci poſſem caſtris inſiſtere regis. *ibid.*
7 *Legifer.* Optauit Minos ſimiles ſibi legifer annos. *Ouid. am.* 3.
6 *Gnoſius.* Auditur illo Gnoſius Minos foro. *Sen.Her.fu.*
2 *Agenoreus.* Si modò Agenorei ſtat Gnoſia iudicis vrna. *Sil.* 3.
7 *Iudex.* ——————ſcit iudicis vrna
Dictæi. *Stat. The.* 8.
7 *Arbit.orci.* Non tamē immeritò Minos ſedet arbiter Orci. *Prop.* 3.
7 *Quæſitor.* Quæſitor Minos vrnam mouet. *Virg.Æn.6.*
5 *Gortynius.*—hunc bello repetens Gortynius Heros,
Attica Cretæâ ſternebat rura ſagittâ. *idē in Ceiri.*

3 *Creſſius.* 2 *Cretæus.*

MINOTAVRVS.

Ex Seruio *ad* lib. 6 Æneid. Virg. Paſiphae Solis filia, Minois regis 1 Cretæ vxor, Tauri amore flagrauit: & arte Dædali incluſa, intra vaccam ligneam, ſeptam corio iuuencæ pulcherrimæ, cum Tauro concubuit: vnde natus eſt Minotaurus, qui intra labyrinthum incluſus, humanis carnibus veſcebatur. *Veritatem hiſtoriæ idem author paulò poſt tetigit:* Taurus, Notarius Minois fuit, quem Paſiphae amauit; cum quo in domo Dædali concubuit: & quia geminos peperit, vnum de Minoe, & alterum de Tauro, enixa eſſe Minotaurum dicitur. *Fingunt autem Poetæ Minotaurum fuiſſe ſemihominem, 2 & ſemitaurum. Eum Theſeus occidit. Dicitur Gnoſſius, à 3 Gnoſſo vrbe Cretæ.*

Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtáque furto
Proles 2 biformis. Paſiphae, miſtúmque genus, prolés que biformis
Minotaurus ineſt, Veneris monimēta nefādæ. *Vir. Æ. 6.*
Indomitus. Indomito nec dira ferens ſtipendia Tauro. *Catul.*
1 *Creſſius.* ——————aut quis Creſſius
2 *Taurus biformis.* Dædalea vaſto clauſtra mugitu replens
Taurus biformis. *Sen. Her.œt.*
3 *Gnoſ.mōſt.* Monſtríque cæcam Gnoſſii vidit domum. *idem.*
2 *Semifer.* ———ſemiferi Gortynia tecta iuuencī. *Claud.*
Sæuus. Quum ſæuum cupiens contra contendere
monſtrum. *Catul.*
2 *Monſtrum biforme.* ——————fœdúmque patebat
Matris adulteriū monſtri nouitate biformis. *Ou.met.* 8.

2 *Vir ſemibos.* 2 *Bos ſemiuir.* *Monſtrum ambiguum.*

MINYÆ.

Vide ARGONAVTÆ.

Fuerunt populi Theſſaliæ, quos in expeditione Colchica Iaſon comites habuit.

Cogniti remis. ——Minyæ, gens cognita remis. *Lucanus 6.*
Fortes. Sic fortes Minyas, ſubito cum funere Tiphys
Deſtituit *Stat. The. 8.*
Magnanimi. Magnanimos Minyas. Argoáq; vela canẽtẽ. *Valerius 6.*

MISENVS

——Miſenum in littore ſicco
Vt venẽre vident indignâ morte peremptum,
Æolides. Miſenum Æoliden, quo non præſtantior alter
Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circùm
Inſignis lituo. Et lituo pugnas inſignis obibat, & haſta.
Poſtquam illum victor vitâ ſpoliauit Achilles,
Fortiſſimus Heros. Dardanio Æneæ ſe ſe fortiſſimus Heros
Addiderat ſocium, non inferiora ſecutus.
Sed tum fortè cauâ dum perſonat æquora conchâ
Demens, & cantu vocat in certamina diuos·
Æmulus exceptum Triton (ſi credere dignum eſt)
Inter ſaxa virum ſpumoſâ immerſerat vndâ.
Tubicen Troiæ. Quâ iacet & Troiæ tubicen Miſenus arena,
Et ſonat Herculeo ſtructa labore via. *Propert. 3.*

MITRA.

Velamen capitis eſt, in vſu olim apud 1 Sidonios, 2 Tyrios, 3 Phrygios, vel 4 Mæonas, 5 Lydios, Aſiæ populos.

Te decet vernis comam floribus cingi,
2 Tyria. Te caput Tyria cohibere mitra. *Sen. OEdip.*
Aurata. —mitra cęſariem cohibens aurata virilem. *Prud. Pſych.*
4 Mæonia. Mæonia mentum mitra crinémque madentem
Subnixus *Virg. Æn 4.*
1 Sidonia. Quæ cùm Sidoniæ nocturna ligamina mitræ
Soluerit. &c. *Propert. 4.*
Candida laxatis onerato colla corymbis,
5 Lydia. Cinget Baſſaricas Lydia mitra comas. *idem 3.*
Picta. Ille etiam picta redimitus tempora mitra. *Ouid met. 4.*
Subtilis. Non flauo retinẽs ſubtilem vertice mitrã *Catul.*
Teres. Inque orbem tereti mitra redeunte capillum
Strinxerat, & virides flaueſcere iuſſerat angues. *Cl. in Eutr. 1.*

Splendida. Nobilis. Diues. Purpurea. 3 Phrygia.

MODVS.

Propriè rationem ſignificat, id eſt, menſuram ſiue formam, pro quibus etiam transfertur ſignificatio ad carmina, & verſus, qui cum menſura forma, & quadam ratione conduntur.

——magnis iniuria pœnis
Iuſtus. Soluitur, & iuſtum præterit ira modum. *O. Faſt. 5.*
——& quæ molliſſima fandi
Dexter. Tempora, quis rebus dexter modus. *Virg. æn. 4.*

MODI, in Muſica, & verſibus.

Epitheta quæ carminibus verſibuſque, eadem, & modis conueniunt.

Rudes. Dumq; rudē præbente modū tibicine Thuſco. *O. de ar 1.*
————luctus in carmina verto
Diſcordes. Diſcordeſque modos, & ſingultantia verba
Molior. *Stat. ſyl. 5.*
Flebiles. Tu ſemper vrges flebilibus modis
Myſten ademptum. *Hor. car. 2.*
Nec dirum Annibalem nec Siculum mare
Molles. Pœno purpureum ſanguine mollibus
Aptari citharæ modis. *Ibidem.*
Dulces. Dulces docta modos, & citharæ ſciens. *Hor. car. 3.*
Lyrici. ——nec norat lyricos illa, vel illa modos. *Ouid. ep. 21*
Niliaci. Et modo Niliacis carmina luſa modis. *Ou. de art. 3*
Canori. ————longa canoros
Dant per colla modos. *Virg. æn. 7.*
Phrygij. Tibia dat Phrygios, vt dedit ante modos. *Ouid faſt. 4.*
Sic Maro, nec Calabri tentauit carmina Flacci
Pindarici. Pindaricos poſſet cum ſuperare modos. *Mar. ep. 8.*
Laſciui. Blandi. Pierij. Phœbei. Apollinei.

MOENIA.

Ingentia. Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes
Mœnia. *Virg. æn. 1.*
Ardua. Atq; hinc vaſta palus, hinc ardua mœnia cingūt. *V. Æ. 12*
Turrita. Quid tibi turritis incingere mœnib⁹ vrbes. *Ouid. A 3.*
Celſa. Factaque Telegoni mœnia celſa manu. *Oui. faſt. 3.*
Alta. Alta ſub Anchiali mœnia findat iter. *Oui. triſt. 1.*
Inclyta ————————& inclyta bello
bello. Mœnia Dardanidum. *Virg. æn. 2.*
Vaſta. Quæq; capit vaſtis immēſum mœnibus orbē. *O. Pōt. 2.*
Lata. Mœnia lata videt, triplici circumdata muro. *Virg. æn. 6.*
Auguſta. Centum oratores auguſta ad mœnia regis
Ire iubet. *Virg. æn 7*

MOEROR.

V. Triſtitia, Luctus, Dolor.

Paſtus fletu. Et mœror paſtus fletu, & ſine ſanguine pallor. *Silius* 13.
Grauis. ——mœrore graui deducit,& angit. *Hor.de ar.Poet.*
Semper clade domus multis in luctibus,inque
Perpetuus. Perpetuo mœrore, & nigra veſte ſeneſcant. *Iuu.ſat.*10.

MOLA.

Mola, à molito farre, dicitur far toſtum, & ſale ſparſum, quod eo molito hoſtiæ aſpergantur: ex Feſto.

Tu cum pro vitula ſtatuis dulcem Aulide natam
Salſa. Ante aras, ſpargiſq; mola caput improbe ſalſâ. *Hor.ſat.*2
Ipſe procuraui, ne poſſent ſæua nocêre
Sancta. Somnia, ter ſancta deueneranda mola. *Tibul.*1.

MOLA PISTRINARIA.

Scabra. Vt rudit à ſcabrâ turpis aſella molâ *Oui. d. a.* 3
Pumicea. Et quæ pumiceas verſat aſella molas. *Oui.faſt.*6.

MOLES.

Ingens. Ingentemque Gyas ingenti mole chimærâ. *Virgil.æn.*3.
Solida. Eſſe locum ſolidæ tutum munimine molis. *Oui. met.*4.
Magna. Tum poteris magnas moles cognoſcere eorũ. *Lucret.*6.
Ardua. Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles. *Lucanus* 8.
Præcelſa. ——præcelſis quarum vaga molibus vnda
Creſcit. *Stat. ſyl.* 1
Immenſa. Molem immenſam humeris,& vix tractabile pondus
Impoſuit. *Stat.ſyl.* 5.
Saxea. ——ſtat ſaxea moles. *Stat.Th.*6.
Aeria. ——aeriamque educere molem. *Stat. ſyl.*5.
Immanis. Immanem Teucri molem voluuntque ruuntque *V.æn.*9.
Vaſta. Ipſum inter pecudes vaſta ſe mole mouentem
Paſtorem Polyphemum, &c. *Virg.æn.*3.
Prærupta. Vltima præruptâ cornua mole rigent. *Ouid.ep.*5.
Craſſa. Craſſa mole leo. *Cl.in Eutr.*2
Denſa. ——denſaque ad muros mole feruntur. *Vir. æn.* 12.
Arenoſa. Celſus arenoſa tollit ſe mole Pelorus. *Silius* 14.

MOLORCHVS.

Paſtor quidam iuxta Nemeam ſyluam habitans, non longè à Cleonis 1 oppido; apud quem diuerſatus Hercules, leonem Nemeaum occidit.

Pauper. Nõ te Lerna nocẽs, nec pauperis arua Molorchi. *St ſyl.*3
1 *Cleonæus.* Sacra Cleonæi, vincunt vineta Molorchi, *Stat.Th.*4.
Placidus. Vtque fuit quondã placidi conuiua Molorchi. *Mar.ep.*9.

MOLOSSVS. *Vide* CANIS.

Acer. Veloces Spartæ catulos, acrémq; moloſſū. *Virg. Geor.* 3.
Velox. Cōcita veloces fugeret cū dama moloſſos. *Mar. de ſpec.*
Latrator. Retia dum ceſſant, latratoréſque moloſſi. *idē epig.* 14.

MONILE.

Baccatum. Nō niueo retinens baccata monilia collo. *Vir. in Ceiri.*
Auratum. ——ornabant aurata monilia collum. *Ouid. met.* 5.
Gemmatū. Pendebant tereti gemmata monilia collo. *idem met.* 10
Fuluum. ——fuluo micat ignea gemma monili. *Silius* 8.
Contextum gemmis. ————cuicúnque monile Contextū gēmis, aut prædia culta fuiſſent. *Claudianus.*
Auro textili fulgens. ——& auro textili Monile fulgens. *Seneca.*
Longum. Dat digitis gēmas, dat longa monilia collo. *Ouid. met.* 10
Aureum. Aurea pectoribus demiſſa monilia pendēt. *Virg. Æn.* 7.

MONITVS. MONITVM.

Pro oraculis, & iuſſis deorum hic ponitur.

Tremendū. ————matríſque tremenda
Carmentis nymphæ monita. *Virg. Æn.* 8.
Cæleſte. ————adeò cæleſtibus ambo
Diſſidunt monitis. *Ouid. met.* 1.
Diuûm. Hoc acies capo monitis exercita diuûm. *Virg. Æn.* 8.
Vatum monitus. Et Vatum timeo monitus, quos igne Pelaſgo
Ilion arſurum præmonuiſſe ferunt. *Ou. epiſt.* 16.
Diuinus. Namque ego diuino monitu, ne neſcia pecces
Aduehor: & cœpto nō leue numen adeſt. *idem epiſt.* 15.
Fidelis. Inde futurorum certi, quæ cuncta fideli
Priamides Helenus monitu prædixerat. *idem met.* 13.
Occultus. Si licet occultos monitus audire deorum
Vatibus. *idem faſt.* 3.
————Vatum prædicta priorum
Terribilis. Terribili monitu horrificant. *Virg. Æn.* 4.
Siniſter. Siue errore malo Troiæ, monitíſq; ſiniſtris. *idem Æn.* 10
—Vatéſque canunt, pecudúmque per aras
Terrificus. Terrifici monitus iterant. *Valerius* 1.

MONS.

Altus. Maioréſq; cadūt altis de montibus vmbræ. *Virg. Ecl.* 1.
Arduus. Mōs ibi verticib⁹ petit arduus aſtra duob⁹. *Ouid met.* 1.
Ferus. —montéſque feri, ſyluǽque loquuntur. *Virg. Ecl.* 5.
Solus. ——ſolos ſpectabis Cynthia, montes. *Propert.* 2.
Durus. ——duros montes, & frigida ſaxa, &c. *idem* 1.
Nemoroſus. Sæpè canes fruſtrà nemoroſis montibus errāt. *O. de ar.* 3

Vmbroſus. Ceu colis vmbroſi deuia montis aper. *Tibul.* 4.
Præruptus. Ac tũ præruptos triſtẽ cõſcendere mõtes. *Catul.*
Frondoſus. ——& natam frondoſis montibus abdit. *Virg. Æn.*7.
Aerius. Monte ſub aerio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur. *idem æn.*6.
Opacus. ————————montes vmbrantur opaci. *idem æn.* 3.
Saxoſus. Naſcuntur ſteriles ſaxoſis montibus orni. *idem Geor.*2.
Ipſi lætitiæ voces ad ſydera iactant
Intonſus. Intonſi montes. *idem Ecl.* 5.
Opert. arb. Per tamẽ & cãpos, & opertos arbore mõtes. *Ou. met.*5.
Iniquus. ————per iuga montis iniqui
Ire comes. *idem met.*10
Incultus. Vrſa per incultos errabat ſquallida mõtes. *idem faſt* 2.
Pomifer. —pomiferis poſitos in montibus hortos. *idem Pont.*1.
Vitas hinnuleo me ſimilis Chloe,
Auius. Quærenti pauidam montibus auiis
Matrem. *Hor. car.*1.
Inacceſſus. Scandit inacceſſos brumali ſydere montes. *C. de bel. Ge.*
Secretus. Secretos montes, & inambitioſa colebat
Rura. *Ou. met.*11.
Abruptus. ————montis abrupti latus. *Sen. Her. œt.*
Anhelus. ————faſtigia montis anheli. *Cl. de rap.*3.
Deuexus. Cernere deuexis redeuntẽ montibus opto. *Valerius* 3.
Gelidus. Quã mallẽ in gelidis montibus eſſe lapis. *Tibul.* 2.
Nubifer. Nubiferos montes, & ſaxa minantia cælo. *Silius* 4.
Durus. Illius & duri fleuere ſilentia montes. *Claudianus.*
Lapidoſus. Frõde tegi ſyluas, lapidoſos creſcere mõtes. *Ouid. met.*1
Summus. ————ſummo cùm monte videmus
Ipſũ inter pecudes vaſta ſe mole mouentẽ. *Vir. æneid.*3.
Supremus. At chorus æqualis Dryadum clamore ſupremos
Implerunt montes. *idẽ Georg.*4.
Vicinus aſtris. Editus. Procerus.

MONSTRVM.

Ingens. Monſtrũ immane, ingẽs, cui lumẽ adẽptũ. *Virg. Æn.*3.
Sæuum. —ſæuum cupiens contendere monſtrum. *Catul.*
Vipereum. Viperei referẽs ſpoliũ memorabile mõſtri *Ouid. met.*5.
Mirabile. ————monſtrum mirabile taurus
Parte fuit, ſerpens poſteriore fuit. *idem faſt.*3.
————daret vt catenis
Fatale. Fatale monſtrum. *Hor. car.*1.
Rabidum. ——ſunt & rabidis iura inſita monſtris. *Stat. Theb.*1
ruentum. ————ruſus iubet ire cruento

Inferias monſtro iuuenes. *Stat.Theb.1*
Infame. ———monſtrúmque infame futuris
Excidat. *idem Th. 11.*
Trux. —trucibus monſtris Sirin,infandúmque dediſti
Cercyona. *idem Th.12.*
Horridum. ———quidquid horridum tellus creat,
Terribile. Inimica quidquid pontus,aut aer tulit,
Peſtilens. Terribile, dirum, peſtilens, atrox, ferum
Ferum. Fractum, atque domitum eſt *Sen. Her.fu.*
Vaſtum. Tũc vaſta trepidãt mõſtra, Cẽtauri truces. *ibid.*
Impium. Monſtrum impium,ſæuúmque,& immite,ac ferum
Immite. Oberrat. *ibid.*
Horribile. Mõſtrũmq;ſæuũ, horribile iãdudũ auehe. *Sen. Med.*
Furens. Nec mota eſt iaculo mõſtri ſine more furẽtis. *Pru.Pſyc.*
Exitiabile. ———monſtrum exitiabile, & irâ
Telluris genitum. *Silius 6.*
————ingenti robore ſe ſe
Infandum. Occulit,infandũ ſi poſſet fallere monſtrũ. *ibid.*
Minax. ———monſtríſque minacibus vrbem
Territat. *Val. 5.*
Immane. ———immania monſtra
Perferimus. *Virg.Æn.3.*
Terrificum. Suppoſita monſtri colla terrifici leuet. *Sen. Her.fu.*
Infœlix. *Deteſtabile.* *Dirum.*

MONVMENTVM. *V.* Sepulchrum.

Perenne. Exegi monumentum ære perennius. *Hor. car. 3.*
Diuturnum Et diuturna magis ſunt monumenta mei. *Ouid.triſt.3.*
Manſuetũ. Quin etiã mãſura dabo monumẽta per æuũ. *idem met.5.*
At puto funeribus dotabere,regia Virgo,
Auitum. Cõdetúrq; tuũ monumẽtis corpus auitis. *idem met.13.*
Vetuſtum. *Æternum.* *Perpetuum.*

MORA.

Segnis. ———en age, ſegnes
Rumpe moras. *Virg Geor.3.*
Lenta. Nec miſeram lentâ ferreus vre morâ. *Ouid.epiſt.3.*
Ignaua. ——ignauæ fert mala damna moræ. *ide de arte 1.*
Turpis. Belláque per turpes longiùs iiſſe moras. *idẽ de arte 2.*
Tarda. Dum fierent tardâ dulcia poma morâ. *idem faſt.2.*
Obliqua. Et variâ obliquas necteret arte moras. *Mar.de ſpec.*
Inanis. Hæc inter terimus moras inanes. *Sid. Ap.pan.*
Longa ———longâ ducere verba morâ. *Propert. 1.*
Immenſa. Cogit,& immenſas increpat vſque moras. *Ouid.epiſt.1.*

Annoſa. Viribus annoſæ facta caduca moræ. *idem faſt.5.*
Parua. Differ, habēt paruæ cōmoda magna moræ. *idem faſt.3.*

MORVM. *MORA, fructus.*

Sanguinea. Sāguineis frontē moris,& tempora pingit. *Virg.Ecl.6.*
Nigra. ———nigris prandia moris
Finiet. *Hor. ſer.2.*

Cruenta.

MORVS. *Arbor.*

Ardua. Ardua morus erat, gelido contermina fōti. *Ouid.met.4.*

MORBVS

Pallens. Pallētéſq; habitāt morbi, triſtíſq; ſenectus. *Virg.Æn.6.*
Triſtis. ———triſti languebunt corpora morbo. *Vir. Geor.4.*
Moroſus. Nec mihi moroſi veniant faſtidia morbi. *Ou.de ar.2.*
Iners. Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti *idē met.7.*
Exanguis. Pallidaq; exāgui ſquallebāt corpora morbo *idē met.15.*
Acutus. Quòd latꝰ, aut renes morbo tētētur acuto. *Horat ſat.2.*
Immanis. Suſcipere immanes morbos, durūmq; dolorē. *Lucret.3.*
Immenſus. Vnde queat vis immēſi procreſcere morbi. *Lucret. 6.*
Crudelis. Ipſaque crudeles ederunt oſcula morbi. *Mar.epig 11.*
Cruentus. Fauet cruentis forſitan morbis dolor. *Sen.Her.œt.*
Peſtifer. Morbus quoque peſtifer, artus
Qui nunc populatur anhelos. *Prud.Cath.*
———ceu dira per omnes
Fœdus. Manarent populos fœdi contagia morbi. *Sil. 11.*
Malus. Luctꝰ edax, maciéſq, malis comes addita morbis. *id.13.*
Graſſans. ———ereptam morbis graſſantibus armat
Marcellus pubem. *idem 14.*
Grauis. Nāmq; graues morbi ſubeūt, triſtíſq; ſenectus. *Nemeſ.*
Teter. Ipſe valere opto,& tetrū hunc deponere morbū. *Catul.*
Impatiens. Impatiénſque ſui morbus, liuórque ſecundis
Anxius. *Cl.in Ruf 1.*

Pallidus. Durus. Dirus. Longus.
Lethalis. Violentus. Peſtilens. Lethifer.

MORS.

Dura. ———& duræ rapit inclementia mortis. *Virg.Geor.3.*
Frigida. Et cū frigida mors anima ſeduxerit artus. *idem Æn. 4.*
Indigna. Vt venēre, vidēt indignā morte perēptū. *idem Æn. 6.*
Longa. Cōplexu in miſero lōgā ſic morte necabat. *idem Æn. 8.*
Infanda. ———omnes infanda in morte reliqui. *id. Æn. 10.*
Extrema. Extrema iā in morte parant defendere telis. *idem Æn. 2.*
Violenta. Abſtineas auidas, mors violenta, manus *Tibul. 1.*
Atra. Abſtineas, mors atra, precor. *ibid.*

Rapax. Illic eſt,cuicúnq; rapax mors venit amanti. *ibid.*
Amara. Tum mihi non vllo mors ſit amara loco. *Propert. 1.*
Cruenta. ——————ſæpè cruenta
Traiectam gladio morte perire iuuat. *Ou.epiſt.2.*
Gelida. Stulte quid eſt ſomnus,gelidæ niſi mortis imago? *id.am.2*
Importuna. Scilicet omne ſacrũ mors importuna profanat. *id.am.3.*
Cærulea. Lumina cærulea iam iam nutantia morte. *idem ad Liu.*
——————cruciatáque duris
Stygia. Corpora tormẽtis Stygiæ demittite morti. *idem met.3.*
Lenta. Paulatim lenta conſumitis omnia morte. *idem met.15.*
Pallida. Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regúmque turres. *Hor.car.1.*
Infanda. Accipit infandæ iuſta exequialia mortis. *Stat.Th.11.*
——nec pietas moram
Rugis, & inſtanti ſenectæ
Indomita. Afferet, indomitæque morti. *Hor.car.2.*
Dira. Mors ante oculos dira vagatur. *Sen. Octau.*
Noxia. Mors indiuidua eſt noxia corpori. *idem Tro.*
Abominãda. Nec abominãdæ mortis auſpicium pauet. *ibid.*
Grauis. Illi mors grauis incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur ſibi. *id. Thyeſt.*
Horrida. —fractáque non ſemel —Eſt mors horrida. *id.H.OEt.*
Immitis. —iacet immiti conſũptus morte Tibullus. *Tibul. 3.*
Sæua. ——quem mors tam ſæua manebat, &c. *Iuuen.ſat.4.*
——quam thalamo, tædíſque iugalibus
Inuida. Inuida mors rapuit. *Auſ.parent.*
Inextricabilis. ————mors inextricabilis
Longos dolores protrahet. *Prud. de cor.*
Suprema. —imploraſſe tamen iam morte ſuprema
Haud fruſtra fuit. *Silius 5.*
Lurida. —nigrum pandens mors lurida rictum,
Itque,reditq,vias,& portis omnib' inſtat. *idem 13.*
Acerba. ——fuga vos ab acerba morte reduxit. *Ou.met.14.*
Rigida. ——rigida proſtrati morte iacebant. *Lucret.6.*
Crudelis. ——incautum crudeli morte ſodalis
Excipit. *Vir.aneid.10*
Mœſta. —mœſtæ ſolatia morti—Phœbe paras. *Stat.Theb.*
Formidabilis.—Tartareæ ſedes,& formidabile regnum
Inexpleta. Mortis inexpletæ. *idem Th.4.*
Nigra. *Tetra.* *Immanis.* *Auida.* *Nefanda.*

MORS IMMATVRA.

Immatura. ——quod ſi immatura manebat mors natum. *Vir. æneid.* 11
Celeris. Deſeruit celeri morte Seuerus opus. *Ou. Pont.* 4.
Cita. Abſtulit clarum cita mors Achillem. *Hor. car.* 2.
——quem mors tam ſæua manebat,
Feſtinata. Et domini gladius tam feſtinata. *Iuuen ſat.* 4.
Properata. Vel præceſſiſſet mors properata fugam. *Ouid. triſt.* 3.
Præmatura. Inopina. Immerita.

MORS CLARA. *Vide* LETHVM.

Honora. ——vigor inde animis,& mortis honoræ Dulce ſacrum. *Stat. Th.* 4.
Clara. Nunc mors legatur clara,memoranda,inclyta,
Memorãda. me digna. *Sen. Her. œt.*
Inclyta. —vim dolorum mors ſequatur inclyta. *Prud. de cor.*
Pulchra. —pulchrámque petunt per vulnera mortẽ *Vir. Geor.* 4.
Placida. Dulcis,& alta quies,placidæq;ſimillima morti. *id. æn.* 6.
Blanda. Blandáſque mortes,gaudiúmque crudele. *Mar. epig.* 3.
Decora. Dulce, & decorum eſt pro patria mori. *Hor. car.* 3.
Beata. Tum quia nec genitrix,iuxta poſitúſque beata morte pater. *Stat. Theb.* 8

MORS INHONESTA.

Ignaua. Nec liceat pauidis ignaua occumbere morte. *Lucan.* 4.
Obſcura. Sed mortẽ obſcurã,miſerãdáq;funera paſſi. *Stat. Theb.* 3
Inhonorata. —inhonoratam Fibrenus cernere mortem,
Famæ nuda. Et famæ nudam, impatiens. *Silius* 4.
Pudenda. ————————morte pudenda In morem pecudum effudêre cubilibus atris Illaudatam animam. *idem* 14.
Turpis. ——turpi morte, maláque, &c. *Lucretius* 6.
Inuiſa. Non inuiſa eſt mors iſta mihi *Sen. Octau.*
Miſera. Nec tamẽ infœlix,miſerã ſolabere mortẽ. *Vir. æneid.* 10
Ignobilis. *Illaudata. Indecora. Inhoneſta. Indigna.*

MORSVS. *Vide* VVLNVS.

Ferus. Et ſcelerata fero conſumit viſcera morſu. *Ouid. met.* 4.
Auidus. Ille auidos morſus velocibus effugit alis. *ibid.*
Funeſtus. Pars quoq; de nobis funeſto ſaucia morſu *idem met.* 11.
Cruentus. Dira canum rabies,morſu depaſta cruento. *Stat. Theb.* 1.
Venenatus. ——venenati per liuida corpora morſus. *Prud. Ench.*
Hians. Sæua canum rabies morſus auertit hiantes. *Propert.* 3.
Acer. Et acres ſolet incitare morſus. *Catul.*
Lacer. Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu. *Ouid. met.* 8.

A tille ſæuus, matre ſummotâ, leo
Vaſtus. Prædam minorem morſibus vaſtis premens
Frangit, vehítque. *Sen. Tro.*
Triſtis. Et triſtes animi cauere morſus. *Mar. epig.* 12

Liuidus. Aſper. Fulmineus.

MOS.

Vetuſtus. ———referunt monumenta vetuſti
Moris. *Ouid. faſt.* 2.
Priſcus. ———priſcôque deos ex more precatus. *idem met.* 15
———quibus
Deductus per omne tempus. Mos vnde deductus per omne
Tempus, Amazonia ſecuri
Dextras obarmet. *Hor. car.* 4.
Solennis. ———ſolenni more ſacrorum
Perfecto, &c. *Lucret.* 1.
Antiquus. Mos erat antiquis, &c. *Oui. met.* 15.

Patrius. Conſuetus. Inſuetus.

MORES.

Egregij. ———egregios inuitant præmia mores. *C. de la. St.* 2.
———& vires, animúmque, moréſque
Aurei. Aureos educit in aſtra. *Hor. car.* 4.
Probi. Dii probos mores docili iuuentæ. *idem epod.*
Placidi. —placidos mores, largúmque nitorem
Monſtret auus. *Stat. ſyl.* 4.
Modeſti. ———moréſque modeſti
Fortunâ creſcente manent. *idem ſyl.* 5.
Honeſti. ———tradat mater honeſtos,
Aut alios mores, quàm quos habet. *Iuuen. ſat.* 6.
Pacifici. Huius pacificis debemus moribus omnes. *C. de la. St.* 3
Recti. Cætera qui vitæ ſeruaret munia recto
More. *Hor. epiſt.* 2.
Teneri. ———teneris heu lubrica moribus ætas! *Cl. de rapt.* 3.
Æqui. Qui lætũ ingeniũ, mores qui diligit æquos. *Auſon. par.*
Boni. ———bonos mores legibus antetuli. *idem edyl.*
Graues. ———grauibúſque latet ſub moribus ætas. *Cl. Au pan.* 2
Pudici. Nam tibi cũ facie mores natura pudicos. *Ouid. triſt.* 3.
Puri. Nobiles. Seueri. Honeſti. Verecundi.
Virginei. Caſti. Modeſti. Lepidi. Mites. Patrij.

MORES BARBARI, & IMPVRI.

Siniſtri. Cuius ob auſpiciũ infauſtũ, moréſq; ſiniſtros. *Vir. Æ.* 11.
———ea gloria genti
Infandi. Infando de more, &c. *Stat. Th.* 4.

Feri Emollit mores, nec ſinit eſſe feros. *Ou. Pont. 2.*
Barbari. ———tollite barbarum
Morem, verecundúmque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis. *Hor. car. 1.*
Effreni. ———effreni laxentur in otia mores. *Stat. The. 7.*
Peregrini. Prima peregrinos obſcœna pecunia mores
Intulit. *Iuuen. ſat. 6.*
Ferini. ———immanes populi de more ferino. *Pru. in Sy. 1.*
Malignus. ———————ni more maligno
Fallerer auguſtas occultus proditor aures. *C. de la. St 1*
Indomiti. ———indomitos accepit regia mores. *Silius 14.*
Rabidi. Pertinet ad faciē rabidos compeſcere mores. *O. de ar. 2.*
Mendoſi. ———mendoſos defendere mores. *idem am. 2.*
Diri. Is genti mos dirus erat. *Silius 16.*
Curui. Haud tibi inexpertū eſt curuos deprēdere mores. *Pe. ſ. 3*
———ad mores natura recurrit
Damnati. Damnatos, fixa, & mutari neſcia. *Iuu. ſat. 13.*
Inuerſi. Prô curia, inuerſíque mores! *Hor. car. 2.*

Obſcœni. Gigantei. Incompoſiti. Diſcincti.
Improbi. Rigidi. Corrupti. Peruerſi.
Criminoſi. Praui. Molles. Immanes.

MOTVS.

Vel motus 1 ſaltationem ſignificabit, vel tumultum 2 ex ira aut furore: quibus ſignificatis ſua propria epitheta attribues ex capitibus Tumultus, Ira, Furor, Chorus, Lætitia, Gaudium, &c.

1 *Incōpoſit⁹.* Det motus incōpoſitos, & carmina dicat. *Vir. Geor. 1.*
1 *Ionicus* Motus doceri gaudet Ionicos, &c. *Hor. Car. 3.*
Inſolitus. ———inſolitis tremuerunt motibus Alpes. *ibid.*
Facilis. Et faciles motus mens generoſa capit. *Ouid. triſt. 3.*
Aſſiduus. Sēper, & aſſiduo motu res quæq; geruntur. *Lucretius 1.*
2 *Cæcus.* Hoſtium vxores, puerique cæcos
Sentiant motus orientis Auſtri, &
Æquoris nigri fremitum, & trementes
Verbere ripas. *Hor. car 3.*
Celer. Nunc age quā celeri motu ſimulachra ferūtur. *idem 4.*
Ingens. ———ingenti motu ſtupefactus aquarum. *Vir. Geor. 4.*
2 *Diſcors.* Diſcordéſque ſerit motus. *Stat. Th. 10.*
2 *Efferus.* ———recurſat huc, & huc motu effero. *Sen. Med.*
Leuis. ———ſegetúmque leui percurrere motu. *Cl. Aug. pan.*
Vanus. ———motu iactans——— Brachia vano. *Sen. Her. fu.*
Ferox. ———& caput feroci
Quatiens ſuperba motu,

	Regi minatur vltrò.	*Seneca Med.*
Incertus.	——incerto diſcurrunt ſydera motu.	*Lucanus 1.*
2 Anceps.	Anceps motus erat vulgi.	*Cl.in Ruf.1.*
2 Trux.	Adde truces Lepidi motus.	*Lucanus 8.*
	Rebellis. Magnus.	

MVCRO. *V.* Ensis.

Coruſcus.	——ſtat ferri acies, mucrone coruſco.	*Vir.aneid.2.*
Strictus.	——————ſtrictis mucronibus imas	
	Obſedêre fores	*ibidem.*
Ferreus.	Ferreus ad coſtas alto ſtat vulnere mucro.	*Vir.aneid.11*
Niger.	——nigris addunt mucronibus iras.	*Stat.Achil.1*
Cruentus.	———ſequitur mucrone cruento.	*Cl.Eutr.2.*
	————————carnifex	
Diſtrictus.	Mucrone diſtricto furens.	*prud. Cath.*
Infeſtus.	Infeſtum condit mucronem.	*Silius 2.*
Fulgens.	Fulgenti dextram mucrone armata, &c.	*ibidem.*
Sæuus.	Alterníq; animas ſæuo in mucrone relinquũt.	*Silius 12.*
Aſper.	————————cautibus aſper	
	Exarſit mucro.	*Lucanus 7.*

MVGITVS.

Luctiſonus.	Et gemitu, & lachrymis, & luctiſono mugitu	
	Cum Ioue viſa queri.	*Ouid.met.1.*
Raucus.	Et lapides viſi mugitus edere raucos.	*idem met 14*
Cæcus.	Cùm ſubitò cæco terra mugitu fremens.	*Seneca Tro.*
Vaſtus.	Delubra vaſto trepida mugitu replet	*id.Her.OEt.*
Terrificus.	Flebile terrificis gemuit mugitibus Ætna.	*Cl.de rap.2.*
Ingens.	Mugitum ingentem cælo dedit.	*Silius 1.*
Dirus.	————mugitus victima diros	
	Edidit.	*Ouid.met.7.*
Creber.	—crebríſque ſonant mugitibus amnes.	*Virg.Geor.3.*
Ferox.	—iámque feroci—Mugitu nemora exterret.	*Silius 16.*
Flebilis.		

MVLCIBER. *V.* Vvlcanvs.

MVLIER. *V.* Foemina.

Doloſa.	————mulier ſi fortè doloſa,	
	Libertúſue ſenem delirus temperet.	*Horat.ſat.2.*
Formoſa.	Deſinat in piſcem mulier formoſa ſupernè.	*idem de ar.*
Caſta.	Vnico gaudens mulier marito.	*Horat.car.3*
Pudica.	Quod ſi pudica mulier, in partem iuuans	
	Domum, ac dulces liberos.	*idem epod.*
Perfida.	Vt Prætum mulier perfida credulum, &c.	*idem car. 3.*
Multiuola.	Quantum præcipuè multiuola eſt mulier.	*Catullus.*
Superba.	*Immoderata. Incontinens. Impudica. Specioſa.*	

MVNDVS. *V. Olympvs. Cælvm.*

Mundus dicitur cælum, & quidquid cæli ambitu continetur. Nam ſicut Græci κοσμὸν *, quod apud nos ornatum ſignificat; ita à perfecta, abſolutáque elegantia vocamus mundum, quòd nihil eo ſit mundius, & pulchrius, & ornatius: & à Græcis ab ornatu* Coſmos *dicitur.*

Æthereus. Iam nox æthereum nigris emenſa quadrigis
Mundum cæruleo lauerat amne rotas. *Tibullus 3.*

Magnus. Alter dictet opus magni mirabile mundi. *idem 4.*

Immenſus. ——ô lux immenſi publica mundi,
Phœbe pater! *Ouid.met.2.*

Vaſtus. —clypeus vaſti cælatus imagine mundi. *idem met.13.*
——————Iuppiter arces

Triformis. Tẽperat æthereas, & mũdi regna triformis *idem met.15*
Eſt locus in medio orbe, inter terráſque, fretúmque,

Triplex. Cæleſtéſq; plagas, triplicís; cõfinia mũdi. *idem met.12*

Capax. Iure capax mundus nil Ioue maius habet. *idem triſt. 2.*

Sublimis. Sublimi totidẽ quia fulgent ſydera mundo. *Manil. 2.*

Libratus. Suſpẽdũntq; ſuo libratũ ex ordine mundũ. *ibid.*

Pulcherrimus. Nonne vides, operum quòd ſe pulcherrimus ipſe
Mundus amore liget? *Clau.pan.7.*

Stelliger. ——ſtelliger mundus ſonet,
Flammas, & hic, & ille iaculetur polus. *Sen.Her.fu.*

Pictus. Et mare, & ignes, & vaga picti
Sydera mundi. *Sen. Thyeſt.*

Cæruleus. Nãq; in cæruleo cãdẽs nitet orbita mũdo. *Manilius 1.*

Vltimus. ————te licet terra vltimo
Summota mundo dirimat Oceani plagis. *Sen. Hip.*

Diues. Deniq; quidquid habet diues, circũſpice, mũdus. *O.m.2*

Nitidus. Annorũ, nitidíq; ſator pulcherrime mũdi. *Mar.epig.4.*

Mœnia mundi. *Moles operoſa mundi.*
Arx ſyderea. *Aere ſuſpenſus.*

MVNVS.

Ingens. Munera quòd ſenibus, viduíſque ingentia mittis,
Vis te munificum, Gargiliane, vocem. *Mar.epig.10*

Dignum. Atqui digna tuo ſi nomine munera ferres. *idem epig. 9.*

Præſtans. —iuuenẽ egregiũ præſtãti munere donat. *Vir. æneid.5.*

Memorabile. ————————(memorabile munus)
Dulichium ſumpſiſſe ducem *Ou.met 14.*

Pretioſum. Nec dominam iubeo pretioſo munere dones. *id.de ar.2*

Magnum. Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti, *Virg. Æn.6.*

Grande.	———munus tua grande voluntas	
	Ad me peruenit,conſuluique boni	*Oui. Pont.* 1.
Inenarrabile.	Vis dare maius adhuc,& inenarrabile munus.	*Mar. ep.* 2.
	——& quandoque potentior	
Largum.	Largis muneribus, &c.	*Hor. car.* 4.
Graue.	——donanti non graue munus erat.	*Mar ep.* 2.
Pingue.	Ne rubeam pingui donatus munere.	*Hor. epiſt.* 2.
Nobile.	Nobile Lyſippi munus,opuſque vides.	*Mar. ep.* 9.
Egregium.	Imbuat egregium digno mihi nectare munus.	*Mar. ep.* 8
Vtile.	———das nobis vtile munus.	*Mar.* 14.
Dulce.	Cui dulce munus redditæ lucis fugit?	*Sen. Hip.*
Solenne.	Cara daret ſolenne tibi cognatio munus.	*Mar. ep.* 9.
Aureum.	Aurea,ſed forſan mendax tibi munera iactat.	*Calphurn.*
	——thalamis qnod nouis potius parem	
Regale.	Regale munus.	*Sen. Her. fur.*
Beatum.	Nec mihi muneribus nox vlla eſt empta beatis.	*Pr.* 2.
Acceptiſſimũ.	—————acceptiſſima ſemper	
	Munera ſunt,auctor quæ pretioſa facit.	*Ouid. ep.* 16.
Amplum.	———eſt inſtar mihi muneris amplui.	*O. Triſt.* 3.

Potens. *Opulentum.* *Diues.*

MVNVS, pro votis, & donario.

	————munera libo	
Intemeratũ.	Intemerata focis.	*Virg. Æn.* 3.
Votiuum.	———puppique tuæ votiua paramus	
	Munera.	*Ou. epiſt.* 21.

MVNERA, in exequiis.

	Ite,ait egregias animas,quæ ſanguine nobis	
Supremum.	Hanc patriam peperere ſuo, decorate ſupremis	
	Muneribus.	*Virg Æn* 11.
Miſerabile.	———ſponſæ munus miſerabile tradunt	
	Declinare genas.	*Stat. The.* 8.
Poſtremum.	Vt te poſtremo donarem munere mortis.	*Catul.*
	His certè manibus fugientis preſſit ocellos	
Vltimum.	Mater, & in cineres vltima dona dedit	*Ouid. am.* 3.
Lachrymabile.	————inania morti	
	Munera dant lachrymas.	*idem met.* 2.
Inane.	———& fungar inani	
	Munere.	*Virg. Æn.* 6.
Extremum.	—extremum hoc munus morientis habeto.	*Virg. Ecl.* 8.
Triſte.	Solennes tum fonte dapes,& triſtia dona	
Solenne.	Libabat cineri Andromache, &c.	*Virg. Æn.* 3.

Funeſtum. *Illatabile.* *Feral-.*

MVREX. Purpura.

Deſguntur epitheta ab illis regionibus,populis, vrbibus apud quas purpuræ vſus maximè inclaruit. Tales erant 1 *Sidon,&* 2 *Tyros (quæ prius Sarra* 3 *vocabatur, vnde Sarranus murex) Phœnicia,*4 *Getulia* 5 *in Africa, &* 6 *Aſſyria, &* 7 *Phocea in Aſia,* 8 *Oebalia in Laconia regiones: Coos inſula in mari Ægeo. Quære inſuper ad Capita Ahenum, Purpura, Venenum, &c.*

2 *Tyrius.* ——Tyrioque ardebat murice læna. *Virg. æn.* 4.
7 *Phocaic⁹.* Phocaico bibulas tingebat murice lanas. *Oui. met.* 6.
4 *Getulus.* Dat tenues tunicas Getulo murice tinctas. *Oui. faſt.* 2.
5 *Afer.* ————te bis Afro murice tinctæ
Veſtiunt lanæ. *Hor. car.* 2.
8 *Oebalius.* Ipſe bis Oebalio ſaturatam murice pallam. *Stat. The.* 9.
9 *Cous.* Rex ipſe Coos æſtuantes murices
Lanam reuolſa diſſipabat fibula. *Prud. Cath.*
3 *Sarranus.* ——Sarrano murice fulgens. *Silius* 15.
Bis coctus. ——bis coctus aheno
1 *Sidonius.* Serica Sidonius fucabat ſtamina murex. *Sid. Ap.*
6 *Aſſyrius.* Aſſyrius murex nec tibi ſigna dabit. *Idem.*
Aureus. Non erubeſcit murice aureo, &c *Mar ep* 3.
Suaue rubẽs. Ipſe, ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, &c. *Virg. Ecl.* 4.
Fulgens. Vobis picta croco,& fulgenti murice veſtis. *Virg. æn.* 9.
Dulce rubẽs. ——nunc dulce rubenti
Murice, nunc viuis digitos incendere gẽmis. *Stat. ſyl.* 2.
Radiatus. ————veſtis radiato murice ſolem
Combibit. *Cl. aug. pan.* 2.

MVRMVR.

Si aquæ leniter 1 *adſtrepentis ſonum, murmur ſignificet: illud pulchrè dixeris* Suaue, Iucundum, Lene, &c. *Si* 2 *plorantium gemitus exprimas, effer* Triſte, Diſſonum, Flebile, Querulum, Mœſtum, Ferale, Illætabile. *Si æquoris nigri* 3 *fremitum: ventorum* 4 *deprælantium fragores: tubarum* 5 *fractos ſonitus: leonum rugitum: tonitruum mugitus deſcribas ſit* Cæcum, Immane, Raucum, Horridum, Graue, Horrendum, Tremendum, Terribile, Dirum, Vagum, &c. *quæ reperies in capitibus.* Tonitru. Tumultus. Sonus. Mare. Ventus. Furor. Horror. ———& omnes

4 *Vẽtoſum.* Aſpice ventoſi ceciderunt murmuris auræ. *Virg Ecl.* 9.
3 *Magnum.* Interea magno miſceri murmure pontus. *Virg. æn.* 1.
Vaſtum. ———vaſto cum murmure montis. *ibidem.*
4 *Cæcum.* Cum depreſſa fremunt ſyluis, & cæca volutant
Murmura. *Virg. æn.* 9.

2 *Illætabile.* Confuſæ ſonus vrbis, & illætabile murmur. *Virg. æn.* 12.

Incertum. Defluit incerto lapidoſus murmure riuus. *Ouid. faſt.* 3.

4 *Immane.* Inter vtrũq; fremũt immani murmure venti *Oui. triſt.* 1.

5 *Horrẽdũ.* Quiq; per infernas horrẽdo murmure valles. *Oui. in ibi.*

5 *Minax.* Iam nunc minaci murmure cornuum

Perſtringis aures. *Hor. car.* 2.

5 *Ferum.* ——tubicen fera murmura conde. *Prop.* 4.

Graue. ——vaſto graue murmur hiatu

Infremuit. *Lucanus* 1.

——confundit murmura primùm

Diſſonum. Diſſona. *Lucanus* 6.

Denſum. ——trepidas denſo cum murmure plumas

Excutit. *Stat. Th.* 3.

Truncum. ——truncum ac flebile murmur

2 *Flebile.* Verba putant. *Stat. Th.* 8.

Rapidum. Fama per Aonium rapido vaga murmure campum

Spargitur in turmas. *Stat. Th.* 9.

4 *Sæuum.* Tunc ſylua gemit murmure ſæuo. *Sen. Hip.*

2 *Ferale.* ——ſenſit ferale Britannia murmur. *Ou. in Ruf.* 1.

Anhelum. ——————murmure anhelo

Infrendens laceros inter ſpatiatur aceruos. *Silius* 2.

————————oculi truces,

Altum. Gemitus, & altum murmur, &c. *Sen. Oed.*

Ingens. ———ſed in ædibus ingens

Murmur erat. *Oui. met.* 7.

Ferum. ——placatque datâ fera murmura portâ. *Val.* 1.

2 *Mœſtum.* ———tum murmure mœſto

Hoc erat, &c. *Ibidem.*

4 *Ferum.* ——ſæui fera murmura venti

Dimittunt. *Silius* 7.

Dirum. Verſabant penitus dirum ſuſpiria murmur. *idem* 11.

5 *Immite.* ——obtuſas immiti murmure ſæuæ

Inter bella tubæ permulcet cantibus aures. *Ibidem.*

Confuſum. Dũque ea confuſo percenſet murmure vulgus. *idẽ* 15

————————perſtrinxerat aures

2 *Triſte.* Murmur triſte. *Ibidem.*

Pauidum. ——pauidoque orantes murmure Franci

Procubuere ſolo. *Cl. Pan.* 17.

5 *Stridens.* ——raucus ſtridenti murmure clangor.

Increpuit. *Silius* 16.

Rabidum. ——rabidoque ita murmure terret. *Valerius* 4.

Fragoſum. ———quorumque impune fragoſa
Murmura paſtores. *Cl. Pan.* 3.
Raucum. ——pro verbis edere raucum
Murmur *Oui.met.* 14.
1 *Iucundũ.* Aſpice labentes iucundo murmure riuos. *O.de re.a.* 1.
Querulum. *Arcanum.* *Tacitum.* *Stridulum.*

MVRVS. V. MOEÑIA.

Coctilis. Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbẽ. *Oui.met.* 4.
Sublimis. Gaudent Italiæ ſublimibus oppida muris. *Cl.Aug.Pa.*
Altus. Præceps vt altis cecidit muris puer. *Sen. Tro.*
Denſus. ——denſi compagem ſoluere muri. *Lucanus* 3.
Validus. ——validis circumdata muris
Tecta tenent. *Lucanus* 2.
Turritus. Oppida turritis cingantur eburnea muris. *Oui. Põt.* 2.
Erectus. ———erectos attollit ad æthera muros. *Silius* 9.
Excelſus. Excelſos tollit pelago circumflua muros. *Idem* 15.
Aerius. ——pars aerij faſtigia muri
Cingit. *Valerius* 2.
Marmoreus.——marmoreo peragit ſpectacula muro. *Calphur.*
Aheneus. Terſi reſurgat murus aheneus
Authore Phœbo. *Hor. Car.* 3.

MVSÆ.

Filiæ Iouis, & 1 Mnemoſines: præſunt carminibus; ideò eas cùm Apolline earum duce Poetæ in inuocationibus ſiue poematum exordijs de more inuocant. Dicuntur Pegaſides à 2 Pegaſo equo volucri cuius vngula adpulſu fons 3 Hippocrenæus, 4 Aganippæus ſeu 5 Caſtalius erupit: 6 Mæonides ab Homero Mæone inſigni poeta: Theſpiades, 7 ab Theſpiis oppido in 8 Aonia ſeu Bœotia regione quæ primò 9 Hyantia vocitata eſt: Heliconides, & Parnaſſides ab 10 Helicone, 11 & Parnaſſo montibus illis conſecratis: Pimplææ à 12 Pimplæo fonte Macedoniæ, cuius aquis gaudebant. Pierides à 13 Piero monte Theſſaliæ, vbi natæ feruntur, vel quod Pieri regis filias certamine cantus deuicerint. Libethrides 14 à Libethro fonte Magneſiæ, & Camœnæ 15 à carminibus.

2 *Pegaſides.* Mollia Pegaſides veſtro date ſerta Poetæ. *Prop.* 3.
Fœliceſque vocat pariter ſtudioque, locoque
6 *Mæonides.* Mæonidas. *Oui. met.* 5.
———ſi qua eſt fiducia vobis
7 *Theſpiad.* Theſpiades certate deæ *ibidem.*
8 *Aonides.* Poſcimur Aonides, ſed forſitan otia non ſunt. *ibidem.*

8 Aoniæ. Talibus Aoniæ facunda voce Camœnæ. *Ouid faſt. 4.*
14 Libeth. Nymphæ noſter amor Libethrides. *Virg. Ecl. 7*
10 Heliconiades. Heliconiadas, Pallidamque Pyrenen
Illis relinquo, &c. *Perſius.*
Alumn. Hel. ———memores Heliconis alumnæ. *Ouid. faſt. 4.*
Iocoſa. Vita verecunda eſt, muſa iocoſa mea eſt. *Oui. triſt. 2.*
———dum pudor
Potentes. Imbelliſque lyræ muſa potens vetat. *Hor. Car. 1.*
Solertes. Sit tibi muſa lyræ ſolers, & cantor Apollo. *Hor. de ar. p.*
Syluestris. Syluestrem tenui muſam meditaris auena. *Virg. Ecl. 1.*
Ruſtica. Pollio amat noſtrã, quamuis ſit ruſtica, muſam. *Vir. Ec. 3*
Aqueſtis. Agreſtẽ tenui meditabor arundine muſam. *Virg. Ecl. 6.*
Dulces. Me verò primùm dulces ante omnia muſæ. *Virg. Ge. 2.*

Sorores doctæ.	*2 Pegaſides.*	*5 Caſtalides.*
5 Grex Caſtalius.	*13 Pieriæ.*	*12 Pimplaides.*
10 Cohors Heliconia.	*13 Pierides.*	*Canoræ.*
9 Hyantiæ ſorores.	*12 Pimpleæ.*	*Vocales.*
1 Mnemoſynes natæ.	*15 Camœnæ.*	*4 Aganippeæ.*
5 Sorores Caſtaliæ.	*Imbelles.*	*3 Hippocreneæ.*
13 Grex Pierius.	*Geniales.*	*11 Parnaſſides.*
Hilares.	*Seueræ.*	*Tragicæ.*

MVSCVS.

Turpis. ———faſtigia turpi
Squallebant muſco *Oui met. 1.*
Mollis. ———molli tellus erat humida muſco. *Oui. met. 8.*
Virens. ———muſcoque adoperta virenti
Manabat ſaxo vena perennis aquæ. *Oui faſt. 3.*
Viridis. ———viridis ſtellanti vellere muſcus
Dependet. *Calphurn.*

MVSTVM. V. Vinum.

Pingue. Præbeat, & pleno pinguia muſta lacu. *Tib. 1.*
Purpureum. Dũ modo purpureo ſpument mihi dolia muſto. *Pr. 3.*
Feruidum. Nec cumulant latos feruida muſta lacus. *Oui. triſt. 3.*
Dulce. Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorẽ. *Vir. G. 1.*

MYCENÆ.

Vrbs eſt in Peloponneſo prope 1 Inachum fluuium, cuius Reges fuerunt 2 Pelops, 3 Thyeſtes, 4 Agamemnon.

4 Agamem. Eruet ille Argos, Agamemnoniaſq; Mycenas, *Vir. an. 6*
2 Pelopeiad. Argoſque, & Sparte, Pelopeiadeſque Mycenę. *Ou. faſt. 3.*
———fugiente per ortus
3 Thyeſteæ. Sole, Thyeſteæ noctem duxere Mycenæ. *Lucanus 1.*

Fortes.	Et patriam Epirum referat, forteſque Mycenas.	*Vir.G.3.*
1 *Inachia.*	Quā pudet Inachias contemptū abijſſe Mycenas!	*St.Th.* 8
Claræ.	——Phriani claraſque Mycenas	
	Seruitio premet.	*Virg. æneı.1.*
Magnæ.	Millia quot magnis nunquā venere Mycenis.	*Vir.æn.2.*
Altæ.	Vile ſolum Sparte eſt, altæ cecidere Mycenæ.	*Oui.faſt.3.*
Dites.	Aptū dicit equis Argos, diteſque Mycenas.	*Hor.car.1.*

MYRICA.

Genus eſt humilis virgulti.

Humilis.	Non omnes arbuſta iuuāt, humileſque myricæ.	*V.Ecl.4.*
Tenuis.	Perpetuoq; virens buxus, tenueſque myricę.	*Ou.me.10.*
Fragilis.	Nec denſum folijs buxū, fragileſque myricæ.	*O.de art.3.*

MYRRHA.

Fuit filia 1 Cinyræ regis inſulæ Cypri: quæ nefando amore patris exarſit, quo nutricis ope potita eſt: ex eoque concubitu Adonim peperit. Id reſciens pater, infelicem gladio perſequutus eſt, ſed fruſtra nam illa in 2 Arabiam fugiens mœrore & lachrymis conſumpta, in arborem ſui nominis mutata eſt. Liquorem ſignificat, qui ex illa arbore inciſâ effluit. Dicitur Orontea 3 ab Oronte fluuio Phœniciæ, & Sabæa ab 4 Saba Metropoli Æthiopiæ regionibus, Arabiæ conterminis.

2 *Arabs.*	Ille Arabis myrrhæ quondā qui cœpit ocellos.	*V.in Cei.*
1 *Cinyreia*	——virgo Cinyreia peruigil igne	
virgo.	Carpitur indomito.	*Oui.met.10*
4 *Sabæa.*	Hirtam Sabæa marcidus myrrhâ comā, &c	*Sen.Her.œt.*
3 *Orontea.*	Aut quid Orontea crines perpendere myrrha.	*Prop.1.*
Lachrym.	Nondū pertulerat lachrymatas cortice myrrhas.	*O.fa.1.*
Fulua.	—cum fuluâ ſubſtrauit corpora myrrha.	*Oui.met.15.*
Pinguis.	Nec mihi iā pingui ſudabūt tempora myrrha.	*V.in Cul.*
Stellata cortice.	Eſt honor, & lachrymis ſtillataq; cortice myrrha.	*O.m.10*

MYRTVS.

Arbor eſt ſacra Veneri, unde dicitur 1 Paphia, 2 Cytherea, & 3 Dionea ab cognominibus Veneris: quorum rationem reperies ad caput proprium. Ea coronabantur Poetæ & Imperatores (vt ait Plinius) quod ei ſicut & lauro, & hedera, folia non decidant.

Teneræ.	Hic mihi dum teneras defēdo a frigore myrtos.	*V.Ecl.7.*
Amans litt.	Pallentes hederas, & amantes littora myrtos.	*V.Ge.4.*
Littorea.	Cingite littorea flauentia tempora myrtho.	*Oui.am.1.*
Met.frigus.	Suſtineamque manu metuentem frigora myrthū.	*ibid.*
1 *Paphia.*	Hic Paphias myrtos, hic purpureos amethyſtos.	*O.dea.3.*
Nigra.	Roſmaris & laurus, nigráque myrtus olent.	*ibid.*

Bicolor. Et bicolor myrtus, & baccis cærula ficus. *Oui. met. 10.*
2 *Cytheræa.* Mota Cytheræá leuiter ſua tempora myrto
Contigit. *Ouid. faſt. 4.*
Viridis. Vos quoq; ſub viridi myrto iubet ipſa lauari. *Ou. faſt. 4.*
——————hedera virenti
Pulla. Gaudeat pullâ magis atque myrto. *Hor. Car. 1.*
3 *Dionæa.* —Dionæam dat Martia laurea myrtum. *Sidon. Apol.*

N.

NABLIVM.

Inſtrumentum eſt muſicum, quod alij pſalterium vocant.

Geniale. Diſce etiam duplici genialia nablia palmâ
Dulce. Vertere, conueniunt dulcibus illa modis. *Ou. de art. 3.*

NAIS. Najas. Najades. Napeæ.

V. DRYAS.

Nymphæ ſunt fontium, fluminũ, maris. Ex Seruio: Nymphæ, *inquit,* montium Oreades dicuntur; ſyluarum Dryades: quæ cum ſyluis naſcuntur Hamadryades: fontium Napeæ, vel Naiades: maris vero Nereides.

——————tibi lilia plenis
Candida. Ecce ferunt nymphæ calathis: tibi candida Nais
Palleates violas. *Virg. Ecl. 2.*
Lubrica. ——————vel lubrica Nais
Forſan, & abruptos tibi demet Hamadryas annos. *St. ſyl. 1.*
Cærula. ——————te cærula mallet
Nais, & apprensâ traxiſſet fortius vrnâ. *Stat. ſyl. 3.*
Æquoreæ. Naiades æquoreæ ſummis in mõtibus ortæ. *Ou. met. 14.*
Sorores. ——planxere ſorores
Naiades. *Oui. met. 3.*
Dominæ ——alios poſcunt mea carmina cœtus:
Vndarum. Naiades vndarum dominas. *Stat. ſyl. 5.*
Puellæ. ——aut qui vos ſaltus habuere puellæ
Naiades indigno cũ Gallus amore periret. *Vir. Ecl. 10.*
Vdæ. ——liquidis incumbunt patribus vdæ
Naiades. *Cl. de rap. 3.*
Faciles ——tu munera ſupplex
Napeæ. Tende petẽs pacẽ, & faciles venerare Napeas. *Vir. Geor. 4*
Vitreæ. *Glaucæ.* *Procaces.*

NÆNIA.

Ex Feſto carmen eſt, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiã.
Mœſta. *Flebilis.* *Lugubris.* *Funerea.* *Funebris.*
Lachrymabilis. *Feralis.* *Triſtis.* *Iuſta.*

NAR.

Fluuius eſt in Italia; cuius aquæ dicuntur Virgilio ſulphureæ.

ſulphureus.	sulphureâ Nar albus aquâ.	*Virg. Æn. 7.*
Præceps.	Narue tulit præceps, & opacæ Farfar⁹ vndæ.	*Ou. met. 13*

NARCISSVS.

Filius 1 Cephiſi amnis, & Liriopes nymphæ: formoſus adoleſcens, ſuæ ipſius pulchritudinis in tantum amator, vt cùm ſe in fonte limpidiſſimo cupidè nimis inſpiceret, nec potiundi daretur copia, deſiderio, & mœrore contabeſcens, in 2 florem, quem eius nomine Narciſſum vocarunt Poetæ, mutatus ſit. Fabulam ad longum expreſſit Ouidius metamorph. 3.

Tener.	ſed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma,	
ſuperbus.	Nulli illum iuuenes, nullæ petiere puellæ.	*Ouid. met. 3.*
Imprudens.	ſe cupit imprudens, & qui probat ipſe probatur.	*ibid.*
Puer miſerabilis.	——quotiéſque puer miſerabilis, eheu! Dixerat.	*ibid.*
2 Croceus.	——croceum pro corpore florem Inueniunt, foliis mediũ cingentibus albis.	*ibid.*
1 Cephiſius.	Nam quater ad quinos vnum Cephiſius annos Addiderat.	*ibid.*
2 Purpureus.	Pro molli viola, pro purpureo Narciſſo.	*Virg. Ecl. 5.*
2 ſuaue rub.	Deponũt flores, aut ſuauerubẽs Narciſſus.	*id. in Ceiri.*

Formoſus.

NARDVM. *NARDVS.*

Ex Plinio lib. 12. cap. 12. Frutex eſt graui, & craſſa radice, ſed breui, ac nigra, fragilique, quamuis pingui, ſitum redolente vt cyperi, aſpero ..pore, folio paruo, denſóque. Cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideò gemina dote nardi ſpicas, & folia celebrant. *In 1 ſyria, & 2 Aſſyria apud Perſas, vnde dicitur Achemenia ab 3 Achemene rege, frequens eſt.*

Purum.	Illius puro diſtillent tempora nardo.	*Tibul. 2.*
2 Aſſyria.	—dũ licet Aſſyriaq; nardo —Potam⁹ vncti.	*Hor. car. 2.*
3 Achemen.	Nunc & Achemenia perfundi nardo iuuat.	*idem epod.*
1 ſyrium.	——ſyrio madetactus tempora nardo.	*Tibul. 3.*
Liquida.	Nec coma vos fallat, liquida nitidiſſima nardo	*O. de a. 3*
Lenis.	Quo ſimul ac caſias, ac nardi lenis ariſtas.	*idem met. 15.*
Diues.	Texta roſis fortaſſe tibi, vel diuite nardo.	*Mar. epig. 13*

NARES.

Patula.	——patulis captauit naribus auras.	*Virg. geor. 1.*
Panda.	————& panda loquenti Naris erat,	*Ouid. met. 3*
Caua.	Pérque cauas nares, oculóſque, auréſque cerebrum	

Molle fluit. *Ou. met.* 12.

Canina. *Piloſa.* *Obeſa.* *Emuncta.*
Acuta. *Adunca.* *Sagaces.* *Tumida.* *Vnca.*

NASAMON.

Populi ſunt Libyæ, pauperrimi; & vt qui ſpolijs nauium in Syrtes (quibus vicini ſunt) impactarum viuant. De illis hæc Lucanus lib. 9.

Hoc tam ſegne ſolum raras tamen exerit herbas,
Gens dira. Quas Naſamon. gens dira, legit: qui proxima Ponto
1 Nudus. Nudus rura tenet: quem mundi barbara damnis
1 Populator. Syrtis alit. Nam littoreis populator arenis
Imminet, & nullâ portus tangente carinâ
Nouit opes: ſic cum toto commercia mundo
Naufragiis Naſamones habent.
——————tum concolor Indo,
Maurus. Maurus, inops Naſamon, mixti Garamante peruſto
1 Inops. Marmaridæ. *Lucanus* 4.
1 Pauper. Regna videt pauper Naſamon errantia vento,
Diſcuſſáſque domos. *Lucanus* 9.
Æquoreus. Hinc coit æquoreus Naſamon inuadere fluctu
Audax. Audax nauigia, & prædas auellere Ponto. *Silius* 3.

NATVRA. *Vide* INGENIVM.

Præterea caſtum ingenium, vultúmque modeſtum
Benigna. Sanguine ferventem tribuat natura benigna,
Larga. Larga manu. *Iuuen. ſat.* 10
Fœcunda. Fœcundámq; min' naturam cernis in illis. *Lucretius* 2.
ParésDeûm. O magna parens natura deûm! *Sen. Hippol.*
Creatr. rerũ. ——————rerum natura creatrix. *Lucretius* 2.
Longæua. ——————vultu longæua decoro
Ante fores natura ſedet. *Claudianus.*

Immortalis. *Solers.* *Potens.* *Ingenioſa.* *Diues.*
Dura. *Docilis.* *Difficilis.* *Fixa.* *Mutari neſcia.*
Agilis. *Velox.* *Eximia.* *Ignaua.* *Mobilis.*
Varia. *Mendoſa.* *Vaga.* *Tetra.* *Inſolens.*
Superba. *Fera.* *Sublimis.* *Acris.* *Impotens.* *Procax.*

NAVALE.

Locus eſt in quo ſtant naues, vel vbi fabricantur: quare vide Portus. Littus.

Longum. Longáque ſubductam celant naualia pinũ. *Ouid. am.* 2.
Cauum. In caua ducuntur quaſſæ naualia puppes. *idem triſt.* 4.
Aptum. ——————aptum nauale carinæ. *id. epiſt.* 14.
Siccum. Haud aliter quàm ſi ſiccũ nauale teneret. *idem met.* 3.

NAVIS.

V. Cymba. Carina. Pinus. Ratis. Puppis.

Valida. Iam validã Ilionei nauẽ, iam fortis Achatæ. *Virg. Æn.* 1.
Celſa. —vos celſis nunc primùm à nauibus itis? *idem Æn.* 2.
Cita. Fundatura citas flectuntur robora naues. *Ou. epiſt.* 15.
Curua. Vtq, labãt curuæ, iuſto ſine põdere naues. *idem met.* 2.
Ærata. Scandit æratas vitioſa naues
Cura, &c. *Hor. car.* 2.
Ingens. Ingentéſque ruit naues, & littora differt. *Lucretius* 1.
Bellica. Non ferrũ crudele eſſet, neq; bellica nauis. *Propertius* 2.
Acta per mare. Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas. *Ouid. faſt.* 1.
————Fert benè præcipites nauis modò facta
procellas. *idem triſt.* 4.
Leuis. ———naue leui nitens, ac lenibus auris. *Catullus.*
Panda. Tum mare veliuolum florebat nauibus pãdis. *Lucret.* 5.

NAVIS *NAVFRAGA.*

———iuſto ſint pondere naues,
Inſtabilis. Pérq; mare inſtabiles nimiâ leuitate ferãtur. *Ou. met.* 2.
Obruta. ———mediis obruta nauis aquis. *idem am.* 2.
Timida. ———timidæ dirige nauis iter. *Ouid. faſt.* 1.
Feſſa. ————feſſas non vincula naues
Vlla tenent. *Virg. Æn.* 1.
Lacera. In mediis lacera naue relinquor aquis. *Ou. Pont.* 2.
Iactata. Siue iactatam religarat vdo
Littore nauim. *Hor. car.* 1.

NAVTA. *NAVITA. Rector. Magiſter. Gubernator.*

Sollicitus. Nauita ſollicitus, & ventos horret iniquos. *Ouid. am.* 2.
Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria
Pauidus. Myrtoum pauidus nauta ſecet mare. *Hor. car.* 1.
Miſer. ————& miſeris velamina nautis. *Virg. Geor.* 3.
Timidus. Nil pictis timidus nauita puppibus
Fidit. *Hor. car.* 1.
Fluctiuag⁹. Fluctiuagos nautas, ſcrutatoréſque profundi
Vix operire capax. *Stat. ſyl.* 3.
Trepidus. ———trepidis vbi dulcia nautis
Lumina noctiuagæ tollit Pharos æmula lunæ. *ibid.*
Vagus. Sic vbi lõga vagos laſſarũt æquora nautas. *idem Th.* 6.
Dubius vitæ. Carbaſa ventis credit dubius
Nauita vitæ. *Sen. Her. fu.*
Cautus. Cautior ante tamen violentum nauita Corum
Proſpicit. *Cl. in Eutr.* 2

Callidus. ——————horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ. *Hor. car.* 3.
——————nautæque per omne
Audax. Audaces mare qui currunt. *idem ſer.* 2.
Nudus. Tremens. Incertus.

NEBRIS.

Eſt pellis tigridum, ceruorum, & damarum, à Græco νέβρος, *ceruus, vel, dama. His pellibus induebantur Bacchæ, dum ſacrificia, vel Thyaſos Libero patri inſtituerent. Dicitur Erythræa, ab* 1 *Erythræo, ſeu rubro, vel etiam Indico mari: quod ſuis victorijs Bacchus celebrauit.*

1 *Erythræa.* —maculis Erythrææ nebridos horrens. *Sidon. Apol.*
Maculoſa. —diſtincta latus maculoſâ nebride Thyas. *ibid.*
Flaua. —hic flauam maculoſo nebrida tergo, &c. *Stat. ſyl.* 1.

NEBVLA.

Aeria. Ventos irrita ferre, & nebulas aerias ſinis. *Catull.*
Tenuis. Et tenuẽ exhalat nebulã, fumóſq; volucres. *Vir. Geor.* 2.
Volucris. Et noctis faciem, nebulas feciſſe volucres
Sub nitido mirata die. *Ouid. met.* 1.
Humens. Humentes nebulas exhaurit, & aera ſiccat. *Stat. Th.* 9.
Atra. —nebulâque ingens ſpecus æſtuat atrâ. *Virg. Æn.* 8.
Leuis. ———illicò vt nebulæ leues
Volitant, &c. *Seneca.*
Triſtis. ———triſtes nebulæ, & plaga cæca ſupernè
Texitur. *Stat. Th.* 5.

NECESSITAS.

Sæua. Te ſemper anteit ſæua neceſſitas,
Clauos trabales, & cuneos manu
Geſtans ahenâ. *Horat. car.* 1.
———ſi figit adamantinos
Dira. Summis verticibus dira neceſſitas
Clauos, &c. *idem car.* 3.
Miſera. O neceſſitas abiecta naſcendi,
Dura. Viuendi miſera, dura moriendi! *Sid. Ap. pan.*

NECTAR.

Eſt potio, quâ dij immortales in cælo, Iuuenta miniſtrante, lætantur. Cum addito proprio, 3 *lac,* 1 *vinum, mel* 2 *ſignificabit.*

Ætherium. Et bonus ætherio laſſatur nectare Cæſar. *Mar. epig.* 4.
Sacrum. ——————ſacro diffuſus nectare vultus. *Stat. ſylu.* 4.
Cæleſte. Protinus imbutum cæleſti nectare, &c. *Ouid. met.* 4.
Beatum. ———hauſtúmque tibi ſuccincta beati
Nectaris excluſo melior Phryge porrigit Hebe. *St. ſyl.* 5

2 *Dulce.* ——dulci diſtendunt nectare cellas. *Vir.Geor.*4.
Liquidum. Ter liquido ardentē diffudit nectare veſtē. *ibid.*
Odoratum. Nectare odorato ſparſit. *Ouid.met.*4.
2 *Hyblæum.* Nectare Cecropias Hyblæo accendere ceras. *Stat.ſyl.*2
——Pontóque noualia dicam
1 *Bacchaū.* Iniecta,& madidas Bacchæo nectare rupes. *ibid.*
Largum. Atque inter menſas largo iam nectare fuſus,
Pocula eùm Marti traderet ipſe ſuo. *Mar.epig.*9.
3 *Niueum.* Picentina Ceres niueo ſic nectare creſcit. *idem* 13.

NEFAS.

Vide Facinus. Crimen. Scelus.

Magnum. Neſcio quod magnum ſuſpicer eſſe nefas. *Mar.epig.*3.
Triſte. Effigiem poſuere,nefas quæ triſte piaret. *Virg. Æn.*2.
Dirum. Illa dolos,dirúmque nefas ſub pectore verſat. *id. Æn.*4.
Immane. Auſi omnes immane nefas,auſóque potiti. *idem Æn.* 6.
——audax omnia perpeti
Vetitum. Gens humana ruit per vetitum nefas. *Horat.car.*1
Ingens. Attonitus tamen eſt ingens diſcrimine paruo
Committi potuiſſe nefas. *Ouid.met.*7.
Maculoſum. Mos, & lex maculoſum edomuit nefas *Hor.car* 4.
Summum. Summū,Brute,nefas ciuilia bella fatemur *Lucanus* 2.
——ſubit impetus amens
Cæcum. E foribus,cæcúmq;nefas,iræque rubētes. *Stat Th.*7.
Crudele. Heu crudele nefas, malæque Parcæ! *Mar. epig.*6.
Sacrilegum. Sacrilegum ſtrueret cùm Catilina nefas. *idem epig.* 9.
Horrēdum. ——ducam in horrendum nefas
Auus nepotes. *Sen.Thyeſt.*
Atrox. ——aliquod audendum eſt nefas
Cruentum. Atrox, cruentum. *ibid.*
Magnum. ——hoc quoque eſt magnum nefas,
Tam propè fuiſſe. *Sen.Theb.*
Execrandū. Vidi execrandum regiæ cædis nefas. *idem Tro.*
Impium. Piæ ſorores impium auderent nefas. *idem Med.*
Crudum. In natos crudum voluere mente nefas. *Auſon. epig.*
Vipereum. Vipereúmq; nefas nociturí auerte veneni. *idem Eph.*
Tremēdum. ——ipſa tremendum
Orſa nefas. *Valerius* 2.
Grande. ——grande nefas,& morte piandum. *Iuuen.ſa.*13.
Lachryma- —ipſiſque nefas lachrymabile Thebis *Stat.The.*9.
(bile. *Ferale.* *Tetrum.* *Miſerum.* *Illaudatum.*
Inauditum. *Turpe.* *Funeſtum.* *Exitiale.* *Morte piandum.*

NEMEA. NEMEE.

Sylua eſt, non longè à Cleonis oppido; vbi Hercules immanem 1 *leo-nem occidit: in cuius rei memoriam Argiui Nemeæa ſacra quotannis celebrare conſueuerunt.*

Frondoſa. Non Marathon taurum, Nemee frondoſa leonem,
Arcas Mænalium non timuiſſet aprum. *Mar. de ſpec.*

1 *Ager formidatus.* Non te Lerna nocens, nec pauperis arua Molorchi,
Nec formidatus Nemees ager antráq; poſcũt. *Stat ſyl.* 3

Frondens. Nec grauis aſpexit Nemeæ frõdentis alũnus. *idem ſyl.* 1.

NEMESIS.

Dea erat apud Romanos, nefariorum hominum crimina ſeuerè puniens. Alio nomine vocatur, Rhamnuſia.

Dea vehemens. Ne pœnas Nemeſis repoſcat à te,
Eſt vehemens dea, lædere hanc caueto. *Catullus.*

Rhamnuſia. ——— aſſenſit precibus Rhamnuſia iuſtis. *Ouid. met.* 3.

Vltrix. Exiget at dignas vltrix Rhamnuſia pœnas. *idem triſt.* 5.

NEMVS. v. Lucus. Sylua.

Nemus ἀπὸ τȣ̃ νέμω, *Paſco: eſt enim nemus, ſylua ad amœnitatem, & voluptatem conſita; vbi greges, atque armenta depaſci ſolent. Ab auium concentu, ab arboribus, ab ipſarum denſitate (vnde fit obſcuritas, & vmbra; & per vmbram frigus) epitheton deſumptum agnoſces.*

Antiquum. ——————nemoris antiqui domus
Amiſit vmbram. *Sen. Med.*

Vetuſtum. Alta vetuſtum valle compeſcens nemus
Penetrale regni. *idem Thyeſt.*

Arcanum. Hinc nemus arcanum, geminæque virentibus aræ
Stant tumulis. *Val.* 2.

Profundum. Horruit infœlix viſu, longóque profundum
Incendit clamore nemus. *Stat. Theb.* 5

Denſum arboribus. Eſt nemus arboribus denſum, ſecretus ab omni
Voce locus, ſi non obſtreperetur aquis. *Ouid. faſt.* 6.

Amœnum. Tu colis Elyſios, nemoríſq; habitator amœni. *Mar. ep.* 9

Dulce. Et delicati dulce Boterdi nemus. *idem epig.* 1.

Solum. ————iuga longa petebat
Solorum nemorum. *Virg. Æn.* 11.

Pomiferum Annæ pomiferum nemus Perennæ. *Mar. epig.* 4.

Inciduum. ———nemus quod nulla ceciderat ætas. *Ouid. met.* 2.

Nigrum. ——————aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus horruit vmbra. *Vir. Geo.* 3

Opacum. Vt celſas videre rates, atque inter opacum
Ad labi nemus. *idem Æn.* 8.

——————inimica refugit

Vmbriferũ. In nemus vmbriferum. *Vir.æneid.6.*

Frondeum. Miſcet agẽs telis nemora inter frõdea turbã *id.æneid.1.*

Atrum. —horrẽtique atrũ nemus imminet vmbra. *ibid.*

Odoratum. Inter odoratum lauri nemus *id.æneid 6.*

Laureum. Et delicatæ laureum nemus Floræ. *Mar.epig.10*

Auium. ————attonitæ nemora auia matres
Inſultant Thyaſis. *Vir.æneid.7.*

Gelidum. ————me gelidum nemus,
Nympharúmque leues cum Satyris chori
Secernunt populo. *Hor.car.1.*
————————complétque querelis

Frondiferũ. Frondiferum nemus. *Lucretius 2.*

Altum. Sequi peralta nemora, per montes placet. *Sen. Tro.*

Arduum. ————mœſtæ nemora ardua Piſæ. *Valerius 1.*

Obſcurum. Noua præda canibus qua per obſcurũ nem⁹. *Sen.Thy.*

Vmbroſum. Quas nemus vmbroſũ, ſecretáque ſylua tegebat. *O.m.7*

Vacuum. ————ripas, & vacuum nemus
Mirari libet *Hor.car.3.*

Tacitum. Per tacitũ nemus ire, pedémq; auertere ripa *Virg.æn.6.*

Argutum. Mænalus argutúmque nemus, pinóſque loquentes
Semper habet. *idem Ecl.8.*

Excelſum. ——————————excelſum nemus
Tremore vaſto tonuit. *Sen. Troad.*
——————————in valle reducta

Secluſum. Secluſum nemus, & virgulta ſonãtia ſyluis. *Vir. æneid.6*
————his genus omne

Sacrum. Syluarũ, fruticúmq; viret, nemorúmq; ſacrorũ. *id.Geo.2*

NEMVS ELYSIVM.

Elyſium. ———Elyſium poſſidet ambo nemus. *Mar.epig.7.*
————amœna vireta

Fortunatũ. Fortunatorum nemorum. *Vir.æneid.6.*

Amænum. Tu colis Elyſios, nemoríſq; habitator amœni. *Mar.ep.9*

NEPTVNVS.

Filius fuit 1 Saturni, & Opis; frater Iouis, & Plutonis. Huic ſecunda ſors obtigit: nam Saturno cælo expulſo, Ioui ceſſit cælum, Neptuno mare, Plutoni Orcus. Duxit Amphitriten, ex qua numeroſam prolem ſuſcepit. Pro ſceptro tridente vtitur, quo ventos. tempeſtatéſque ſedat; aut etiam terras concutit, ſi quando aquis iter liberum non datur.

1 *Saturnius.* Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti. *Vir.æn.5*

Tridentifer. Regna vagæ, dixi, ſortite Tridentifer vndæ. *Ouid.met.8*

Ferox. Sæpè ferox cautum petiit Neptunus Vlyſſem. *id.triſt.1.*

Potens. Suſpendiſſe potenti
Maris deus. Veſtimenta maris deo. *Hor. car.1.*
Furens. Neptunũ procul è terra ſpectare furentem. *idem epiſt. 1.*
Sæuus. Neptunus ſæuus vndis pauſam dedit. *Ennius.*
Æquoreus. Accipit æquoreus pocula prima deus. *Ouid. faſt. 1.*
Hibernus. Neptunus alto tundit hybernus ſalo *Horat. epod.*
Cæruleus. Cęruleus frater iuuat auxiliaribus vndis. *Ouid. met. 1.*
Rex aquarũ. ——pronepos ego regis aquarum. *idem met. 10*
Rex æquoreus. Rex æquoris alti. Rex cæruleus.
Cui cura ſecundæ ſortis. Alti domitor maris. Rector maris.
Regnator freti profundi. Cærulea regnator vndæ. Æquoreus pater.
Moderator cærulus vndæ. Ventorum pater. Iuppiter æquoreus.
Sæuus deus æquoris alti. Numen aquarũ. Trux. Deus æquoreus. Ferox.
Rector æquorei Tridentis. Arbiter pelagi. Parens aquarum.

NEREIS. *NEREIDES.*
V. NAIADES.

Deæ. Nereidéſque deæ, Nereidúmque pater. *Ouid. am. 2.*
Virides. Vtque celer venias, virides Nereides opto. *idem epiſt. 5.*
Æquorea. Credimus æquoream Phtio Nereida regi. *idem am. 2.*
Pulchra. ——pulchra relicto
Nereis ingreditur conſueta cubilia fluctu. *idem met. 11.*
Cærulea. Vos quoque cæruleum diuæ Nereides agmen,
Queis honor, & regni ceſſit fortuna ſecundi,
Surgite de vitreis ſpumoſæ Doridos antris *stat. ſyl. 3.*
Laſciuæ. Laſciuas doctum fallere Nereidas. *Cl. in Eutr. 2.*
Cæruleus grex Nereidum. Nereïa turba.
Æquoreæ ſorores. ſpumoſæ. Vitreæ.

NEREVS.

Deus eſt marinus, filius Oceani, & Tethyos, ex qua plures filias ſuſcepit, 1 quæ eius nomine Nereides appellantur. Pro ipſo mari accipitur.
————————ſæuítque tridenti
Spumeus. Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo. *Virg Æn. 2.*
1 Pater Ner. Nereidéſque deæ, Nereidũmque pater. *Ouid. am. 2.*
Cærulus. Quà latam Nereus cærulus ambit humũ. *idem epiſt. 9.*
Magnus. Tunc mare in hæc magnus proclinet littora Nereus. *idem am. 2.*
Violentus. Permanet Aoniis Nere⁹ violẽtus in vndis. *idem met. 12.*
Profundus. ——————cui turba profundi
Nereos, & rapidis accurrunt paſſibus horæ. *stat. Theb. 3.*
Cæruleus. Altáque cæruleũ dum Nerea neſciet Arctos. *sen. OEd.*
Placidus. Vexit & Æolios placidũ per Nerea ventos. *Tibul. 4.*

NERVVS.

Neruus cùm ſignificat arcus chordam, delige epitheton ad caput Arcus, ſagitta, Telum: *cùm lyra fila, quære ad caput* Filum, Plectrum, Cythara *cùm ligamina, quibus baliſta adducuntur; aut habenas, quibus Balaricæ fundæ torquentur, vide* Baliſta, Funda, Habena. *ſignificat etiam amentum, hoc eſt, funiculum: cui alligatum iaculum ſi immittitur ſtatim reducitur.*

NERVVS. *Chorda Arcus.*

Stridens. Primáque per cælũ neruo ſtridẽte ſagitta. *Virg. Æn. 5.*
Contentus. ———— contento concita neruo, ...
sicut erant iuncti traiecit vtrũque ſagitta. *Ouid. met. 6.*
Lethalis. ———— lethales tendere neruos
ſegnis. *Lucanus 8.*
Pulſans. ———— aut vt neruo pulſante ſagittæ. *Vir. Geor. 4*
———— Gortynia muris
Sonans. Tela ſonante fugat neruo. *Silius 2.*
Equinus. ———— intentus neruo leuis arcus equino. *Ouid. pont. 1.*
Geticus. Æmonióſq; arcus Geticis intẽdere neruis. *Lucanus 8.*

NERVVS. *Funda, & Baliſtæ.*

Tortilis. ———— tortilibus vibrata Phalarica neruis. *Lucanus 6.*
Adductus. Vtque volat moles, adducto concita neruo,
Cũ petit aut muros, aut plenas milite turres. *Ouid. me. 8.*

NERVI. *Chordæ cytharæ.*

Modulati. Et grauis obſtreperet modulatis buccina neruis *O. ad P.*
Percuſſi. Atque hæc percuſſis ſubiungit carmina neruis. *id. m. 5.*
Reſonantes. Cõtineátq; alio reſonãtes murmure neruos *Sid. Ap. pa.*

NESSVS.

Centaurus eſt, quem Alcides ſagittis confixit, dum Deianiræ vxori vim pararet. ſubiectorum epithetorum rationem quære in argumento Centaurus. *Fabulæ deſcriptionem vide apud* Ouid. metamorphoſ. *9. ſtatim ab initio.*

Semiuir. Semiuir occubuit vi, Lerniferóque veneno
Equinus. Neſſus, & infecit ſanguine equinus aquas. *Ouid. epiſt. 9.*
Ferox. At te, Neſſe ferox, eiuſdem virginis ardor
Perdiderat. *idem met. 9.*
———— quò te fiducia clamat,
Violentus. Vana pedum violente rapit, tibi Neſſe bi-
Biformis. formis? *ibid.*
Semifer. ———— namque ſemiferi dolis
Auferre cupiens. *Sen. Her. æt.*

NESTOR.

Fuit 1 Nelei filius, Rex 2 Pyli in Achaia; qui viuacis 3 admodum fuit ſenectutis: nam, —magno ſi quicquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit à cornice ſecundæ.
Trecentos 5 quippe vixit annos: vt ipſe apud Ouid met. 12. *teſtatur.*
Vixi annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.
Fuit omnium Græcorum ad Troiam ſapientiſſimus, 4 diſertiſſimúſque.

4 *Facundus.* O facunde ſenex, æui facundia noſtri! *Ou. met.* 12.
2 *Pylius.* ——Pylio Neſtore maior erat. *idem Pont.* 1.
3 *Longæuus.* Hi duo longæuo cenſentur Neſtore fundi *Mar. epig.* 8.
3 *Senecta inſignis.* Naturæ victorem Ithacum, Pyliúmque ſenecta Inſignem. *Manilius* 1.
5 *Ter æuo functus* At non ter æuo functus amabilem, Plorauit omnes Antilochum ſenex Annos. *Horat. car.*
3 *Senex.*
1 *Neleius.* Hæc poſtquam dulci Neleius edidit ore. *Ou. met.* 12.

NEX. *V.* Mors. Lethum.

Mors eſt quæ ferro, aut alia vi alicui infertur.

Indigna. Indignámq; necē, pretium patietur amoris. *Ou. met.* 10
Infanda. Legimus infandæ Sphynga dediſſe neci. *Ouid. in Ib.*
Impia. Genitorem adortus impiâ ſtrauit nece. *Sen. Theb.*
Nefanda. Poteris nefandæ deditum, mater, neci
Videre. *idem Tro.*
Stygia. Membra ferat Stygiæ ſemicremata neci. *Ouid. in Ib.*
Grauis. ———nec graui vrgendus nece
Virtute quiſquis abſtulit fatis iter. *Sen. Her. œt.*

NEXVS.

Nodi, aut vinculi 1 compreßionem, aut in ſerpentibus 2 reductorum in orbem flexuum curuitatem ſignificat.

2 *Volubilis.* Ille volubilibus ſquāmoſos nexibus orbes. *Ouid. met.* 3.
2 *Recuruus.* ————nexúque recuruo
Serpunt. *ibid.*
1 *Arctus.* Etiam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus. *idem met.* 6.
1 *Validus.* Thoracum validos pulſant ſuſpiria nexus. *Claudianus.*
1 *Durus.* Audiit & duros laxantem Ægæona nexus *Stat. Achil.*
2 *Curuus.* Fuſcina dēte minax, nexu fuit anchora curuo. *Mar. de ſp.*
2 *Vipereus.* ——vipereo celebrauit libera nexu. *Stat. The.* 6.
1 *Irreſolutus.* 2 *Multiplex.* 2 *Dirus.* 2 *Anguineus.*

NIDVS.

Non tam auium domos, quàm ipſarum auium fœtum ſignificat.
————iuuat imbribus actis

Progeniem

Dulcis. Progeniem paruã, dulceſque reuiſere nidos. *Vir. Geor.* 1.
——————non ſic Trachinia nidos
Vernus. Alcyone vernos, &c. *Stat. ſyl.* 3.
————alta atria Inſtrat hirundo
Loquax. Pabula parua legens, nidiſq; loquacibus eſcas. *V. æn.* 12.
Pinnaſque nouo tradere ſoli
Querulus. Geſtit querulos inter nidos
Thracia pellex. *Sen. Her. fur.*

NILVS.

Nilus, fluuius eſt Ægypti nobiliſſimus: cuius origo antiquis 1 ignota fuit: recentiores enim illum è mõtibus Lunæ in extrema Æthiopia oriri volunt. Totam Ægyptum percurrit: quam Cic. de Nat. Deorum 2. irrigat, & cùm tota 2 æſtate obrutam, oppletamque tenuerit, tum recedit, mollitoſque, & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. *Septem oſtijs 4 ſuas aquas in mare deportat. Dicitur 1 Paretonius à Paretonio, 2 Pharius à Pharo vrbibus: & Lagæus à 3 Lagorege Ægypti.*

Qualis, & atentes, cum findit Sirius agros
Fertilis. Fertilis æſtiua Nilus abundat aqua.
Nile pater quanam, poſſum te dicere cauſſa,
Aut quibus in terris occuluiſſe caput?
Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres
Arida, nec pluuio ſupplicat herba Ioui. *Tibul. l.* 1.
———viridem Ægyptum nigrâ fœcundat arena,
Vſque pharetratis amnis deuexus ab Indis. *Vir. Geor.* 4.
3 *Lagæus.* Quà mare Lagæi mutatur gurgite Nili. *Lucanus* 1.
2 *Pharius.* ———habeat Pharium cum Tigride Nilũ. *Cl. Au. pa.* 1.
1 *Paretonius.* Rauca Paretonio decedunt agmina Nilo. *Stat. Th.* 5.
Mag. fluẽs. Atque hîc vndantẽ bello magnũq; fluentẽ. *Virg. Geor.* 3.
Diues. ———fluens diues ſeptena per oſtia Nilus. *Ouid. Am.* 3.
4 *Septẽfluus.* ———deſeruit madidos ſeptemfluus agros
Nilus. *Ouid. met.* 1.
4——— ———ſeptem diſcretus in oſtia Nilus. *idem met.* 5.
4——— Quæ colis, & ſeptẽ digeſtũ in cornua Nilũ. *idem met.* 9.
4 *Septẽplex.* At Nileus qui ſe genitum ſeptemplice Nilo
Ementitus erat *idem met.* 5.
Spicifer. Non Hybla, non me ſpicifer capit Nilus. *Mar. ep.* 10.
Tumidus. Quà tumidus rigat arua Nilus. *Hor. Car.* 3.
Papirifer. Perque papiriferi ſeptemflua flumina Nili. *Ouid. met.* 5.
Ferox. Fluuiique ferocis —Incrementa timens. *Lucanus* 4.
Sacer. Quas Nilus ſacer, horriduſque Phaſis. *Stat. ſyl.* 1.
Paludoſus. Vnde paludoſi fœcunda licentia Nili. *idem ſyl.* 3.
2 *Æſtifer.* ———æſtiferi quidquid terit area Nili. *ibidem.*

Imbrifer.	Apollodoro plaudit imbrifer Nilus.	*Mart.epig.1.*
	——————Africa Mauro	
Tepens.	Perfuſa Oceano, Nilóque admota tepenti.	*Iuu. ſat.* 10.
Tepidus.	——tepidíque lauant ſeptem oſtia Nili.	*Prud.inSy.2.*
	——————pinguia Nili	
Fertilis.	Fertilis arua ſecet.	*Valerius* 7.
Torrens.	——Nilus adeſt, & toto gurgite torrens.	*idem* 4.
1 *Fontiũ celãs origines.*	———fontium qui celat origines Nilus, & Iſter.	*Hor.car.4.*
Pinguis.	———aut pingui flumine Nilus, Cùm refluit campis.	*Virg.Æn.9.*
Stagnans.	———Pellei gens fortunata Canopi	
Effuſus.	Accolit effuſo ſtagnãtem flumine Nilum.	*id. Geor.4.*
2 *Æſtiuus.*	—bibat æſtiuum ſepteno flumine Nilum.	*Claudianus.*

NIMBVS.

Eſt repentina, & præceps pluuia: ſed & pro vento, & nube vſurpatur.

Nigrans.	His ego nigrantẽ cõmiſta grãdine nimbũ.	*Virg.Æn.4.*
Denſus.	———denſi funduntur ab æthere nimbi.	*Ouid.met.1.*
Hyemalis.	———nimbis hyemalibus auctus, Vorticibúſque frequens erat.	*idem met. 9.*
Grauis.	—ſaliẽte graues ceciderũt grãdine nimbi.	*id. met. 14.*
Auſtralis.	Nulla dies adeò eſt Auſtralibus humida nimbis	*id.Po.4*
Niger.	—perſæpè niger quoq; per mare nimbus.	*Lucret. 6.*
Volans.	—quæ faciũt nubes, nimbóſque volantes.	*ibid.*
Creber.	———crebróque ſimillima nimbo.	*Lucanus 2.*
Piceus.	———piceo nox obuia nimbo Lucentes turbauit equos.	*Stat.Theb.1.*
Vagus.	Irrequieta vagi quà difflant nubila nimbi.	*Auſ. Ephem.*
Crepans.	Nimbos crepantes, & fragoſos turbines Vibrans.	*Prud. Cath.*
Torrens.	—torrentem crepitanti grandine nimbum Illidit terris.	*Sil. 5.*
Stridens.	——ſtridens nimbus, certantẽ furore Telorum.	*idem 9.*
	Et ventos, ſimul & nubes, & grandinis iras,	
Ater.	Fulmináq; & tonitrus, & nimbos cõciet atros.	*idem 12.*
Æthereus.	At Ven' æthereos inter, dea cãdida nimbos.	*Virg.Æn.8*
Obſcurus.	Hoc Venus obſcuro faciem circundata nimbo Detulit.	*idem Æn.12.*
Subitus.	——ſubitis horreſcit turbida nimbis Tempeſtas	*Silius 1.*
Præceps.	Ipſe ego præcipiti tumidũ per Enipea nimbo.	*Valerius.*

NIOBE.

Filia fuit 1 Tantali, ſoror Pelopis regis Phrygiæ. Nupſit Amphioni regi Thebarum; à quo 2 numeroſæ prolis facta parens, eò ſuperbiæ 3 prorupit, vt etiam Latonam, matrem Apollinis, & Dianæ, deſpectui haberet, ſéque ei præferret, demptis Deæ honoribus, & ſacrificijs, quæ ſibi addiceret: quam injuriam vlti Apollo, & Diana, ſeptem ejus filios, totidémque virgines ſagittis confecerunt. Illa verò mœrore, & lachrymis contabeſcens, in rupem induruit. A Statio lib. 5. ſyl *Sipyleïa dicitur, à 2 Sipylo, monte Phrygiæ: nam poſteà*—validi circundata turbine venti In patriam rapta eſt: vbi fixa cacumine montis Liquitur, & lachrymis etiam nunc marmora manant, *inquit* Ouidius lib. 6. metamorphoſ. *vbi totam fabulam fusè perſequitur, circà medium.*

Formoſa.	Et quantùm ira ſubit, formoſa, mouénſque decoro Cum capite immiſſos humerum per vtrúmque capillos.	*Ouid. met. 6.*
Scelerata.	—exhibuit linguam ſcelerata paternam.	*ibid.*
Miſeranda.	———at nunc miſeranda vel hoſti Corporibus gelidis incumbit.	*ibid.*
Miſera.	———miſeræ mihi plura ſuperſunt, Quàm tibi fœlici.	*ibid.*
Audax.	Illa malo eſt audax, &c. ———diro conuicia facto	*ibid.*
1 Tantalis.	Tantalis adiecit.	*ibid.*
2 Fœcunda.	Fœcundā laſſo Niobē conſumpſerit arcu.	*Stat. Th. 9.*
3 Superba.	Rigat ſuperba Tantalis luctu parens,	
Mœſta.	Mœſtúſq; Phrygio manat in Sipylo lapis.	*Sen. Her. fu.*
Rigida.	Aut rigidā Nioben, aut flētē Troada fingit.	*Cl. in Eutr. 2.*
Genitrix	———genitrix Sipyleïa fertur	
2 Sipyleïa.	Exhauſiſſe genas.	*Stat. ſyl. 5.*

Animoſa.

NISVS *Troianus.*

1 Hyrtaci 2 Troiani filius, Euryali 3 amiciſſimus, cum quo occiſus eſt. Vide Virg. Æneid. 9.

1 Hyrtacides.	Hyrtacidæ Niſi gloria nulla foret.	*Ouid. triſt. 1.*
Impiger.	Impiger Hyrtacides, Hyrtacidæq; comes.	*id. in Ib.*
Acerrimus armis.	Niſus erat portæ cuſtos acerrimus armis Hyrtacides.	*Virg. Æn. 9.*
2 Phrygius.	——Phrygiíque admittet gloria Niſi.	*Stat. Th. 10.*

3 Comes Euryali.

NISVS.

V. Vires. Robur. Ictus.

Anhelus.	————niſuque eliſus anhelo	
	Auditur gemitus.	*Silius* 1.
Vaſtus.	——vaſto ad prælia niſu	
	Incumbunt proni.	*idem* 4.

NITOR. V Lux. Lumen.

Purus.	Quæ maris efficiunt vnũ, purumque nitorẽ.	*Lucretius* 2.
Flammeus.	Flammeus, & placidi ſolis nitor obſcuretur.	*Catullus.*
	——iam tunc venerabilis ibas,	
Igneus.	Spondebatque ducẽ celſi nitor igneus oris.	*Cl. Pan.* 1.

Nitidus. Niueus. Aureus. Lacteus.

NIX.

A tempore circa quod ningit, nix dicetur Verna, Hiberna, Brumalis: *à locis, & regionibus perpetuo gelu* 1 *damnatis, erit* 1 Riphæa, Alpina, Scythica, Pyrenæa, *ſi color ſpectetur,* Puram, Candidam, Canam: *dixeris. Conſule item capita*, Frigus, Arctos, Vrſa, Gelu, Glacies, *vbi epithetorum difficilior ſenſus explanatur.*

Gelida.	Nec noua per gelidas vſta ſit herba niues.	*Ouid. faſt.* 1.
	——nec noſter parcior imber	
Verna.	Lumine, quàm verna de niue manat aqua.	*Oui. triſt.* 3.
Brumalis.	Tectaque brumali ſub niue terra latet.	*idẽ Pont.* 4.
	Iam nec prata rigent, nec fluuij ſtrepunt	
Hiberna.	Hibernâ niue turgidi.	*Hor. car.* 4.
Tenera.	Soluuntur teneræ vere tepente niues.	*O. ad Liuiã.*
Cana.	Non canas veſtita niues, non aſpera ventis.	*Claudian.*
Durata.	Durataeque ſolo niues.	*Hor. car.* 3.
1 *Riphæa.*	Scandite colles ſemper canos	
	Niue Riphæa.	*Sen. Hip.*
1 *Hyperborea.*	—Hyperboreâ virides niue verberat agros	
	Iuppiter.	*Sen. Theb.* 5.
1 *Pyrenæa.*	Iamque Pyrenææ quas numquam ſoluere Titan	
	Eualuit fluxere niues.	*Lucanus* 4.
1 *Alpina.*	Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni!	*Vir. Ecl.* 10.
1 *Sythonia.*	Sythoniaſq; niues hyemis ſubeam aquoſæ.	*Virg. ibid.*
1 *Mæotica.*	Vt Mæotica nix minio ſi certet Ibero.	*Propert.* 2.
1 *Parrhaſia.*	Altaque Trhœſene, Parrhaſiæque niues.	*Ouid. faſt.* 2.
Algida.	Ego viridis algida Idæ niue amicta loca colã.	*Catullus.*
Pura.	Pectora, vel niuibus puris, vel lacte, &c.	*Ouid. ep.* 15.
Conſpicua.	Si quis Taygeti conſpicuas niues, &c.	*Sen. Thy.*

1 *Scythica.* 1 *Getica.* 1 *Biſtonia.*

1 *Othryſia.* *Intacta.* *Non calcata.*

NOCTVA.

Auis eſt ſacra Mineruæ, ſeu Palladi.

Ales Et ſine lite loquax cum Palladis alite cornix
Palladis Sedit. *Ouid.faſt.2.*
——ſi quando vagantem
Noctis auis. Noctis auem cernunt. *Oui.met.11.*
Sera. ——ſeros exercet noctua cantus. *Virg.Geo.1.*

NODVS. *V.* Vincula. Catena. Nexus.

Ligamen ſignificat, quod non facile ſoluitur. De ſerpentium 1 nexibus etiam hic intellige.

Ahenus. ——& centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis. *Virg.æn.1.*
Validus. ——validos perrumpere nodos. *Lucret. 4.*
Teres. ——teretem nectens à pectore nodum. *Prud.Pſy.*
Tenax. ————nodoque tenaci
Aſtringit plantas, atque rudente ligat. *Prud.de Co.*
Durus. Duris oneret pectora nodis. *Sen.*
Æratus. Me licet æratis aſtringant brachia nodis. *Propert. 2.*
1 *Vipereus.* Nexaque vipereis diſtẽdens brachia nodis. *Oui.met.4.*
————igneos ſerpentium
Oculos remiſſo lumine, ac placido intuens,
1 *Arctus.* Arctos ſerenis vultibus nodos tulit. *Sen.Her.fu.*

NOMEN. V. Fama. Gloria.

Præter communem ſignificationem famam, gloriam, laudem, & honorem ſignificat, quæ capita amplam epithetorum tibi copiam ſubminiſtrabunt.

Cum roſis Nomen cum violis, roſiſque natum
natum. Hyblam quod ſapit, Atticoſque flores,
Quod nidos olet alitis ſuperbę:
Dulce molle. Nomen nectare dulcius beato:
Delicatum. Nomen nobile, molle, delicatum. *Mar.ep.9.*
Grande. Dum grande famuli nomen adſeret Rheni. *ibidem.*
Gratum. Ergo aliquod gratũ Muſis tibi nomen adopta. *Mar.ep.4*
Ingens. Si redeant veteres ingentia nomina patres. *idem 11.*
Pulcherrim. Nomina dat ſpondæ pictis pulcherrima pennis
Nunc Iunonis auis. *idem 14.*
Inclytum. ——nomina inclyta terris
Sponte ſequor. *Valerius 5.*
Ennius arte carens, animoſique Accius oris
Immortale. Caſurum nullo tempore nómen habent. *Ouid.Am.1.*
Venerabile. ——& erat venerabile nomen
Vatibus. *Oui de art.3.*

Memorabile.	——————ſeu vincar habebis, Hippomene victo, magnum, & memorabile nomen.	*Oui.met.*10.
Memorandum.	——————————iuuat ire periclis Ad decus, & dextrâ memorandum condere nomen.	*ſilius* 4.
Æternum.	—æternúmque tenet per ſæcula nomen.	*Vir. æneid.*6
Clarum.	———clarum vincendo nomen habebat.	*Ouid.met.*6.
Specioſum.	————ſpecioſáque nomina culpæ Imponis.	*idem met.* 7.
Indelebile.	———noménque erit indelebile noſtrum.	*idem met.*15.
Grande.	Grande tamen toto nomen ab orbe fero.	*idem triſt.* 2.
Magnum.	Viue tibi, & longè nomina magna fuge.	*idem triſt.*3.
Auitum.	O qui nominibus cũ ſis generoſus auitis.	*idem triſt.*4.
Sublime.	Tu mihi, quod rarum eſt, viuo ſublime dediſti Nomen, ab exequiis, quod dare fama ſolet.	*ibid.*
Perpetuum.	Perpetui fructum donaui nominis.	*idem triſt.* 5.
Victurum.	Altera das noſtro victurum nomen amori.	*idem am.* 3.
Inextinctũ.	Nomen inextinctum, Penelopæa fides.	*idem triſt.*5.
ſanctum.	Gentis Iuleæ nomina ſancta fero.	*idem Pont.*1.
Immenſum.	Scilicet immẽſo ſupereſt ex nomine multũ.	*Lucanus* 7.
Notũ per ſæc.	———notum per ſæcula nomen.	*ſtat. ſyl.*1.
Honoratum.	Gaudet honorato, ſed multus nomine lector.	*Mar.ep.*5.
ſuperbum.	Matris ſuperbum eſt nomen, & nimiùm potens,	
Potens.	Noſtros humilius nomen affectus decet.	*ſen.Hippol.*
Part.triũph.	——————nomina parta triumphis.	*ſil.* 1.
Antiquum.	Hunc obiectantem ſe ſe, atque antiqua tumentem Nomina, &c.	*idem* 10.
Celebre.	—celebre inuicti nomen poſuere Philoni.	*ſil.*15.
Beatum.	————noménque beatum Iniuſtæ ſcripſere manus.	*Cl.de nu. H.*
Fortiſſimũ.	Iámque ardore truci luſtrans fortiſſima quæque Nomina obit ferro.	*ſilius* 17.
Generoſum.	Si te nobilitas, generoſáq; nomina tangũt.	*Ou.epiſt.*6.
Laudabile.	———————laudabile nomen Sumit, & à cenſu famam trahit.	*Iuuen.ſat.*11
Nobile.	————quo nobile nomen Fuluius excepit.	*ſilius* 17.
Præclarum.	———quondam preclaro nomine Athenæ.	*Lucretius* 6.
Regale.	Prætendẽs proprio nomen regale furori.	*C. de la.St.*1.

Prædulce. Dulce. Perenne. Fælix.
Meritum. Inuictum. Mite. Diuinum.

NOMEN IGNOBILE.

Obſcurum.	——obſcurum crimine nomen.	*ſilius* 11.
Exitiabile.	——iacet exitiabile nomen,	
	Auſonii columen regni.	*idem* 15.
Ignobile.	O Etolidas inter fuit haud ignobile nomẽ.	*idem* 13.
	Infame. Inuiſum. Inutile.	

NOTA.

Nota cùm ſignum aliquod, aut maculam ſignificat, deſumit epitheton in capitibus Color: *cùm verò maculam vel turpitudinis, vel ignominiæ, vide capita* Malum. Pudor. Dedecus. Damnum.

NOTVS.

Notus ventus eſt à Meridiei partibus flans: alio nomine vocatur Auſter. Vide Ventus, Aquilo *ſeu* Boreas; *ſed cum cautela: hic enim cùm Septentrionalis ſit, ab regionibus Polo Arctico vicinis epitheta deſumit: eſtque valdè frigidus: Notus verò quòd e Zona torrida, ab Africa, Libya, &c. ſpiret, dicetur* Tepidus, Torrens, Calidus, &c. *& quia pluuiam inducit (inde enim nomen habet) erit* Madidus, Pluuius, Triſtis, &c.

Siniſter.	Arboribúſque, ſatíſque Notus, pecoríque	
	ſiniſter.	*Vir. Geor.* 1.
Præceps.	Præcipiti delata Noto.	*idem Æn.* 7.
Tepidus.	Et iubeat tepidos irrita ferre Notos.	*Tibullus* 3.
Hibernus.	Nec folia hiberno tam tremefacta noto.	*Propert.* 2.
Iratus.	Non tulit iratos mobilis vnda Notos.	*idem* 4.
Procelloſus.	Alba procelloſos vela referre Notos.	*Ou. epiſt.* 2.
Nubifer.	——dare nubiferis linea vela Notis.	*idem epiſt.* 3.
Æolius.	Et iubet Æolios irrita ferre Notos.	*id. de arte* 1.
Rapidus.	Percutitur rapido puppis adunca Noto.	*idem faſt.* 3.
Celer.	Abſtulerint celeres improba verba Noti.	*idem faſt.* 5.
Terribilis.	Terribilíſque Notus iactat mea verba.	*idem triſt.* 1
Albus.	Albus vt obſcuro deterget nubila cælo	
	Sæpè Notus.	*Hor. car.* 1.
Vdus.	Ionius vdo cùm remugiens ſinus	
	Noto carinam ruperit.	*idem epod.*
Malignus.	———ſic plena maligno	
	Afflantur vineta Noto.	*ſtat. ſyl* 5.
Triſtis.	Vt cùm ſole malo, triſtíque roſaria pallent	
	Vſta Noto.	*id. Theb.* 5.
Ingens.	——ingenti vexata Noto,	
	Seruat longos vnda tumultus.	*ſen. Her. fu.*
Violentus.	Quod Notus ſicco violentus æſtu.	*Boetius.*
	Ater. Furens. Pluuius. ſtridens.	

NOVERCA.

Nouerca eſt (inquit Feſtus) quam quis ſublatis liberis, nouam uxorem ducit.

Injuſta.	Eſt mihi námque domi pater, eſt iniuſta nouerca.	*Virg. Ecl.3.*
Sæua.	Pocula ſi quando ſæuæ infecêre nouercæ.	*idem Geor.2.*
Mala.	Hippomanes, quod ſæpè malę legêre nouercæ.	*id. Ge.3.*
Scelerata.	Credulitate patris, ſceleratæ ac fraude nouercæ.	*O. me.15*
Immitis.	——immitem credas iuſſiſſe nouercam.	*Stat. ſyl.3.*
	——————& adeſt natis tuis	
Furens.	Furens nouerca.	*Sen. Agam.*
Terribilis.	Lurida terribiles miſcēt aconita nouercæ.	*Ouid. met.1.*
Dira.	Sæuiet in partus dira nouerca meos.	*id. epiſt.12.*
Funeſta.	——————tūque funeſtâ pater	
	Peior nouercâ.	*Sen. Hippol.*

NOVITAS.

Grata.	Illecebris erat, & gratâ nouitate morandus	
	Spectator.	*Hor. de arte.*
Dulcis.	——dulcíque animos nouitate tenebo.	*Ouid. met.4.*
Mira.	Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis.	*id. met.15.*
Gratiſſima.	Eſt quoq; cūctarū nouitas gratiſſima rerū.	*idem Pont.3.*
Turbida.	——————nil turbida rupto	
	Ordine tentauit nouitas.	*Clau. pan.1.*

NOX.

Aliqua ſelegimus capita, vnde poſſunt elici epitheta; vt palàm fiat quid fugiendum, quid vtile. Primùm erit ab ipſa nocte, quæ dicetur, Nutrix curarum, Arcana, Latebroſa, Tacita, Silens: *ab ipſo tempore*, Hiberna, Frigida, Pruinoſa, Longa, Spatioſa: *à ſplendore aſtrorum*, Aurea, Syderea, Pura: *ab obſcuritate*, Opàca, Illunis, Horrida *ſi quid mali ominis tunc contingat*, Funeſta, Lachrymabilis, Scelerata, Triſtis: *ſi benè dormiatur*, Benigna, Quieta, Sopora, Beata: *ſi, vt in caſtris*,—noctem cuſtodia ducit—Inſomnem, *erit*, Amara Inquieta, Turbida, Vigil. *In ſimilibus eadem cautio erit.*

Curarum nutrix.	——————curarum maxima nutrix	
	Nox interuenit.	*Ouid. met.8.*
Arcanis fidiſſima.	Nox, ait, arcanis fidiſſima, quæque diurnis	
	Aurea cum luna ſuccedit is ignibus aſtra.	*idem met.7.*
Alma.	Non nox illis alma receſſus	
	Præbet tutos.	*Sen. Agam.*
Placida.	Hæc adeò tibi me, placidâ cū nocte iaceres.	*Vir. Æn.7.*
Beata.	Per cōſanguineos thalamos, noctēq; beatā.	*Clau. pan.7.*
Benigna.	——————iterùm ecce benignæ	
	Noctis aues.	*Stat. Th.10.*

	————referátque ludos	
Grata.	Ter die claro, totiéſque grata	
	Nocte frequentes.	*Hor.car.ſac.*
Soluta curis.	Nox, non ebria, ſed ſoluta curis;	
	Non triſtis torus, & tamen pudicus.	*Mar.epig.*10
Aurea.	Qualib^9^aſſurgẽs nox aurea cingitur aſtris.	*Valer.* 5.
Sopora.	Vmbrarũ hîc loc^9^eſt,ſõni,noctiſq;ſoporæ.	*Virg.Æn.6.*
Soporifera.	Quarta ſoporiferæ ſuperabãt tẽpora nocti.	*Stat.Th.*10.
Quieta.	Tũc epulæ,fœlíxq;ſopor,noctéſq;quietæ.	*idem Th.*5.
Pura.	——purâ ſolum ſub nocte canentem	
	Audieram.	*Virg.Ecl.*9.
Sublustris.	Nocte ſubluſtri nihil aſtra præter	
	Vidit, & vndas.	*Hor.carm.*3.
Sera.	Perdita nec ſeræ meminit decedere nocti.	*Virg.Ecl.*8.
Intempeſta.	Illic, vt perhibent, aut intẽpeſta ſilet nox.	*id.Georg.*1.
Gelida.	Multa adeò gelidâ meli^9^ ſe morte dedêre.	*ibid.*
Humida.	————& iam nox humida cælo	
	Præcipitat.	*id. Æneid.*2.
Cæca.	Multáq; per cæcã cõgreſſi prælia noctem.	*ibid.*
Silens.	——————ſub nocte ſilenti	
	Lenibant curas.	*idem Æn.*4.
Nigra.	——nigrà carpebant nocte quietem.	*idem Æn.*7.
	————noctem cuſtodia ducit	
Inſomnis.	Inſomnem.	*idem Æn.* 9.
Hiberna.	Non mihi pigra nocẽt hibernæ frigora noctis.	*Tibul.*1.
Serena.	Et me luſtrauit tædis, & nocte ſerenâ.	*ibid.*
Amara.	——————noctes exercet amaras.	*Propert.* 1.
Spatioſa.	Nec mihi quærẽti ſpatioſam fallere noctẽ.	*Ouid.epiſt.*1.
Arcana.	Ominá que arcanâ nocte petita monent.	*idem epiſt.*9.
Tacita.	Et nitor in tacita nocte diurnus erat.	*id.epiſt.*17.
Dubia.	Sed cum luce tamen dubiæ confinia nocti.	*idem met.* 4.
Denſiſſima.	Er caput abdiderat dẽſiſſima ſydereũ nox.	*idem met.*15.
Redimita	Intereà placidam redimita papauere frontem	
papauere.	Nox venit, & ſecum ſomnia nigra trahit.	*idem faſt.*4.
Immenſa.	Et veniunt æſtus, & nox immenſa videtur.	*idem triſt.*4.
Pruinoſa.	Siue pruinoſæ noctis aguntur equi.	*idem Pont.*1.
Cærula.	Vix dum cærula nox ſubibat orbem.	*Stat.ſyl.*1.
Horrenda.	Exterret animum noctis horrendæ ſopor.	*Sen.Tro.*
Funeſta.	Vidimus patriam ruentem nocte funeſtâ.	*ibid.*
	Aurea rumpunt tecta quietem,	
Vigil.	Vigiléſque trahit purpura noctes.	*id.Her.OEt.*
Horrida.	Licet horrida nox ſileat,	

	Lucis habet tamen illa ducem.	*Prud.de Co.*
Atra.	——tacito nox atra ſopore, &c.	*Silius* 8.
Illunis.	Illunem nacti per rura ſilentia noctem.	*idem* 15.
Frigida.	Æſtiuoſque dies æquat nox frigida brumæ.	*Manil.* 2.
Longa.	O nox quam longa es, quæ facis vna ſenem.	*Mar. ep.* 4.
Obtenta.	———obtenta denſantur nocte tenebræ.	*Virg. Ge.* 1.
Obſcura.	Ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbras.	*Virg. æn.* 6.
Opaca.	Defenſi tenebris, & dono noctis opacæ.	*idem æn.* 9.
Latebroſa.	Non obſcura petit latebroſæ tempora noctis.	*Lucanus* 6.
Fallax.	Somnia fallaci ludunt temeraria nocte.	*Tibull.* 3.
Genitr. ſom.	Nox ſomni genitrix.	*Silius* 15.

Turbida. Nubila. Vaga. Terrifica. Præceps. Inquieta. Infauſta. Caligans. Syderea. Ingens. Tarda.

NOX. TENEBRÆ.

Atra.	————ponto nox incubat atra.	*Virg. æn.* 1.
Profunda.	Pallentes vmbras Erebi, noctēque profundā.	*idē æneid.* 4.
Opaca.	Diffugient comites & nocte tegentur opaca.	*V. æn. ibid.*
Cæca.	Illa tegi cæca condita nocte decet.	*Oui. triſt.* 3.
	Prudens futuri temporis exitum	
Caliginoſa.	Caliginoſa nocte premit deus.	*Hor. car.* 3.
	——illachrymabiles	
Longa.	Vrgentur, ignotique longa	
	Nocte, &c.	*Hor. car.* 4.
Tetra.	Vſque adeo tetra nimborum nocte coorta.	*Lucretius* 4
Ingens.	——tero ingenti circumdata nocte.	*Virg. Ge.* 4.
Perpetua.	Perpetuâque trahēs inopem ſub nocte ſenectā.	*O. met.* 7.

NOX. Mors. Erebus.

	——niſi quem Deus ima colentum	
Stygia.	Damnaſſet Stygiæ nocti.	*Silius* 5.
Æterna.	——in æternam clauduntur lumina noctē.	*Virg. æn.* 10.
Perpetua.	Nox eſt perpetua vna dormienda.	*Catullus.*
Lethæa.	Victaque lethæa lumina nocte premunt.	*Oui. de ar.* 3.
Profunda.	Pallentes vmbras Erebi, noctēque profundā.	*Vir. æn.* 4.
Suprema.	Sportula Cane tibi ſuprema nocte petita eſt, &c.	*Mar. ep.* 1
Mitis.	Bis ſex luſtra tori nox mitis & vltima cluſit,	
Vltima.	Arſerunt vno funera bina rogo.	*idem ep.* 10.

NVBES.

————	Collectæ ex alto nubes, ruit arduus æther.	*Virg. Ge.* 1.
Serena.	——————vnde ſerenas	
	Ventus agat nubes.	*ibidem.*
Præceps.	Præcipites alta vitam ſub nube relinquunt.	*Virg. Ge.* 3.
Atra.	——————& ruit atram	

	Ad cælum picea tectus caligine nubem.	*Virg. Ge. 2.*
Obſcura.	Obſcuramque trahi vento mirabere nubem.	*Virg. Geo. 4.*
Immenſa.	Immenſaſque trahi nubes.	*Ibidem.*
Circũfuſa.	——circumfuſa repente	
	Scindit ſe nubes.	*Virg. æn. 1.*
Abrupta.	——ingeminant abruptis nubibus ignes.	*Virg. æn. 3.*
Nigra.	Plaudẽtem nigra figit ſub nube columbam.	*Virg. æn. 5.*
Liquida.	Namque volans liquidis in nubibus arſit arundo.	*ibid.*
	Treis imbris torti radios, treis nubis aquoſæ.	*Virg. æn. 8.*
Cærula.	————qualis cum cærula nubes	
	Solis inardeſcit radiis, longeque refulget.	*ibidem.*
Fulua.	Alloquitur fulua pugnas de nube tuentem.	*Virg. æn. 12.*
Gelida.	——aut qua ſpe gelidis in nubibus hæres.	*ibidem.*
Cærulea.	——cæruleas præuertite in æthera nubes.	*ibidem.*
Cæleſtis.	Sæpe feres imbrem cæleſti nube ſolutum.	*Ouid d. a. 2*
Picea.	——inducta piceis è nubibus vmbra	
	Omne latet cæium.	*Oui. met. 11.*
Bibula.	Et patrio capiti bibulas ſubducere nubes.	*Ou. met. 14.*
	——& nubibus aera cæcis	
	Occuluit, tonitruque, & fulgure terruit orbem.	*ibidem.*
Ætherea.	——& ætherea molitur condere nube.	*Oui. met. 15.*
Grauida.	Fallor, an incipiunt grauidæ euaneſcere nubes?	*Ou. triſt. 1*
Ardua.	Molem propinquam nubibus arduis.	*Hor. car. 3.*
Squallens.	Mœſtũ tecta caput ſquallenti nube pererrat.	*Lucan. 6.*
Imbrifera.	——imbriferam cum torto puluere nubem	
	In flexum violentus agit.	*Lucanus 9.*
Hiberna.	Nubibus hibernis, & noſtro paſcitur imbri.	*Stat. Th. 7.*
Tenebroſa.	——tenebroſam à vertice nubem	
	Aſpexere duces.	*ibidem.*
Rubens.	Nube ſubnixus veniet rubente.	*Prud. de Co.*
Nigrans.	Nubibus obſeſſam nigrantibus aſpicit vrbẽ.	*Prud. in ſy. 1.*
Aeria.	Aeriæ nubes diripienda ferant.	*Tibul. 4.*
Volans.	Pulueris exhalat nebulã, nubeſque volantes.	*Lucanus 1.*
Caua.	Exiliantque cauis eliſi nubibus ignes.	*Oui. met. 6.*
Opaca.	————quiddam nubis opacæ	
	Quærimus.	*Oui. de ar. 3.*
Volucris.	Tollitur, & volucris Riphæa per ardua nubes.	*Valer. 2.*
Horrifica.	——horrificam traxere per æthera nubem.	*Silius 17.*
Denſa.	——denſas obiecit Cynthia nubes.	*Ou. met. 15.*
Fugax.	Vndoſam ſeruare fidem nubeſque fugaces.	*Cl. de Bel. Get.*
	——ſeque in excelſum leuans	
Deformis.	Ipſos Penates nube deformi obſidet.	*Sen. Thy.*

NVBES, pro multitudine militum.

——————oculiſque ſequuntur

Puluerea. Pulucreã nubẽ, & fulgentes ære cateruas. *Virg. Æn.8.*

Immenſa. Vt procul immenſam campo conſurgere nubem,
Ardentéſque acies, percuſſis ſole coruſco
Conſpexit telis. *Lucanus 2.*

NVBES, pro tenebris.

Triſtis. Pars vitæ triſti cætera nube vacet. *Ouid.triſt.5.*

Opaca. Cùm traheret lethale merum, iam mortis opacâ
Nube grauis. *Stat. ſylu.4.*

NVBILA.

Denſa. Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila, &c. *Virg.Geor.1.*

Inania. ————ſe ſe per inania nubila librant. *idem Geor.4.*

Atra. Illa notos, atq; atra volãs per nubila fugit. *idem Æn.5.*

Fuſca. Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo. *Ouid. met.5.*

Triſtia. ——————hac triſtia nubila pello. *idem met.6.*
——————omnìſque per æquora mundi

Nimboſa. Spirit⁹, atq; hyemes, nimboſáq; nubila parẽt. *Stat.ſyl.5.*

Frigida. Frigida damnatæ produxit nubila menti. *idem ſylu.5.*

Vaga. Exagitãſq; truces aquilas per vaga nubila. *Prud.Cath.*

Nigrantia. ——————nigrantia cedunt
Nubila. *idem Ham.*

Caua. ——ignaras circùm caua nubila quærit. *Ouid.met.5.*

Turbida. ————agit ventos, & turbida tranat
Nubila. *Virg. æn. 4.*

Picea. Squallebat preſſũ picea inter nubila cælũ. *Ouid.met.5.*

Pendentia. Vtque manulatè pendentia nubila preſſit. *idem met.1.*

NVMA.

Vir è 1 Sabino agro natus: poſt Romulum à populo Romano in regem electus, ſuos ciues 2 ſanctiſſimis legibus inſtituit, pacis 3 amans; religionis 4 cultor. Regnauit quadraginta quinque annos.

Placidus. Regis opus placidi, quo non metuentius vllum

4 Met.num. Numinis ingenium, terra Sabina tulit. *Ouid faſt.6.*

Intonſus. Tunc erat intonſi regia magna Numæ. *ibid.*

Antiquus. Hæc fuit antiqui regia parua Numæ. *idem triſt.3.*
Credimus æquoream Phthio Nereida regi

2 Iuſtus. Ægeriam iuſto concubuiſſe Numæ. *idem am.2.*

Clarus. Deſtinat imperio clarum prænuntia veri
Fama Numam. *idem met.15*
Tu reducem patriæ ſexta, pater optime, bruma,

3 Pacificus. Pacifici Latia reddis ab vrbe Numæ. *Mar. epig.12*

NVMEN. *NVMINA.* *V.* DII.

Diuinum.	Quæ procul vſq; adeò diuino ab numine diſtêt.	*Lucr.* 5.
Sanctum.	———tum numina ſancta precamur.	*Vir. æneid.* 3.
Magnum.	Magna gemelliparę venerantur numina diuæ.	*Ou. met.* 6
Cæleſte.	Ius tibi feciſti numen cæleſte videndi.	*idem faſt.* 6.
Supernum.	Iam iam ſuperno numini grates ago.	*Sen. Hippol.*
Venerandũ.	———venerandum cernere numen.	*Calphũrn.*
Non violabile.	——————& non violabile teſtor Numen, ait.	*Vir. æneid.* 2.
Mite.	Mite precor duplici numen adeſte viæ.	*Ouid. triſt.* 1.
Placabile.	Sed ſolet interdum fieri placabile numen.	*idem triſt.* 2.
Mitiſſimũ.	Annuite ô timidis, mitiſſima numina, votis.	*idem Pont.* 2
Amicum.	Numen adorandum eſt, non vt mihi fiat amicum,	
Adorãdum.	Sed ſit vt iratum quàm fuit ante minùs.	*idem Pont.* 3.
Benignum.	Quas & benigno numine Iuppiter Defendit.	*Hor. car.* 4.
Venerabile.	——lætis numen venerabile menſis.	*Stat. ſyl.* 4.
Exorabile.	————————exorabile numen Fortaſſe experiar.	*Iuue. ſat.* 13.
Pium.	Spero equidem mediis (ſi quid pia numina poſſunt) Supplicia hauſurum ſcopulis.	*Vir. æneid.* 4.
	————————————numen	
Auxiliare.	Auxiliare vocat.	*Lucanus.*
Præſens.	Et vos agreſtûm præſentia numina Fauni.	*Vir. Geor.* 1.

Dextrum. *Potens.*

NVMERI, pro carminibus.

Quia verſus certa lege, & numeris vinciuntur, ideò numeri verſus ſignificant. Argumentum autem ad Carmen *leges.*

Flebiles.	Flebilibus numeris, veluti canentia durâ Traiectus penna tempora, cantat olor.	*Ouid. faſt.* 2.
Leues.	—materia eſt numeris leuioribus apta.	*idem am.* 1.
Graues.	Arma graui numero, violentáque bella parabam Edere.	*ibid.*
Molles.	———niſi carmina molli Nunc demum numero fluere.	*Perſ. ſat.* 1.

NVMICVS, & Numicius. *Fluuius Italiæ.*

Corniger.	Corniger hanc tumidis rapuiſſe Numicius vndis	
Tumidus.	Creditur.	*Ouid. faſt.* 5.
Sacer.	———fontis vada ſacra Numici.	*Vir. æneid.* 7
Placidus.	———placidi ſum nympha Numici.	*Ouid. faſt.* 3.
Tectus arũdine.	———vbi tectus arundine ſerpit In freta flumineis vicina Numicius vndis.	*idem met.* 14

NVMIDÆ.

Populi ſunt Africæ, quos Virgilius 1 infrenos vocauit, vel quòd barbaris ſint, & incultis moribus, nec legibus poßint retineri; vel potiùs quòd in equis domandis, & circumflectendis ſolam virgam, non frenos adhibeant.

1 *Infreni.* Et Numidę infreni cingũt, & inhoſpita Syrtis. *Vir. Æn. 4*
1 *Inſcij freni.* ——Numidæ gens inſcia freni. *Silius 1.*
Vagi. —Numidæque vagi, ſempérque paratus
Inculto Getulus equo. *Lucanus 4.*
Fugaces. ————Numidæque fugaces
Vndique cõpletis clauſerũt mõtib⁹ agmẽ. *ibid.*
Rebelles. ————Numidaſque rebelles,
Cinyphiúmque Iubam. *Ouid. met. 15*

NVNTIVS. *V.* Fama. Rumor.

Perſonam quæ nuntiat, & rem quæ nuntiatur Nuntius ſignificat.

Velox. ——velox iam nuntius aduolat vrbem. *Cl. de Pr. cõſ.*
Fœlix: Fœlix ad aures nuntius venit meas. *Sen. Agam.*
Lætus. ————infauſtum iubes
Infauſtus. Miſcere læto nuntium. *ibid,*
Funeſtus. ————funeſtior aduolat alter
Nuntius. *Cl. in Eutr. 2.*
Horribilis. Cùm ſubitò adfertur nuntius horribilis. *Catul.*
Triſtis. ——ſed nunc tibi ſumma pauotis
Siniſter. Nũtius armorũ triſtis, rumórque ſiniſter. *Lucanus 8.*
Veráne te facies, verus mihi nuntius affers,
Verus. Nate deâ? *Virg. Æn. 3.*
Incognitus. Inopinus. Improuiſus.

NVTRIX.

Chara. Aut ego cum chara de te nutrice ſuſurro. *Ou. epiſt. 17.*
Sedula. Sedula me nutrix alias quoq; ducit in ædes. *id. epiſt. 19.*
Blanda. Eripuit tenerũ blandis nutricibus æuum. *Auſonius.*
Alma. Almæ nutricis blanda, ac infracta loquela. *Lucretius 5.*

NYMPHA. *NYMPHÆ.*

Sunt Numina aquarum, quas immutatâ litterâ Latinè lymphas vocant. De virgine, & puella quacúnq; dicitur. Pro 1 fonticulo è terra prorumpente vſus eſt Stat ſyl. 1. *Vide quæ diximus ad caput* Naiades.

Agreſtes. ——Nymphas venerabar agreſtes. *Virg. Æn. 3.*
Florentes. Me non florẽtes æquali corpore Nymphæ. *id. in Ceiri.*
Blandæ. Sæpè tulit blandis argentea lilia Nymphis *Propert. 4.*
Niueæ. Vt tetigit niueæ ſecreta cubilia Nymphæ. *Ouid. faſt. 1.*
Laſciuæ. Laſciuæ nemorum deæ,
Deæ nemor. Montiuagíque Panes. *Sen. Hipp.*

Humentes. Humentes Nymphas Phorcus comitatur. *Sid. Apol.*
Æquoreæ. Æquoreæ pelago ſimul emerſere ſorores. *Silius.*
Glaucæ. At genitrix cœtu glaucarum cincta ſororũ. *Stat. Th. 9.*
Cæruleæ. ——cærulex referunt lamenta ſorores. *idem.*
Teneræ. —dum teneris iactat ſua carmina Nymphis. *Ou. met. 11.*
Ridet hoc, inquam, Venus ipſa, rident
Simplices. Simplices Nymphæ. *Hor. car. 2.*
Dulces. ————occurrit dulcis amaro
Nympha mari. *Stat. ſyl. 2.*

O

OBEX.

In obice apud Poetas additur duplex ij, vt ſyllaba producatur.

Magnus. Ecce maris magno claudit nos obiice Pontus. *V. Æn. 10*
Firmus. Inuadunt, portáſque petunt, quas obiice firmo
Clauſerat. *Ouid. met. 14.*

OBLIVIO. *OBLIVIA, plural.*

Longa. Securos latices, & longa obliuia potant. *Virg. æn. 6.*
Liuida. ——— carpere liuidas
Obliuiones. *Hor. car. 4.*
Magna. Hinc animi caligo, & magna obliuia rerũ. *Iuu. ſat. 6.*
Tranquilla. Mulcebãt placidi trãquilla obliuia ſomni. *Auſon. epiſt.*
Profunda. Senſum profunda obliuio
Preſſit, grauauit, obruit. *Prud. Cath.*
Obſoleta. O vetuſtatis ſilentis obſoleta obliuio! *id. de cor.*
Pigra. Limẽ, opaca quies, & pigra obliuia ſeruant. *Stat. Th. 10.*

OBTVTVS. *V.* Viſus. Vultus.

Toruus. Audiuit toruo obtutu defixus. *Silius 17.*
Acer. ———mœſtoſque ſub acri
Obtutu vultus. *ibid.*
Altus. ———obtutu conſurgit ab alto. *Val. 7.*
Obſtupuit variâ confuſus imagine rerum
Tacitus. Turnus, & obtutu tacito ſtetit. *Virg. Æn. 12*

OCCASIO. *V.* Tempus.

OCEANVS. *V.* Mare.

Deus eſt maris, & maritus Tethyos. Mare ſignificat: quod à diuerſis regionibus quas alluit, plures ſortitur appellationes. Pro quocunq; tamen mari vſurpauit Virg. Æneid. 2. ———ruit Oceano nox.

Altus. ———vix ſero alto mergitur Oceano. *Catullus.*
Belluoſus. Te belluoſus, qui remotis
Obſtrepit Oceanus Britannis. *Hor. car. 4.*
Circũuagus. Nos manet Oceanus circumuagus. *idem epod.*

Ingens. ——————cùm funditur ingens
Oceanus. *Lucanus* 1.
Refuſus. Audiit,& ſi quem tellus extrema refuſo
Summouet Oceano *Vir.æneid.* 7.
Genitor nympharũ. ———quantum non vltima Thetis,
Non genitor nympharum abluat Oceanus. *Catullus.*

OCREA.

Læuis. Aut læues ocreas lento ducunt argento. *Vir.æneid.* 7.

OCVLVS. OCVLI.

Cùm mentis nuntij, & voluntatis interpretes ſint oculi, eos animi vel prauis deiectos, vel honeſtis affectibus renidentes depingere viſum eſt. Sint itaque in facie pulchra, Decori, Blandi, Dulces, Nitidi, *&c. in faſtu, & ſeueritate,* Superbi, Immoti, Irretorti, *&c. in ira,* Ardentes, ſuffecti ſanguine, Tremendi, Torui, Terribiles, *&c. in inuidia,* Limi, Obliqui, Maligni, *&c. in triſtitia,* Humentes, Deiecti, Graues, *&c. in amore,* Proterui, Profani, Loquaces, *&c.*

Lucidus. ———me voluit dicere lucidûm
Fulgens. Fulgentes oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus. *Hor. car.* 2.
Nitentes. ———lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. *Virg.æn.* 1.
Facilis, Miratur facileſque oculos. *idem æn.* 8.
Decori. ———oculos deiecta decoros. *idem æn.* 11
Melliti. Mellitos oculos tuos Iuuenti. *Catullus.*
Ingenui. Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos. *Prop.* 2.
Modeſti. —oculos in humum deiecto modeſtos. *Ouid.Am.* 3.
Comis. Comibus eſt oculis alliciendus amor. *Ou.de art.* 3.
Mollis. Mollibus eſt oculis, quod fleat illa refer. *O.de r. a.* 1.
Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Fidelis. Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. *Hor.de ar.P.*
Caleſtis. Norat cæleſtes oculos ducis. *Stat.ſyl.* 3.
Verentes. ——————oculique verentes
Ad ſanctum redimêre patrem. *idẽ Theb.* 1.
Sereni. ——————ſerenos
Lætus circumfert oculos, & ſingula diſcit. *Silius* 11.
——————faciemque ſuperbi
Mirantes. Ignotam luxus oculis mirantibus haurit. *Ibidem,*
Sequaces. ——————oculoque ſequaci
Quamprimũ nobis diuinũ perlege carmen. *Calphur.*
Arguti. Riſit,& argutis quiddam promiſit ocellis. *Ouid.am.* 3.
Nitidi. Turbauit nitidos extinctus paſſer ocellos. *Iuuen.ſat.* 6.
Blandi ———blandique ſeuero
Igne micant oculi. *Stat.ſyl.* 2.

—limis

Limi. ——limis ſubriſit ocellis. *Oui. Am. 3.*

Nigri. Et Lycum nigris oculis, nigroque
Crine decorum. *Hor. car. 1.*

Æqui. Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. *Vir. æn. 4.*

Iuſti. Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis. *Oui. met. 13.*

Igne micãtes. ——vide igne micantes

Syderei. Syderibus ſimiles oculos. *Oui. met. 1.*

Ridentes. Quondam ridentes oculi, nunc fonte perenni
Deplangunt pœnas nocte diéque ſuas. *Cornell. Gal.*

OCVLI in ira, & inuidia.

Irati. ——iratos in te defixit ocellos. *Ouid. Am. 3.*

Ardentes. Ardentes oculos intorſit. *Vir. Geo. 4.*

Suffecti igne. Ardenteſque oculos ſuffecti ſanguine, & igne. *Vir. æn. 2.*
——nequeunt expleri corda tuendo

Terribiles. Terribiles oculos. *Virg. æn. 8.*

Acres. ——oculis micat acribus ignis. *Virg. æn. 12.*

Tremendi ira. Aſpicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos
Fecerat. *Oui. met 3.*

Torui. Ille tuens oculis immitem Phinea toruis. *idem met. 5.*

Superbi. —vtque oculos circumtulit alta ſuperbos. *idem met. 6.*

Immites. ——oculiſque tuens immitibus, ah quam
Es ſimilis patri! dixit. *ibidem.*

Micantes. Conſtitit, atque oculos circũſtetit igne micantes. *O. m. 15*

Hoſtiles. Ille ferox, & adhuc oculis hoſtilibus ardens. *Oui. triſt. 4.*

Intenti. Intentos voluens oculos. *Virg. æn. 7.*

Feroces. ————ille feroces

Vagantes. Torquet adhuc oculos, totoque vagantia cælo
Lumina. *Lucanus 5.*

Truces. Vultus furore toruus, atque oculi truces. *Sen. OEd.*

Obliqui. Non iſtis obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro, morſuque venenat. *Hor. epi. 1.*

Sanguinei. Fulgent ſanguinei, geminum vibrare cometen
Vt credas oculi. *Silius 9.*

Maligni. ————oculiſque malignis
Ambiguæ ſpectare rates. *Virg. æn. 5.*

Profani. Hic oculis illum cernentem ſacra profanis. *Oui. met. 3.*

Seueri. *Minaces.*

OCVLI in lachrymis, & morte.

Lachrymãtes. Maria vaſta viſens oculis lachrymantibus. *Catullus.*

Graues. Illa graues oculos conata attollere. *Virg. æn. 4.*

Inertes. ——oculos ſtupor vrget inertes. *Virg. Geo. 3.*

Frigiduli. Frigidulos cubito ſubnixa pependit ocellos. *Vir. in Ceiri.*
Turgiduli. Flendo turgiduli rubent ocelli. *Catullus.*
Dejecta. Cum bene deiectis gremiũ ſpectabit ocellis. *Oui. Am. 1.*
Molles. Mollibus eſt oculis, quod fleat illa refer. *Ou. der. a. 1.*
Fixi ſolo. Illa ſolo fixos oculos auerſa tenebat. *Virg. æn. 6.*
——— ———————ſuſtulit illa
Humentes. Humentes oculos. *Oui met. 11.*
———iuuat ire, & viſere iuxta
Liuentes. Liuentes in morte oculos. *Stat. Th. 1.*
Natantes luce. ———ille oculos etiamnum luce natantes
Siſtit, & aſpecta germani morte reſoluit. *idem Th. 2.*
Madentes. ———vultumque, oculoſque madentes
Obruit *idem Th. 6.*
Immoti. Immotoſque oculos in ſe ſine fine tenentem
Neſcius extimuit. *Oui met 2.*
Iacentes. Vox tenuis, tardiq; gradus, oculiq; iacẽtes. *Cl. de bel. G.*
Laſſi. ———ſomnus laſſos ſummiſit ocellos. *Ou. in Frag.*
Morte cadentes. Iam cum Lethæos audirem comminus amnes
Aſpexi, tenuique oculos iam morte cadẽtes. *Stat ſyl. 3.*
Grauati Morte. ————oculos iam morte grauatos
Pyramus erexit. *Oui. met. 4.*
Labantes. Piger his labãtes languore oculos ſol operit. *Catullus.*
Iacentes in morte. Sed cum membra premit fugiente rigentia vitâ,
Vultuſq; exanimes, oculoſq; in morte iacẽtes. *Lucan. 2.*

OCVLI, in vigilia, & ſomno.

Vigilantes. ———oculis vigilantibus exit *Virg. æn. 5.*
Labens. Quamuis labẽtes premeret mihi ſomnus ocellos *Prop. 1.*
Inſomnes. Inſomneſque oculos rubor excitat. *Stat. ſyl. 3.*
Vigiles. Tot vigiles oculi ſubter. *Virg. æn. 4.*
Feſſi. Pone caput feſſoſque oculos furare labori. *Virg. æn. 5.*
Compoſiti. Compoſitos leuibus radiis patefecit ocellos. *Prop. 1.*
Victi. Blanda quies furtim, victis obrepſit ocellis,
Languidi. Et cadit à mento languida facta manus. *Oui. faſt. 3.*
——— quantam ſeruaueris vrbem
Attoniti. Attonitis metire oculis *Cl. del. St. 3.*

OCVLI, in amore.

Duc. in am. ————oculi ſunt in amore duces. *Propertius.*
Ebrij. Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore ſuauiata. *Catullus.*
Cupidi. O nimium cupidis ſi non inhiaſſet ocellis! *Vir. in Ceiri.*
Loquaces. Néc lachrymis oculos digna eſt fœdare loquaces. *Tib. 1.*
Proterui. Tu modo me ſpectas oculis, laſciue, proteruis. *Ouid. ep. 16*

Ne lingua mendax, ne manus,

Lubrici. Oculi ve peccent lubrici. *Prud. Cath.*

Profani. Hic oculis illum cernentem ſacra profanis. *Ouid. met. 3.*

OCVLI ſerpentium, & furiarum.

Ignei. ——————igneos ſerpentium

Oculos remiſſo lumine, ac placido intuens. *Sen. Her. fu.*

Liuentes. ——————oculiſque diu liuentibus hæſit,

Peiorem mirata virum. *Cl. in Ruf. 1.*

Igne micantes. Igne micãt oculi, corpus tumet omne veneno *Oui. met. 3.*

ODIVM.

Crudele. Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni,

Aut metus acer erat. *Virg. æn. 1.*

Aſperum. Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui. *Virg. æn. 2.*

Nefandum. ——————exediſſe nefandis

Vrbem odiis ſatis eſt. *idem æn. 5.*

Inexorabile. ———ſed inexorabile duros

Iniquum. Exerces odium, nec iniquâ finis in ira eſt. *Oui. met. 5.*

Atrox. ———odiumque in prole paternum

Exercebat atrox. *idem met. 9.*

Æternum. Si æterna ſemper odia mortales gerant. *Sen. Her. fu.*

Impacatũ. ——————impacatiſque rebelles

Vrgerent odiis. *Cl. in Eutr. 2*

——————alternaque regna profanis

Profanum. Decertata odiis. *Stat. Th. 1.*

Improbum. ———viuunt odia improba, viuunt. *Stat. Th. 11.*

Obſcurum. —non odio obſcuro, morſúque venenat. *Hor. Epiſt. 1*

Acerbum. ——————ſcio acerba meorum

Circunſtare odia. *Virg. æn. 10.*

Immortale. Immortale odiũ, & nunquã ſanabile vulnus. *Iuu. ſat. 15.*

ODOR.

Odor dicetur Achemenius, & Aſſyrius, 2 ab Perſicis regionibus, vbi rex imperauit 1 Achemenes:) hic enim, ſicut & in 3 Panchaia, regione Arabiæ, 4 galbanum, 5 thus, croeúſque proueniunt.

Diuinus. ——————& diuinum vertice odorem

Spirauêre comæ. *Virg. æn. 1.*

Suauis. Sic poſitæ, quoniã ſuaues miſcetis odores. *Virg. Ecl. 2.*

5 Croceus. —nonne vides croceos vt Tmolus odores. *Virg. Ge. 4.*

Liquidus. —liquidum Ambroſiæ diffundit odores. *Prud. Cath.*

Fragrans. ——————fragrans odor,

Thuris Sabæi, ac myrrheus

Puluis ſepulchrum prædocet. *Prud. Cathem.*

Spirans.	Floribus æternis ſpirantes libat odores.	*Prud. Ham.*
1 *Achemeniū.*	Achemenium ſpirabat vertice odorem.	*Silius* 15.
2 *Aſſyrium.*	Flagrantem Aſſyrio venit odore domum.	*Catullus.*
3 *Panchæus.*	Araque Panchæos exhalat propter odores.	*Lucretius* 2.
4 *Galbaneus.*	—Galbaneos ſuadebo incendere odores.	*Virg. Geor.* 4.

Myrrheus. *Thureus.* *Dulcis.*

ODOR MALVS.

Malus.	—malus vndique membris—Creſcit odor.	*Hor. Epod.*
Grauis.	Aut vbi odor cœni grauis.	*Virg. Geo.* 4.
Ater.	Voluitur ater odor tectis.	*Virg. æn.* 12.
Teter.	Teter, vt immundæ carnis abiret odor.	*Mar. ep.* 3.
Acer.	—procul abſiliebat, vt acrem exciret odorē.	*Lucretius* 6.
Impudicus.	Odor impudicus vrcei fatebatur.	*Mar. epi.* 2.
Acerbus.	Fragrat acerbus odor.	*Valerius* 4.
	———Ogygii ſi quando afflauit Iacchi	
Sæuus.	Sæuus odor: tunc ſaxa manu, tunc pocula pulchrum	
	Spargere.	*Stat. Th.* 2.
Ingratus.	Vt tamen ingratos in pectora fudit odores.	*Oui. met.* 2.
Inimicus.	Et decedet odor neruis inimicus, &c.	*Hor. ſat.* 2.
Amarus.	Pampineus noſti quam ſit amarus odor.	*Pro.* 2.

OEDIPVS.

Dum adhuc Oedipus aluo materna clauderetur: conſulto Oraculo, Laius Pater de prole naſcitura, a qua futurum erat ut occideretur: periculi metuens, natum puerum transfixis gladio, vimineque appenſis ad arborem pedibus, in monte Cytheronte expoſuit. Puer autem à paſtore repertus Polybio regi Corinthiorum datus eſt, quem loco filij habuit: Eumque à tumore pedum Oedipum nominauit. Adultior factus, dum Thebas proficiſceretur in patrem Laium incidit: quem graſſatorem arbitratus interemit: duxitque matrem Iocaſtam, ex qua plures liberos ſuſcepit, ——auigener, patriſque riualis ſui

Frater ſuorum liberûm, & fratrum parens.

Quod ſcelus poſtea deteſtatus oculos ſibi eruit. Vide Tragœdias Oedipum, & Thebaidem apud Senecam.

Dirus.	———pœna ſimillima diro	
	Oedipodæ.	*Stat. Th.* 10
Impius.	Et nuptiales impij Oedipodæ faces.	*Sen. Her. F.*
Nefandus.	————ego caſtam manum	
Execrabilis.	Nefandus, inceſtificus, execrabilis	
Inceſtificus.	Attrecto.	*Sen. Theb.*
Miſer.	—miſerique innoxia proles —Oedipodæ.	*ibidē The.* 8
Infauſtus.	———deſere infauſtum patrem.	*idē Theb.*
Parricida.	Nil parricida dexteræ debes tuæ.	*ibidem.*

OETE. OETA.

Mons eſt in Theſſalia: vnde Hercules 1 *Oetæus dictus eſt: Hic enim pyram extruxit, in qua conflagrauit.*

	——————tunc Mænala liquit	
1 *Herculea.*	Arcas, & Herculeam miles Trachinius Oeten.	*St. Th.*
Alta.	——————péique altam ſaucius Oetam.	*Oul. met.* 9.
Ardua.	Arboribus cæſis, quas ardua geſſerat Oeta.	*ibid.*
Frondoſa.	Omnia frõdoſa longũ Deus odit ab Oeta.	*stat. The.* 4.
Æmonia.	Hic rotat Æmoniã præduris viribus Oetã	*Clau. gigãt.*
Nemoroſa.	Impleuítq; ſuis nemoroſã vocibus Oetã.	*Ouid. met.* 9.

OFFICIVM.

Honos eſt qui præſtatur corporibus humandis: exequias, & funus cum addito, quod petes è capitibus Funus, Cinis, Honos, Fatum, Munus, *ſignificat.*

	Inferias dederat cùm fratribus Hector inanes,	
Triſte.	Defuit officio Paridis præſentia triſti.	*Ou. met.* 12.
Pium.	Inque pio cadit officio.	*idem met.* 6.

OLEA. OLIVA.

Olea, hederæ, & lauro folia non decidunt: inde victoriæ, & pacis ſymbolum eſt. Sacra eſt 1 *Palladi, quæ* 2 *Tritonia etiam appellatur.*

Pallens.	Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ.	*Virgil. Ecl.* 5.
Pinguis.	Nec pingues vnã in faciẽ naſcuntur oliuæ.	*idem Geor.* 2.
1 *Palladia.*	Palladia gaudent ſylua viuacis oliuæ.	*ibid.*
Flaua.	——flauáque caput nectentur oliua.	*idem æneid.* 5
Tonſa.	Ipſe caput tonſæ foliis euinctus oliuæ.	*ibid.*
Glauca.	Mihíque glauca duro oliua frigore.	*Catul.*
Albens.	——ramíſque albentis oliuæ.	*Ou. epiſt* 10.
Cærula.	Cęrula quot baccas Palladis arbor habet.	*id. de arte* 2.
2 *Tritonis.*	——Bacchi latices Tritonide oliua	
	Admiſcere decet.	*Nemeſian.*
Syluestris.	—onúſque fuit baculus ſylueſtris oliuæ.	*Ouid met.* 2.
Grauida.	——ſubitò grauidis oneratur oliuis.	*idem met.* 7.
Frondens.	Baccáq; cũ ramis ſemper frondentis oliuæ.	*idem met.* 8.
Canens.	————————canentis oliuę	
	Frõde comã, & niueis ornati tẽpora vittis.	*stat. Theb* 3.
Viridans.	——diua comas viridantis oliuæ	
	Pace ligat.	*sid. Apollin.*
Nitida.	——nitidæque ferax Peparethos oliuæ.	*Ouid. met.* 7.
Viridis.	——viridi Mneſteus euinctus oliuâ.	*idem met.* 5.
1 *Arbor Pall.*	Nulláq; Palladia ſe ſe magis arbore tollit.	*silius* 1.
Nobilis.	Succurrent tibi nobiles oliuæ.	*Mart. epig.* 5.

OLEA. *Symbolum pacis.*

Ramus oleæ, laurive, lanâ circumuolutus, manibus Legatorum 1 ſupplicantium geſtabatur.

	Et vittâ comptos voluit prætendere ramos.	*Virg Æneid. 8.*
Placita.	——placitam paci nutritor oliuam.	*Virg.Geor.2.*
Fœlix.	Spargens rore leui, & ramis fœlicis oliuæ.	*idem Æn. 6.*
Pacifera.	Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ.	*idem Æn. 8.*
Pacalis.	Circuit extremas oleis pacalibus oras.	*Ouid. met. 6.*
Mitis.	Arenti ramo iampridem mitis oliuæ.	*idem met. 7.*
Pacata.	Adiuuat in bello pacatæ ramus oliuæ.	*idem Pont. 1.*
1 *Supplex.*	Tempora tum vittis, & ſupplice caſtus oliuâ Implicat.	*Valerius 3.*
Imbellis.	——iam flammea murice cerno Tegmina, iã vittas, frõdẽq; imbellis oliuæ.	*idem 5.*
Arbor pacis.	Quem pacis ſimul arbor, & Iuuentæ,	
Vires ætern.	Æternúmque virens oliua ſignat	*Sidonius.*
Inſons.	Aſtitit ille quidem ramis inſontis oliuæ.	*Stat. Th. 12.*

OLEVM. OLIVVM.

Vnguentum etiam ſignificat, quo ad 1 voluptatem vngebantur Antiqui. Dicitur autem labens, quòd eo peruncti Atletæ, nullam prehendendi corporis luctantibus copiam darent: ſerpentium enim more, propter lubricitatem olei, è manibus 2 labebantur.

Pingue.	Crateráſque duos ſtatuã tibi pinguis oliui.	*Virg. Ecl. 5.*
Liquidum.	Nec caſia liquidi corrumpitur vſus oliui	*id. Geor. 2.*
2 *Labens.*	Exercent patrias, oleo labente, palæſtras.	*idem Æn. 3.*
1 *Syrium.*	Sertíſque, ac Syrio fragrans oliuo.	*Catul.*
1 *Odoratũ.*	Læuis odorato ceruix manabit oliuo.	*Propert. 3.*
Dulce.	——ſimplex è dulci manat oliuo.	*Horat. ſat. 2.*
Leue.	Miſceri cũ pix nequeat grauis, & leue oliuũ.	*Lucret. 6.*

OLOR.

Verſus in olorem Iuppiter, 1 Ledam, Tyndari regis Laconiæ, vxorem, vbi 2 Sparta, & 3 Amyclæ, vrbes, compreſſit.

Albus.	Strymoniámq, gruẽ, aut albũ deiecit olorẽ.	*Virg. Æn. 11.*
3 *Amyclæus.*	——Amyclæos ad fræna citauit olores.	*Stat. ſylu. 1.*
Niueus.	——niueo quam flammiger ales olori Imminet.	*idem Th. 8.*
1 *Ledæus.*	Inter Ledæos ridetur coruus olores.	*Mar. epig. 1.*
Innocuus.	——innocui latè paſcuntur olores.	*Ouid. am. 2.*
Argutus.	—ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.	*Virg. Ecl. 9.*
2 *Spartanus.*	Spartanꝰ tibi cedet olor, Paphiæq; colũbæ.	*Mar. epig. 8.*
Canorus.	——aut ſi minor ore canorus Anſeris indocto carmine ceſſit olor.	*Propert. 2.*

OLYMPVS: *Mons.*

Mons eſt altiſſimus in Theſſalia, qui Lucano lib. 2. teſte) nubes excedit: eò enim attollitur, vt accolæ ſumma eius iuga cælum vocent. inde pro cælo vſurparunt Poetæ.

Altus. Flaua Ceres alto nequicquã ſpectat Olympo. *V. Geor.* 1.
Magnus. ——reboant ſyluæ, & magnus Olympus. *idem Geor.* 3.
Pruinoſus. Oſſa pruinoſum vexit glacialis Olympum. *Cl. de rapt.* 2.
Frondoſus. —atque Oſſæ frondoſum imponere Olympũ *V. Geor.* 1
Gelidus. Diſſiluit gelido vertex Oſſæus Olympo. *Claudianus.*
——————ſtet impoſita
Pinifer. Pelion Oſſa, pinifer ambos
Preſſit Olympus. *Sen. Agam.*
Arduus. Ingens. Sublimis.
Maximus. Vicinus aſtris.

OLYMPVS. *CÆLVM.*

Summus. Muſæ, quæ pedibus ſummũ pulſatis Olympũ. *Ennius.*
Clarus. Ipſe deûm tibi me claro demittit Olympo
Regnator *Virg. Æn.* 4.
Ætherius. Quant'ad ætheriũ cæli ſuſpectus Olympũ. *idem Æn* 6.
Æternus. Talis in æterno fœlix Vertũnus Olympo. *Tibul.* 4.
Vaſtus. ————vaſti quoque rector Olympi. *Ouid. am.* 2.
O magna parens natura deûm,
Ignifer. Tũque igniferi rector Olympi. *Sen. Hippol.*
Stellans. ———rex ô ſtellantis Oly[m]pi. *Cl. Au pan.* 1
————————————ſereno
Purpureus. Lumine purpureũ reſerat iã ſud' Olympũ. *Auſ. edyl.*
Flammifer. —flammifero tandem conſedit Olympo *Valerius* 1.
Cæruleus. Illos cærulei primùm ferit horror Olympi. *idem* 7.
Excelſus. Alter ab excelſo decurrens limes Olympo. *Manilius* 1.
Conuexus. —quantum conuexo mundus Olympo
Contineat ſpatium. *ibid.*
Omnipotens. Panditur interea domus omnipotentis Olympi *id. Æn.* 10.
Nitidus. Beatus.

OMEN.

Neque ſolùm deorum voces Pythagorei obſeruarunt, ſed etiam hominum, quæ vocant Omina. Quæ Majores noſtri, quia valere cenſebant, idcircò omnibus rebus agendis, Quod bonum, fauſtum, fœlix, fortunatúmque eſſet, *præfabantur.* Cicero de Diuinat. 1

Bonum. Détque bonum voto lucidus omen apex. *Ouid. Fõſt.* 4.
Fauſtum. Omine non fauſto fœmina, virque meo. *idem triſt.* 2.
Fœlix. Nec læto vultus, nec fœlix attulit omen. *id. met.* 10.

Candidum. ——————date candida, ciues,
Omina. *Propert.* 4.
Diuinum. ——diuino cecinerunt omine Parcæ. *Catul.*
Secundum. Dum fauet nox, & Venus; 1 ſecundo
Omine. *Hor. car.* 3.
Lætum. ——————nunquam omine læto
Diſtrahimur miſeri. *Lucanus* 8.
Ingens. Ingens omen habes, inquit, magni, cla-
r que triumphi. *Iuuen. ſat.* 4.
Inoffenſum. Semper inoffenſũ dederint ſucceſſib' omẽ. *C. Au. pan.* 2.
Dextrum. ——dextrum effulſit conatibus omen. *Silius* 13.
Magnum. Certatim inſtaurant epulas, atque omine magno
Crateras læti ſtatuunt, ac vina coronant. *Virg. Æn.* 7.
Argutum. Aridus argutum ſternuit omen amor. *Propert.* 2.
Certum. Quid quod & ominibus certis prohibebar amori
Indulgere. *Ouid. met.* 9.

OMEN INFAVSTVM.

Infauſtum. ——infauſto committitur omine pugna. *Virg. Æn.* 11.
Triſte. Oménque triſte reſonat infauſtæ ſtrygis. *Sen. Her fur.*
Læuum. ——læuis vrbi genitum ad fatalia damna
Fatale. Ominibus. *Silius* 14.
Dirum. Aut ego ſum cauſſat' aues, aut omina dira. *Tibullus.*
Funeſtum. Nigraque funeſtum condidit omen auis. *Propert.* 2.
Malum. Parthe, malũ iã nũc Mars tuus omẽ habet. *Ou. de arte* 1.
Vanum. ——————nos vanum ſpernimus omen. *idem met.* 2.
Siniſtrum. Dii, precor, a nobis omẽ remouete ſiniſtrũ. *id. epiſt.* 13.

OMPHALE.

Ex Donato *ad* Act. 5. ſcen. 3. *Eunuch. Terent.* Omphale regina fuit 1 Lydiæ, quæ Herculem ſibi ſeruientem etiam ad lanificium compulit, cùm ipſa calathum, & colum, cultúſque fœmineos ſagittis, & claua, leoniſque tegmine mutaſſet. *Fidem facit* Propert. lib. 3. eleg. 11. *Dicitur* 2 *Mæonia, quòd Lydia Mæonibus ſit contermina, &* 3 *Iardanis à patre Iardano.*

Formoſa. Omphale in tantum formæ proceſſit honorem,
1 *Lydia.* Lydia Gygæo tincta puella lacu:
Vt qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas,
Tam durâ traheret mollia penſa manu. *Propert.* 3.
3 *Iardanis.* Se quoq; Nympha tuis ornauit Iardanis armis. *Ou. ep.* 9
2 *Mæonia.* Nec te Mæoniæ laſciuæ more puellæ,
Incingi zonâ dedecuiſſe pudet. *ibid.*
2 *Mæonis.* Mæonis aurato conſpicienda ſinu. *idem faſt.* 2.
1 *Lyda.* Ridet amatorem Lyda puella ſuum. *ibid.*

ONVS. *Vide* PONDVS.

Grande. Grãde onus exiguo formicas ore gerẽtes. *Ou. met.* 7.
Vaſtum. Et vaſtum motu collabefactat onus. *idem faſt.* 1.
Graue. Aere ſubiecto tam graue pendet onus. *idem faſt.* 6.
Leue. Inque tuis humeris tam leue fertur onus. *idem triſt.* 2.
Moleſtum. —onus haud vnquã ſolit⁹portare moleſtũ. *Horat. ſat.* 1.
Grauius. ————grauius dorſo ſubiit onus. *idem ſer.* 1.
Vel tu Siſyphios licet admirêre labores,
Difficile. Difficile vt toto monte volutet opus. *Propert.* 2.
Iniuſtum. Iniquum. Inſolitum. Inſuetum.

ONYX.

Gemma eſt, de qua plura habet Plinius lib. 37. cap. 6. *Ex eo Antiqui vaſa vnguentaria faciebant, unde pro ipſo* 1 *vnguento accipitur.*

Paruus. Nardi paruus onyx eliciet cadum. *Hor. car.* 4.
Pinguis. Siccos pinguis onyx anhelat æſtus. *Mart. epig.* 6.
1 *Myrrheus.* Et crocino nares myrrheus vngat onyx. *Propertius* 3.

OPES.

Ab 1 *Phrygia, &* 2 *Mygdonia, vbi imperauit Crœſus: ab* 3 *Attalo rege Pergami: ab* 4 *Eois, ſeu Orientalibus populis epitheta deſumpta vides. Et quia his abutuntur homines, eáſque in luxu, & fœdis voluptatibus conſumunt; vel quæſitas ſummo labore, & ſollicitudine, miſerè effundunt, dicuntur* Miſeræ, Fluxæ, Auaræ, Sollicitæ, Caducæ.

4 *Eoa.* Eoas Latio dux meus addat opes. *O. de arte* 1.
Larga. ———& largæ ſæpè dabuntur opes. *id. de arte* 3.
Immenſa. Immenſæ ſpectantur opes. *idem met.* 6.
Congeſta. Congeſtæ cumulantur opes. *Cl. in Ruf.* 1.
Immodica. Immodicas poſſedit opes. *Lucanus* 9.
Munifica. Nec mihi munificas arca negauit opes. *Ou. Pont.* 4.
3 *Attalica.* Attalicis opibus date vellera. *Virg. in cul.*
Auida. Non auidas cognouit opes, nec triſtia bella. *ibid.*
Magnifica. Duráq; magnificas quercus habebat opes. *Ouid. faſt.* 4.
Superba. ————————opibúſque ſuperbis
Vis fracta. *Silius* 17.
Exculta. Abſtulit excultas Pertica triſtis opes. *Propert.* 4.
Magna. Magnas inter opes inops. *Hor. car.* 3.
2 *Mygdonia.* Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes
1 *Phrygia.* Permutare velis. *idem car.* 2.
Beata. ———————ſtupet ipſe beatas
Circumplexus opes. *Stat. ſyl.* 1.
——— Effodiuntur opes irritamenta malorum. *Ouid. met.* 1.
————————laudat Arelli
Sollicita. Sollicitas ignarus opes. *Hor. ſat.* 2.

Fluxa. Vanos honores ſequitur, aut fluxas opes. *Sen. Hippol.*
Leues. Defũctúmque leues non comitantur opes. *Boetius.*
Miſera. Cui ſemper miſeras ſollicitabat opes *Mar. epig. 1.*
Auara. ———opibus quorum donatur auaris
Quidquid in orbe fuit. *Cl. de rapt. 1.*
Indelibata. Indelibatas cuncta ſequuntur opes. *Ouid. triſt. 1.*
Benè fũdata. Cum benè fundatis opibus creſcentis Iuli. *idẽ met. 14.*

OPPROBRIVM. *[& infamiam.*

Dicitur opprobrium, quaſi obiectum probrum: ſignificat enim dedecus,

Infœlix auis, & Cecropiæ domus
Æternum. Æternum opprobrium. *Hor. car. 4.*
Magnum. Magnum pauperies opprobrium iubet
Quiduis & facere, & pati. *idem car. 3.*
——————ſeruauit ab omni
Turpe. Nõ ſolũ facto, verũ opprobrio quoq; turpi. *idem ſat. 1.*
Falſum. Mordeor opprobriis falſis. *idem epiſt. 1.*

OPS. *V.* CYBELE.

Filia eſt Cœli ex Veſta, ſorórque, & vxor Saturni. Terra autẽ eſt, quæ aliter vocatur Rhea: nam (vt ait Seruius) Græci Rheam vocant ἀπὸ τοῦ ῥέω, Fluo; quòd terra rebus omnibus affluat. *Eadem eſt quæ Cybele: quare proprium epitheton deſumendum è capite* Cybele.

Turrifera. Carmina turriferæ dicere iuſſit Opi. *Ouid. triſt. 2.*
Idæa. Idææ currus ille ſequatur Opis. *Tibul. 1.*

OPS *Auxilium Medicorum.*

Vide caput Ars Medica, *vbi plura ſunt quæ ad rem.*

Medica. Ad Medicam dubius confugit æger opem *Ou. de arte 3*
Salutifera. Dáque ſalutiferam iam mihi fratris opem. *id. epiſt. 19.*
Machaonia. Ille Machaoniâ vix ope ſanus erit. *id de re. a. 2.*
Innocua. Innocuam ſacro carmine monſtrat opem. *id. de re. a. 1.*
Diuina. Et ſua diuinâ furta fefellit ope. *idem faſt. 3.*

OPVS. *LABOR.*

Conſpicuum. Conſpicuum virtus hoc tua ponat opus. *Ouid. triſt. 5.*
Iuuenile. ——————opus iuuenile palæſtræ. *idem met. 6.*
Grande. In nullum mea mens grande vacauit opus. *idem Pont. 3.*
Fabrile. Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. *Virg. Æn. 8.*
Immenſum. Natura genuit, operis immenſi artifex. *Sen. Octau.*
Egregium. Vnũ opus egregiũ reſtat poſt bella labori. *Prud. Pſych.*
——————ſub te tolerare magiſtro
Graue. Militiam, & graue Martis opus. *Virg. Æn. 10.*
Durum. Atque opere in duro durarent membra. *Lucret. 5.*
Gratum. Gratum opus agricolis. *Virgil. Æn. 1.*

Dulce. Laborioſum. Longum. Periculoſum.

OPVS. *ARTIFICIVM.*

Fulgens.	Attis opus raræ, fulgens teſtudine, & auro.	*Tibul.* 3.
Comptum.	Sic etenim comptũ mittere oportet opus.	*ibid.*
Nobile.	Et valuæ Libyci nobile dentis opus.	*Propert.* 2.
Mirabile.	—mirabile patris —Impediebat opus.	*Ouid. met* 8.
Inſigne.	————————inſigne Mineruæ	
	Spirat opus.	*Cl. de la St.* 2
Marmoreũ.	Marmoreum ratus eſſet opus.	*Ouid. met.* 4.
Spectabile.	————————————ſpectabile tela	
	Duxit opus.	*Valerius* 1.
Admirabile.	Huius vt aſpicerent opus admirabile.	*Ouid. met.* 4.
Cultum.	Et cultum docto pectore profer opus.	*Mart. epig.* 1.
Cælatum.	———cælatum diuini opus Alcimedontis.	*Virg. Ecl* 3.
Clarum.	Quo nullum Latio clarius extat opus.	*Ou. de arte* 3
Laudabile.	Id laudabile opus diuûm laudare decere,	
Immortale.	Æternûmq, putare, atq; immortale futurũ.	*Lucret.* 5.
Æternum.	————æternum Martius humor opus.	*Propert.* 3.
Præclarum.	Et tam præclarũ, quod malè mutat opus.	*Corn. Gall.*
Sculptile.	Et totum Numidæ ſculptile dentis opus.	*Ouid. Põt* 4.
Superſtes.	Imbelles elegi, genialis Muſa, valete,	
Manſurum.	Poſt mea manſurum fata ſuperſtes opus.	*idem am.* 3.
Magnum.	Maius opus moueo.	*Virg. Æn* 7.
Apellæum.	Viuet Apellæum cùm morietur opus.	*Mar. epig.* 7.
	Ad Capitolini celeſtia carmina belli	
Grande.	Grande cothurnati pone Maronis opus.	*idem epig.* 5.

Ingenioſum. Perfectum. Elegans. Victurum. Indelebile. Famoſum. Vetuſtum. Perenne. Perpetuum. Elaboratum.

ORA. *REGIO. V.* Gens. Populus. Plebs. Littus.

Ignota.	Quæ miſer ignotis erro perpeſſus in oris.	*Propert.* 1.
Extrema.	Et ſi quæ extremis tellus ſe ſubtrahit oris.	*idem* 2.
Externa.	———externas profugus pater exulat oras.	*Ouid. triſt.* 3.
Deſerta.	Quid potiùs faciam deſertis ſolus in oris?	*idem triſt.* 5.
Vltima.	Vltima me vaſti ſuſtinet ora freti.	*idem Pont.* 3.
Longinqua.	Hoc tibi quidquid id eſt lõginquis mittit ab oris.	*Mar.*
Habitabilis.	O quà ſol habitabiles	[*epig.* 3.
	Illuſtrat oras.	*Hor. car.* 4.
Longa.	————————longis disiungimur oris	*Valerius* 2.
Immanis.	———quæ vis immanibus applicat oris.	*Virg. Æn.* 1.
Orientalis.	Siue ſubiectos Orientis oræ	
	Seras, & Indos.	*Horat car.* 1.
Gelida.	Rex gelidæ metuendus oræ.	*ibid.*

Ingens. Ionia. Peregrina. Remota.

ORACVLVM. *Vide* CARMEN.

Sanctum. Sed mea me virt⁹,& ſancta oracula diuûm. *Virg. Æn.* 8.
——læta tibi pandunt luce ſorores
Veridicum. Veridicum Oraclum. *Catul.*
Diuinum. Defixus ſenior, diuina Oracula Phœbi
Agnoſcens. *Stat. The.* I.
Triſte. Triſtia Syllani cecinêre Oracula Manes. *Lucanus* I.

ORBIS. *MVNDVS. Cœlum.*

Dimēſus cer- ——certis dimenſum partibus orbem
tis partibus. Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra. *Vir. Geor.* I.
Magnus. Gētis Dardaniæ magnū quæ ſparſa per orbē. *id. Æn.* I.
Maximus. Ergo tam latè pateat cùm maximus orbis. *idem triſt* 3.
Latus. Te minor latum reget æquus orbem. *Hor. car.* I.
————circumfluus humor
Solidus. Vltima poſſedit, ſolidúmq; coercuit orbē. *Ouid. met.* I.
Ætherius. ——ætherios humero qui ſuſtinet orbes. *Virg. æn.* 8.
Immenſus. Roma niſi immēſū vires promoſſet in orbē. *idem am.* 2.
Vaſtus. ———tam vaſto peruagus orbe puer. *id. de arte* 2.
Longus. Emenſus longi clauiger orbis iter. *idem faſt.* I.
Ingens. Cæſare nil ingens mitius orbis habet. *idem triſt.* 5.
Vix dum cærula nox ſubibat orbem,
Deſcendit mediâ nitens arenâ,
Flammeus. Denſas flammeus orbis inter vmbras. *Stat. ſyl.* I.

ORBIS. *Regio.*

Vltimus. ——eiectas vltimus orbis habet. *Ou. epiſt.* 14
Extremus. Pſittacus extremo munus ab orbe datum. *idem am.* 2.
Peregrinus. Nondum cæſa ſuis peregrinum vt viſeret orbem
Montibus, in liquidas pinus deſcenderat vndas. *id. met.* I
Ignotus. Exul in extremis ignoti partibus orbis. *idem triſt.* 3.
Diuerſus. Atque procul Latio diuerſi miſſus in orbē. *idem triſt.* 4.

ORBIS SOLIS, & LVNÆ.

Purus. Non aliter quàm cùm puro nitidiſſimus orbe,
Oppoſitâ ſpeculi referitur imagine Phœb⁹. *Ou. met.* 4.
Lucidus. Lucidus orbis erit, &c. *Virg. Geor.* I.
Dúmque quater plenis expleuit cornibus orbem
Plenus. Luna, quater plenū tenuata retexuit orbē. *Ouid. met.* 7.

ORBIS. *Rota.*

Ferratus. Vndiq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes. *Vir. Geor.* 2.
Celer. Verſatur celeri fors leuis orbe rotæ, *Tibul.* I.
Hæc incitatis membra turbinibus ferat,
Reuolutus. Nunquam reſiſtens orbe reuoluto rota. *Sen. Hipp.*

ORBIS *Gyrus ſerpentium, & equorum in Hippodromo.*
Inde alios ineunt curſus, alióſque recurſus
Alternus. Aduerſis ſpatiis, alternóſque orbibus orbes
Impediunt. *Virg. Æn. 5.*
Immenſus. ————immenſis orbibus angues
Incumbunt pelago. *idem Æn. 2.*
Magnus. —magnum miſtæ glomerantur in orbem. *idem Geor. 4.*
Flexus. Qui poſtquã flexos ſinuauit corp⁹ in orbes. *Ouid. met. 9.*
Tardus. —tardóſque trahit ſinus vltimus orbes. *Vir. Geor. 3.*
Exiguus. Exiguo flexos miror in orbe pedes. *Ou. epiſt. 4.*
Incertus. Et nunc huc, inde huc, incertos implicat orbes. *V. Æ. 12.*
Rapidus. Orbibus hos rapidis, mollique per æquora Caſtor
Anfractu leuioris equi deludit anhelos. *Valerius 6.*
Intortus. Sterneret et intortos orbes mãſueta Charybdis. *Virgilius.*
Tortus. Haud minus Æneas tortos legit obuius orbes. *id. Æn. 12.*
Spatioſus. Me miſerũ! me tam ſpatioſo circuit orbe. *Ouid. am. 3.*
Spiſſus. ————ſpiſſo circumdedit orbe. *Silius 13.*
Curuus. Qualis & in curuũ pontus cõfluxerit orbẽ. *Tibul. 4.*
Vagus. Orbe vago labens, miſeræ nunc robora ſyluæ
Atterit *Stat. Theb. 5.*
Multifidus. Illi multifidos crinis ſinuatur in orbes. *Cl. de rap. 2.*

ORBIS *Annus.*

Annuus. Annuus exactis completur menſibus orbis. *Vir. Æn. 5.*
Magnus. Triginta magnos voluendis menſibus orbes
Imperio explebit. *idem Æn. 1.*

ORBIS *Oculus.*

Sanguineus. Sanguineóſq; rotat, furiis ardẽtibus orbes. *Valerius 4.*
Ardens. Ardẽtes oculorum orbes ad mœnia torſit. *Virg. Æn. 12.*

ORCVS. *V.* Tartarus.

Stygius. ——Stygióque caput damnauerat Orco. *Virg. Æn. 4.*
Niger. ———nigróque ——Inuidet Orco. *Hor. car. 4.*
Ignauus. Me vocat in vaſtos amnes, nigrámque paludem
Luridus. Diues in ignaua luridus Orcus aqua. *Tibullus 3.*
Formidabilis. Paruit Æneas, & formidabilis Orci
Vidit opes. *Ouid. met. 4*
Nil miſerãs. Victima nil miſerantis Orci. *Hor. car. 4.*
Pallidus. ————————pallidus Orcus,
Eumenidéſque ſatæ. *Virg. Geor. 1.*
Pallens. ————————primo pallentis hiatu
Hæret adhuc Orci. *Lucanus 6.*
Rapax. Rapacis Orci fine deſtinata
Aula diuitum manet. *Hor car. 4.*

ORDO.

Longus. ——————omnes longo ordine cernens
Ingemuit. *Virg. Æn.6.*
Magnus. Magnus ab integro ſeclorũ naſcitur ordo. *idem Ecl.4.*
Obliquus. Obliquus quà ſe ſignorum verteret ordo. *idem Geor.1.*
———& ſi deſcendere ad ipſum
Perpetuus. Ordine perpetuo quæris, &c. *Ou. met.11.*
———————& ordinem
Rectus. Rectum euaganti frena licentiæ
Iniecit. *Hor. car 4.*

OREADES, *Nymphæ montium. V.* Nympha.

Agreſtes. Talibus agreſtẽ compellat Oreada dictis. *Ouid. met.8.*

ORESTES.

Oreſtes, filius 1 Agamemnonis, regis 3 Argiuorum, matrem 2 Clytemneſtram interemit, quòd patrem è Troia reducem per inſidias, iuuante Ægiſtho adultero occidiſſet. Quam ob cædem tandiu Furiarum tædis ardentibus agitatus 4 eſt; donec ab Iphigenia ſorore expiatus, bona menti redditus eſt. Dicitur Tantalides, & Pelopeus, ab atauo 5 Tantalo, & auo 6 Pelope.

1 *Agamemn.* Aut Agamẽnonius ſcenis agitatus Oreſtes. *Virg. Æn.4.*
5 *Tãtalides.* Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero. *Ouid. epiſt.8*
6 *Pelopeus.* Eumenidũ vidit vultus Pelopeus Oreſtes. *Lucanus 7.*
3 *Argolicus.* Quod fuit Argolico iuuenis Phocæus Oreſti. *Ou. am. 2.*
Vt foret exemplum veri Phocæus amoris,
Triſtis. Fecerunt Furiæ, triſtis Oreſte, tuæ. *idem triſt. 1.*
4 *Inſanus.* Adfuit inſano iuuenis Phocæus Oreſti. *idem Pont.2.*
4 *Demens.* —demens genitricem occîdit Oreſtes. *Horat. ſat.2.*
2 *Matricida* ————raperet cùm Taurica ſacra
pius. Matricida pius. *Sidon. Apoll.*
Patris vltor. Et vindex in matre, patris malus vltor Oreſtes. *Ou. am 1*
1 *Agamemn* Par Agamemnonidæ crimen. *Stat. Theb.8*
4 *Agit fur.* ————ſcelerum furiis agitatus Oreſtes. *Virg. Æn.3.*
4 *Egẽs metis.* Qui legis Electran, & egentẽ mẽtis Oreſtẽ *Oui. triſt.2.*
2 *Sceleratus.*—— dubium, pius, an ſceleratus Oreſtes. *idem triſt. 4.*

ORGIA.

Sacra ſunt 1 Liberi patris: quæ tertio 2 quóque anno 3 Thebis renouabantur: vnde dicta ſunt Trieterica. Deducitur autem nomen ἀπὸ τῆς ὀργῆς, *ab furore, vel* ἀπὸ τῶν ὀρῶν, *à montibus: Bacchæ enim de 4 nocte per montes inſanis clamoribus furebant.*

4 *Nocturna.* Inter ſacra deûm, nocturnáq; Orgia Bacchi. *Virg. Æn.4*
————qualis commotis excita ſacris
2 *Trieterica* Thyas, vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho

Orgia, nocturnúſq; vocat clamore Cythero. *Vir. Geor.* 4

5 *Thebana.* —Thebana metu iuratus in Orgia Gāges. *Stat. Theb.* 7

Mollia. Mollia laudabat iā marcidus Orgia Gāges. *idē Theb.* 12.

4 *Obſcura.* Pars obſcura cauis celebrabāt Orgia ciſtis. *Catul.*

1 *Bacchaa.* ————————Bacchæa ferentes
Orgia. *Stat. Ach.* 2.

ORIENS. *Vide* ORTVS.

ORIGO *Vide* GENVS.

Prima. Non alios primæ creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies, aliúmue habuiſſe tenorem
Crediderim. *Virg. Geor.* 2

Genitalis. ————rerum genitalis origo. *Lucret.* 5.

Caleſtis. Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo. *Virg. Æn.* 6.
————————ſobolémque priori

Mira. Diſſimilē populo promittit origine mirā. *Ouid. met.* 1.

Tenuis. O quam de tenui Romanus origine creuit! *idem faſt.* 3.

Natalis. ————————nec te natalis origo
Commonuit. *id. met.* 12.

Clara. Nobilis ille quidem eſt, & clarus origine. *id. epiſt.* 18.

Pulchra. Naſcetur pulchrā Troian^o^ origine Cæſar. *Virg Æn.* 1.

Magna. Hic à te magnā deſcendit origine menſis. *Ouid faſt.* 4.

ORION

1 *Bæotius patriâ, patre* 2 *Hyreo: vel (vt vult* Ouid. faſt. 5 *) ex vrina Iouis, Neptuni, & Mercurij natus eſt; vnde nomen ſortitus eſt. Fuit venator, Dianæ ſemper adhærens: cui quòd vim 3 parauiſſet, ab ea ſagittis confoſſus eſt.*

————notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ,
Virgineâ domitus ſagittâ. *Hor. carm.* 3.

Inter ſigna tamen caleſtia, ante Tauri veſtigia receptus eſt. Cùm oritur, 4 hyemem adducit, tempeſtatéſque ciet: vnde dicitur Enſifer, quòd inſtar enſis 5 reluceat: túncque ſerenitatis; ſi obſcuretur, tempeſtatis futura (in occaſu præſertim 6 vergens) indicium eſt.

1 *Bæotus.* Quorum ſi mediis Bœotō Oriona quæres. *Ouid. faſt.* 5.

4 *Nimboſus.* Cùm ſubitò aſſurgens fluctu nimboſus
Orion *Virg. Æn.* 1.

5 *Arm. auro.* Armatúmque auro circumſpicit Oriona *idem Æn.* 3.

4 *Aquoſus.* Dū pelago deſæuit hyēs, & aquoſus Oriō *idem Æn.* 4.

Sæuus. Sæuus vbi Orion hibernis funditur vndis. *idem Æn.* 7.

5 *Enſifer.* Enſifer Orion aſpiciendus erit *id. de arte* 1.

2 *Proles Hyr.* Tollet humo validos proles Hyræa lacertos. *idem faſt* 6

4 *Triſtis.* Quà triſtis Orion cadit, *Horat. epod.*

Infeſtus. Dum pecori lupus,& nautis infeſtus Oriō. *Hor. epod.*
Niger. Aut nigrū trepidis impingit Oriona nautis *Stat. Th. 9.*
Ferro minax. Ferro minax hinc terret Orion deos. *sen Her. fur.*
Nubilus. Nubilus Ægæo quē turbine verſat Orion. *Cl. de lau. St.*
6 *Deuexus.* Me quoq; deuexi rapidus comes Orionis. *Hor. car. 1.*
Sed vides quanto trepidet tumultu
6 *Pronus.* Pronus Orion. *Hor. car. 3.*
3 *Tentator* ——————integræ
Dianæ. Tentator Orion Dianæ,
Virgineâ domitus ſagittâ. *ibid.*
Magnus. ——————quam magnus Orion,
Cùm pedes incedit medii per maxima Nerei,
Aut ſummis referens annoſam montibus ornum,
Ingreditúrq; ſolo, & caput inter nubila cōdit. *V. Æn. 10*

ORITHYIA.

Filia fuit Erichthei, regis 1 Atticæ, ubi imperarunt 2 Cecrops, & 3 Pandion reges. Hæc propter eximiam pulchritudinem à Borea vento 4 rapta eſt in Thraciam, cui Zethum, & Calaim, volucres pueros, peperit. Vide Ouid metamorph. 6.

1 *Actæa.* Illic & gelidi coniux Actæa Tyranni,
Et genitrix facta eſt, partúque enixa gemellos,
Cætera qui matris, pēnas genitoris habebāt. *Ou. met. 6.*
3 *Pandionia.* Iam Pandioniæ ceſſet genus Orithyiæ. *Propert. 1.*
2 *Cecropia.* Quin & Cecropiæ proles vacat Orithyiæ. *Valerius 1.*
1 *Actias.* Atq; Getæ, atq; Hebrus, atq; Actias Orithyia. *Vir. Geo. 4*
4 *Rapta.* Infœlix Aquilo, raptæ timor Orirhyiæ. *Propertius 3.*

ORNVS.

Rigida. Cantādo rigidas deducere mōtibus ornos. *Virg. Ecl. 6.*
Sterilis. Naſcuntur ſteriles ſaxoſis montibus orni *idem Geor. 2.*
Antiqua. Ac veluti ſūmis antiquā in montibus ornū. *id. æneid. 2.*
Ingens. —aduoluunt ingentes monribus ornos. *id. æneid. 6.*
Annoſa. Aut ſūmis referēs annoſā mōtibus ornum. *id. æneid. 10.*
Vetus. Nec veteres agitantur orni. *Hor. car. 1.*
Excelſa. ————petit excelſas Tirynthius ornos *Valerius. 2.*
Aeria. ———aeriam quamuis perfertur ad ornum. *idem 8.*
Vaſta. ———vaſtas tenuat complexibus ornos. *stat. Theb. 5*
Patula. Summa.

ORONTES.

Fluuius eſt Phœniciæ, ortus è Libano monte, qui totam 1 Syriam percurrit. Vocatur 2 Eous, quod in partibus Orientis fluat.

1 *Syrus.* Iāpridē Syrus in Tyberim defluxit Orōtes. *Iuuen. ſat. 3.*
Celer. Et quantū Tigris, quantū celer ambit Orōtes. *Lucan. 6.*
2 *Eous.* Quos ad Eoum tuleras Orontem. *stat. ſylu. 4.*

ORPHEVS.

ORPHEVS.

Filius fuit 1 Apollinis & Calliopes: vates 2 præſtantiſſimus, quippe qui ſuis cantibus auritas faceret quercus, ſaxa lyræ modulatu traheret. Patria. 3 Thrax fuit, aqua plura epitheta deſumit: nam Biſtonius *à 4 Biſtonide ciuitate:* Iſmarus, Rhodopeius, Othryſius, *e montibus 5 Iſmaro, 6 Othri, 7 Rhodope; & 8* Oeagrius *ab Oeagro flumio in Thracia, dictus eſt.*

3 *Thracius.* Nũ me carminib⁹ vincet, nec Thraci⁹ Orpheus *V. Ec. 4.*
5 *Iſmarius.* Quid pater Iſmario? quid mater profuit Orpheo? *O. a. 3.*
7 *Rhodopei⁹.* Saxa feraſque lyra mouit Rhodoneius Orpheus. *O. de a. 3*
3 *Threicius.* Quid ſi Threiicio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem *Hor. car 1.*
6 *Othryſius.* Othryſius tranſtris impenditur Orpheus. *Valerius 1.*
2 *Apollineus.* Vatis Apollinei vocalia miſit in ora. *Oui. met. 11.*
4 *Biſtonius vates.* Biſtonius vates flammis Acheronta ſonantem
Placauit. *Silius 11.*
8 *Oeagrius.* ——————— Oeagrius illic
Acclinis malo mediis interſonat Orpheus. *Stat. Th. 5.*
2 *Vocalis.* Vnde vocalem temere inſecutæ
Orphea ſyluæ. *Hor. Car. 1.*
2 *Sacer* Sylueſtres homines ſacer, interpreſque deorum
2 *Interpres Deorum.* Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidoſq; leones. *H. de ar. poe.*
Blandus. ——blandus teſtudine defuit Orpheus. *Valerius 1.*

ORTVS Solis. *v.* Oriens.

Nitidus. Ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas aurora fores. *Oui. met. 2.*
Roſeus. Ortuque Titan lucidus roſeo ſubit. *Se. Her. fur.*
Purpureus. Nã modo purpureo vires capit Eurus ab ortu *O. triſt. 1.*
Puniceus. Craſtina puniceos cum lux detexerit ortus. *Cl. de rap. 1.*
Tepidus. Naſcentis petiit tepidos Hyperionis ortus. *Sid. Ap. Pan.*
Lucidus. —————vbi lucidus agros
Ortus, & algentes laxauit ſole pruinas. *Stath. Th.*
Naſcens. Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum. *Vir. geo. 1.*
Matutinus. Dum matutinos prædicet lucifer ortus. *Sen. Oed.*
Primus. Poſtera iam primo ſtellas oriente fugarat
Clara dies. *Virg. æn. 5.*
Eous. Qua Titan ortu terras aſpergit Eoo. *Silius 15.*

ORIENS pro ea parte mundi, in qua ſol oriri ſolet
Extremus. Adiicit extremo lapides oriente petitos. *Ouid. met. 7.*

OS, oris. OS PVLCHRVM.

Significat vultum, faciemque: pro qua ſignificatione habes exempla: ſi plura deſideres, conſule Vultus, Genæ, Decor, Forma, Frons.

Roſeum. ———roſeoque hæc inſuper addidit ore. *Virg. æn.* 2

Egregium. ———tantum egregio decus enitet ore. *Virg. æn.* 4.

Iucundum. Iucundum os oculoſque ſuauiabor. *Catullus.*

Læue. ———iuuenis cui læuia fulgent
Ora. *Tibullus* 1.

Molle. Molliaque immites fixit in ora manus. *Propert.* 3.

Flauum. Flaua verecundus tinxerat ora rubor. *Ouid. ep.* 4.

Niueum. Quique ſubeſt niueo lenis in ore rubor. *Ouid. ep.* 19.

Candidum Candida nec miſto ſublucent ora rubore. *ibidem.*

Pulchrum. Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore. *Ouid. met.* 1.

Laudatum. ———laudátaque quondam
Ora Ioui. *ibidem.*

Formoſum. Et quantum motu formoſi ſuſpicor oris. *Ouid met.* 3.

Placidum. Ipſe ſuper currum placido ſpectabilis ore. *Ouid. Pōt.* 2.

Cæleſte. Mox vbi pulſa mora eſt, atq; os cęleſte ſolutū. *O. Pōt.* 2.

Decorum. ———ſimul ac vaga luna decorum
Protulit os. *Hor. car.* 1.
——————& mihi curæ

Dulce. Sæpe tuo dulci triſtes ex ore recurſent. *Vir. æn.* 12.

Sanctum. ———horrificam ſancto dimouit ab ore
Canitiem. *Lucanus* 2.

Verecundū. Diſce verecundo ſanctius ore loqui. *Mar. ep.* 8.

Pudibundū. Vterque tacitus ora pudibunda obtegit. *Sen Her fu.*

Amicum. Quæ poſtquā vates ſic ore effatus amico eſt. *Virg. æn.* 3.
——————non idem vigor,

Nitidum. Non ora tingens nitida purpureus rubor. *Sen. Hipp.*

Serenum. ———quod ſi deus ore ſereno
Annuerit. *Mar. ep.* 2.

Tenerum. Et ora flauus tenera tingebat rubor. *ibidem.*

Superbum. ——————————ille ſuperbi
Flammeus oris honos. *Cl. de rap.* 3.

Odoratum Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris. *O. de art.* 1.

Honeſtum ———os terris oſtendit honeſtum. *Vir. Geo.* 4.

Virgineum. Tunc ſic virgineo profatur ore. *Stat. ſyl.* 4.

Venerandū. Aiaciſque gradum, venerandáque Neſtoris ora
Miratur. *Silius* 13.

Celſum. Spondebatque ducē celſi nitor igneus oris. *Cl. de lau. Stil.* 1.
——————————prætulit

Coruſcum. Oris coruſci gloriam

Stephanus. *Prud. de Cor.*
Flammeum. Concepitque ignes & flãmea protulit ora. *Silius 9.*
Sydereum. ——ſydereo Pollux interritus ore. *Valerius 4.*
Purpureum. Purpureo bibit ore nectar. *Hor. car. 3.*
Floridulum. Ore floridulo nitens *Catullus.*
Os homini ſublime dedit, cælumque tueri
Erectum. Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus. *Oui. met. 1.*
Remiſſum. ————quanquam ore remiſſo
Inachium fingebat Halym. *Stat. Th. 9.*
Renidens. Ore renidenti, modo, quas vaga mouerat aura
Captabat plumas. *Oui, met. 8.*
Ingenuum. *Igneum.* *Modeſtum.*

OS FACVNDVM.

v. Lingua diſerta.

Facundum. Victriceſq; manus, facundaq; principis ora. *Ou. ad Liu.*
Roſeum. ————roſeoque hæc inſuper addidit ore *Virg æn. 2.*
Animoſum. Ennius arte carens, animoſique Accius oris. *Oui. Am. 2.*
Cultum. Quæ ſit enim culti facundia ſenſimus oris *Oui. faſt. 1.*
Facile. Et facili dulces edidit ore ſonos. *ibidem.*
Diſertum. Soluat & in mores ora diſerta meos. *Ouid. triſt. 3*
——periuria barbari furoris
Ingens. Ingenti premis ore *Mart. Epig. 4.*
Magniloquũ. Talia magniloquo tumidus memorauerat ore. *O. m. 8.*
Blandum. ——tum blando callidus ore
Tolle moras, Hecube, dixit. *Oui. met. 13.*
Placidum. Atque hæc ingreſſus placido prior edidit ore *Vir. æn. 7.*
Loquax. Atque in verba refert modulata lege loquax os *Auſon.*
Mellifluum Melliflui canit oris Homerus *Boetius.*
Dulce. Hæc poſtquam dulci Neleius edidit ore *Oui met. 12.*
Argutum. ——blandis vbinam ora arguta querelis? *Stat. ſyl. 2.*
Doctum Ora fuere mihi plus aue docta loqui. *Oui. Am. 2.*
Profundũ. ——immenſuſque ruit profundo
Pindarus ore *Hor car 4.*
Sublime. Sublimi certè Curium canit ore vetuſtas. *Cl. de bel Get.*
Magnum. Nunc venerãda Pales, magno nunc ore ſonandũ. *V. G. 3*
Celſum. ————dum talia celſo
Ore tonat. *Cl. de rap. 1.*

OS, in mœrore, & timore.

Mad fletu. Vidi ego confuſos vultus, viſoſque notaui,
Pallidum. Oſque madens fletu, pallidiuſque meo. *Oui. triſt. 3.*
Timidum. Os timidũ, vultuſque in murmure ſupplex, &c *O m. 5.*
Squallidum. Squallida prolixis qui tegit ora comis. *Ouid. triſt. 4*

Horridum. Oráque ſunt longis horrida facta comis. *Ouid. triſt. 5.*
——— ———variúſque per ora cucurrit
Turbatum. Auſonidum turbata fremor. *Virg. Æn. 11.*
Pallens. ———ad iuuenem pallentia rettulit ora. *Valerius 7.*
Pallidius ——— ——— ——— ———oráque buxo
buxo. Pallidiora gerens. *Ouid. met. 4.*
Tremens. Contigit extinctos, ore tremente, focos. *idem triſt. 1.*
Pallidum ——— ——— ———& pallida ſemper
fame. Ora fame. *Virg. Æn. 3.*
———— ———tum creber anhelitus oris,
Aridum. Aridáque ora quatit. *idem Æn. 5.*
Gelidum. ———— ———gelido mihi ſanguis ab ore
Fugit. *Ouid. am. 3.*
———— ———— ————& ora
Triſte. Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror. *Virg. Geor. 2.*
Pauidum. Détque ſibi veniam. pauido rogat ore. *Ouid. met. 1.*
Incultum. ——— ———quamuis inculto venerit ore,
Nec nitidũ tardâ compſerit arte caput. *Tibul. 1.*
Moriens. Non tamen, vt dicant, morientia pœnitet ora
Efficiet. *Ou. epiſt. 14.*
Languens. Ille graues oculos, languentiáque ora comanti
Mergit humo *Stat. Theb. 5*
Exangue. ——— ———— ————exanguia ferro
Ora ſequi. *idem The. 4.*
Turbatum ———iuuenis turbato fletibus ore. *Silius 13.*
fletibus. Quidnam ora mœſta auertis, & lachrymas genis
Mœſtum. Subitò coortas, veſte obtentâ obtegis? *Sen. Hippol.*
Trepidum. ———ſe trepido Phineus obuerterat ore. *Ouid. met. 5.*
Liuidum. Oráque ſint digitis liuida facta tuis. *id. epiſt. 19.*

Demiſſum. Graue

OS, in vaticiniis. *v.* Carmen Oraculum.

Verum. Talia dũ vero memorantur Apollinis ore. *Ou. met. 10.*
Diuinum. Atq; hæc deinde canit diuino ex ore Sacerdos. *V. Æn. 3.*
Pium. Quæque pio dici Vatis ab ore decet *Ouid. faſt. 4.*
Veridicum. Omnia veridico qui quondã ex ore profudit. *Lucret. 6.*
—ſine aliquod regnum eſt in carmine, carmen
Sacrum. Ore moue ſacro. *Ouid. met. 4.*
Lymphatũ. Quæcunque Phœbas, ore lymphato furẽs. *Sen. Tro.*
Faticanum. Hæc vbi faticano venturi præſcia dixit
Ore Themis. *Ouid. met. 9.*
————tantò magis ille fatigat
Rabidum. Os rabidum, fera corda. *Virg. Æn. 6.*

OS PERIVRVM, Impium. *v.* Lingua.

Nefandum. Exaudite preces, ſi vos ſatis ore nefando
Pollutum. Pollutóque voco. *Lucanus 6.*
Durum. ———————duri puer oris, & audax
Conſtitit ante deam. *Ouid.met.5.*
Impium. Tertius è nobis Læſtrygonis impia tinxit
Ora cruore ſuo. *idem met.14*
Periurum. Æquora periuro naufragus ore bibat. *idem am.2.*
Inimicum. Hoſtiles linguas, inimicáq; vinximus ora. *idem faſt.2.*
———nomen ſine fraude liceret
Mendax. Fœmina mendaci falleret ore meum. *idem am.3.*
Superbum. Nuper ſuperbo lætus ore iactaſti. *Mar.epig.4.*
Dirum. ————diróque prior ſic ore laceſſit. *Cl. in Ruf.1.*
Infidum. Auſus es infido ſic prior ore loqui. *Ou. epiſt. 12.*
Fictum. Si non eſt ficto vultus mihi triſtis in ore. *idem epiſt.16*
Impudens. Immanſuetum. Infame. Inceſtum.

OS, in ira.

v. Mens in ira. Manus armatorum. Furor. Ira.

Indignans. Talibus inde modis ora indignantia ſoluit. *Ouid.met.1.*
Minitans. ————vultum, minitantiáque ora
Robore nodoſo, præduráq; tēpora fregit. *idem met. 12*
Violentum. ——————violenta repentè
Suffudit flammis ora. *Silius 9.*
Flammeū. Cōcepitq; ignes, & flammea protulit ora. *ibid.*
Tumidum. Et iactat tumido ſuperbus ore. *Mar. epig. 5.*
Minans. Edidit impauidos ore minante ſonos *Ouid.faſt.2.*
Rabidum. Vt primū ceſſit furor, & rabida ora quierūt. *idem Æn.6.*

OS belluarum, ſerpentiúmque.

Fulmineum. Fulmineo rabidos dum rotat ore canes. *Ou.de arte 2.*
——————fixúmque latronis
Cruentum. Impauidus frangit telū, & fremit ore cruēto. *Vir. Æn.12*
Hians. ——————————mandit hianti
Ore fremens imbelle pecus. *Silius 2.*
Cruentatū. Ore cruentato tenues laniauit amictus. *Ouid.met.4.*
Immane. Præcerpúntque iubas, immaniáque ora
recludunt. *Stat.The.9.*
Improbum. ——————lauit improba teter
Ora cruor. *Virg.Æn.10.*
Patulum. Nec patulo tardæ carpitur ore bouis. *Ou.epiſt.15.*
————refugítque, abigítque, timétque
Proteruum. Ora proterua canum. *idem met.14*

———qu que halitus exit

Stygium. Ore niger Stygio, vitiatas inficit herbas. *Ouid. met.* 3.
Ardentéſque oculos, ſuffecti ſanguine, & igni

Sibilum. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. *Virg. Æn.* 2.
———dum certum flectit in orbem

Spumans. Quadrupedis curſũ, ſpumãtiáq, ora coercet. *Ou. met.* 6.
——— ———leniter atterens

Trilingue. Caudam, & recedentis trilingui
Ore pedes, tetigítque crura. *Hor. car.* 1.

Auidum. Ferum.

OS, Oſſa.

Dura. ———gelidus Teucris per dura cucurrit
Oſſa tremor. *Virg. Æn.* 6.

Intima. ——————intima frigus
Oſſa receperunt. *Ouid. met.* 11

Ima. ———gelidúſque per ima cucurrit
Oſſa tremor. *Virg. Æn.* 2.

Nodoſa. ———nodoſáque frangit
Oſſa diu. *Lucanus* 8.

Ingentia. ———cubitíque ingentia fregit
Oſſa. *Ou. met.* 12.

Alba. Albis informem ſpectabãt oſſibus agrum. *Horat. ſat.* 2.

Grandia. ——lacertos artus, & grandia detegit oſſa. *Ouid. met.* 9.

Immania. Oſſa peremptorũ relonent immania regũ *C. de la. St.* 1.

Magna. Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertóſque
Exuit. *Virg. Æn.* 5.

OSCVLVM.

Dulce. Cũ dabit amplex⁹, atq; oſcula dulcia figet. *Virg. Æn.* 1.

Carum. ———rapies tum cara licebit
Oſcula. *Tibul.* 1.

Sororium. Poſcenti Nymphæ ſine fine ſororia ſaltem
Oſcula. *Ouid met.* 4

Fidum. Diſſipat amplexus, atq, oſcula fida reuellit *Stat. ſyl.* 3.

Fœlix. Molle. Blandum. Gratum. Amicum. Mite.

OSIRIS.

Oſiris, filius Iouis, ex Niobe Phoronei filia: rex fuit 1 *Ægypti, quam multis vtilibus, & neceſſarijs artibus, commodiſque ornauit, vt ait* Tibul. 1. eleg. 7.

Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſollicitauit humum.
Primus inexpertæ commiſit ſemina terræ,
Pomáque non notis legit ab arboribus.

Hic docuit teneram palis adiungere vitem,
Hic viridem durâ cædere falce comam, *&c.*

quæ proſequitur. Vnde & poſt mortem inter deos relatus eſt, & ab Ægyptiis ſub forma bouis cæremonijs, & ſacrificijs colitur.

———licet illi plurima manet

Sanctus. Lachryma per ſanctum iuratus dicat Oſirim Credere. *Hor. Epiſt.* 1.

————————Titana vocari
Gentis Achemeniæ ritu, ſeu preſtat Oſirim

Frugifer. Frugiferum. *Stat. Th.* 1.

1 *Pharius.* —Siculam Cererem Pharius comitatur Oſiris. *Sid. Apol.*

Pius. Sic tua ſacra pius ſemper Oſiris amet. *Oui. Am.* 3.

OSSA. *Mons.*

Mons eſt in 1 *Theſſalia, quæ Thraciæ* 2 *vicina eſt; clarus bello gigantum, qui Pelion Oſſæ impoſuiſſe, contra deos bellaturi, creduntur. Habet epitheton vel à perpetuo frigore, quo ſumma excelſorum montium rigent, vel ab Thracia, quæ cùm ad Septentrionem* 3 *obuertatur, niuibus & ventis vt ſemper infeſtatur.* ———non ocyus alti
In terras cadit ira Iouis, ſi quando niualem

3 *Arctoa.* Othryn, & Arctoæ gelidum caput inſtitit Oſſæ. *St. Th.* 3.

1 *Theſſalica.* Iam Theſſalica Pelion Oſſa Premet. *Sen. Her. œt.*

2 *Threſſa.* Threſſa premitur Pelion Oſſa. *Sen. Thyeſt.*

Ardua. Ardua deuexum Pelion Oſſa tulit. *Ouid. am.* 2.

Pinifera. —piniferæ quantus cum Thracius Oſſæ Incubuit Boreas. *Lucanus* 1.

Glacialis. Oſſa pruinoſum vexit glacialis Olympum. *Cl. de rap.* 2.

Niualis. ————————————niualis
Oſſa tonat, pulſoq; fragor geminatur Olympo. *Cl. in Ruf.* 2

Gelida. ————gelidâ non læuius Oſſa
Luxuriant, &c. *Stat. Th.* 5.

Frondens. —frondenti quam iungere Pelion Oſſæ. *idem Th.* 8.

Aeria. Semifer aeria talis Centaurus ab Oſſa. *idem* 9.

Nemoroſa. Quantum non nemoroſa tollit Oſſa. *Sid. Apoll.*

OSTRVM. *v.* Murex. Purpura. Venenum.

Liquor eſt violacei coloris, qui ex muricum cochleis exemptus, certâq; temperaturâ coloribus admiſtus purpuram efficit. Porrò communia habet epitheta cum purpura, quæ ab ijs regionibus, vrbibus, & populis, vbi olim claruit, epitheton mutuatur, vt ab 1 *Tyro (quæ olim* 3 *Sarra) &* 5 *Sidone, vrbibus in* 6 *Phœnicia: ab* 2 *Aſſyria, regione in Aſia: ab Getulis, &* 4 *Pœnis, populis in Africa.*

3 *Sarranum.* Vt gemmâ bibat, & Sarrano dormiat oſtro. *Virg. Geor.* 2.

1 *Tyrium.* ——Tyrio conſpectus in oſtro. *Virg. Geo.3.*
2 *Aſſyrium.* Nec Libys Aſſyrio ſternetur lectulus oſtro. *vir. in Ceir.*
4 *Pœnum.* ——Pœnis tibi purpura fulgeat oſtris. *Propert. 4.*
5 *Sidonium.* Hic qui Sidonio fulget ſublimis in oſtro. *Oui. triſt. 4.*
6 *Phœniciũ.* Oſtro ſic niueus Phœniceo color
Perfuſus rubuit. *Sen. Med.*
Superbum. Arte laboratæ veſtes, oſtroque ſuperbo. *Virg. æn. 1.*
Sanguineũ. Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Si quis ebur, &c *Virg. æn. 12.*
Regale. Regali conſpectus in auro, nuper & oſtro. *Hor de ar. p.*
Rubens. Textilibus ſi in picturis, oſtroque rubenti. *Lucretius 2.*
Pictum. ——picto diſcumbitur oſtro. *Stat. Ach. 1.*
Puniceum. Album puniceo pectus diſcriminat oſtro. *Cl. de Pr. conſ.*
Coruſcum. ———oſtroque infecta coruſco
Humida gemmiferis illuxit Regia menſis. *ibidem.*
Ardens. ——ardentique iubet veſtirier oſtro. *Prud. Pſych.*
Regium. Attonitis inhians animis, vt regius oſtro
Velet honos læues humeros. *Vir. æneid. 7.*

OTHRYS.

Mons eſt in Theſſalia, quæ 1 Æmathia vocatur. Dicitur 2 canus, propter niuem, quâ eius ſumma ſemper teguntur.
Ardua Parnaſſi lateant iuga ceſſerit Othrys
Piniger. Piniger. *Valerius 6.*
1 *Æmathius.* Polluit A Emathiũ ſanguis Cẽtauricus Othrym. *ſid. Ap.*
Nemoroſus. Solſtitiale caput nemoroſus ſummouet Othrys. *Luc. 6.*
Niualis. —— ſi quando niualem
Othryn. *ſtat. Theb. 3.*
Nubilus. ———iam nubilus ingemit Othrys. *idem Ach. 1.*
2 *Canus.* ———canúmque vireſcere dorſo
Othryn, & Icariâ Rhodopen aſſueuerat
vmbrâ. *idem The. 4.*

OTIVM. *Quies.*

Si pro pace, quiete, otio vteris, conſule caput Pax: *& tunc dicetur* Securum, Longum, Profundum. *Si ſordida, & ignobilis vita deſidiam ſignificat, dic* Languidum, Sordidum, Pigrum, Ignauũ, *&c. ſi moram temporis, quære* Tempus, *& dic,* Liberum. Commodum, Vtile, *&c.*

Languidum. Languida non noſter peragit labor otia. *Tibul. 4.*
Pigrum. ——trade virum non otia pigra fouentẽ. *Sidon. Apoll.*
Longum. ——amant longa otia culpam. *Auſon. epiſt.*

Marcidum luxu.	Non tibi deſidias molles, nec marcida luxu Otia.	*Cl. Au. pan. 1*
Segne.	———non ſum qui ſegnia ducam Otia: mors nobis tempus habetur iners.	*Ouid. Pōt. 1.*
Securum.	Quique fugax rerum, ſecuráque in otia natus, Mollis, & impatiens antè laboris eram.	*idem triſt. 3.*
Ignauum.	———————ignaua legentem Otia delectent.	*idem triſt. 1.*
Molle.	Mollia ſecuræ peragebant otia gentes.	*idem met. 1.*
Diſcinctum.	Ipſe ego ſegnis erā, diſcinctáq; in otia nat'.	*idem am. 1.*
Tranquillū.	———melius tranquilla ſine armis Otia ſolus ages.	*Lucanus 2.*
Lene.	Leni perfruar otio.	*Sen. Thyeſt.*
	Illo Virgilium me tempore dulcis alebat	
Ignobile.	Parthenope, ſtudiis florentē ignobilis oti.	*Vir Geor. 4.*
Dulce.	Dulcia ſecreti repetantur vt otia ruris.	*Auſonius.*
Liberum.	Hic tibi ſeruandus tenor eſt: cûm libera dantur Otia.	*Ou de arte 2*
Sordidum.	Sordidáque in paruis otia rebus amat.	*Mart. epig. 1.*
Blandum.	———luxuries bello, nec blanda periclis Otia.	*Clau. pan. 1.*
Facile.	Euriſteus facili regnet in otio.	*Sen. Her fu.*
Commodū.	Noſtris otia commoda Camœnis.	*Mar. epig. 4.*
Tutum.	Plura legant vacui, quibus otia tuta dediſti.	*idem ep. 12.*

OVIS.

Pinguis.	————pastorem, Tityre, pingues Paſcere oportet oues.	*Virg. Ecl. 6.*
Niuea.	—————niueæ candidus agnus ouis.	*Tibullus 2.*
Lanigera.	Lanigeras comitatur oues.	*Virg. Æn. 3.*
Satura.	Paſtor oues ſaturas ad prima crepuſcula luſtret.	*Ouid. faſt. 4.*
Pauida.	———pauidæ bella verentur oues.	*idem triſt. 5.*
Balans.	Balātúmq; gregem fluuio merſare ſalubri.	*Vir. Geor. 1.*
Pellita.	Dulce pellitis ouibus Galeſi Flumen, &c.	*Horat. car. 2*
Cornigera.	Cornigeras norūt matres, agníq; petulci.	*Lucret. 2.*
Infirma.	Aut tondet infirmas oues.	*Horat. epod.*
Placida.	Quid meruiſtis oues, placidum pecus, inque tuendos Natum homines, pleno quæ fertis in vbere nectar?	*Ouid. met. 15*

P

PABVLVM.

Vide HERBA. GRAMEN.

——————————————&pabula terræ

Pingue.	Pinguia concipiunt.	*Virg.Geor.*1.
Molle.	——floréſque, & mollia pabula creſcunt.	*Ouid.met.*7.
Lætum.	Inde feræ pecudes perſultant pabula læta.	*Lucretius* 1.

PABVLVM. *Herba Magica.*

Dirum.	Diráque cantatâ pabula falce metit.	*Ouid.epiſt.6.*
Infame.	Protinus horrendis infamia pabula ſuccis	
	Conterit.	*id. met.* 14.

PACHYNVS.

Sicilia 1 *formâ triangulari eſt. Dicitur autem* 2 *Trinacria, propter tria promontoria, quæ in vnoquóque illius inſulæ triquetræ angulo ita diſponuntur, vt Pachynus Peloponneſum, Pelorus Italiam, Lilybæum Africam ſpectet.*

——————————————intrant
Sicaniam. Tribus hæc excurrit in æquora linguis,
E qu bus imbriferos verſa eſt Pachynus ad Auſtros:
Mollibus expoſitum Zephyris Lilybæon: ad Arctos
Æquoris expertes ſpectat, Boreámque Peloros.

2 *Trinacri*°.	Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachyni.	*Ouid.met.*3.
1 *Siculus.*	——Siculo proſpexit ab vſque Pachyno.	*Virg.Æn.*7.

PACTOLVS.

Fluuius eſt 1 *Lydiæ, aureas* 2 *arenas voluens.*

2 *Aureus.*	Pactolónque petit, quamuis non aureus illo	
2 *Inuid. ar.*	Tempore, nec caris erat inuidioſus arenis.	*Ou. met.* 11.
aur. 1 *Lydi*°.	Diuite Pactolus vexit te Lydius vndâ.	*Sen. OEdip.*
Rubens.	——————————ſtagna rubentis	
	Aurea Pactoli.	*Cl. in Ruf.*
2 *Diues.*	Deſpumat rutilas diues Pactolus arenas.	*id.de Pr.cõſ.*
2 *Aurifer.*	Non me regna iuuant, nec Lydius aurifer amnis.	*Tib.*3.
2 *Opulentus.*	——trahens opulenta Pactolus vada,	
	Inundat auro rura.	*SenecaTheb.*

PADVS.

Fluuius eſt in Italia, qui alio nomine Eridanus dicitur. Conſule illud caput, vbi omnia clarè expoſita habes.

Populifer.	Frigidus Eurotas, populiférque Padus.	*Ouid.am.*2.
Lucidus.	——————quæ lucidus amnis	
	Excipit, & nuribus portat geſtāda Latinis.	*idem met.* 2.
Phaethõtæ°.	Et Phathontæi qui petis arua Padi.	*Mar.ep.* 10.

——————————electra ſororum

Olorifer. Cycnus oloriferi vexit ab amne Padi. *Claud. epig.*

Profundus. ————vaſtarat opes, & amœna profundi

Amœnus. Rura Padi. *Pru. in Sym.*

Tumens. ——Padus ore tumens ſuper aggere tutas

Phaethontius amnis. Excurrit ripas. *Lucanus 6.*

——————Phaethontius amnis, *&c.* *Silius 17.*

Stagnans. Sic Venetus, ſtagnante Pado, fuſoque Britannus

Nauigat Oceano. *Lucanus 4.*

PÆAN. *Vide* PHOEBVS. APOLLO.

PÆSTVM.

Oppidum eſt Lucaniæ, clarum uberrima 1 roſarum copia, quæ ibi cæli clementis indulgentia 2 bis in anno florent.

1 *Odoratũ.* Vidi ego odorati victura roſaria Pæſti. *Propert. 4.*

2 *Biferum.* ——————biferique roſaria Pæſti. *Vir. Geor. 4.*

Tepidum. Leucoſiámque petit, tepidiq; roſaria Pæſti. *Ouid. met. 15*

PALATIVM. *Vide* DOMVS. TECTVM.

PALÆMON.

Vide caput Ino, *vbi epithetorum difficultas (ſi qua eſt) tollitur.*

Inous. Et ſenior Glauci chorus, Inoûſq; Palæmõ. *Virg. Æn. 5.*

Iuuenis. Et iuuenẽ poſſũ ſuperare Palæmona nãdo. *Ou. epiſt. 17.*

Athamat. Ius habet & Triõ, Athamatiadéſq; Palæmõ. *ide met. 13*

Portumnus. Quẽ nos Portũnũ ſua lingua Palæmona dicet. *id. faſt. 6.*

——————gemini maris incola narrat

Thebanus. Thebanũ toto planxiſſe Palæmona Ponto. *Stat. Thebe. 7.*

PALÆSTRA.

Palæſtra propriè luctam ſignificat: cuius inuentor fuit Theſeus. Eâ ſe exercebant Athletæ, peruncti 1 ceromate, quo faciliùs colluctantium manus effugerent: hinc appoſite dicetur Nitida, Vncta, Labens. *Vſurpatur tamen pro Pentathlo, quo in ludis 2 Olympicis, apud Piſas, Eleæ regionis in Græcia, quinto quóque anno pugiles exercebantur, curſu nimirum, ſaltu, diſco, palæſtra, & caſtu; quem poſtremum Pollux, 3 Lacedæmonius, Ledæ 4 filius inuenit. Pro quo ſignificato, vide* Pollux, Helena, Caſtor, Tyndaridæ, Cæſtus. *Pro reliquis, diſquire capita* Curſus, Diſcus, Certamen. *In impropria ſignificatione, 5 pro loco exercendis corporibus idoneo, & pro ludo omni quo quis exercetur (ſi etymon ſpectetur) frequens eſt. Dicitur Argiua, ab 6 Argia, regione Peloponneſi, vbi 3 Lacedæmon ciuitas, ex qua Caſtor, & Pollux oriundi erant.*

6 *Argiua.* Non Argiuæ membra palæſtræ

Flectere docti. *Sen. Her fur.*

4 *Ledæa.* Ledæas Lacedæmonis palæſtras. *Mar. epig. 4.*

3 *Lacedæm.* Sic Lacedæmonias oleo maduiſſe palæſtras

Nouimus. *Prud. Ham.*

5 *Graminea.* Pars in gramineis exercent membra palæſtris. *Vir. æn.* 6

5 *Agreſtis.* Corporaque agreſti nudat prædura palæſtra *Vir. Geo.* 2.

2 *Olympiaca.* ——— Olympiacæ ſeruato more palæſtræ. *Lucanus* 4.

1 *Nitida.* Tranſierant ad opus nitidæ iuuenile palæſtræ. *O. met.* 6.

1 *Pinguis.* Iam tenuē pingues florē induxere palæſtræ. *Stat. Th.* 6

Decora. Voce formaſti catus, & decoræ
More palæſtræ. *Hor car.* 1.

1 *Liquida.* Calliope liquidas Alciden poſce palæſtras. *Cl pan.* 8.

1 *Vncta.* Aut fora vos retinent, aut vnctæ dona paleſtræ. *O epi.* 18.

PALEA.

Leuis. Sæpe leuē paleā, & frondes volitare caducas. *Vir. Geo.* 1.

Inanis. Surgentē ad Zephyrū paleæ iactantur inanes. *Vir. Geo.* 3.

1 *Pinguis.* Nequicquā pinguis paleæ teret area culmos. *Vir. Geo.* 1

PALES, dea Paſtorum.

Magna. Te quoque magna Pales, &c. *Virg. Geo.* 3.

Veneranda. Nunc veneranda Pales. &c. *ibidem.*

Fœcunda. Et nemus, & fœcunda Pales. *Vir in Cul.*

Syluicola. Syluicolam tepido lacte precare Palem. *Oui. faſt.* 4.

Paſtorum ——————— faciamus ad annum

Domina. Paſtorum dominæ grandia liba Pali *Ouid. ibid.*

Grandæua. Dat grandæua Pales ſpumantia cymbia lacte. *Nemeſ.*

Sacra. Sacra Pales aderat, &c. *Oui. faſt.* 4.

Placida. Et placidam ſoleo ſpargere lacte Palem. *Tibullus* 1.

Alma. Alma Pales faueas paſtoria ſacra canenti. *Oui. faſt.* 4.

PALLA.

Eſt longum, & ad terram dependens veſtimentum: à purpureo colore quibus inficitur varia mutuatur epitheta: quæ colliges ad capita Purpura. Murex. Ahenum. Venenum. Oſtrum. *Vide inſuper* Veſtis.

Auro rigens. Ferre iubet pallam ſignis, auroque rigentem *Virg. æn.* 1.

Lutea. Fuſa, ſed ad teneros lutea palla pedes. *Tibullus* 1.

Splendida. Et trahitur multo ſplendida palla croco. *O. epiſt.* 19.

Superba. Et tegit auratos palla ſuperba pedes. *Oui. Am.* 3.

Saturata murice. ——— Tyrio ſaturata murice Pallâ
Verrit humum. *Oui. met.* 11.

Nitens. ——— pallamque induta nitentem
Inſuper aurato circum velatur amictu. *Oui. met.* 14

Tyria. Vrit ſeu Tyria voluit procedere palla. *Propert.* 4.

Punicea. ——— puniceâ nudatum pectora pallâ. *Stat. Achil.*

Sidonia. Idem ego Sidoniâ feci ſeruitia palla. *Propert.* 4.

Aurata.	——decetauratâ Bacchum veſtigia pallâ	
	Verrere.	*Stat. Achil.*
Fulgens.	——obiectu pallæ fulgentis obumbrat,	*Cl.de rap.2.*
Tænaria.	Tænariam fulua mordebat in pide pallam.	*Stat. Th. 7.*
Aurea.	Ipſe deus vatum palla ſpectabilis aurea	
Inaurata	Tractat inauratæ conſona fila lyræ	*Oui. Am. 1.*
Diſtin. mur.	Induerat Tyrio diſtinctam murice pallam.	*Oui. faſt. 2.*
Tenuis	————————humeriſque quibus	
Stamine	Steterat alti regia cæli	
Tyrio.	Tenuem Tyrio ſtamine pallam.	*Sen. Hipp.*
Pulueream.	Puluereamque trahens per ſumma cacumina pallam	
	Verrit humum.	*Ouid. met. 6.*

PALLAS.

Pallas eadem quæ Minerua eſt: vtrique igitur argumentum, & epitheton conuenit.

Tritonia.	Iam ſummas arces Tritonia, reſpice, Pallas	
	Inſedit.	*Verg. æn. 2.*
	———tum numina ſancta precamur	
Armiſona.	Palladis armiſonæ.	*Virg. æn. 3.*
Armipotens.	Armipotens belli præſes Tritonia virgo	
Belli præſes.	Frange manu telum Phrygiis prædonis.	*Virg. æn. 11.*
Bellica.	Bellica Pallas adeſt & protegit Ægide fratrẽ.	*O. met. 6.*
Flaua.	——doluit ſucceſſu flaua virago.	*Ouid. met. 6*
	Te te laborum ſocia, & adiutrix precor	
Belligera.	Belligera Pallas	*Se. Her. fur.*
Cruda.	————Gorgone cruda virago	
Virago.	Obſtitit.	*Stat. Th. 11.*
Inclyta.	Nata tonantis inclyta Pallas. &c.	*Sen. Aga.*
Seuera.	Et Phœbus pater, & ſeuera Pallas.	*Stat. ſyl. 1.*
Regina.	Regina bellorum virago.	*Stat. ſyl. 4.*
Sæua Trit.	Effugiunt, ſæuæque petunt Tritonidis arcẽ.	*Virg. æn. 2.*
Ferox.	Diua ferox, magni decus ingeniumque tonantis	
Bellipotens.	Bellipotens	*Stat. Th. 2.*
Bellatrix.	Qua virgo, vt fama eſt, bellatrix edita lympha.	*Silius 3.*
Torua.	Hinc Phœbi pharetras. hinc toruæ Palladis angues.	*St. th. 2*
Virgo	Vtraque virgo ruunt: hæc triſtibus aſpera bellis,	
aſpera.	Hæc metuenda feris.	*Cl. de rap. 2.*
Innuba.	———tuque innuba Pallas	
	Eripe me.	*Valerius 1.*
Intacta.	——intactæ Palladis vrbem	
	Carmine perpetuo celebrare.	*Hor. Car. 1.*

Alma. Alma Pallas Tritonis &c. *Lucretius 6.*
——— Erichthæas Tritonidos ibat ad arces *Ouid. met. 8*
Prudens. Iuno grauis, prudens Pallas, turrita Cybelle. *Sidon.*
——— fulmine irati Iouis
Armata. Armata Pallas, quidquid aut haſtâ minax,
Haſta minax. Aut ægide, aut furore Gorgoneo poteſt,
Aut igne proprio tentat. *Sen. Agam.*
Caſta. Actæa. Armorum potens. Bellicoſa. Sanguinea. Armigera.

PALLAS, pro oliua, & oleo.

Baccifera. Dat quoque Bacciferam Pallada rarus ager. *Ou. Am. 2.*
Pinguis. Tingere iam pingui Pallade membra putas. *Ouid. ep. 18.*
Infuſa. Vt vigil infuſa Pallade flamma ſolet. *Ou. triſt. 4.*

PALLIVM.

——— tunc corpore ſano
Oneroſum. Aduocat Archigenen; oneroſaq; pallia iactat. *Iuue. ſat. 6*
Sericum. ——— & ſerica pectore ponunt
Pallia. *Stat. ſyl. 3.*
Demiſſum terræ. ——— demiſſa iacent tua pallia terræ,
Collige. *Ouid. Am. 3.*

PALLOR.

V. Metus. Timor. Horror. Pauor.

Luridus. Luridus exangues pallor conuertit in herbas. *O. met. 4.*
Buxo ſimilis. ——— buxoque ſimillimus ora
Pallor obit. *Ou. met. 11.*
Tinct. viola. ——— tinctus violâ pallor amantium. *Hor. car. 3.*
Albus. Tacent, & albus ora pallor inficit. *Hor. Epod.*
O quantus inſtat nauitis
Luteus. Sudor tuis, tibique pallor luteus! *ibidem.*
Terribilis. Terribilis ſed pallor ineſt. *Lucanus 5.*
Stygius. Terribilis Stygio facies pallore grauatur. *Lucanus 6.*
Obſcurus. ——— in obſcuro pugnam pallore notauit. *Lucanus 7.*
Truculetus. Cur tibi torua acies, cur hic truculentus in ore?
Pallor? *Stat. Th. 10.*
Conſcius facti. ——— ——— pallor in ore
Conſcius audacis facti *Prud. Pſych.*
Tacitus. Horrueram, tacitoque animũ pallore fatebar. *Ou. faſt. 6*
Gelidus. ——— figit gelidus Nereida pallor. *Stat. Achil.*

PALMA. *Arbor.*

Palma arbor, ab Latinis ſic dicta eſt, quòd comam in cacumine extenſam inſtar palmæ, & ramos in digitorum modum protenſos habeat. Ex Plutarcho eſt ſignum victoriæ: Quoniam ingenii eiuſmodi lignum eſt, vt vrgentibus, opprimentibúſque non cedat. *Dicitur*

Olympiaca, ab ludis 1 Olympicis, in 2 Elide, regione Græciæ: & Idumea, ab idume 3 regione Palæſtinæ, vbi frequens eſt.

Ardua. ——————etiam ardua palma
Naſcitur. *Vir. Geor.2.*
3Idumæa. Prim⁹ Idumæas referã tibi, Mãtua, palmas. *idem Geor.3.*
Viridis. Lætus amãs donet viridi mea carmina palmã *O.de ar.2.*
Victoris præ. ——& lentæ victoris præmia palmæ. *id.met.10.*
Tremula. Ilicis in ramis, tremulæq; cacumine palmæ. *idem met.15*
Vmbroſa. Qui vicina colũt vmbroſæ Tentyra palmæ. *Iuuen. ſat.15*
Rugoſa. ——mixta eſt rugoſis carica palmis. *Ouid. met.8.*

PALMA *Victoria.*

Nobilis. ————————palmáque nobilis
Terrarum dominós euehit ad deos. *Horat. car.*
1 *Olympiaca.* Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ. *V. Geor.3*
2 *Elæa.* Natus ad Elæas melior qui ſurgere palmas *Stat. Th.10.*
Victrix. Altáque victrices intexunt limina palmæ. *Ouid. ad Piſ.*

PALMA MANVS. *V.* MANVS DEXTERA.

Tenera. —nam teneras arcebant vincula palmas *Virg Æn.2.*
Marmorea. Nudáque marmoreis percuſſit pectora palmis. *O. met.3*
Roſea. Inueniam roſeis ſtringentem lilia palmis. *Nemeſian⁹.*
Caua. ———cauis vndam de flumine palmis
Suſtulit. *Virg. Æn.8.*
Supplex. Supplicib⁹ palmis tũ demũ ad fœdera veni *Propert. 4.*

PALMES.

Propriè eſt ramus in vite, qui quotannis ex ipſa ſtirpe egeritur, & in morem palmæ arboris, circumquáque vbertim profunditur. Sumit epitheton à vite, Baccho, & 1 Icario, qui primus in Atticam, vitem, & vini vſum detulit. Dicitur Nyſæus, à 2 Nyſa, monte Indiæ, Baccho ſacro: & Methymnæus, ab 3 Methymna vrbe inſulæ Leſbi. & Surrentinus, ab 4 Surrento, monte in Italia, vbi nobile vinum prouenit.

Lætus. ———————————pendentia læto
Palmite deuaſtat Nyſæa cacumina Gauri. *Silius12.*
Grauidus. Et noua de grauido palmite gẽma tumet *Ouid. faſt.1.*
Viridis. ——————viridi cum palmite lucens. *Virg. in Cul.*
Lentus. Quam lento premitur palmite populus. *Cl. de nu. Ho.*
Opacus. Indutũ ſpoliis, & opaco palmite Bacchæ. *ibid.*
Vernus. Vernos ſtringere palmites. *Boetius.*
Vitifer. ———vitifero ſub palmite nudos. *Stat. ſyl.4.*
4 *Surrẽtinus.* Et Surrentino generoſos palmite colles. *Ou. met.15.*
2 *Nyſæus.* ——————Nyſæo palmite fœlix. *Cl. in Eutr.2.*
3 *Methymn.* Quam Methymnæo carpit de palmite Leſbos. *Vir. G.2.*
1 *Icarius.* ———Icario nemoroſus palmite Gaurus. *Stat. ſyl.3.*

PALVMBES. *PALVMBVS.*

Sunt ſyluestres columbæ, in nemoribus, & locis deſertis nidificantes.

Rauca. Nec tamẽ intereà raucæ tua cura palũbes. *Virgil. Ecl. 1.*
——— ——— ———námque notaui
Aeriæ. Ipſe locũ, aeriæ quò cõgeſſère palumbes *idem Ecl. 3.*
Torquati. —torquati tardant, hebetántque palumbi. *Mar. epig. 13*

PALVS.

Atra. Quà Saturæ iacet atra palus. *Virg. Æn. 7.*
Alta. Vre foco caneros, altæ neu crede paludi. *idem Geor. 4.*
Craſſa. ——— ———craſſiſque paludibus alni
Naſcuntur. *idem Geor. 2.*
Vaſta. Atque hinc vaſta palus, hinc ardua mœnia cingunt. *idem Æn. 12.*
Liquida. Iuppiter vt liquidis ſtagnare paludibꝰ orbẽ. *Ouid. met. 1.*
Vda. ——— ——— ———vdæque paludes
Intumuere æſtu. *ibid.*
Caua. ———cauâ ſubmergere membra palude. *idem met. 6.*
Madida. Vt leuis in madidâ canna palude tremit. *id. de arte 1.*
Pigra. ———ſtagno ſimilis, pigræque paludi. *idem Pont. 4.*
Limoſa. Limoſa pigrum circuit fontem palus. *Seneca Oed.*
Cœnoſa. ———in cœnoſas ſubitò cecidiſſe paludes. *Prud. Ham.*
Placida. Mitis vt in morẽ ſtagni, placidæq; paludis. *Virg Æn. 8.*
Torpens. Torpentem Tritonis adit illæſa paludem. *Lucanus 9.*
Nigra. Deſcendit nigrâ lentus per ſtagna palude. *Silius 13.*
——— ———ſeu turbidus amnis,
Fœda. Seu tibi fœda palus. *Stat. The. 4.*
Sordida. Inducit Nero ſordidas paludes. *idem ſyl. 4.*
Putida. ——— ——— ———putidæque paludis
Profunda. Liuidiſſima, maximéq; eſt profũda vorago. *Catul.*

PALVS INFERNA. *vide* STYX.

Stygia. Flumina tanta paras, Stygiáq; innare paludẽ. *Virg Æn. 6*
Nigra. Me vocet in vaſtos amnes, nigrámque paludem
Ignaua. Diues in ignaua luridus Orcus aqua. *Tibullus 3.*
Innabilis. Quos circùm limus niger & deformis arundo
Tarda. Cocyti, tardáque palus, innabilis vnda,
Alligat, & nouies Styx interfuſa coercet. *Vir. Geor. 4.*
Irremeabilis Euaditque celer ripam irremeabilis vndæ. *idem Æn. 6.*
Triſtis. Fata obſtant, triſtique palus innabilis vnda.
Inamabilis. Alligat, & nouies Styx Interfuſa coercet. *Virg. æn. 6.*
——— ——— ———primordia teſtor
Horrenda. Noctis, & horrẽdæ ſtagna intemerata paludis. *C. de ra. 1*
Fœda. Palus inertis fœda Cocyti iacet. *Sen Her. fu.*

PAMPINVS.

PAMPINVS hic, & hæc. *V.* PALMES.

Folium eſt, vel ramuſculus vitis, à qua collige epitheton.

Virens. ———virente dulcis vua pampino. *Catul.*
Viridis. Ornatus viridi tempora pampino. *Horat. car.*
Opaca. ————————————criſpatur opaca
Pampinus. *Cl. de nu. Pa.*

PAN. *PANES.*

Deus eſt 1 paſtorum, inuentor 2 fiſtulæ; cultus præcipuo honore in 3 Arcadia, vbi vrbes 4 Tegea, & 5 Parrhaſus; & 6 Mænalus, & 11 Lyceus, montes illi ſacri. Fingitur in ſimilitudinem naturæ: unde & Pan dictus eſt, hoc eſt, omne. Eius cornua ſolis, & lunæ radios referũt: rubet 7 facie, ad ætheris ſimilitud nem: ſtellatum habet pectus, in morem cæli: parte inferiore hiſpidus eſt, ad inſtar arborum, herbarũ, ferarum: in capram deſinit, 8 corneis, & biſulcis pedibus, vt terræ ſoliditatem denotet: fiſtulas 2 inflat, ob harmoniam cæli: pedum habet, hoc eſt, baculum alterâ parte recuruum; nam anni in ſe reuertentis imago eſt. Et quia Satyrorum, Faunorum, deorúmque ruſticorum Princeps eſt, ij omnes communi appellatione Panes Poëtis dicuntur. Nocturnum vocauit Statius, quòd de 9 nocte credatur excurrere per montes, ad maiorem terrorem, qui Panicus ab eo dicitur; quo ſæpiùs numeroſos exercitus non ſemel concuſſos hiſtoriæ tradunt. Dicitur Lycaonius, à 10 Lycaone, rege Arcadiæ.

De⁹ 3 Arcad. Pan deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipſi,
7 Rubens. Sanguineis ebuli baccis, minióq; rubentẽ. *Vir. Ecl. 10.*
1 Ouiũ cuſtos. Pan ouium cuſtos, tua ſi tibi Mænala curæ,
6 Mænalius. Adſis, ô Tegeæe fauens, oleæque Minerua
4 Tegeæus. Inuentrix. *idem Geor. 1.*
8 Capripes. Capripedes calamo Panes hiante canent. *Propertius 3.*
Numẽ mõt. Sic faueãt Satyri, montanáq; numina Panes. *Ou. epiſt. 4.*
8 Semicaper.————————— ſemicaper Pan
Nũc tenet, & quodã tenuerũt tẽpore Nymphæ *id. m. 14.*
————————& pinu præcincti cornua Panes. *ibid.*
Velox. Ipſe deus velox diſcurrere gaudet in altis
Montibus. *idem faſt. 2.*
6 Deus Mæn. Stabat Mænalio ſacra relicta deo. *idem faſt. 4.*
1 Ruricola. —ruricolæ Panes, nemorúmque potentes
Syluani, Nymphæque tenent. *Lucanus 3.*
——————————nudúmque per vndas
Montanus. Dorida montani cupierũt prendere Panes *Stat. ſyl. 2.*
Proteruus. ————————hoſtémque proteruum
Vidit. *ibid.*
10 Lycaoni⁹. Pana Lycaoniã nocturnũ exaudit in vmbra. *idem Th. 3*

Laſciuæ nemorum deæ,
Mõtiuagus. Montiuagíque Panes. *Sen. Hip.*
1 *Ruſticus.* Quid ruſticorum monſtra deteſter deûm?
2 *Praſes fiſt.* Faunos, Priapos, fiſtularum præſides. *Prud. de cor.*
Potẽs nemor. Pan nemorum, bellíque potens. *Valerius 3.*
2 *Sonans calamis.* ——— ——— ———Pana ſonantem
In calamos Siculâ memorat tellure creat'. *Manil.*
5 *Parrhaſ.* ———gelidâ monſtrat ſub rupe Lupercal,
11 *Lycaus.* Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi. *Virg. Æn. 8.*
1 *Deus pec.* Pana deũ pecoris veteres coluiſſe ferũtur. *Ouid. faſt. 2.*
6 *Mænalides.* Nec cultor nemorũ reticebere, Mænalide Pan. *Auſon.*
9 *Nocturnus.* Dúmque fugit ſolos nocturnum Pana per agros,
Terruit, & tacitam fiſtula ſera domum. *Mar. epig. 9.*

PANACEA.

Genus eſt herba odorifera, qua malis omnibus medetur: inde autem nomen habet.

Odorifera. Ambroſiæ ſuccos, & odoriferã panaceam. *Virg. Æn. 12.*
Potens. Et panacea potens, & Theſſala Centaurea. *Lucanus 9.*

PANCHAIA.

Panchaia regio eſt Arabia, thuris optimi ferax.

Pinguis. Totáq; thuriferis Pãchaia pinguis arenis. *Vir. Geor. 2.*
Diues. ———mittit diues Panchaia merces. *Tibul. 3.*
Thurifera. *Fœlix.*

PANIS.

Ceres mollita, laborata. *Cerealia dona.* *Cerealia munera.*
Cerealia arma. *Donum Triptolemi.*
Tener. *Triticeus.* *Niueus.* *Molli ſiligine factus.*

PANNVS.

Vide Veſtis, & Colorum genera.

Tinctus ferrugine. Membráque vinxerunt, tinctis ferrugine pannis,
A malè deſerto quos rapuere rogo. *Ouid. in Ib.*
Albus. Te Spes, & albo rara Fides colit
Velata panno. *Horat. car. 1.*

PANTHERA.

Ex Plinio lib. 8. cap. 17. Panthera, & tigris macularum varietate propè ſolæ beſtiarum ſpectantur; cæteris vnus, ac ſuus cuiúſque generis color eſt.

Picta. Pictarúmq; iacẽt fera corpora pantherarũ. *Ouid. met. 3.*
Varia. *Diſtincta maculis.* *Maculoſa.* *Immanis.* *Ferox.*

PAPAVER.

Herba eſt, cuius (vt vult Plinius lib. 20. cap. 18.*) non vis 1 ſo-*

porifera modò, verùm ſi copioſior hauriatur etiam mortifera per ſomnum. Vocatur autem Cereale, vel (vt vult Turnebus) *quòd à Cereris ſimulachra manu papauer, & qui Cereri ſacra facerent geſtarent; vel quòd aptum ſit ad ẏeſum, ſicut & panis, cuius Ceres fertur inuentrix.*

1 *Perfuſ.ſon.* Vrunt lethæo perfuſa papauera ſomno. *Virg.Geor.1.*
2 *Cereale.* Necnon & lini ſegetē & Cereale papauer. *ibid.*
1 *Lethæum.* Inferias Orphæi lethæa papauera mittes. *idemGeor.4.*
1 *Soporiferum.* Spargēs humida mella, ſoporiferúmq; papauer. *id.Æn.4*
Luteum. Luteæ violæ mihi, Luteúmque papauer. *Catullus.*
Purpureum. Lilia purpureis miſta papaueribus. *Propert.1.*
Lene. Colligit agreſti lene papauer humo. *Ouid faſt.4.*
Fœcundum. Ante fores antri fœcunda papauera florēt. *Ouid.met.11.*
1 *Grauidū.* Inter arūdineáſq; comas, grauidúmque papauer. *Auſon.*
3 *Veſcum.* Lilia, verbenáſq; premēs, veſcumq; papauer. *Vir.Geo.4.*

PAPHOS.

Vrbs eſt in 1 *inſula Cypro, ſacra Veneri, vnde plura petes epithet a.*
Celſa. Eſt Amath⁹, eſt celſa mihi Paphos, atq; Cythera. *V.Æ.10*
1 *Æquore cincta.* ——repetit Paphon æquore cinctam. *Ou.met.10.*

PARCÆ.

v. Clotho. Lacheſis. Atropos. Fatum. Fila Parcarum.

Parcarum munia deſcripſit Apuleius, lib. de Mundo, *in fine.* Tres, *inquit,* Parcæ ſunt; numerus cum ratione temporum faciens, ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem referas. Nam quod in fuſo perfectum eſt, præteriti temporis habet ſpeciem: & quod torquetur in digitis, momenti præſentis indicat ſpatia: & quod nondum ex colo tractum eſt, ſubactúmque curâ digitorum, id futuri, & conſequentis ſæculi poſteriora videtur oſtendere. Hæc illis conditio ex nominum eorundem proprietate contingit, vt ſit Atropos præteriti temporis fatum, quod ne quiſquam deus faciet infectum: futuri temporis Lacheſis, à fine cognominata, quòd etiam illis quæ futura ſunt, finem ſuum Deus dederit: Clotho præſentis temporis habet curam, vt ipſis actionibus ſuadeat, ne cura ſollers rebus omnibus deſit.

Tripl. ſoror. —in flammam triplices poſuere ſorores,
Nentes ſtamina fatal. Staminàque impreſſo fatalia pollice nentes, Tempora, dixerūt, eadem lignóq; tibíque. *Ouid.met.8.*
Triſtes ſorores. Aut ſi fata negant reditum, triſtéſque ſorores, Stamina quæ ducunt, quæque futura neūt. *Tibul. 3.*
Immites. Non minùs immites habui Cornelia Parcas *Propert.4.*
Nubila. Nubila naſcenti ſeu mihi Parca fuit. *Ouid.triſt.5.*

Dom. fati. —dominæ fati quidquid dixere ſorores. *Ouid. triſt. 5.*
Fatales. Nerunt fatales fortia fila deæ. *idem Pont. 1.*
Dura. Dura iubet gelido Parca ſub axe mori. *idem Pōt. 4.*
Iniqua. Vnde ſi Parcæ prohibent iniquæ. *Hor. car. 2.*
Sæua. O ſæuæ nimiùm, grauéſque Parcæ! *Stat. ſylu. 2.*
Celeres. Siſte leuē campū, celeres neu præcipe Parcas. *id. The. 8.*
Lanifica puella. Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit. *Mar. epig. 4.*
Mala. Heu crudele nefas, malæque Parcæ! *id. epig. 6.*
Veteres ſor. ———————veterum decreta ſororum. *Ou. met. 15.*
Nigra. Sic Iouis imperia, & nigræ voluere ſorores. *Stat. Th. 6.*
Inimica. ——————————ſubitas inimica leuauit
Parca manus. *idem ſylu. 2.*
Veridica. —tua veridicæ diſcunt reſponſa ſorores. *Mart. epig. 5.*
Fatales. ———————————nentes fatalia Parcæ
Stamina. *Ouid. triſt. 5.*
Veraces. Vôſque veraces ceciniſſe Parcæ. *Horat. epod.*
Non mendaces. Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ
Parca non mendax dedit, & malignum
Spernere vulgus. *idem car. 2.*
Nocentes. ————fatum illud, & ira nocentum
Parcarum. *Stat. ſylu. 5.*

PARDVS.

Animal eſt maculosâ, & variâ pelle, ferum, velox, ſimile Panthera, cuius mas eſt.

Celer. Cū per ſūma rapit celerē venabula pardū *Lucanus 6.*
Volucer. Et volucrē longo porrexit vulnere pardū. *Mar. deſpec.*
Fulmineus. Obuia fulminei properēt ad vulnera pardi. *Clau. pan. 8.*
Sublimis. ————magno ſublimis partus hiatu. *Iuuen. ſat. 11*
Viridis. Tum virides pardos, & cætera colligit Auſtri
prodigia. *Clau. pan. 3.*
Leuis. *Pernix.* *Velox.* *Varius.* *Maculoſus.*

PARENS. *Vide* PATER.

PARIS.

Filius 1 Priami, regis Troiæ, & Hecubæ, quæ cùm eum adhuc in vtero geſtaret, in ſomnis viſa eſt ſibi facem parere. Conſulti Vates reſponderunt, naſciturum puerum ſuæ patriæ peſtem, & incendium illaturum: quod metuens Hecuba, natum Paridem in 2 Ida, monte 3 Phrygiæ expoſuit; vbi & 4 paſtoritiam vitam egit, ductâ Oenone Nymphâ, quam paulò poſt, in aulam inter natos Priami receptus dimiſit, raptâ 5 Helenâ, vxore Menelai, quæ ei in Ida monte (vbi de forma trium

dearum in gratiam Veneris 6 iudicium tulit) ab ipſa Venere coniux promiſſa eſt. Eam vt repeterent coniurarunt omnes Græci, bellúmque Priamo intulerunt: cuius vrbem Troiam decennio toto oppugnarunt, expugnarunt, incenderunt. A fortitudine dictus eſt 7 Alexander: 8 Dardanius, & Laomedontæus, à Dardano, & 9 Laomedonte regibus 10 Troiæ.

8 Dardanius. ——————habitarunt dii quoque ſyluas, Dardaniúſque Paris. *Virg. Ecl.* 2.
2 Idæus. Tyndaris Idæo trans æquora ab hoſpite rapta. *Ou. ep.* 8.
5 Adulter. Vt ſemel Idæ⁹ Lacedæmona venit adulter. *Ou. epiſt.* 18.
1 Priameius. Talis ab armiferis Priamei⁹ hoſpes Amyclis *id. de ar.* 2.
5 Raptor. Victus es à timido Graiæ raptore maritæ. *id. met.* 12.
Fatalis. ———————Ilion, Ilion,
5 Inceſtus Fatalis, inceſtúſque iudex,
6 Iudex. Et mulier peregrina vertit. *Hor. car.* 3.
3 Phrygius. Abſoluit Phrygium veſtra rapina Parim. *Mart. ep.* 12.
4 Paſtor. Paſtor cùm traheret per freta nauibus
5 Perfidus. Idæis Helenam perfidus hoſpitam. *Horat. car.* 1.
Famoſus hoſpes. Iam nec Lacænæ ſplendet adulteræ Famoſus hoſpes. *ibid.*
7 Alexãder. Ignis Alexandri, Phrygio ſub pectore gliſcẽs. *Lucret.* 1.
10 Troian⁹. Cæleſtéſque duas, Troiano Iudice, vidit. *Ouid. faſt.* 4.
1 Priamides Hanc tibi Priamides mitto, Ledæa, ſalutẽ. *id. epiſt.* 15.
——————nec dedignare maritum
4 Phryx. Rure Therapnæo nata puella Phrygem *ibid.*
Laſciuus. Tu modò me ſpectas oculis, laſciue, proteruis. *id. ep.* 16.
5 Troic. rap. Tu quoq; non ſtultè Troice raptor habes. *id. de arte* 1.
Formoſus. Dux Pari Priamide damno formoſe tuorum
Malus hoſpes. Tam ſis hoſtis iners, quã malus hoſpes eras. *id. epiſt* 13.
Soluerat Oebalio claſſem de littore paſtor
8 Dardanus. Dardanus. *Stat. Ach.* 2.
Temerarius. ——nec ſic Dardaniâ temerarius Idâ Veniſſes. *idem ſyl.* 1.
Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ,
5 Culpatus. Culpatúſque Paris. *Virg. Æn.* 2.

8 Dardanides. 9 Laomedonteus. Fatalis patria.

PARMA.

Ex Iacobo Pontano, ſociet. Ieſu. Tyrones primis ſtipendiis, ſeu primo anno clypeum gerebant, ſine omni argumento, & inſigni candidum. *Sic dictus parma, quòd ex omni parte par eſſet.*

Alba. Enſe leuis nudo, parmâque inglorius albâ. *Virg. Æn.* 9.
Bellica. Et vetus in templo bellica parma vacat. *Propert.* 2.

Caua. Fulua iubis caſſis, nec onus caua parma ſiniſtrę. *O.m.12.*
Cruda. ——crudæ tardarunt tegmina parmæ. *Silius 15.*
Fulua metallo. ——————fulua metallo
Parma micet. *Stat.Th.11.*
Cælata. ——————cælata gerebat
Taurum parma trucem. *Silius 14.*
Picta. Picta nec inducto fulgebat parma papyro. *Propert. 4.*

PARNASSVS.

Mons eſt Phocidis in Beotia, ſacer Baccho, Apollini & Muſis: dicitur biceps, quod duas in partes ſciſſus duo cacumina, ſeu vertices habeat.

Arduus. Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine Parnaſſus. *Oui.met.1.*
Biceps. Parnaſſuſq́, biceps, & Eryx, & Cynthus, & Othrys. *O.m.2.*
Sacer Phœb. —— Parnaſſus gemino petit æthera colle
Sacer Bacc. Mons Phœbo Bromioque ſacer. *Lucanus 5.*
Biuertex. ———ſummaque biuerticis vmbra
Parnaſſi reſidens. *Stat.Th.1.*
Niualis. Gemina Parnaſſi niualis arx trucē ſonitū dedit. *Sen. œd.*
Vmbroſus. Impiger vmbroſa Parnaſſi conſtitit arce. *Oui. met.1.*
Summo. Sæpe vagus Liber Parnaſſi e vertice ſummo
Thyadas effuſis Euantes crinibus egit. *Catullus.*

PAROS.

Inſula eſt vna è Cycladibus marmoris nobiliſſimi ferax: à cuius candore dicitur niuea.

Niuea. Olearon niueamque Paron. *Virg. æn. 3.*
——————planamque Seriphon
Marmorea. Marmoreamque Paron. *Oui.met.7.*
Candent. Candentē iam nolo Paron, iam nolo Caryſton. *Sidon.*

PARTHVS.

Populi ſunt Aſiæ ab ortu Arios, à Meridie Carmaniam, ab occaſu Medos, à Septentrione Hircanos habentes vicinos. Hi cum populo Romano pertinaciſſimo bello decertarunt: nec vnquam victi ſunt. Dicuntur fuga fidentes, quod vel fugientes hoſtem opprimant: auerſi enim ſagittas emittunt: nec aliter pugnare conſueuerunt: vnde & eorum prælia rectè Lucanus fugitiua nominauit.

Fidens fuga. Fidentemque fugâ Parthum. *Virg. Geo.3.*
Leuis. Prima leues ineunt ſi quando prælia Parthi. *Virg. Ge.4.*
Sagittifer. Seu Sagas, ſagittiferoſque Parthos, &c. *Catullus.*
————nec patitur Scythas
Animoſus. Et verſis animoſum equis
Parthum dicere. *Hor. car.1.*
Pugnax. Pugnaces dubium Parthi tenuêre fauorem. *Lucanus 3.*

Ferox. ——————& Parthos feroces
Vexet eques metuendus haſtâ. *Hor. car. 3.*
Fallax. Terga fallacis metuenda Parthi. *Sen. Oed.*
Refugus. ————refugo quæ ſit fiducia Partho. *Cl. Aug. Pa.*
Celer. Vt celer auerſis vtere Parthus equis. *Oui. de a. 3.*
Immanis. Immanes penetrare auſint, ac frangere Parthos. *Catul.*
Pharetratus. Trux. Volucer. Martius. Fugax. Pernix.

PASCVVM.

Herboſum. Diuitis hic ſaltus, herboſaque paſcua Nelei. *Oui. met. 2.*
Lætum. Qualemue lætis caprea paſcuis *Hor. car. 4.*
——————————paſcuo
Pingue. Fœcunda pingui, Thracios nutrit greges. *Sen. Tro.*
Frigidum. Frigida nocturno pinguntur paſcua rore. *Calphurn.*
Humidum. Humens. Vdum. Viride.

PASIPHAE.

Filia fuit 1 Solis, & Minois 2 regis Cretæ uxor: quæ infami 3 amore exardeſcens cũ 4 Tauro, ope Dædali cõcubuit: unde natus Minotaurus monſtrum biforme. Vide Minotaurus.

Vxor Minois. Vxorem quondam magni Minois (vt aiunt)
Corrupit torui candida forma bouis. *Propert. 2.*
——————Teſtis Cretæi ſaltus quæ paſſa iuuenci
Induit abiegnæ cornua falſa boui. *idem 3.*
1 *Filia ſolis.* ————taurum dilexit filia ſolis. *Oui. met. 9.*
2 *Minoa.* Non ſum ego Minoæ machina Paſiphaes. *Auſon.*
4 *Adultera.* Quæ toruum ligno decepit adultera taurum. *Ouid.*
4 *Mõſtrifera.* O maius auſa matre monſtrifera malum! *Sen. Hip.*
Improba. Vobiſcum Europe, nec proba Paſiphae. *Propert. 2.*
Immixta tauro. Hic genus orditur Minos, immixtâque tauro
Paſiphae. *Silius 8.*
Suppoſta tauro. ——————ſuppoſtâque tauro
Paſiphae. *Virgil. æn. 6.*

PASSVS TARDVS.

Tardus. ————inceſſit paſſu de vulnere tardo. *Oui. met. 10*
Lentus. ————peragit lentis paſſibus annus iter. *Oui. triſt. 5.*
Deſes. ————moliris iter, nec deſide paſſu
Ire paras. *Stat. ſyl. 5.*
Tacitus. ————elabi tacito iubet agmina paſſu. *Silius 15.*
Iners. ————paſſuque incedit inerti. *Oui. met. 2.*
Tremulus. Inde ſenilis hyems tremulo venit horrida paſſu. *O. m. 15.*
Trepidus. ————trepidis veſtigia retro
Paſſibus. *Stat. Th. 2.*
Anilis. ————ad littus paſſu procedit anili. *Oui. met. 13*

PASSVS CELER.

Ingens.	Venit & ingenti violenta tragœdia paſſu.	*Ouid. Am.* 3
Ales.	———paſſu volat alite virgo.	*Oui.met.*10
Celer.	Vt celeri paſſu Cremerem tetigere rapacẽ.	*Ouid.faſt.*2.
Citus.	Inde cito paſſu petitur Lucretia.	*ibidem.*
Effuſus.	——vt effuſo Cæſar decurrere paſſu Vidit.	*Lucanus* 4.
Rapidus.	——rapidis accurrunt paſſibus horæ.	*Stat.Th.* 3.
Citatus.	Celerem citatis paſſibus curſum explicans.	*Sen. Hip.*
Vagus.	—exhauſtumque vago per gramina paſſu.	*Stat.Achil.*
Admiſſus.	——admiſſo ſequitur veſtigia paſſu.	*Ouid.met.*1.

PATER, PATRES. Parens, Parentes.

Magnus.	——magno patre nata puella eſt.	*Hor.ſat.*1.
Cari.	Tunc ego vel caros potui violare parentes.	*Ouid.Am.*1.
Clari.	Quod non ingenuos habeat,claroſq; parẽtes.	*Hor.ſat.*1.
Perillus Athenienſis, Phalari Agrigentinorum Tyranno, vt ei, quem ſciret crudeliſſimum (quippe qui nouis ſemper hominum tormentis delectaretur) taurum aneum 1 fabricauit; in quem coniectus reus, ſubiectis ignibus inter diros cruciatus, horrendas voces tauri mugientis inſtar emitteret: ratus amplam inde ſe mercedem, & laudem promeruiſſe, Tyrannum adijt, qui infœlicem tauro incluſum iuſtè includi, & cremari iuſſit.

Sauus. Et gemere in tauro, ſæue Perille, tuo. *Propert. 2.*
Violentus. Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Infœlix. Torruit: infœlix imbuit author opus. *Ou. de ar. 1.*
1 *Taurifab.* ———————tauri fabricator aheni. *idem triſt. 5.*
1 *Opif. tauri.* —opifex tauri, tormentorúmq; repertor. *Claudianus.*
Imprudens. Miſer. Sacer.
Peſſimus artifex. Tormentorum repertor.

PERSÆ.

Populi ab Perſide regione quam incolunt nomen ſortiti. Dicuntur autem 1 Achemenij, ab Achemene rege Perſidis. Gaudent pharetris, & arcu, quibus in bello ſcitè vtuntur.

Audiet ciues acuiſſe ferrum,
Graues. Quo graues Perſæ meliùs perirent. *Hor. car. 1.*
1 *Achemenij.* Alter Achemeniũ ſecludit Zeugmate Perſẽ. *Stat. ſyl. 5.*
Infidi. Non ſeres, infidiue Perſæ. *Hor. car. 4.*
Pharetrati.

PERSEPHONE.

Vide PROSERPINA.

Acerba. Perſephone noſtras pulſat acerba fores. *Ouid. epiſt.*
Seuera. ſoluite pulſanti loca muta, & inane ſeueræ
Perſephones. *Stat. The. 4.*

PERSEVS.

Fuit filius 1 Danaes 2 Acriſij, quam Iuppiter in imbrem 3 aureum verſus, vel, vt credibilius eſt, per impluuium lapſus adulter corrupit. Dicitur pennipes, 4 & aliger, quòd per aera volaret, inſtructus talaribus, quæ à Mercurio acceperat: 5 Gorgonem, Meduſam ope Palladis occidit. Duxit Andromedam vxorem, Cephei regis Æthiopum filiam, quam monſtro marino expoſitam liberarat. Eius bella, præclaráque facinora lege apud Ouid. metamor. 4. & 5. *Dictus eſt 1 Inachides, & Abantiades, ab regibus Argiuis 6 Inacho, & 7 Abante, quibus originem maternam referebat.*

1 *Danaeius.* —quas habuit pennas Danaeïus Heros. *Ouid. am. 3.*
Quam ſimul ad duras religatam brachia cautes

7 *Abātiades.* Vidit Abantiades. *Ouid.met.4.*
5 *Super.Gor.* Gorgonis anguicomæ Perſeus ſuperator, & alis
——— Æthereas auſus iactatis ire per auras. *ibid.*
6 *Inachides.* Inachides ferrū curuo ten' abdidit hamo. *ibid.*
2 *Acriſio-niades.* Vertit in hunc harpen madefactam cæde Meduſæ
Acriſioniades. *idem met.5.*
3 *Aurigena.* ———aurigenæ comitem Tritonia fratris
Se dedit. *ibid.*
6 *Inachius.* Inachius rubro perhibetur in æquore Perſeus
Neptuni domuiſſe pecus. *Cl.in Ruf.1.*
4 *Pennipes.* Non Ladas ſi ego, pennipéſue Perſeus. *Catull.*
Ioue natus. ——————Ioue natus. *Ouid.met.4.*
4 *Aliger.* Aliger in cælum ſic raptâ Gorgone fugit. *Lucan.9.*
3 *Aureus.* Aure' anguicomā prælecto Gorgona collo. *Stat.The.1.*
4 *Celer.* ———celerem temeraſſe volatu———Perſea. *idem 3.*

PES.

Puellaris. Alta puellares tardat arena pedes. *Ou. epiſt 10.*
Marmoreus. Marmoreū tremebunda pedē, quā rettulit. *Vir.in Ceiri.*
Niueus. Huc veni, niueo gerens
Luteum pede ſoccum. *Catull.*
———non altera noſtro
Formoſus. Limine formoſos intulit vlla pedes. *Propert.1.*
Auratus. Et tegit auratos palla ſuperba pedes. *Ouid.am.3.*
Tener. Impediunt teneros vincula nulla pedes. *idem faſt.1.*
Nudus. Secretum nudo dum pede carpit iter. *idem faſt.3.*
Candidus. ——————pede candido
In morem Salium ter quatient humum. *Hor.car.4.*
Latus. Iam læti ſtudio pedes vigeſcunt. *Catul.*
Salue nec minimo puella naſo,
Bellus. Nec bello pede, nec nigris ocellis. *idem.*
Exiguus. Pes erat exiguus: pedis eſt aptiſſima forma. *Ouid. am. 3.*
Imus. ———pedes veſtis defluxit ad imos. *Virg. Æn.1.*
Transfer omine cum bono
Aureolus. Limen, aureolos pedes. *Catul.*
Mollis. ———molli candida diua pede. *idem.*
Certus. *Firmus.*

PES in fuga, & timore.

——————an tibi Mauors
Fugax. Ventoſa in lingua, pedibúſque fugacibus iſtis
Semper erit? *Virg. Æn.11.*
Citatus. Phrygiū nemus citato cupidè pede tetigit. *Catul.*
Properans. Viridem citus adit Idam, properante pede. *idem.*

Properus. Rapidæ ducem ſequuntur Galiæ propeto pede. *idem.*
Vagus. Vadit, fremit, refringit virgulta pede vago. *Catul.*
Velox. Preſſaque veloci candida muſta pede. *Tibul. 1.*
Turbatus. Et fuge turbato tecta nefanda pede. *Ou. epiſt. 11.*
Volucer. Non ceruam volucres eripuere pedes. *Cl. de rap. 2.*
Aliger. Aligeríſq; leues pedibus tráſcurrere vẽtos. *Pru. in Sy. 2.*
Profugus. Cùm profugũ poſſis ipſe referre pedem. *Ou. epiſt. 11.*
Celer. ——ſummam celeri pede libat arenam. *id. met. 10.*
Errans. ——errantes fértque, refértque pedes, *idem faſt. 6.*
Iuſſus abire domum,
Incertus. Ferebar incerto pede. *Horat. epod.*
Agilis. Et aſpera agili ſaxa calcantem pede. *Seneca Hip.*
Liber. ————nunc pede libero
Pulſanda tellus. *Hor. car. 1.*
Alternus. Alterno terram quatiunt pede. *ibid.*
Tacitus. Iam veniet tacito curua ſenecta pede. *Ou de ar. 2.*
Tardus. Cunctantem tardo iuſſit abire pede. *Ouid. am. 2.*
Mobilis. *Superbus.*

PES. OMEN.

Fœlix. Ripáque fœlici tacta ſit iſta pede. *Ouid. faſt. 1.*
Secundus. Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecũdo. *Virg. Æn. 8.*
Inoffenſus. Nam pede inoffenſo ſtadium decurrere vitæ
Dignus es, & fato candidiore mori. *Ouid triſt. 3.*
Læuus. Ominibúſq; malis, pedibúſq; occurrite læuis. *idẽ in Ib.*
Dexter. *Proſper.* *Fauſtus.*

PESTIS. *V.* Morbus.

Peſtem hic pro quocúnque morbo appoſuimus. Huius autem lucu-lentas deſcriptiones vide apud Ouid. met. lib. 7. & 15. *apud* Lucanum lib. 6. Silium Italicum lib. 14. Sen. OEdip.

Acerba. Peſtis acerba boum. *Virg. Geor. 3.*
Sæua. ——natura nocens in corpore ſæuas
Eduxit peſtes. *Lucan. 9.*
Tabida. Indignas premeret peſtis cũ tabida fauces. *Mart. epig. 1.*
Iuuenéſque ſenibus iungit, & gnatis patres
Funeſta. Funeſta peſtis. *Sen. Oedip.*
Sæua. Effera. Quæcúnq; peſtis ſæua, quæcúnq; effera es. *Her. Oet.*
Inimica. ——importuna lues, inimicáque peſtis. *Silius 14.*
Auida. —poſuere auidæ mortis contagia peſtes. *ibid.*
Fluida. Traxit iners cælum fluidæ contagia peſtis. *Lucanus 6.*
Feruida. ——ſyluis ſpatiatur feruida peſtis. *Silius 9.*
Stygia. ——Stygiam peſtem diffundit in amnes *Claudianus.*
Aſpera. ——peſtis enim tacitis latet aſpera ſyluis. *Virg. Æn. 7.*

Lethifera. Anhela. Lethalis. Dira.
Miſera. Violenta. Tetra. Ignea.

PESTIS. *AMOR.*

Latens oſſibus. ——————peſtémque latentem
Oſſib⁹,atq; imi monſtrabat pectoris ignẽ. *Valerius 7.*
——————maximum exortum eſt malum,
Blanda. Luxuria, peſtis blanda. *Sen. Octau.*

PESTIS, pro incendio. *v.*Ignis.

Rapida. ——————rapidâ iam ſubdita peſte
Virgulta,atq; altis ſurgũt è cornib⁹ignes. *Silius 7.*
Vulcania. Per iuga, per valles errat Vulcania peſtis. *ibid.*

PEVCE.

Inſula eſt in ponto Euxino; à qua vni è ſeptem oſtijs Danubij, ſeu Iſtri, nomen datum eſt. ——& barbara Cone
Sparſa profundo. Sarmaticas vbi perdit aquas,ſparſamque profundo
Multifidi Peucen vnum caput alluit Iſtri. *Lucanus 3.*
Barbara. ——————Alaricum barbara Peuce
Nutrierat. *Claudianus.*
Viridis. Danubii viridémq;vidẽt ante oſtia Peucẽ. *Valerius 8.*

PHÆDRA.

Filia fuit 1 Minois, regis 5 Cretæ, ex 2 Paſiphae. Nupſit 3 Theſeo, regi Athenarum: cuius filium Hippolytum ex Hippolyte regina Amazonum adeò deperijt, vt cùm votorum compos fieri non poſſet, impudica 4 mulier iuuenem inſontem de crimine apud patrem appellauit: damnatum poſt, mortique datum, facti pœnitens tanto dolore proſecuta eſt, vt in oculis ipſius Theſei ſeipſam gladio confoderit. V. Sen. Trag. Hip.

3 *Theſ. cõiux.* Theſæa coniux, clari progenies Iouis. *Sen. Hippol.*
5 *Creſſa.* Mittit Amazonio Creſſa puella viro. *Ou. epiſt. 4.*
1 *Minoia.* ———ne fortè parùm Minoia credar. *ibid.*
4 *Scelerata.* Credulitate patris,& ſceleratæ fraude nouercæ. *id. m. 15.*
4 *Funeſta.* ———tûque funeſtâ pater
Peior nouercâ. *Sen. Hippol.*
4 *Inceſta.* Iuueniſque caſtus crimine inceſtæ iacet. *ibid.*
2 *Paſiphaïa.*——————Paſiphaïa quondam
Tentatũ fruſtrà patrium temerare cubile. *Ou. met. 15.*
4 *Nouerca.* Seu mihi ſint tangenda nouercæ pocula Phædræ,
Pocula priuigno non nocitura ſuo. *Propert. 3.*
5 *Gnoſſiaca.* Spreuit Gnoſſiacæ temeraria vota nouercæ. *Sidon. Ap.*

1 *Minoe nata* 5 *Gnoſſia.* 5 *Cretea.*

PHAETON.

Phaeton patrem habuit 1 Solem, matrem 2 Clymenen. Hic vt tanti parentis filius agnoſceretur, regendos eius currus in diem vnum

3 *ſummis precibus obtinuit. ſed equi inſolito,leuiorique aurigæ minimè obtemperantes,quà tulit impetus demiſſius,altiùs excurrerunt: vnde (ſi credere dignum eſt) cælum incanduit æſtu, terra exaruit flumina ebullierunt. Eam peſtem vt extingueret, contorto 4 fulmine aurigam, & equos è cælo Iuppiter in terras detruſit.*

1 *Sole ſatus.* Sole ſatus Phaeton. *Ouid. met.* 1.
4 *Flammatus.*————————lentáque ſorore
2 *Clymeneïa* Flammati Phaetontis. *Catullus.*
proles. Quæ ſimul accliuo Clymeneïa limite proles, &c. *O. m.* 2
3 *Magnanimus.* Dúmque ea magnanimus Phaetō miratur. *ibid.*
Terret ambuſtus Phaeton auaras
4 *Ambuſtus.* Mentes. *Hor. car.* 4.
1 *Hyperioni*⁹. Sic Hyperionius tepido Phaetonta ſepulchro
4 *Fumans.* Fumantem lauêre Pado. *Stat. The.* 12.
————————ſic ceſſit habenis
3 *Audax.* Audaci queſtus de Phaetonte pater. *Mart. epig.* 5.
Deuius. Deuius errãtes Phaetō confūdat habenas. *Cl. in Ruf.* 2.
4 *Fulmineus.* Fulmineū Phaetōta Pado merſere iugales. *Auſon. epiſt.*
————terras deſpexit ab æthere ſummo
4 *Infœlix.* Infœlix Phaeton. *Ouid. met.* 2.

PHAETONTIADES.

Vide POPVLVS. ARBOR. ELECTRVM.

PHALANX. *Vide* COHORS.

PHALANTVS.

Dux è 1 Laconia Græciæ regione; qui à ſuis pulſus, Tarentum vrbem in Italia condidit. Pete alia epitheta à capitibus Tyndaridæ. Caſtor. Pollux. Helena.

Dulce pellitis ouibus Galeſi
1 *Lacon.* Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto. *Hor. car.* 2.

PHALARIS.

Rex fuit Agrigentinorum, in 1 Sicilia. De quo hæc Cicero Ver. 6. Crudeliſſimus omnium Tyrannorum Phalaris, taurum habuiſſe dicitur, quo viuos ſupplicii cauſâ demittere homines, ac ſubiicere flammam ſolebat, vt præ dolore terribiliter gementium vocibus, aut potiùs per taurum mugitibus expreſſis delectaretur. *Ille factâ Agrigentinorū omnium conſpiratione occiſus eſt: vel, ſi creditur Ouid.) quos mugitus miſerorū in ære quæſierat, hos veros ſuis machinis incluſus* —linguâ priùs enſe reſectâ *edidit, expreſſit. Vide* PERILLVS.

Ferox. Vtque ferox Phalaris, linguâ priùs enſe reſectâ,
1 *Siculus* More bouis Paphio clauſus in ære gemas. *Ouid in Ib.*
Tyrannus. Quíq; bouē Siculo fertur donaſſe Tyrãno. *idem triſt.* 3.

PHALARICA.

Ex Seruio ad 9. Aeneid. De hoc telo legitur, quòd eſt ingens, torno factum, habens ferrum cubitale, & rotunditatem de plumbo, in modum ſphæræ. In ipſa ſummitate dicitur etiam ignem habere affixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas phalas dici manifeſtum eſt, *&c. quæ perſequitur.*

Stridens. Sed magnum ſtridens contorta phalarica venit,
Fulminea. Fulminis acta modo. *Virg. Æn. 9.*
Vibrata. Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis
Torta. Obruat. *Lucanus 6.*

PHALISCI.

Populi in Hetruria, Iunonis 1 cultores, quorum potior laus in agris colendis verſabatur.

Pomiferi. Cũ mihi pomiferis coniux foret orta Phaliſcis. *Ou. am. 3*
1 *Iunonicolæ.* Adde ſenẽ Tatiũ, Iunonicoláſq; Phaliſcos. *idem faſt. 6.*

PHARETRA.

Theca eſt, in qua ſagittæ reponuntur. Epitheton vt ſæpè deſumitur ab populis, quorum in emittendis ſagittis nobilior induſtria apud Antiquos celebrata eſt: Tales verò erant Scythæ, 1 Lycij, 2 Cretes, ſeu Cretæi, qui & Gnoſſij, & Cydonij dicuntur; & 3 Amazones, fœminæ bellatrices. Poteris inſuper conſulere capita Arcus. Telum. Sagitta, *cum quibus communia quædam habet epitheta.*

Plena. Et caput, & plenas omnes mouêre pharetras. *O. Pont. 4.*
Creſſa. Armáq; Amyclæũq; canẽ, Creſſáq; pharetrã. *Vir Geor. 3.*
3 *Amazonia.* Alter Amazoniam pharetram, plenámque ſagittis Threiciis. *idem Æn. 5.*
1 *Lycia.* ——Lyciam vt gerat ipſe pharetram. *idem Æn. 7.*
2 *Gnoſſa.* ——Gnoſſáſque agitare pharetras Docta *Lucanus 3.*
2 *Gnoſia.* Et pharetra ex humero Gnoſia vtróque iacet. *Propert. 2.*
2 *Cydonæa.* Armáq; equóſq, habit⁹q; Cydonæáſq; pharetras. *O. m 8*
Leuis. Pars læues humero pharetras. *Virg. Æn. 5.*
Inſignis. Ille mihi inſignẽ pharetrã, Lyciáſq; ſagittas. *id. Æn. 8.*
Sonans. —pharetrámque fugâ ſenſêre ſonantem. *idem Æn. 9.*
Sagittifera. Déq; ſagittifera prôpſit duo tela pharetra. *Ouid. met. 1.*
Picta. Et pictâ poſitâ pharetrâ ceruice premebat. *idem met. 2.*
Eburnea. Ex humero pendens reſonabat eburnea læuo Telorum cuſtos. *idem met. 8.*
Telorũ cuſt.
Leuis. Pone leues pharetras. *Stat. The. 6.*
Decora. —ſplendent clypei, pharetræque decoræ. *idem Th. 8.*
Grauis. —pulſéntque graues vt terga pharetræ. *Valerius 2.*
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,

Grauida ſagittis. Nec venenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra. *Hor. car. 1.*

Capax. ———arcum, pharetrámque capacem. *Ouid. met 9.*

Habilis. ———habilémque ad terga pharetram. *Valerius 3.*

Saua. ———& ſæuis præmittat plectra pharetris. *Stat. Achil. 1*
———tibi ſæpè Diana

Venatrix. Mænalios arcus, venatricéſque pharetras
Suſpendit, puerile decus. *Clau pan. 7.*

Aurata. Dixit, & aurata volucrem Threïſſa ſagittam
Deprompſit pharetra *Virg. Æn. 11.*

PHAROS.

Inſula 1 olim fuit, teſte Lucano lib. 10.

———insula quondam
In medio ſtetit illa mari, ſub tempore vatis
Proteos: at nunc eſt Pellæis maxima muris.

In ea inſula (Plinio, & Strabone teſtibus) turris eſt excelſa, quam Ptolemæi 2 regis impenſis Soſtratus Gnidius ad nauigantium ſalutem condidit. Nam cùm 3 Alexandria, ex illius aduerſo prominens, portum habeat adeò difficilem, vt in acceſſu naues periclitentur; neceſſaria fuit illa turris, quæ de nocte protenſa in ſublime 4 lampade nauigantium iter dirigeret. Ab illa autem turre quæ poſteà in idem miniſterium condita ſunt, idem nomen habuerunt.

2 *Ptolemea.* Aut Ptolomææ littora capta Phari. *Propert. 2.*

1 *Palmifera.* Quæ colis & Mēphim, palmiferáq; Pharō. *Ouid. am. 2.*

3 *Mēphitica.* Oſtentās altā Pharos vt Mēphitica turrim. *Auſ. Moſel.*

4 *Clara.* ———clarámque ſerena
Arce Pharon. *Valerius 7.*

PHASELVS.

Breuis eſt nauicula, quâ vtuntur Ægyptij, cùm Nilus ſtagnat. Ex Seruio, ad Virg. Geor. 4.

Fragilis. ———fragilémque mecum
Soluat phaſelum. *Hor. car. 3.*

Picta. Et circum pictis vehitur ſua rura phaſelis. *Vir. Geor. 4.*

Fictilis. Paruula fictilibus ſolitū dare vela Phaſelis. *Iuuen. ſat. 15*

PHASIS.

Fluuius eſt prægrandis in 1 Colchide, quæ Scythiæ regio eſt: in Euxinum mare fluit.

———an Taurus Scythes,

1 *Colchus.* Colchúſque Phaſis. *Sen. Hippol.*

Horridus. Quas Nilus ſacer, horridúſque Phaſis. *Stat. ſyl. 1.*

Limoſus. Contigerāt rapidas limoſi Phaſidos vndas. *Ouid. met. 7.*

Aſper. ———calcabitur aſper

	Phaſis equo.	*Clau. in Ruf.*
Niuoſus.	——non vlla nurus, nec alumna niuoſi Phaſidis.	*Stat. Th.* 12.
Rapidus.	——rapidi venies ad Phaſidis amnem.	*Valer.* 4.
Magnus.	Magnus vbi aduerſum ſpumāti Phaſis in æquor.	*idem* 5.
Barbarus.	Quid regio immanis? quid barbarus amnibus vllis Phaſis?	*idem* 1.
Scythicus.	——————Scythici quæ Phaſidis oras Auſa ſequi.	*ibid.*

PHILOCTETES.

Filius fuit 1 *Pæantis, qui caſu vnâ ex ijs ſagittis Neſſi Centauri ſanguine illitis, quas ab Hercule dono acceperat vulneratus, à Machaone ſanitati reſtitutus eſt.*

1 *Pæantiades.*	Nec Pæantiaden quod habet Vulcania Lemnos Eſſe reus merui.	*Ou. met.* 13.
1 *Pæantius.*	Penè decem totis aluit Pæantius annis, Peſtiferū tumido vulnus ab angue datum.	*idem triſt.* 5.
1 *Satus Pæante.*	——————accipe hæc, inquit, ſate Pæante dona.	*Sen. Her. œt.*

PHILOMELA.

Filia fuit 2 *Pandionis regis Athenarum, quæ Terei regis* 1 *Thracia vim paſſa, verſa eſt in luſciniam. Communia habet epitheta cum Progne, cuius erat* 3 *ſoror, quæ in hirundinem etiam mutata eſt. V. itaq; capita* Progne. Hirundo. *vbi epitheta hic appoſita explicantur. Perlege hanc fabulam apud Ouid.* metamorph. 6.

Stridula.	Pendet ſummo ſtridula ramo, Pennáſque nouo tradere ſoli,	
1 *Thracia Pellex.*	Geſtit querulos inter nidos Thracia pellex.	*Sen. Her. fur.*
2 *Pandione nata.*	——————Pandione natam In ſtabula alta trahit.	*idem met.* 6.
Garrula.	Flet Philomela nefas inceſti Thereos, & quæ Muta puella fuit, garrula fertur auis.	*Mar. epig* 14.
Mœrens ſub vmbra.	Qualis populeâ mœrens Philomela ſub vmbrâ, Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator Obſeruans nido, implumes detraxit: at illa	
Flens.	Flet noctem, ramóque ſedens miſerabile carmen	
Mæſta.	Integrat, & mœſtis latè loca queſtibus implet.	*Vir. Geor.* 4.

3 *Soror Prognes.* *Querula.*

PHILTRVM.

Vide VENENVM.

Amatorium ſonat: eſt autem poculum, ex quo qui bibunt, non tantùm amantes, ſed vt ſæpè amentes (tanta eſt vis veneni) redduntur. Dicitur Theſſalum, ab 1 Theſſalia regione, quæ veneficijs claruit.

Pallens. Nec data profuerint pallentia philtra puellis,
Nocens. Philtra nocent animis, ſpémque furoris habent. *Ou.de ar.2.*
1 *Theſſalũ.* Hic Magicos affert cantus, hic Theſſala vendit Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti. *Iuuen.ſat.6.*

PHINEVS.

Filius fuit 1 Agenoris, rex 2 Arcadiæ: qui quòd filijs ſuis oculos eruiſſet, ipſe deorum vindictâ cæcus factus eſt, miſſis inſuper Harpyijs, fœdis volucribus, quæ eius dapes fœdâ ventris proluuie conſpurcarent: quas peſtes Zetus, & Calais Boreæ, ſeu Aquilonis filij, abegerunt. Vide Valerium Flaccum Argonauticon 4. *vbi ipſe ſuum genus, fortunáſque enarrat.*

1 *Cret' Age.* ——— cretus Agenore Phineus. *Val. 4.*
Fatidicus. Littora fatidici pœnis horrentia Phinei. *ibid.*
2 *RexOdryſ.* ——— tùnc Odryſiæ, Phineus, rex inclytus? *ibid.*

PHLEGETON.

Fluuius eſt inferorum, flammis æſtuantibus terribilis: dictus ἀπὸ τȣ͂ φλέγω *Ardeo. Plura epitheta quære ad caput A*cheron.

Rapidus. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus. Tartare' Phlegetō, torquétq; ſonãtia ſaxa. *Virg. Æn.6.*
Fumidus. Fumidus atra vadis Phlegeton incendia voluit. *Stat.Th. 4.*
——— ardenti freto
Igneus. Phlegeton arenas igneus tortas agens,
Violentus. Exitia ſuprà noſtra violentus fluat. *Sen. Thyeſt.*
Exundans. ——— latè exundantibus vrit
Sæuus. Ripas ſæuus aquis Phlegeton, & turbine anhelo
Anhelus. Flammatũ reſonãs, ſaxoſa incẽdia torquet. *Silius 13.*
Ardens. ——— ardenti Phlegetonte natat. *ibid.*
Inamœnus. Cocytus, Phlegetónque vadis inamœnus. *Claudianus.*
Sonorus. ——— Phlegetonta ſonorum Poſcit. *idem.*

Ater. *Procelloſus.* *Mæſtus.*
Æſtuans. *Dirus.* *Profundus.*

PHOCÆ.

Boues marini ſunt, qui, vt vult Plinius lib. 9. cap. 7. ſpirant, & dormiunt in terra.

Turpes. ———turpes paſcit ſub gurgite phocas. *Vir. Geor* 4.
Magni. Et freta dicũtur magnos expellere phocas. *Ou. epiſt.* 10.
Deformes. Nũc ibi deformes ponũt ſua corpora phocæ. *id. met.* 1.
Immanes. Phorcys, & immanes intorto mutice phocas. *Valer.* 3.

PHOEBAS.

Phœbi ſacerdos erat; quæ diuino impulſa numine, in morem Bacchantis furebat: quo excuſſo, futura poſcentibus fata aperiebat.

Furens. Quæcũnq; Phœbas ore lymphato furens. *Sen. Tro.*
Effrena. Effræna Phœbas entheas laurus quatit. *idem Agam.*

PHOEBE.

Soror eſt Phœbi: cuius nominis rationem vide infrà ad caput Phœbus. *Pro luna ſumitur, & Diana: quæ capita conſule.*

———captiuarúmque ferarum
Innupta. Exuuiis gaudẽs, innuptæq; æmula Phœbes. *Ouid. met.* 1.
Iaculatrix. Hæc tibi me in ſomnis iaculatrix ſcribere Phœbe:
Hæc tibi, me, vigilans ſcribere iuſſit amor. *Ou. epiſt.* 19.
Nemoralis. —Ægeriæ nemoralem adiungere Phœbẽ. *Stat. ſyl.* 1.

PHOEBE. LVNA.

Noua. Nec noua creſcendo reparabat cornua Phœbe. *O. m.* 1.
Aurea. —vento ſemper rubet aurea Phœbe. *Virg. Geor.* 1.
Lucida. Nec tibi ſol clarꝰ, nec ſit tibi lucida Phœbe. *Ouid. in Ib.*
Candida. ——remeare bigis candida Phœbe. *Seneca.*
Pernox. ————curru properante pernox
Rubicunda. Exerit vultus rubicunda Phœbe. *Sen. Thyeſt.*
Sorórque fratri ſemper occurrens ſuo
Noctiuaga. Noctiuaga Phœbe. *idem Oed.*

PHOEBVS. APOLLO.

Phœbus filius eſt 1 Iouis, & 2 Latonæ, vno partu cum ſorore Diana, quæ & Phœbe appellatur editus. Dictus eſt Phœbus, quaſi φώβιος, ἀπὸ τοῦ φῶς, καὶ βίος: *cùm enim pro ſole accipiatur, 7 verè lux eſt vita. Deus eſt 3 Medicorum, 4 Poetarum, & 5 Augurum. Plura videbis ad argumentum, & caput Apollo: idem enim eſt.*

1 *Iouis proles* Latonæ, magnúſque decus Iouis, aurea proles
aurea. Phœbus erit. *Virg. in cul.*
2 *Latous.* Quem Tritoniacâ Latous arundine victum
Affecit pœna. *Ouid. met.* 8.
———lymphatáque paſſim
5 *Fatidicus.* Pectora fatidici ſtimulis igneſcere Phœbi. *Cl. in Eutr.* 2.
4 *Lauriger.* Viſite laurigero ſacrata palatia Phœbo. *Ou. de arte* 2

Augur,

3 Augur. Augur, & fulgente decorus arcu
Decorus. Phœbus, acceptúſque nouem Camœnis,
3 Salutifer. Qui ſalutari leuat arte feſſos
Corporis artus. *Horat. epod.*
Phœbe, ſyluarúmque potens Diana,
7 Lucidus. Lucidum cæli decus. *ibid.*
Inſignis crinibus. Crinibus inſignem quis acutâ cuſpide Phœbum
Inſtruat? *Ouid. am. 1.*
Canorus. Talis es aſſumptâ, Phœbe canore, lyrâ. *idem am. 3.*
3 Saluber. Vt faueas cœptis, Phœbe ſaluber, ades. *id. de r. am. 1*
Doctus. Et Pallas, doctíq; cohors Heliconia Phœbi. *Stat. ſyl 5.*
Apollo. Quæ Phœbo Pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit. *Virg. Æn. 3.*
Inclytus. —— dic, inclyte Phœbe, regentum
Nomina. *Stat. Th. 6.*

PHOEBVS. *SOL.*

Roſeus. Ni roſeus feſſos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos. *Virg. Æn. 11.*
Lux mundi publica. ——— ô lux immenſi publica mundi,
Phœbe pater. *Ouid met. 2.*
Clarus. Clarus priuſquam Phœbus attollat diem. *Sen Med.*
Mũdi decus. ——— ſereni maximum mundi decus *idem Oedip.*
Oriens. Quò nunquam radiis oriens, mediúſue, cadénſue
Cadens. Phœbus adire poteſt. *Ouid. met. 11.*
Candens. Ipſe ſedens niueo candẽtis limine Phœbi. *Virg. Æn. 8.*
Calidus. ——— calido producunt nubila Phœbo. *Lucanus 6.*
Occiduus. Preſſerat occidu⁹ Tarteſſia littora Phœb⁹. *Ou. met. 14.*

PHOENIX.

Plin. lib. 10. cap. 2. Æthiopes, atque Indi, diſcolores maximè, & inenarrabiles ferunt aues; & ante omnes nobilem Arabia Phœnicem: haud ſcio an fabuloſè, vnum in toto orbe, nec viſum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtis faciem, capútque plumeo apice honeſtante: ſacrũ in Arabia Soli eſſe, viuere annis DCLX. ſeneſcentẽ caſiâ, thuríſque ſurculis conſtruere nidum, replere odoribus, & ſuper emori Ex oſſibus deinde, & medullis eius naſci primò ceu vermiculum, inde fieri pullum: principióque iuſta funeri priori reddere, & totum deferre nidum propè Panchaiam in Solis vrbem, & in ara ibi reponere. *Vid. Claudianum in epigrammatis. Ouid. met. 15. Lactantium in poemate quod de eo conſcripſit.*

Viuax. Et viuax Phœnix, vnica ſemper auis. *Ouid. am. 2.*

Ss

Fœlix. Scandit odoratos Phœnix fœlicior ignes. *Stat.ſyl. 2.*
Volucris ——————Phariæque exempta volucri
Pharia. Cinnama. *ibid.*
Auis ſolis Vt ſolis mirentur auem, procul ignea lucet
Ignea. Ales, odorati redolent cui cinnama buſti. *C.de lau.St.1.*
Longæuus. Venit & extremo Phœnix longæuus ab Euro. *id. epiſt.*
Fortunatus. Hæc fortunatus nimiùm Titanius ales
Titani' ales. Regna colit. *idem epigr.*
Gangeticus. ——mille annos viuit Gangeticus ales. *Auſon.epiſt.*
Viuidus. Par volucer Superis, ſtellas qui viuidus æquat
Durando. *Claud.epigr.*
————————cutis natura laborat
Æternus. Æternam ne perdat auem. *ibid.*
Fragrans. ——ſed regis iter fragrantis adorant. *ibid.*

PHOENIX. *Præceptor Achillis.*

Filius 1 Amyntoris, quem Achilli 2 gubernatorem Peleus dedit, vt illum efficeret Oratorem verborum, actarúmque rerum. Cic. 3. de Orat.

2 Reuerēdus Sic quondam magno Phœnix reuerendus Achilli
Achilli. Littus ad Iliacum, Thymbræáq; Pergama venit. *St.ſyl 3*
1 Cretus A- Hippothúſq; Dryáſq; &cret' Amyntore Phœnix. *O.m.8*
myntoride. Id quod Amyntorides videas, trepidúſque miniſter
1 Amyntori. Prætentes baculo luminis orbus iter. *idem in Ib.*

PHOLOE. *Mons Arcadiæ.*

Opaca. Vnus vt è ſyluis Pholoes habitator opacæ,
Inter & Ætnæos æquus cōſurgere fratres. *Stat.The.3.*
Niuoſa. Paſſim per Pholoen iacet niuoſam. *Sid.Ap.pan.*

PHRYXVS.

Phryxus, & Helle, Athamantis regis 4 Thebarum in 2 Græcia liberi, Inus nouercæ inſidias fugientes, in Aſiam cùm traijcerent, conſcenſo ariete aureo, quem illis pater dederat: Helle periculo, & fluctibus exterrita, in mare decidit, cui nomen dedit. Phryxus verò incolumis in Colchos ad Æetã regem peruenit: immolato Marti ibi ariete, cuius vellus aureum in templo ſuſpendit: quod Argonautæ, duce Iaſone, ſed Medea operâ repetierunt. Aries verò in cælum tranſlatus eſt, eſtque ſignum caleſte. Dicitur Æolius, ab auo 3 Æolo.

4 Thebanus. Stat caper Æolio Thebani vellere Phryxi
Cultus. *Mar.epig.8.*
Æquoreus. ——æquorei redierunt vellera Phryxi. *Stat.Theb.5.*
3 Æolius. Nec minùs Æolii proles Æetia Phryxi. *Valerius 6.*
2 Graius. ——Graio ſic cuncta ſimillima Phryxo. *idem 5.*
1 Profugus. —profugo quin agmina iungere Phryxo. *idem 1.*

PHYLLIS.

Fuit filia Lycurgi regis 1 Thracum, quæ Demophoontem filium Theſei hoſpitio, & lecto cùm recepiſſet, deſerta, e uſque promiſſis deluſa, doloris impatiens laqueo ſe ſuſpendit, verſáque eſt in arborem ſui nominis, quam etiam Amygdalum nominant. Extat ea de re pulchra epiſtola apud Ouid. quæ ſecunda eſt. Dicitur Rhodopeia, à 2 Rhodope monte Thraciæ. Vide caput Thracia.

2 *Rhodopeia* Hoſpita, Demophoon, tua te Rhodopeia Phyllis
Vltra promiſſum tempus abeſſe queror. *Ouid. epiſt. 2.*

1 *Sithonis.* 1 *Biſtonis.* 1 *Hæmonis.*

PICEA. ARBOR.

Nigrans. Nigranti picea trabibuſq; obſcurus acernis *Virg. æn. 9.*
Opaca. ————piceæque acclinis opacæ. *Valerius 3.*

PICA.

Improba. Improba Cecropias offendit pica querelas. *Mar. ep. 1.*
Loquax. Pica loquax dominum certa te voce ſaluto. *idem ep. 14.*
Nem. cõuit.————nemorum conuicia picæ. *Ouid. met. 5.*
Imit. omnia. Inſtiterant ramis imitantes omnia picæ. *Ibidem.*
Rauca Nunc quoque in alitibus facundia priſca remanſit,
Garrula. Raucaque garrulitas, ſtudiumq; immane loquẽdi. *ibid.*

PICVS.

Seruius ad lib. 7. Æneid Virg. Picum amauit Pomona, dea pomorum, & eius volentis eſt ſortita coniugium. Poſteà Circe cùm eum amaret, & ſperneretur; irata eum in auem picum Martium conuertit: nam altera eſt pica. Hoc autem ideò fingitur, quia Augur fuit, & domui habuit picum, per quem futura noſcebat: quod Pontificales indicant libri *Dicitur Saturnius, à patre 1 Saturno: & Laurens, à 2 Laurentibus agris in Italia.*

Equûm domitor. Picus equûm domitor, quem capta libidine coniux
Aurea percuſſum virgâ, ſparſúmque venenis
Fecit auẽ Circe, ſparsítque coloribus alas. *Virg Æn. 7.*
1 *Satur. prol.* Picus in Auſoniis, proles Saturnia, terris
Stud. equor. Rex fuit vtiliũ bello ſtudioſus equorum *Ouid met. 4.*
2 *Laurens.* Præpoſito cunctis Laurẽti tradita Pico eſt. *ibid.*

PICVS *Auis.*

Martia auis. Martia picus auis gemino pro ſtipite pugnant,
Et lupa. *Ouid. faſt. 3.*

PIERIDES. *v.* Muſæ.

PIETAS.

Mitis. Quæ pro te vt voueã miti pietate mereris. *Ouid. triſt. 3.*
Hilaris. Dii quoq, vt à cũctis hilari pietate colãtur. *idem Pont. 1.*
Egregia. ——namque egregiâ pietate meretur. *Stat. ſyl. 5.*

Sancta. Tunc ſancta pietas extulit trepidos gradus. *Sen. Oct.*
Mira. Egregium narras mira pietate parentem. *Catullus.*
Spectata. ——pietas ſpectata per ignes. *Ouid. faſt. 4.*

PIGMALION.

Beli regis 1 Tyri filius, fraterque Didonis, cuius maritum Sichaeum ſpe potiundi auri ante aras deûm obtruncauit.

1 *Rex Tyri.* ——regna Tyri germanus habebat
Immanis. Pigmalion ſcelere ante alios immanior omnes;
Sceleratus. Quos inter medius venit furor: ille Sichæum
Impius Impius ante aras, atque auri cæcus amore
cæc. am. au. Clam ferro incautum ſuperat. *Virgil. æn. 1.*
Auarus. —— —— ——portantur auari
Pigmalionis opes. *Ibidem.*

PIGNVS.

In impropria etiam ſignificatione de liberis dicitur, qui inter virum, & vxorem, tum vinculi, ne diuortium fiat, tum caritatis, & mutuæ beneuolentiæ pignus ſunt.

Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit
Carum. Pignora cara ſui. *Virg. Ecl. 8.*
Certum. Pignora certa petis. *Ouid. met. 2.*
Mutuum. ——mutua pectora amoris. *Silius 17.*
Dulce. Dulcia ſollicitæ geſtabant pignora matres. *Ouidius.*
Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes,
Inuiolabile. Turne, ſimul pacis ſolũ inuiolabile pignus. *Virg. æn. 11.*
Gratum. Littera facundi gratum mihi munus amici
Pertulit. *Mar. ep. 10.*

PILVM. *V.* Telum, Arma.

——:——pila remittunt
Sæuum. Sæua manu. *Stat. Th. 10.*
Martia. Martia laurigera cuſpide pila virent. *Mar. epig. 7.*
Trementia. Pila ſed in medium venere tremẽtia pectus. *Lucanus 3.*
Curuat. cuſ. ———curuata cuſpide pila. *Lucanus 1.*

PINDARVS.

Fuit 1 Thebanus patria: illius laudes cecinit Horatius Car. 4. Ode 2.

Immenſus. Feruet, immenſuſque ruit profundo
Pindarus ore. *Hor. car. 4.*
1 *Dircæus* Multa Dircæum leuat aura cycnum,
Cycnus. Tendit, &c. *Ibidem.*

PINDVS.

Mons eſt 1 Thraciæ Apollini Muſiſque ſacer: Acarnaniam ab Ætolia diuidit: dicitur Perrhebæus à Perrhebo oppido Thraciæ.

——recepto Mænas inſanit deo;

Niualis. Pindi niualis vertice. *Sen. Med.*
Celſus. Vt torrens celſi præceps è vertice Pindi. *Silius* 4.
1 *Thrax.* Aut omne Pindi Thracis excidam nemus. *Seneca.*
2 *Perrheb'.* Aut cur Perrhebi tremuere cacumina Pindi? *Propert.* 3.
Æmonius illas contudit peſtes Athos,
Ingens. Has Pindus ingens. *Sen. Med.*

PINVS.

Pinus arbor eſt ſacra 1 *Pani & 2 Cybele, (quæ colitur in 3 Ida monte) propter Atym eius amaſium in eam verſum Ex ea fiunt commoda nauigia: & quia eius lignum pingue eſt, propter reſinam ab eo defluentem, facem ſignificat.*

Sacra. ——arguta ſacra pendebit fiſtula pinu. *Virg. Ecl.* 4.
Vtilis ——dant vtile lignum
nauigijs. Nauigijs pinos. *Virg. Geor.* 2.
——ferro ſonat alta bipenni
Acta ad ſyd. Fraxinus, euertunt actas ac ſydera pinus. *Virg. æn.* 11.
Conigera. Quercum aut conigerā ſudanti cortice pinū. *Catullus.*
1 *Amat. Pani.* ——Arcadio pinus amata deo. *Propert.* 1.
Hirſuta. Et ſuccincta comas, hirſutaque vertice pinus
2 *Grat. Cyb.* Grata deûm matri. *Oui. met.* 10
Ingens. Qua pinus ingens, albaque populus
Hoſpitalis. Vmbram hoſpitalem conſociare amant. *Hor. car.* 2.
Amās littus. Deuoluunt quercus, & amantē littora pinū. *Silius* 10.
——abies conſternitur alta,
Procera. Pinus proceras peruertunt. *Ennius.*
Nutans cap. Capitibus nutantes pinos, rectaſque cupreſſos. *idem.*
Syluarum gloria. Qualiter alta comam ſyluarum gloria pinus
Seu Iouis igne malo, ſeu iam radice ſoluta eſt
Deficit, & nulli ſpoliata remurmurat aurę. *Stat. ſyl.* 5.
Acuta. ——caput pinu præcinctus acuta. *Oui. met.* 1.
Odora. Hinc audax abies, & odoro vulnere pinus
Scinditur. *Stat. Th.* 6.
Ardua. Ardua Caucaſeo nutat de vertice pinus. *Claudian.*
Vberrima. ——tiliæ, atque vberrima pinus. *Virg. Geo.* 4.
Idæa. Nos ſumus Ideæ ſacro de vertice pinus. *Virg. æn.* 10.
————ſolidoque reuellere dumo
3 *Annoſa.* Annoſam pinum magno molimine tentat. *Oui. met.* 12
Pinguis. *Alta.* *Superba.*

PINVS. *Nauis.*

Nautica. ——nec nautica pinus
Mutabit merces. *Virg. Ecl.* 4.
Caua. ——volat immiſſis caua pinus habenis. *Valerius* 1.

PINVS. *Fax*

Dicitur 1 pronuba, quòd in nuptiis faces præferrentur.

1 Pronuba. Pronuba nec caſtos accēdet pinus odores. *Vir. in ceiri*
Multifida. Multifidā iā tempus erat ſuccendere pinū. *ſen. Med.*
Picea. ———piceámque ardenti ſulphure pinum
Ingerit. *Prud. Pſyhc*
Flammâ Ipſe manu celſam pinum, flammáque comantem
comans. Attollens. *ſilius 10.*
Ignifera. —igniferam dum ventilat aere pinum. *idem 14.*
——————illa duabus
Flāmifera. Flāmiferas pin' manibus ſuccēdit ab ætna. *Ouid. met. 5.*

PISCIS.

Æquoreus. Et non æquoreis piſcibus eſſe cibum. *Ouid. triſt. 1.*
Mutus. O mutis quoque piſcibus
Donatura cygni ſi libeat ſonum. *Hor. car. 4.*
Cæruleus. Qualis cæruleis tumido ſub gurgite terror
Piſcibus. *ſtat. The. 9.*
Tacitus. Vertitur in tacitos iuuenilia corpora piſces *Ouid met. 4*
Piniger. Cruraque pinnigero curuata nouiſſima piſce. *id. met. 13*
Tortilis. Vltimaque accipiat quod tortilis inguina piſcis. *ibid.*
ſquāmiger. ſquāmigerū genus, & volucres erūpere cælo *Lucret 1.*
Auidus. ſic auidis fallax indulget piſcibus hamus *Mart. epig. 1.*
Nitidus. Ceſſerūt nitidis habitandæ piſcibus vndæ. *Ou. d. met. 1.*
Spumea turba. *Genus æquoreum.* *ſquammigerum genus.*
Proles maris. *Greges fluctiuagi.* *Gens humida ponti.*
ſquammoſa agmina. *Muta natantes.* *Pecudes ſquammigerûm.*
Vulgus æquoreum. *Pecus æquoreum.* *Vaga turba natantum.*
Lubricus. *ſquammeus.* *ſquammoſus.*
Amnigena. *Marinus.* *Credulus.* *Vagus.*

PISCIS. *Signum cæleſte.*

Æquoreus. Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum
Finierat Titan. *Ou. met. 10.*
Aquoſus. Aut eadē ſydus fugiens vbi piſcis aquoſi. *Vir. Geor. 4.*

PIX.

Arborem, & 3 liquorem ex ea deciſum ſignificat: porrò in 1 Illyria, & circa Narycem 2 vrbem Locridis frequens naſcitur.

Atra. —aut atræ maſſam picis vrbe reportat. *Virg. Geor. 1.*
2 Narycia. Naryciæque picis lucos. *idem Geor. 2.*
1 Illyrica. Nigrior Illyrica cui pice ſanguis erit. *Ou. de ar. 2.*
3 Grauis. Miſceri cū pix nequeat grauis, & leue oliuū. *Lucret. 6.*
3 Pinguis. ——————ſed cætera pingui
3 Vncta pice, atq; atro circumlita ſulphure fumant. *ſil. 1.*

——————————deuoluere ſaxa

5 *Calida.* Certabāt, calidæq; picis diffūdere peſtem. *Silius* 14.

PLAGA. *VVLNVS.* *V.* Cicatrix. Vulnus.

PLAGA. *RETE.* *V.* Rete.

Denſa. Sic pugnat extricata denſis
Cerua plagis. *Hor. car.* 3.

Nexilis. Nexilibúſq; plagis ſyluas Erymāthidos ambit. *Ou. met.* 2

Nodoſa. Nodoſáſque cauâ tendere valle plagas. *idem faſt.* 6.

Teres. Seu rupit tereres Marſus aper plagas. *Hor. car.* 1,
Aut trudit acres hinc, & hinc multa cane

Obſtans. Apros in obſtantes plagas. *idem epod.*

Rara. ——————————raras
Ceruice graui portare plagas. *Sen. Hip.*

PLAGA. *Spatium, tractus cæli vel terræ.* *v.* Regio.

PLANCTVS. *PLANGOR.*

V. Gemitus. Luctus. Lachrymæ Mœror. Triſtitia.

Clarus. Perculit indignos claro plangore lacertos. *Ouid. met.* 4.

Inanis. Dū gemit, & plāctu circūdat pectus inani. *Stat. Theb.* 9

Sæuus. —————ſæuis plangoribus amens
Tecta replet. *Stat. Theb.* 1.

Flebilis. Matres Latinæ flebiles planctus dabant. *Sen. Octau.*

Triſtis. ————triſtíque per atria planctu
Concurrunt. *Silius* 8.

Peruigil. Diſſona peruigili planctu iuga. *Valerius* 3.

Ingens. ———ingentes iteraſti pectore planctus. *Stat. ſyl.* 5.
——————————clamor ad aſtra

Fœmineus. Cum fœmineo mixtus planctu. *Sen. Octau.*

Mollis. —mollem pepulerunt brachia planctum. *Stat. The.* 6.

Magnus. ———reſonat magnis plangoribus æther. *Virg. Æn.* 4.

Aſſiduus. *Inſanus.*

PLANTA. *PES.*

Tenera. Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plātas. *Vir. Ec.* 10

Niuea. ————niueæ delibant æquora plantæ. *Cl. de nu. H.*

Tremula. —————tremulis inſiſtere plantis. *Iuuen. ſat.* 6.

Celeris. ——celeres nec tingeret æquore plantas. *Virg. Æn.* 7.

Cita. Aura refert ablata citis talaria plantis. *Ou. met.* 10.

Leuis. —caſtos leuibus plantis ingreſſa penates. *Cl. Mal. pan.*

Volucris. —————curſu, plantáque volucri
Præſtabat Laurens. *Silius* 13.

Pernix. —————pernicibus ignea plantis
Ignea. Tranſit equum. *Virg. Æn.* 11.

Ales. ——————ſæpè alite plantâ

Ipſe pedes præuertit equum. *Silius 5.*

Aliger. ——aligeras ferret ſeu puluere plantas. *idem 14.*

Velox. ——velocis gloria plantæ. *Iuu.ſat.13.*

PLANTA. *Vide* ARBOR.

Ferax. ——deinde feraces Plantæ immittuntur. *Vir.Geor.2.*

Summa. —ſummas defringere ex arbore plantas. *id. Geor.4.*

PLATANVS.

Dicitur 2 ſterilis, & 1 celebs, quòd nullum fructum ferat. Conſerebatur autem ad voluptatem, vt 2 potantibus, & deambulantibus vmbram faceret.

2 *Sterilis.* Et ſteriles platani malos geſſere valentes *Vir. Geor.2.*
Nam primùm proná ſurgebant valle patentes

Aeria. Aeriæ platanus. *idem in cul.*

1 *Celebs.* ——platanúſque celebs
Euincet vimos. *Hor.car.2.*

1 *Vidua.* Viduáque platano, tonſilíque buxeto
Ingrata læti ſpatia detinet campi. *Mart.epig.3.*
——ſub platani voles

Virens. Virentis vmbrâ, vel gelido ſpecu
Torrentiorem fallere Sirium. *Cl. de nu.H.*

Alta. Nobilior pomis, platano conſpectior altâ. *Ou.met.13.*

Nutans. Non ſine nutanti platano, lentáque ſorore
Flammati Phaetontis, & aeriâ cupreſſu. *Catull.*

2 *Genialis.* Et platan⁹ genialis, acérq; colorib⁹ impar. *Ou. met.10.*
—— Iámq; miniſtrātē platanū, potātib⁹ vmbrā *Vir.Geor.4.*

PLATO.

Inſignis Philoſophus, Athenienſis 1 patriâ, qui propter egregiam doctrinam, ſummámque eloquentiam, 2 Diuini nomen ſortitus eſt.

Hiſpidus. Quorum vnus colit hiſpidum Platona. *Sid. Apol.*

Barbatus. Conſule barbati deliramenta Platonis. *Prud.Apoth.*

Summus. Hāc ſectā perhibēt ſūmū coluiſſe Platona. *Sid. Apol.*

1 *Cecropius.* ——ſi Cecropium ſua ſacra Platonem
Maiores docuere tui. *Luc.10.*
——iuſtúſque Solon, fortíſque Lycurgus,

2 *Æthereus.* Æthereúſque Platon. *Manil.1.*

Doctus. Pythagoran, Anytíq; reū, doctúmq; Platona. *Hor.ſer.2.*

PLAVSTRVM. *Vide* CVRRVS. AXIS.

Graue. Nō illas grauib⁹ quiſquā iuga ducere plauſtris. *V.Ge.3.*

Stridens. —contentâ ceruice trahunt ſtridentia plauſtra. *ibid.*

Gemens. Nec plauſtris ceſſāt vectare gemētib⁹ ornos *Vir. æn.11.*

Stridulum. Stridula Sauromates plauſtra bubulc⁹ agit. *Ouid.triſt.3.*

Voluens.	Tardáq; Eleuſinæ matris voluētia plauſtra.	*Vir. Geor.* 1.
Robuſtum.	Triſtia robuſtis luctantur funera plauſtris.	*Hor. epiſt.* 2.
Roboreum.	Lubrica roboreis aderant ſub ſtramina plauſtris.	*Sil* 12.
Tremens.	———fertur plauſtro præda trementi.	*Sen. Hip.*
Tardum.	Vomer aut tardi iuga curua plauſtri.	*idem.*

PLAVSVS.

Sonora percuſſio eſt manuum; cùm alicui ob rem præclarè geſtam fauetur.

Ingens.	Certatim ingenti celebrant noua gaudia plauſu.	*Sil.* 11.
Peruigil.	———peruigili ſumunt exordia plauſu.	*Claudianus.*
Blandus.	———iuuántque blandis Vltrò plauſibus.	*Sid. Apol.*

Clarus. *Lætus.* *Sonorus.* *Alacer.* *Feſtus.* *Acer.*

PLEBS. *Vide* VVLGVS. POPVLVS.

Auida.	Terruerāt ſatis hæc auidā contagia plebē.	*Lucanus* 1.
Ieiuna.	———neſcit plebs ieiuna timere.	*idem* 3.
Humilis.	Pars humili de plebe duces, &c.	*Cl. in Eutr.* 2.
Ventoſa.	Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor.	*Horat. ep.* 1.
Contumax.	Pro contumaci plebe cauſam dicere.	*Prud. de cor.*

Vulgi leuis procella. *Infame monſtrum.* *Sceleſta.*
Infida. *Caduca.* *Mutabilis.* *Leuis.* *Mobilis.*
Imperita. *Infima.* *Inquieta.* *Miſera.* *Exlex.*
Excors. *Inſolens.* *Impudens.* *Peruicax.* *Effrenis.*

PLECTRVM.

Difficiliora epitheta exponuntur ad caput CITHARA. LYRA. CARMEN.

Eburnum.	———plectro modulatus eburno Fœlices cantus ore ſonante dedit.	*Tibul.* 3.
Aureum.	Et te ſonantem pleniùs aureo, Alcæe, plectro.	*Hor. car.* 2.
Nitens.	Abraſit lachrymas nitente plectro	*Stat. ſyl.* 2.
Reſonum.	Pulſauit reſono modulantia tympana plectro.	*Pru. Pſyc.*
Modulans.	Cuius ad chordas, modulante plectro, Reſtitit torrens, ſiluēre venti.	*Sen. Med.*
Sonans.	Hos inter Chiron ad plectra ſonātia ſaltās.	*Sid. Apol.*
Graue.	Nō Helicona graui pulſat chelys Enthea plectro.	*Stat. ſyl.* 1.
Imbelle.	———plectrúmque imbelle tenentem Pettalus irridens.	*Ouid. met.* 5.
Gratum.	———gratóque indulget baſia plectro.	*Iuuen ſat.* 6.
Æolium.	Et quantū Æolio cū tētat carmina plectro.	*Propert.* 2.
Lydium.	Mitratíſque ſonant Lydia plectra choris.	*idem* 4.
Leſbium.	Hunc Leſbio ſacrare plectro,	

Téque, tuáſque decet ſorores. *Hor. car.* 4.

Pindaricū. —Pindaricis animum contendere plectris. *Stat. ſyl.* 1.

Apollineum. Aonium. Auratum. Eburneum. Sonorum.
Orpheum. Treïjcium. Thracium. Biſtonium. Hæmonium.
Scythicum. Dircæum, Thebanum. Mæonium, Smyrnæum.

PLEIADES.

Septem erant filiæ Atlantis ex Pleione, quæ in cælum tranſlatæ ſunt. Eſt autem (vt vult Seruius) ſignum ante genua Tauri, quod ortu ſuo primæ nauigationis tempus indicat, vnde Græcè Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλέειν, Latinè Vergiliæ, à verni temporis ſignificatione, quo oriuntur *Harum nomina ex Ouid. exſcripſimus* Faſt. 4.

Pleiades incipient humeros releuare paternos,
Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.
Seu quòd in amplexus ſex hinc venêre deorum;
Nam Steropen Marti concubuiſſe ferunt:
Neptuno Alcinoen, & te formoſa Celæno:
Maian, & Electran, Taïgetánque Ioui:
Septima mortali Sterope tibi Siſyphe nupſit:
Pœnitet, & facti ſola pudore latet.
Siue quod Electra Troiæ ſpectare ruinas
Non tulit, antè oculos oppoſuítque manum.

Dicuntur alio nomine Atlantides, 1 *à patre: conſule id caput. Pluuioſæ ſunt, & valdè nautis infeſtæ.*

Lucida. ——natúmque vocat, quem lucida partu
Pleïas enixa eſt. *Ouid. met.* 3.

1 *Atlantea.* Quis tunc aut Hyadas, aut Pleiadas Atlanteas
Senſerat? *idem faſt.* 3.

Aquoſa. —cùm Taurum, aut Pleiadas hauſit aquoſas
Spumeus. *Stat. The.* 4.

Imbrifera. —imbrifera ſiccas ſub Pleiade Thebas. *Lucanus* 8.

Timēdæ rat. ——timendū ratibus, ac ponto gregem

Vagantes. Paſſim vagantes exerunt Atlantides. *Sen. Her. fu.*

1 *Atlātides.* ——————madidáque cadente

Madida. Pleiade, Getulas intrabis nauita ſyrtes. *Clau. pan.* 2

Niuoſum Hæc per & Ægeas Hyades, Pleiadúmque niuoſum

ſydus. ſydus, & Olenius dignū petiiſſe ſub aſtris. *Stat. ſyl.* 1.

Imbriferæ. Nautis infeſtæ.

PLVMA.

Verſicolor. Aut variam plumæ verſicoloris auem. *Propert.* 3.

Tricolor. Tricolor vario pinxit quas pluma colore. *Auſon. epiſt.*

Cana. —canæque capillos—Diſſimulant plumæ. *Ouid. met.* 2

Leuis. Quæ ſoleāt leuibus velari corpora plumis. *idem met.* 15.

Alba. Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis
Callidus in falſa luſit adulter aue, *Ouid.am.1.*
Mollis. Canentem molli plumá duxiſſe ſenectam. *Virg. Æn 10.*
Volucris. ———capiunt volucres brachia plumas. *Sen. Her.œt.*
Varia. Iungere ſi velit, & varias inducere plumas. *Hor.de ar.P.*

P L V M B V M.

—————————pars maxima glandes
Liuens. Liuentis plumbi ſpargit. *Virg. Æn.7.*
Fuſcum. —cantata tenet cum fuſco licia plumbo. *Ouid faſt.2.*

P L V M B V M, pro pila plumbea.

Vulnificum. Taurea vulnifico portat celer inſita plumbo
Terga Lacon. *Val. 1.*
Solidum. ———ſolido fregit caua tempora plumbo. *Lucan. 2.*

P L V T O. V. Dis.

Infernus. Vidit vt inferno Plutoni ſubdita regna. *Tibul. 4.*
Saturnius. ———haud vltra tenuit Saturnius iram. *Ouid. met.5.*
Non ſi tricenis quotquot eunt dies,
Illachryma- Amice, places illachrymabilem
bilis. Plutona tauris. *Hor. car.2.*
Vmbrarum Vmbrarũ cuſtos, mũdiq; nouiſſim⁹ hæres. *Stat. Th.11.*
cuſtos. Laxauit atri carceris iam iam fores
Superbus. Pluto ſuperbus. *Sen.Her.œt.*
—nondum aliquis ſortitus triſte profundi
Toruus. Imperiũ, aut Sicula toruus cũ cõiuge Plutõ. *Iuue.ſat.13.*
———media regni infœlicis in arce
Dux Erebi. Dux Erebi populos poſcebat crimina vitæ. *Stat.Th.8.*
—————————ô maxime noctis
Maximus Arbiter, vmbrarúmque potens, cui noſtra laborant
arbiter vm- Stamina, qui finem cunctis, & ſemina præbes;
brarum. Naſcendique vices alterna morte rependis:
Qui vitam, lethúmque regis. *Cl.de rapt.1.*

Rex tremendus, mœſtus. *Dominus vmbrarum immitis.*
Deus fuſca aula. *Rex infernus, ferus, toruus, ferox.*
Tyrannus Elyſius, lethæus. *Durus vmbrarum arbiter.*
Taciti regnator Auerni. *Rex mortis, auarus, crudelis.*
Regni poſſeſſor inertis *Tertius hæres mundi.*
Rex ſilentum. *Mortis arbiter.* *Rex tertia ſortis.* *Rex vmbrarum.*
Rex Tartareus. *Tyrannus imus.* *Deus Tartareus.* *Animarum rector.*
Iuppiter Stygius. *Rex Stygius.* *Regnator noctis.* *Vmbrarum potens.*

P L V V I A.

Tenuis. Ne tenues pluuiæ, rapidiq; potentia ſolis *Vir.Georg 1.*
Ingens. Et pluuia ingẽti ſata læta, boúmq; labores. *ibid.*

——ſit diues iure, furorem

Triſtis. Qui maris,& triſtes ferre poteſt pluuias. *Tibul.* 1.

Grauis. Sæpe graues pluuias adopertus nubibus æther
Concitat. *Ouid.faſt.*1.

POCVLVM. *Vas.*

Laue. Tandem inter pateras, & læuia pocula ſerpens
Libauitque dapes, &c. *Virg. æn.*5.

Argent.perf Bina dabo argento perfecta,atque aſpera ſignis

Aſper ſignis. Pocula. *Ibidem.*

Fagineum. ——fabricataque fago

Illitum ceris. Pocula,quę caua ſũt,flauẽtibus illita ceris. *Ouid.met.*8.

Faginam. Fagina pampineo ſpumarũt pocula ſucco *Silius* 7.

Aureum. Num tibi cum fauces vrit ſitis aurea quæris
Pocula. *Hor. ſat.*1.

Fulg. arg. ——argento fulgentia pocula cerno. *Silius* 14.

Fictile. Fictilia antiquus primùm ſibi fecit agreſtis

Luteum. Pocula, de facili compoſuitque luto. *Tibullus* 1.

Grande. Confer, & hos veteris qui tollunt grandia templi
Pocula adorandæ rubiginis. *Iuuen.ſat.*13

POCVLVM, pro vino.

————ipſe bibebam

Sobrium. Sobria ſuppoſita pocula victor aqua. *Tibul.* 1.

————& pocula læti

Viteum. Fermẽto atq, acidis imitantur vitea ſorbis. *Virg.Geo.*3.

Dulce. Dulcia Dardanio nondum miſcente miniſtro
pocula. *Mart.*11.

Spum.vino. ——valido ſpumantia pocula Baccho. *Val.* 1.

Plen.meri. Pocula plena meri. *Oui.met.*9.

Iucundum. Me iucũda iuuant tractæ per pocula noctes. *Mar.ep.*11.

Blandum. Plenum Lyæo. Bacchaum.

POCVLVM, pro veneno.

Nefandum. ————tibi ne illa nefanda

Lethale. Pocula,lethaleſque manu componere ſuccos
Eualuit? *Stat.ſyl.*5.

Infectum. Lethaleſq; dapes, infectaque pocula cerno. *Valerius* 2.

Triſte. Pocula nec triſti gramine miſta bibunt. *Clau.epig.*

Letheum. Pocula letheos quam ſi ducentia ſomnos

Lethiferũ. Arente fauce traxerim. *Hor. epod.*

Inſidioſum. ————ad inſidioſa vocatus
Pocula. *Ou. met.*14.

Nigrum. Neu ſubeant labris pocula nigra tuis. *Propert.*2.

Venenatum. Noxium. Lethale. Medicatum.

PODAGRA. *Morbus pedum.*

Turpis. —glaciémque ferat, turpéſque podagras. *Vir. Geor. 3.*
Tarda. Aut ſi quem meritò tarda podagra ſecat. *Catul.*
Nodoſa. Tollere nodoſā neſcit medicina podagrā, *Ouid. Pōt. 1.*
Triſtis. *Fœda.* *Dura.* *Dira.* *Cruda.*

POEMA. *Vide* CARMEN

Pulchrum. Non ſatis eſt pulchra eſſe poemata, dulcia ſunto,
Dulce. Et quocūnq; volēt animū auditoris agūto. *Hor. de ar. P.*
Sanctum. Pœnè recēs adeò ſanctū eſt vet⁹ omne poema. *H. ſat. 2.*
Vetus. ——————inter pocula quærunt
Dium. Romulidæ ſaturi quid dia poemata narrēt. *Perſius.*
Caſtum. *Egregium.* *Feſtiuum.* *Elegans.* *Concinnum.*
Nobile. *Superbum.* *Tenerum.* *Molle.* *Delicatum.*
Mirum. *Diuinum.* *Doctum.* *Celſum.* *Auſterum.*
Incultum. *Ridendum.* *Ridiculum.* *Agreſte.* *Incompoſitum.*

POENA.

Ingens. ——————————ingenti licet
Vexata pœnâ lingua crucietur, loquar. *Sen. Thyeſt.*
Debita. ——————debitas pœnas tuli. *idem Oedip.*
Æqua. Regula peccatis quę pœnas irroget ęquas. *Horat. ſat. 1.*
Memor. Exigit indicii memorē Cythereïa pœnā. *Ouid. met. 4.*
Grauis. Diſtuleratq; graues in idonea tēpora pœnas. *id. met. 2.*
Scelerata. Vlciſci patriā, & ſceleratas ſumere pœnas. *Virg. Æn. 2.*
Crudelis. ———crudeles optauit ſumere pœnas. *idem Æn. 6.*
Magna. ——————magnis iniuria pœnis
Soluitur. *Ouid. faſt. 5.*
Æterna. Æternas quoniā pœnas in morte timendū. *Lucret. 1.*
Triſtis. Exigit à victis triſtes victoria pœnas. *Lucanus 7.*
Infanda. Immatura dabāt infandas corpora pœnas. *Mar. epig. 9.*
Saua. Pœna autem vehemens, ac multò ſæuior. *Iuu. ſat. 13.*
Amara. ——————pœna gaudebis amara
Nominis inuiſi *ibid.*
Merita. ———meritas do ſanguine pœnas. *Ouid faſt. 4.*
Cruenta. ———cruentis pellicem pœnis premat. *Seneca.*
Dura. Impulit, & duræ commouit imagine pœnæ. *Valerius 4.*
Horrida. ——————horridam pœnam parant. *Seneca.*
Acerba. ——————————fortaſſis acerbas
Hauſurum pœnas. *Stat. Achil.*
Horribilis. *Vindex.* *Vltrix.* *Acris.* *Miſera.*
Immitis. *Seuera.* *Furens.* *Terribilis.* *Immanis.* *Atrox.*

POENVS. *Vide* AFER. AFRICA.

Perfidus, Infidus. Trux. Leuis. Siccus. Fulmineus, Ferox. Fallax.

POETA.

Diuinus. { Tale tuum carmen nobis, diuine poeta. *Virg. Ecl. 5.*
Magnus. } Nã tulerint magnos cũ ſæcula noſtra poetas. *Ou. triſt. 4.*
Celebr. ———— celebres, notíque poetæ. *Iuuen ſat. 7.*
Audax. —audacem fugat hoc, terrétque Poetam. *Hor. epiſt. 2.*
Doctus. A doctis ſcelus eſt pretium ſperare Poetis. *Ou. de arte 3.*
Tener. ———— teneros ne tange Poetas. *id. de re. a. 2.*
Nobilis. *Aonius.* *Cultus.* *Hedera cultor.*
Pudicus. *Pierius.* *Apollineus.* *Phœbæus.* *Magniloquus.*
Honoratus. *Sacer.* *Sanctus.* *Elegans.* *Nitidus.*

POLLEX.

Quòd pollice tangantur chordæ lyræ, dicitur Habilis, Artifex, Doctus, Leuis: *à candore* Marmoreus. *Pulcherrimam epithetorum copiam reperies ad caput* MANVS.

Tener. Purpureas tenero pollice tange genas. *Ouid am. 1.*
Marmoreus. Quas vbi marmoreo deterſit pollice virgo *idem met. 13.*
Habilis. Hæc querulas habili percurrit pollice chordas. *id. am. 2.*
Leuis. A quibus vna leui deducens pollice filum *idem met. 4.*
Doctus. ———————— pollice docto
Stamina ſollicitat. *idem met. 11.*
Mollis. *Niueus.* *Artifex.*

POLLVX.

Filius Iouis ex 1 Leda, vxore 2 Tindari regis 3 Spartæ in 4 Laconia, quæ & 5 Oebalia dicta eſt, vbi 6 Amyclæ, & 7 Therapne vrbes. Ille cæſtibus pugnandi artem 8 primus inuenit.

6 Amyclæus. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus. *Virg. Geor. 3.*
8 Pugil. Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil. *Ouid. faſt. 5.*
8 Cæſt. aptus. Pollux cæſtibus aptior. *Ouid. triſt. 4.*
Pius. Quo pius affectu Caſtora frater amet. *Sen. Med.*
2 Tyndarides. *1 Ledæus.* *5 Oebalius.* *7 Therapnæus.*
4 Lacon. *2 Tyndareus.* *3 Spartanus.* *Lacedemonius.*

POLVS.

Polus cardinem ſignificat: & quia cælum ſuper duos cardines Arcticũ, & Antarcticũ voluitur. Pro vtróque, diuerſis tamen epithetis, ſumitur.

POLVS ARCTICVS.

Quare epithetorum amplam copiam ad caput Arctos. Vrſa. Axis.

Gelidus. Quæque micat gelido Parrhaſis vrſa polo. *Ou. epiſt. 17.*
Glacialis. Quæq; polo poſita eſt glaciali proxima ſerpẽs *id. met. 2.*
Parrhaſius. Cernere Parrhaſios dum te iuuat, Aule, Triones,
Geticus. Cominus & Getici ſydera tarda poli. *Mar. epig. 6.*
Niualis. Vnda niuali vicina polo,

Vbi cæruleis immunis aquis

Lucidus. Lucida verſat plauſtra Bootes. *Sen. Agam.*

Scythicus. ——ſcythici ſydera ferre poli. *Mart. ep. g. 5.*

POLVS AVSTRALIS, *ſiue* Antarcticus.

Deligentur epitheta ab Africæ remotioribus, calidioribúſque partibus, Libya, Ægypto, Syene: quoniam regiones illi polo depreſſo, & incognito vicinas, inhabitabiles propter immenſos calores exiſtimabant Antiqui. Conſule inſuper caput ZONA. ÆSTVS. SOL.

Auſtralis. Auſtralis polus obruet

Libycus. Quidquid per Libyam iacet. *Sen. Her. œt.*

Calidus. —polus aduerſi calidus quà mergitur Auſtri. *Lucan.* 1.

Peruſtus. ————illos rubicunda peruſti

Zona poli tenuit. *idem* 10.

Ignifer. ——quæ plaga igniferi poli

Flammis Vetans flagranti currere in zona diem. *Sen. Her. œt.*

ardens. Ardentémque polum flammis. *Lucanus* 1.

POLVS. CÆLVM.

Immenſus. ſtat globus, immenſi parua figura poli. *Ouid. faſt.* 6.

——quod non premeretur ab vlla

Signifer. Signiferi regione poli. *Lucanus* 3.

————radios declinat, & horret

Stelliger. Stelligeri iubar omne poli. *Stat. The.* 12.

Stellifer. Aut te ſtellifero reſpiciens polo

ſydus poſt veteres Arcadas editum. *Sen. Hip.*

Purus. Per ſolita puri ſpatia decurrit poli. *idem Med.*

Serenus. Aut ſi fuſca polũ ſuffundit palla ſerenum. *Prud. Ham.*

Magnus. ————ardua magni

Iam ſuper aſtra poli. *id. in ſym.* 1.

Rotatus. ————poteríſne rotatis

Obuius ire polis. *Ouid. met.* 2.

Rotundus. Aerias tentaſſe domos, animóque rotundum

Veſtigaſſe polum. *Horat. car.* 1.

Volucer. Iam terras, volucrémque polum fuga veris aquoſi

Laxat. *Stat. ſyl.* 4.

Lucidus. ————lucidus æthrâ

ſydereâ polus. *Virg. Æn.* 3.

Sydereus. ſyderei regina poli. *Stat. Th.* 10.

Celſus. Vt niteant celſi lucida ſigna poli. *Mar. epig.* 9.

————vidit vt clarum æthera,

Nitidus. Et pura nitidi ſpatia conſpexit poli. *Sen. Her. fur.*

Altus. Altum ſuperbo vertice attingens polum. *idem. Thyeſt.*

Stellans. Námq; poli media ſtellãtis in arce videbar. *Claudianus.*

POLYMNESTOR.

1 *Thracum fuit rex, ad quem Priamus Polydorum filium cum magna auri, argentique copia nutriendum permiſit, ut ſi Troianis dijs placeret capi, ipſe patriam, genúſque reſtitueret. Polymneſtor verò, captâ Troiâ, per 2 ſummum nefas, aurique cupidine captus, miſerum adoleſcentem obtruncauit. Dicitur Odryſius, ab 3 Odryſis populis: & Iſmarius, ab 4 Iſmaro monte Thraciæ. Plura delige epitheta ad caput* THRACIA.

1 *Thrac. rex.* ———————capit impius enſem
2 *Impius.* Rex Thracũ, iuguloque ſui demiſit alũni. *Ouid. met.* 13
4 *Iſmarius.* Has datus Iſmario regi Polydorus in oras. *ibid.*
3 *Odryſius.* Credidit Odryſius, prædæq; aſſuet’amore. *ibid.*
1 *Thrax.* —accepto Thracis Polymneſtoris auro. *Propert.* 3.
1 *Biſtonius.*

POLYNICES.

Conſule argumentum, & totum caput ETHEOCLES: *quæ enim uni, alteri conueniunt.*

Oedipodionides.	*Cadmeius.*	*Echionius.*
Dircæus.	*Iſmenius.*	*Thebanus.*

POLYPHEMVS.

Filius fuit 1 Neptuni, 2 Cyclops formâ 3 horrẽdus, deorum 4 contemptor, monſtrum monoculum, dirum, humanis carnibus 5 veſci conſuetum. Huius præclaras deſcriptiones vide apud Ouid. metamor. 13. *& Virg.* Æneid. 3 *Dicitur Ætnæus, quòd apud 6 Ætnam montem moraretur. Eum Vlyſſes occæcauit. Sed aliter rem tangit Seruius:* Multi, *inquit*, Polyphemum dicunt vnum habuiſſe oculum, alii duos, alii tres: ſed totum fabuloſum eſt. Nam hic vir prudentiſſimus fuit, & ob hoc oculum in capite habuiſſe dicitur, id eſt, iuxta cerebrum: quia prudentia plus videbat. Verùm Vlyſſes eum prudentia ſuperauit, & ob hoc eum cæcaſſe fingitur.

3 *Informis.* Monſtrum horrendum, informe, ingens,
Ingens. cui lumen ademptum. *Virg. Æn.* 3.
1 *Neptunius.* Ceſſit & ætnææ Neptunius incola rupis,
———— Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho. *Tibul.* 4.
5 *Immitis.* ———nempe ille immitis, & ipſis
3 *Horrendus* Horrendus ſyluis & viſus ab hoſpite nullo
4 *Contemptor Olympi.* Impunè, & magni cum diis contemptor Olympi
Quid ſit amor ſentit. *Ouid. met.* 13
3 *Terribilis.* Terribilem Polyphemon adit. *ibid.*
2 *Cycl. ferus.* Huc ferus aſcendit Cyclops. *ibid.*
6 *Ætneus.* Nec tamẽ ætnæus vaſto Polyphemus in antro. *O. P[illegible]t.* 3.
5 *Immãſuet.* Antiphatæ memores, immãſuetiq, Cyclopis. *id. met.* 13

1 *Neptuno ſatus.*	4 *Impius.*	*Sæuus.*	*Dirus.*	5 *Vorax.*

POLYXENA.

Filia fuit Priami, quam ad buſtum patris Achillis Pyrrhus ſua manu mactauit.

Priameia	O fœlix vna ante alios Priameia virgo!	
virgo.	Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis	
	Iuſſa mori.	*Vir. æn.3.*
Audax	Audax virago non tulit retro pedem.	*Sen. Tro.*
virago.		

POMVM. POMA.

Niuea.	——niueis vberrima pomis	
	Ardua morus erat.	*Oui. met. 4.*
Mitia.	——ſunt nobis mitia poma.	*Virg. Ecl. 1.*
Dulcia.	————————dulcia poma	
	Delia ſelectis detrahet arboribus.	*Tibull. 1.*
Roſcida.	Roſcida deſertis poma ſub arboribus.	*Propert. 1.*
Punicea.	Puniceum curuâ decerpſerat arbore pomū.	*Ouid. met. 5.*
Fœlicia.	Autumnū, & menſas fœlicia poma ſecūdas.	*Oui. met. 9.*
Rubentia.	——pomoque onerata rubenti	
	Arbutus.	*Ou. met. 10.*
Cerea.	Mittimus autumni cerea poma mei.	*Mart. ep. 10.*
	——nemus vmbriferum per amœna vireta	
Ditia.	Ditibus ornaret pomis.	*Prud. Ham.*
Nitida.	——nitidique cupidine pomi	
	Declinat curſus.	*Ou. met. 10.*

POMA SYLVESTRIA.

Acerba.	Pomaque crudeli vellis acerba manu.	*Ou. Am. 2.*
Agreſtia.	Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent.	*Virg. æn. 7.*
	Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli,	
Vilia.	Vilibus aut onerat pomis.	*Virg. Geor. 1.*

POMARIVM.

Vdum.	Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & vda	
	Mobilibus pomaria riuis.	*Hor. car. 1.*
Biferum.	Quid bifera Alcinoi laudem pomaria?	*Mar. epiſt. 1.*

POMPA.

Solemnis.	——ſolemnes ducere pompas.	*Virg. geor. 3.*
Aurea.	Tempus adeſt plauſus, aurea pompa venit.	*Ouid. Am 3.*
Longa.	————longas viſent Capitolia pompas.	*Oui. met. 1.*
Vana.	——————vanaque carentia pompa	
	Iura placent.	*Lucanus 2.*
Feſta.	——feſtâ feruet domus vtraque pompâ.	*Stat. ſyl. 1.*
Publica.	Fertur per medias, vt publica pompa plateas.	*Prud. in ſy 2*
Eximia.	Eximiis pompis, præconia ſumma triūphi, &c.	*O. p 9.*
Victrix.	Dignatuſque loco victricis, & ordine pompæ.	*Stat. ſyl. 3*

Clara. ——quæ pompa tholo tam clara refulget. *Claudian.*
Diues. ——————diuite pompa
Patricij reuerenda fouet ſacraria cœtus. *Idem.*
Superba. Regia. Regalis. Ventoſa. Inanis. Læta.

POMPA FVNERIS.
Vide Honos, Funus, Munus, Cinis.

Feralis. Præferat, vt veteres feralis pompa triumphos
Triſtis. Vt reſonent cantu triſti, fora totus, vt ignem
Mœrens. Projectis mœrens exercitus ambiat armis. *Lucanus 8.*
Flebilis. Forte viæ vicina domus, quà flebilis ibat
Pompa fuit. *Ou. met. 14.*
Nigra. ——nigræ ſollemnia pompæ,
Spectatumque vrbi ſcelus, & puerile feretrum
Produxi. *Stat. ſyl. 2.*

PONDVS.

Validum. ——valido nitens ſub pondere. *Virg. Geo. 3.*
Immane. In mediũ geminos immani pondere cæſtus. *Virg. æn. 5.*
Infeſtum. Saxa quoque infeſto voluebant pondere. *Virg. æn. 9.*
Vaſtum. Incubat, & vaſto pondere lædit humum. *Oui. epiſt. 9.*
Iners. Nec quicquam niſi pondus iners. *Oui. met. 1.*
Graue. ——pondus graue cogit aratri. *Oui. met. 7.*
Ingens. ——ingenti reſupinum pondere fudi. *Oui. met. 13.*
Immenſum Quid iuuat immenſũ te argẽti põdus, & auri? *Hor. ſat. 1.*
Solidum. Vndiq; ponderibus ſolidis confluxit ad imũ. *Lucret. 1.*
Durum. ————compage, & pondere duro
Clauderet. *Lucret. 6.*
Brutum. Nam cadere aut bruto deberent pondere. *ibid.*
Iniquum. Tribuláq; traheæq; & iniquo põdere raſtri. *Virg. Geo. 1.*
——auri quondam cum pondere magno
Magnum. Infelix Priamus furtim mandarat alendum. *Virg. ænei. 3.*
Inuiſtum.

PONS.

——placidis prælabitur vndis
Saxeus. Heſperios inter Sicoris non vltimus amnes,
Saxeus ingẽti quem pons amplectitur arcu. *Lucanus 4.*
Celſus. Celſis pontibus, & viâ leuabit. *Stat. ſyl. 4.*
Validus. Nec validi poſſunt pontis venientis aquai
Vim ſubitam tolerare. *Lucret. 1.*
Solidus. Marmoreus. Ingens.

PONTVS.

V. Æquor, Aqua maris, Mare vnda maris, Pelagus.

Trãquillus.	Sic vbi tranquillo perlucent ſydera ponto	*Stat. Th. 6.*
Cæruleus.	——& quæ cæruleo ſunt nomina ponto.	*Virg. æn 12.*
Latus.	Multa tamen latus triſtia pontus habet.	*Ouid. ep. 7.*
Vaſtus.	Multa prius vaſto labentur flumina ponto.	*Propert. 1.*
Immenſus.	——venienſque immenſo bellua ponto.	*Oui. met. 4.*
Liquidus.	——liquidique immunia ponti	
	Alloquitur gelido proxima ſigna polo.	*Oui. faſt. 4.*
Vitreus.	Nititur pennis vitreo daturus	
	Nomina ponto.	*Hor car. 4.*
Placidus.	Subdola cum ridet placidi pellacia ponti.	*Lucret. 2.*
Tremulus.	——in tremulo vibrant incendia ponto.	*Silius 2.*
Ingens.	Conſurgit ingens pontus in vaſtum aggerẽ.	*Sen. Hip.*
	Candida perſpicuo cõuertunt brachia ponto.	*Silius 3.*
Vndans.	——quaſſans vndantem turbine pontum.	*Valerius 2.*
Spumans.	——ſecant ſpumantem pectore pontum.	*Virg. æn. 9.*
Inuius.	——pontum rapidis æſtibus inuium	
Æſtuoſus.	Perſultare vetas.	*Prud. Cath.*
Refuſus.	Iulia quà ponto longè ſonat vnda refuſo.	*Virg. Geo. 2.*
Profundus.	————cunctæque profundum	
	Pontum aſpectabant flentes.	*Virg. æn. 5.*
Apertum.	Inde manus tendens in aperti littora ponti.	*Ou. met. 11.*
	Lugeat æther, magnuſque parens	
	Ætheris alti, telluſque ferax,	
Mobilis.	Et vaga ponti mobilis vnda.	*Sen. Her. fu.*
	PONTVS, *Mare turbatum.*	
Turbatus.	Omnia turbato ceſſerunt flumina ponto.	*Nemeſian.*
Tumefactũ.	Luctantur terris tumefactũ imponere pontũ.	*Silius 3.*
Fluctibus	Quacumque aſpicio nihil eſt niſi pontus, & æther	
Tumidus.	Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.	*Oui. triſt. 1.*
Hibernus.	Ac velut hiberno deprenſus nauita ponto.	*Stat. Th. 1.*
Inſanus.	Amat inſani bellua ponti,	
	Lucæque boues.	*Sen. Hip.*
Veſanus.	Tunc audire potes veſani murmura ponti.	*Propert. 1.*
Vagus.	Præda vago iuſſit geminare pericula ponto.	*Tibullus 2.*
Trux.	Ipſa trucẽ multo miſceret ſanguine pontũ.	*Vir. in Ceir.*
Minax.	Sæpe minax Steropis ſydere pontus erat.	*Ouid triſt. 1.*
Ventoſus.	————ventoſi mulcere pericula ponti.	*Stat. ſyl 3.*
Arduus.	————ſtetit arduus inter	
	Pontus.	*Valerius 5.*
Rapidus.	——rapidi per tot diſcrimina ponti.	*Claudian.*
Aſper.	Totumque rubeat aſperi ponti latus.	*Sen.*

Refluus. *Relabens.* *Dubius.* *Niger.*

POPLES.

Signum dejecti animi maximum eſt, ſi quando depreſſo quaſi ad terrã corpore ad pedes alicuius prouoluimur. Poples igitur, quia pars illa eſt pedis, quæ facilè curuatur, ideò illum humilem, & infirmum hic depinximus.

Nodoſus. Mollia nodoſus facit inter nodia poples. *Ouid. met. 6.*
Firmus. Paulatimq; tremens, & nondũ poplite firmo. *idẽ met. 15.*
Summiſſus. Proijciet trũcum ſummiſſo poplite corpus. *Catullus 1.*
Flexus. ———flexo poplite ſidunt. *Stat. Th 6.*
Depoſitus. Depoſito victum præbebat poplite collum. *Lucanus 1.*
Suſpenſus. ———aut leniter ſuſpenſo poplite tranſi. *Stat. ſyl. 5.*
Tremulus —& tremulo medios abrumpit poplite gyros. *Lucan. 6.*
——— ——— ——— at illi
Succiduus. Poplite ſucciduo genua intremuere, fugitque
Et color & ſanguis. *Oui. met. 10*
Defectus. Illa ſuper terram defecto poplite labens. *Oui. met. 13.*
Incuruus. Curuus. Curuatus. Tremens. Infirmus.

POPVLVS.

Tam acri fletu filiæ 1 Clymenes fratris 2 Phaetontis caſum luxerũt, vt in populos arbores indurauerint. Dicitur populus Herculea, quòd 3 Herculi ſit ſacra: & hoſpitalis, propter ingentem vmbram, quà velut 4 hoſpitio feſſos homines accipit.

3 *Herculea.* —Herculeæque arbos operoſa coronæ. *Vir. Geor. 2.*
3 *Alcid. gra.* Populus Alcidæ gratiſſima. *Virg. Ecl. 7.*
Candida. Fundit humus flores, hic candida populus antro
Imminet. *Virg Ecl. 9.*
Alba. Qua pinus ingens, albaque populus
4 *Hoſpital.* Vmbram hoſpitalem conſociare amant. *Hor. car. 2.*
Cana. Cana rigentem populo vinctus comam. *Sen. Her. œt.*
Ardua. Ardua nudato deſcendit populus Æmo. *Cl. de rap. 2.*
Aut, vt adultâ vitium propagine
Alta. Altas maritat populos. *Hor. Epod.*
Nutr. unda Cana ſalicta dabãt, nutritáq; populus vnda. *Ouid. met 5.*
———lentaque ſorore
2 *Phaeth.* Flammari Phaetontis, & aeria cupreſſu. *Catullus.*
1 *Clymeneis.* Sic fleuit Clymene, ſic Clymeneides altæ
Cum iuuenis patrijs excidit ictus equis. *Oui. ad Liu.*
Frondoſa. Roſcida frondoſæ reuocent electra ſorores. *Claudian.*
Viridis. ———nec virides ſatis illachrimare ſorores. *Stat. ſyl. 5.*
Nobilis. Factaque nobilium ramis electra ſororum *Claudian.*

POPVLVS. *V.* Gens, Genus, Plebs, Vulgus.

Leuis. Mutauit mentem populus leuis, &c. *Hor. epiſt. 2.*

Imbellis.	——imbellis populi ſedauerat iras.	*Lucanus* 10.
Ferox.	——populoſque feroces	
	Contundet.	*Virg. æn.* 1.
Audax.	——bello audacis populi vexatus & armis.	*Virg. æn.* 4.
Indomitus.	Indomitos quærit populos, & ſemper in arma	
Ferus.	Martis amore feros.	*Lucanus* 4.
Rudis.	Cum rudibus populis annua iura daret.	*Ouid faſt.* 1.
Contumax.	Et contumacem regibus populum ſuis	
	Habet ſub ictu.	*Sen. Thyeſt.*
Furens.	——quod in arma furentem	
	Impulerit populum	*Lucanus* 1.
Potens.	Iuſque datũ ſceleri canimus, populumq; potentẽ.	*ibid.*
Trux.	——populumque trucẽ defigere Cadmi.	*Stat. Th.* 10.

Degener. Præceps. Acr. Magnus.

PORCA. PORCVS. *Vide* Svs.

Auida.	Prima Ceres auidæ gauiſa eſt ſanguine porcæ,	
Nocens.	Vlta ſuas meritâ cæde nocentis opes.	*Ouid. faſt.* 1.
Lactens.	Non queritur lactens cum ſibi porca datur.	*Ouid. faſt.* 2.
Saginatus.	Parua ſaginati luſtrabant compita porci.	*Propert.* 4.

PORTA. *Vide* Ianva.

Ferrata.	——ferratæ robora portæ —Torſerunt.	*Stat. Th.* 10
Ahena.	Ne grauis exclamet portæ mugitus ahenæ.	*Ibidem.*
Patens.	——portiſque patentibus omnes	
	Accipiunt ſocios.	*Virg. æn.* 2.
Bipatens.	——portis alij bipatentibus adſunt.	*Ibidem.*
Sublimis.	——alij portis ſublimibus inſtant.	*Virg. æn.* 12
Ærata.	——æratas hoſti recludere portas.	*Ouid met.* 8
Ingens.	Bina per ingentes portabant funera portas.	*Stat. Th.* 3.
Stabilis.	——ſtabiles portas, & mœnia velle.	*Clau. de rap.* 2.

PORTENTVM. *Vide* Prodigium, Monſtrum.

PORTICVS.

Ampla.	Illos porticibus rex accipiebat in amplis.	*Virg. æn.* 3.
Alta.	——diſtinctis ſtat porticus alta columnis.	*Stat. ſyl.* 3.
Triplex.	——porticus applicata triplex	
Superba.	Fulmentis Aquitanicis ſuperba.	*Sid. Ap. Pan.*
Spatioſa.	——ſpatioſa teretur ——Porticus.	*Oui de A.* 1
Nobilis.	Porticus aulæis nobilis Attalicis.	*Prop.* 2.
Vaga.	Porticibuſque vagis errat.	*Stat. Achil.*
	Vnus natorum Priami per tela, per hoſtes	
Longa.	Porticibus longis fugit.	*Virg. æn.* 2.
Aurata.	——auratis volitans argenteus anſer	
	Porticibus.	*Virg. æn.* 8.

PORTVS.

Vide quæ diximus ad caput Littus, Arena.

Altus. Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto. *Virg. æn. 5.*

Aptus pupp. Ventorūq; domos, & portus puppib⁹ aptos. *Ouid met. 3.*

Amœnus. Non tamen portu retinent amœno. *Stat. ſyl. 4*

Apertus. ——portuſque intrabat apertos. *Silius 7.*

Fidelis. ——veritus non eſt portus aperire fideles. *Oui triſt. 4.*

Placidus. ——placidos portus hoſpita nauis habet. *Ibidem.*

Amicus. Attica puppis adeſt & portus, intrat amicos. *Oui. met 7.*

Munit. agg. Tendit ad incuruo munitos aggere portus. *Oui. met. 15*

——————portuſque reliquit

Flumineus. Flumineos. *Cl. Pan. 4.*

Quietus. ———ratis ipſa moram, portuſque quietos

Odit. *Stat. Th. 5.*

Securus. ——ſecutos portus, blandamque quietem. *Stat. ſyl. 2.*

Tranquill⁹. Ardua tranquillo curuantur brachia portu. *Claudian.*

POSTES.

Poſtes in impropria ſignificatione ade ſignificant. V. Domus, Porta, Ianua.

Aheni. ———ſi forte aduerſus ahenos

Æolus objicit poſtes. *Cl. de rap 1.*

Ferrati. —ferrati poſtes immenſaque nectit

Clauſtra chalybs. *Claud. ibid.*

Fulgentes. ———video fulgentibus armis

Conſpicui Conſpicuos poſtes, tectaque digna deo. *Ouid. triſt. 3.*

Nitidi. Sed nitidos poſtes, Graijſq, effulta metallis, &c. *Stat. ſyl. 3*

Superbi. ——aptatque ſuperbis

Poſtibus. *Virg. æn. 8.*

Sacri. Multáque prætere a ſacris in poſtibus arma. *Virg. æn. 7.*

Auguſtus. Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos. *Ouid. met. 1.*

——poſtéſque a cardine voluit

Ærati. Æratos. *Virg æn. 2.*

Spolijs ſup. Barbarico poſtes auro ſpoliiſque ſuperbi. *Ibidem.*

Alti. Altos dijecit poſtes. *Silius 7.*

Inuidendus. Cur inuidendis poſtibus, & nouo

Sublime ritu moliar atrium. *Hor. car. 3.*

Aurati. Cornuáque auratis miram referentia formam

Poſtibus inſculpunt. *Oui. met. 15.*

Marmorei.

POSTERITAS.

Memor. ———à memori poſteritate legar. *Ouid. Pont. 3*

Sera. Quam laudem a ſera poſteritate ferat. *idem Pont. 1.*

POTENTIA. POTESTAS.

Inuidioſa. ——erat inuidioſa poteſtas. *Clau.pan.2.*
Magna. ——ſic eſt mea magna poteſtas. *Ouid.met.2.*
Vaſta. ——quam vaſta potentia noſtra eſt. *ibid.*
Violenta. ————violenta poteſtas. *Clau.pan.8.*
Immenſa. ——diuorum immenſa poteſtas. *Lucret. 5.*
Aſpera. Mira. Iniqua. Immanis. Summa.

PRAECORDIA.

V. Pectus. Cor. Mens. Animus.
Intima. ——præcordiaque intima mouit. *Ouid.met.4.*
Mollia. Mollia cinguntur tenui præcordia libro. *idem met. 1.*
Inquieta. Et inquietis aſſidens præcordiis
Pauore ſomnos auferam. *Horat. epod.*
Ferrea. Non poterant figi præcordia ferrea cornu. *Ou.epiſt.10.*
——quorum præcordia nullis,
Flagrantia. Interdũ, aut leuibus videas flagrantia cauſis. *Iuu.ſat.13.*

PRAEDA.

Rapta. ——raptas ad littora vertice prædas. *Virg. Æn. 1.*
Opima. Opima quod ſi præda curuo littore, &c. *Horat. epod.*
Fera. ——auido dabitur fera præda draconi. *Ouid met.7.*
Ingens. Diues. Nobilis. V. Furtum.

PRAELIVM.

V. Bellum. Arma. Telum. Enſis. Gladius. Sagitta.
Horridum. ——nec dum horrida miſcent
Prælia. *Virg.Geor.2.*
————pinguior
Impium. Campus ſepulchris, impia prælia
Teſtatur. *Hor.car.2.*
Graue. ——mox graue prælium
Commiſit. *idem car.4.*
Sceleratum. Quémq; ſuæ rapiũt ſcelerata in prælia cauſſæ. *Lucan.2.*
Dirum. At ſi funeſtas acies, ſi dira paratis
Prælia. *idem 3.*
Aſperum. Aſpera cõplecti toruũ poſt prœlia fratrẽ. *Cl.Aug.pan.*
Sæuum. Non hic dira freti rabies, non ſæua furentum
Prælia Cororum. *Auſ. Moſell.*
Triſte. Heu quantis luimus mox triſtia prælia dãnis! *Silius 6.*
Infandum. ——cauſſas, infandáque prælia Clio
Pande virûm. *Val. 3.*
Crudum. ————hic cruda virorum
Prælia. *Sil. 13.*

Funeſtum. ———funeſtáque prælia nuper, &c. *Val* 4.
Inimicum. ———conuerſis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt. *Virg. Æn.* 12.
Toruum. *Crudele.* *Martium.* *Horrendum.*
Anceps. *Efferum.* *Cruentum.* *Horrens.* *Acre.*

PRÆMIVM.

Grande. ———————grandia diuide mecum
Præmia. *Ouid. faſt.* 4.
Opimum. Propoſitus Libycis præmia opima capis. *Auſon. parēt*
Dignum. Præmia digna ferant. *Virg. Æn.* 1.
Inuidioſum. Inuidioſa trahunt victores præmia. *Ou. met.* 13.
——————& præmia reddant
Debitum. Debita. *Virg. Æn.* 2.
Frondens. ——————frondentia vatum
Præmia laudato genitor tibi rite dicarem. *Stat. ſyl.* 5.
———aduenam laqueo gruem,
Iucundum. Iucunda captat præmia. *Horat. epod.*
Magnum. Præmia magna peti fateor. *Ou. met.* 13.
Non leue. —neque enim leuia, aut ludicra petuntur
Præmia *Virg. Æn.* 12.

PRATVM. *V.* RVS.

Molle. Hic liquidi fontes, & mollia prata Lycori. *Virg. Ecl.* 10.
Irriguum. Et circum irriguo ſurgebant lilia prato. *Propert.* 1.
Gramineū. Area gramineo ſuberat viridiſſima prato. *Ouid. am.* 3.
Viride. Figitur in viridi (ſic ſors tulit) anchora prato. *id. met.* 1
Floridum. Florida fulſerunt viridanti prata colore. *Lucret.* 5.
Vdum ———breue rus, vdáque prata tenet. *Mar. epig.* 1
————————clementior aura Fauoni
Croceum. Pratis te croceis pingat. *Cl. de Pr. cōſ.*
Odoratum. ———odorato noſcunt veſtigia prato. *Nemeſ.*
Apricum. Multâ mole docēdus aprico parcere prato. *Horat. ep.* 1.
Vernum. *Gemmans.* *Formoſum.* *Herboſum.* *Humens.*
Humidum *Gemmeum.* *Florens.* *Virens.* *Cultum.*
Pingue. *Odorum.* *Riguum.* *Latum.* *Madidum.*

PRECES.

Immites potuit flectere cantibus
Supplices. Vmbrarum dominos, & prece ſupplici
Orpheus, Eurydicen dum repetit ſuam. *Sen. Her. fur.*
Molles. Vincuntur molli pectora dura prece. *Tibul.* 3.
Blanda. Auxerunt blandâ grandia dona prece. *Ouid. epiſt.* 3.
Humiles. Iunge tuas humiles, ambitioſe, preces. *id. de arte* 2.
Iuſta. ———acceſſit precibus Rhamnuſia iuſtis. *Ouid. met.* 3.

Timidæ. Molle cor ad timidas ſic habet ille preces. *Ouid. triſt. 5.*
Amica. Iamne preces feſſus nō indignaris amicas. *Stat. ſyl. 1.*
Sollicita. Te pauper ambit ſollicitâ prece
Ruris colonus. *Hor. car. 1.*
————remorantur verba puellæ,
Graues. Mutat’que graues ſæpe colore preces. *Propert. 1.*
————ſunt quidem patriæ preces
Efficaces. Satis efficaces. *Sen. Her. fur.*
Pudendæ. —turpi lachrymâ, precibúſque pudendis,
Fœmineū tenues vlulatū fundere in auras. *Silius 3.*
Tacita. Tu mediaſtinus tacitâ prece rura petebas. *Horat. ep. 10.*
Indigna. *Triſtes.* *Demiſſa.* *Dulces.* *Mites.*

PRECES, vota in templis, & ſacrificiis.

Sacrifica. ————poſtque ſacrificas preces
Cædam dicatis victimas altaribus. *Sen. Med.*
Bona. Concipiámque bonas, ore fauente, preces. *Ouid. triſt. 3.*
Caſtæ. ——adire caſtis precibus, ac ritu pio. *Sen. Hip.*
Puræ. Nemo puras, ſic rogando fruſtrà, congeſ-
ſit preces. *Prud. de cor.*
Pudica. Ille tamē pietate meâ, precibúſq; pudicis. *Ouid. epiſt. 1.*
Sollennes. Sollennes ſatis eſt voce mouere preces. *idem faſt. 5.*

PRECES IRRITÆ.

Vana. Iámque pudet vanas ſine cætere preces. *Ouid. Pōt. 3.*
Caduca. ————nec lingua caducas
Cōcipit vlla preces, dictaq; pondus habēt. *idem faſt. 1.*
Conſumpta. Conſūptis precibus violentā tranſit in irā. *idem met. 8.*
Spreta. Et precib⁹ ſpretis fugiſſe per auia Nympham. *id. met. 1.*
Irrita. *Futiles.* *Vacua.* *Deſpecta.*

PRECES. EXECRATIO. *Imprecatio.*

Similes intellige imprecationes, quibus 1 Thyeſtes fratrem Atreum; & Ouid. in Ibide, *ſuum hoſtem deuouerunt.*

Sed dubius vnde rumperet ſilentium
1 Thyeſtæa. Miſit Thyeſtæas preces. *Horat. epod.*
————————improbus vrget
Irata. Iratis precibus. *idem ſat. 2.*
————immeritum proiecit ab vrbe,
Hoſtiles. Hoſtilíque caput prece deteſtatur euntis. *Ou. met. 15.*

PRIAMVS.

Ioue, & Electrâ parentibus natus eſt 1 Dardanus: cuius filius Erichthonius Troem genuit, à quo omnis Troas, 3 & Troia nomen habuerunt: filios habuit Aſſaracum, & Ilum, à quo poſtremo vrbs Troia Ilion dicta eſt: 2 Laomedontem filium patrem Priami procreauit. Dictus eſt

Idæus, ab 4 *Ida monte* 5 *Phrygiæ, cuius rex erat, opibus, na*[illegible] *impe-rio fœliciſſimus, antequam captâ, & incensâ Troiâ, à Pyrr*[illegible] *A-chillis antè aras occiſus eſt.*

2 *Laome-* ————————viſentem regna ſororis
dontiades. Laomedontiadē Priamū Salamina petentē. *Virg. Æn.*8
Diues. Ilio diues Priamus relicto. *Horat.car* 1.
1 *Dardani*⁹. Dardanii lachrymas non tulit ille ſenis. *Ouid.triſt.*3.
Potens. Et ſupplex Priami potentis aurum. *Stat. ſyl.*2.
Regnator Aſiæ. 5 *Phryx.* 5 *Phrygius.* 4 *Idæus.* 3 *Tros.* 3 *Troius.*

PRIAPVS.

Ex Seruio: Eſt Dionyſii, ac Veneris filius, Deus 1 Lampſacenus, Helleſponti: vbi præcipuis honoribus cultus eſt. *Illi hortorum* 2 *cura demandabatur.*

1 *Helleſpon-* Et cuſtos furum, atque auium, cum falce ſaligna
tiacus. Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi. *Vir. Geor.* 4.
2 *Cuſt. hort.* Pomosíq; ruber cuſtos ponatur in hortis. *Catul.*
2 *Hort. de*⁹. Et ruber hortorum deus, & tutela Priapus. *Ouid. faſt.*1.

PRINCEPS. *v.* Rex.

Egregius. Fallitur egregio quiſquis ſub principe credit
Seruitium. *Claud. Pan.* 3
Altiſſimus. At tibi diuerſis, Princeps altiſſime, certant
Muneribus. *Claudianus.*
Generoſus. ——hæ ſunt generoſi Principis artes. *Iuuen. ſat.*8.
Nec tamen officium noſtro tibi carmine factum,
Iuſtus. Principe tam iuſto, poſſe nocere puto. *Ouid triſt.*4.
Terræ dom. ——terræ dominos, pelagique futuros
Immenſus. Immenſo decuit rerum de Principe naſci. *Clau. pan.*7.
Venerandus. Agnoſcíſne tuos, Princeps veneráde, Penates? *Id pan.* 4.
Piger ad pœ. Sed piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Velox ad Quíque dolet quoties cogitur eſſe ferox *Ou. Pont.*1.
præmium.

PROBITAS. *v.* Mores. Vita.

Ipſa manu nuptam genitrix Æneia ducit
Dulcis. Lumine demiſſā, & dulci probitate rubētē. *Stat ſyl.* 1.
Irreprehēſa. Et tantùm probitas irreprehenſa fuit. *Ouid. triſt.*5.

PROBRVM. *v.* Adulterium. Scelus.

———probris omne Phœbeum genus
Nefandum. Onerat nefandis. *Sen. Hip.*
Vetitum. ——— vetito temerat ſacraria probro. *Ou. met.*10.
Turpe. ———probra turpia perſequens. *Catul.*

PROCELLA.

v. Mare. Fretum. Pontus. Æquor. Aqua maris. Vnda maris.
——————maria omnia cælo

Æolia. Miſcuit æoliis nequicquã freta procellis. *Virg. Æn.* 5.
Stridens. Talia iactanti ſtridens aquilone procella
Aduerſa. Velum aduerſa ferit. *idem Æn.* 1.
Turbida. ———————turbidâ rapacior
Procellâ. *Catul.*
Ventoſa. Irrita ventoſę linquens promiſſa procellę. *idem.*
Rapida. Hæc videã rapidas in vanũ ferre procellas. *Propert.* 2
Volucris. At ſi vana ferũt volucres mea verba procellæ. *Ou. am.* 2.
Vaſta. Et mea cymba ſemel vaſtâ percuſſa procella. *id. triſt.* 1.
Hiberna. Effugit hibernas demiſſa antenna procellas *id triſt.* 3.
Præceps. Fert benè præcipites nauis modò facta procellas. *id. tr.* 4
———aut mare Caſpium
Inæqualis. Vexant inæquales procellæ. *Hor. car.* 3.
Velox. ——age, te procellæ ——Crede veloci. *ibid.*
Indignata. Inde furor ventis, indignatæque procellæ,
Et cœli fremitus, & fulmina plura Tonãti. *Stat. ſyl.* 3.
Triſtis. Diſpersâ rate, triſtibus procellis
Merſus fluctibus, obrutúſque ponto. *Mar. epig.* 9.
Inſana. ———ferte me inſanæ procul
Illò procellæ. *Sen. Thyeſt.*
Impotens. Nullus hunc terror, nec impotens
Procella fortunæ mouet *idem Agam.*
Tumida. ——tumidæ ſubducit vela procellæ. *Cl. in Eutr.* 2.
Impendens. Non illos ſtrepitus, impendentiſque procellæ
Signa, nec aduentus dubii deterruit Auſtri. *id. de bel. Gil.*
Gelida. ——gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduerſas acies. *id. Au. pan.* 1.
Aquilonia. Aquilonię procellæ,
Rapidi tacete Cori. *id. de nu. Ho.*
Æquorea. Qui regat æquoreas æterna lege procellas. *Prud. Ham.*
Trux. Sæuior it trucibus tẽpeſtas acta procellis. *Silius* 3.
Immanis. Aut rurſũ immani ſtridẽs auulſa procella. *ibid.*
Vndans. Vndanti circum tempeſtas acta procella. *idem* 5.
Feruens. Sæpè feruentes Aquilo procellas
Verſo concitat æquore. *Boetius.*
Sæua. Ille trucem belli nubem, ſæuáſque procellas,
Violenta. In Libyam violentus aget. *Silius* 12.
———fluit agmen aquarum
Nigrans. Turbine confuſum piceo, & nigrante procella. *ibid.*
Tumeſcens. Nil tumeſcentes veriti procellas. *Sidonius.*

Picea. Intorta. Furens.
Terribilis. Horribilis. Immitis.

PROCERES.

Lecti.	*Delecti.*	*Egregij.*	*Magnanimi.*	
Nobiles.	*Clari.*	*Purpurei.*	*Eximij.*	*Aurei.*

PROCRIS.

Ex Seruio filia fuit Iphidni ; & Ouidio, 1 Erechthei: vxor Cephali.

1 *Erechthis.* Vix aditus per mille dolos ad Erechthida factus. *O. m. 7*

PROCRVSTES.

Latronis nomen eſt, quem Theſeus Athenienſium rex occidit.

Toruus. Cũ fuerit lectus Scyron, toruúſq, Procruſtes. *Ou. epiſt. 2*

Immitis. Vidit & immitẽ Cephiſias ora Procruſtẽ. *idem met. 7.*

PRODIGIVM *V.* MONSTRVM.

Immane. Eſt mihi prodigium, cunctis immanius Hydris,

Violentum. Tigride mobilius fœtá, violentius Auſtris,

Acre. Acrius Harpyiis, refluis incertius vndis. *Cl. in Ruf. 1.*

Immane relatu. ——————immane relatu
Prodigium. *id. de bel. Ge.*

Miſerabile. ——————miſerabile bello
Prodigium. *Silius 13.*

Celeſte. —prodigiis acti cæleſtibus oſſa piabunt. *Virg. Æn. 6.*

Dictu nefas nouum. Sola nouum, dictúque nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit. *idem Æn. 3.*

Fatale.

PRODITIO.

Nefanda. Nuſquam noſtra ſalus pretium, mercéſque nefandæ
Proditionis erit. *Lucanus 4.*

Infida. Vt ſit in infida proditione fides. *Ou. de arte 3.*

Falſa. ————falſâ ſub proditione Pelaſgi

Infanda. Inſontem infando indicio quia bella vetabat
Demiſere neci. *Vir. æneid. 2.*

PROFVNDVM MARE.

Æquoreum. Quid iuuat æquoreum, pelago cedente, profundum
Puluereâ calcaſſe viâ? *Prud. Ham.*

Immenſum. Aſpicit immenſũ moles natiua profũdum. *Ou. epiſt. 5.*

Gelidum. Frigora ne gelidi poſſim ſentire profundi. *id. epiſt. 17.*

Iactatum. At citò mutata eſt iactati forma profundi. *id. epiſt. 18.*

Summum. Corpora Phocarũ ſũmo reſupina profũdo. *idem met. 1.*

Tumidum. Cúmq; tridẽtifero tumidi genitore profũdi. *id. met. 11.*

Indomitum. Iactor in indomito brumali luce profũdo. *idem triſt. 1.*

Vaſtum. Semianimes alii vaſtum ſubiere profundũ. *Lucanus 3.*
——————clauſa profundo

Praeceps. Vndique præcipiti. *idem 6.*

Spumeum. Spumeum neſcit profundum ſpargere. *Prud. de cor.*

Latum. Cuncta per & terras, & lati ſtagna profundi

Condiderat ſomnus. *Silius 7.*

Procelloſum Quæq, procelloſo Cephaledias ora profundo, *idem 14.*

Inſanum. Salſum. Cæruleum.

PROLES. *PROGENIES.*

Virilis. Filius huic fato diuûm, proléſque virilis
Nulla fuit. *Vir.aneid.7.*

Pulchra. ——pulchrâ faciat te prole parentem. *id.aneid.1.*

Maſcula. Sed ruſticorum maſcula militum
Proles. *Hor.car.3.*

Fœlix. Iam fœlix oritur proles, iam læta futuros
Expectat natura deos. *Cl.de rapt.2.*

Inclyta. —prole fœdâ miſceat prolem inclytam. *Sen. Med.*

Pulcherrima. Sic genus antiquũ Teucri pulcherrima proles. *V.an.6.*

Præclara bello. Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nomine auum referens. *id.aneid.12.*

Tenera. —teneram prolem produxit in aera nido. *Ouid.met.8.*

——hinc progeniem virtute futuram

Egregia. Egregiam. *Virg. an.7.*

Clara. ————————tua clara Polite
Progenies, auctura Italos. *idem aneid. 5*

Generoſa. Animoſa. Illuſtris. Regia.

PROGNE.

Vide caput Hirundo. *vbi de genere, marito, & fortunis Prognes ſatis prolocuti ſumus: ibidem epithetorum difficilior ſenſus explanatur.*

Impia. ———non impia Progne
Filiaue Æetæ voce mouenda tua eſt. *Ouid.pont.3*

Qualis ſub denſis ramorum concinit vmbris

Daulias. Daulias. *Catullus.*

Rhodopeia coniux. ————————Rhodopeia coniux
Vlta manu thalamos. *Stat.Th.5.*

Querula. Hoc querulam Prognen, Alcyoneuq; facit. *Oui.triſt.5.*

Pand.nata. Cui ſis nupta vide Pandione nata marito. *Oui. met.6.*

Pandionia. Thracia. Getica. Dura. Sæua. Attica. Cecropis.

PROMETHEVS.

Ex Seruio ad Ecl.6 *Virgil* Prometheus (*inquit*) 1 Iapeti filius, poſt factos à ſe homines, dicitur auxilio Mineruæ cælum aſcendiſſe, & adhibita facula ad rotam ſolis, ignem furatus: quem hominibus indicauit. Ob quam cauſam irati dij ipſum Prometheũ in monte 2 Caucaſo per Mercurium religauerunt ad ſaxum, adhibita aquila quæ eius cor exederet. *Reliqua vide apud eundem loco citato, vbi quamplurima ſcitu digniſſima ſunt: quæ quoniam longiora, hic attexere non placuit.*

1 Iapeti genus audax. ——audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit. *Horat. car. 1.*

Senex. ——in quæ iam tempora differs

2 Caucaſius. Caucaſium, rex magne, ſenem. *Valerius 4.*

——nec ſatelles Orci

Callidus. Callidum Promethea reuexit auro captus. *Hor. car. 2.*

Miſer. —miſerũ Scythica ſub rupe Promethea rodat. *M. ep. 10.*

1 Iapeto ſatus. Quam ſatus Iapeto mixtam fluuialibus vndis
Finxit. *Ouid. met. 1.*

PROPERTIVS.

Vmber patriâ, Poeta Elegiacus, floridus totus, & elegans.

Vmber. Proxima ſuppoſito contingens Vmbria campo
Me genuit terris fertilis vberibus. *Propert. 1.*

Tener. Et teneri poſſis carmen legiſſe Properti *Ou. de arte 3.*

Blandus. ——blandi præcepta Properti. *idem triſt. 2.*

Blandioris. Aptior huic Gall⁹, blandiq; Properti⁹oris *idem triſt. 5*

Laſciuus. Cynthia te vatem fecit, laſciue Properti. *Mar. epig. 8.*

Facundus. Cynthia facũdi carmẽ iuuenile Properti. *idem 14.*

PROPONTIS.

Vaſtius mare eſt, quod inter duas anguſtias Helleſponti, & Boſphori Thraciæ, in 1 longum excurrit.

1 Longa. Miſit in has ſi quos longa Propõtis aquas. *Ou. Pont. 4.*

——quorúmque profundam

Alta. Ingluuiem non Ægæus, non alta Propontis,
Nõ freta lõginquis Mæotica piſcib⁹ explet. *Cl. in Eutr. 2.*

PROPVGNACVLVM. *v.* ARX.

——propugnacula bello

Tutum. Tuta parant. *Virg. Æn. 4.*

Altum. Ibis Liburnis inter alta nauium,
Amice, propugnacula. *Horat. epod.*

PROSERPINA. *v.* Perſephone.

Filia Iouis, & Cereris, quam Pluto rex 3 inferorum rapuit in 1 Sicilia, duxitque vxorem. Dicitur Ennea, & Ætnæa, ab Enna 2 ciuitate, & 4 ætnâ monte in Sicilia. Proloquetur D. Auguſtinus lib. 7. de Ciuitate Dei. Significat, *inquit*, fœcunditatem: & cùm aliquando non eſſet, dicta fuit rapta ad inferos; & tunc ceſſarunt inſtrumenta ruralia: quâ redeunte inſtituta ſunt ſolennia apud Athenas. A proſerpendo autem dicta eſt: ſerpere enim videtur veluti ſerpens, dum modò in dextram, modò in ſiniſtram mouetur: propter quod & omniuaga dicitur. *Vide plura apud Seruium lib.* Georg. 1. *Eius raptum deſcripſit Ouid.* Faſt. 4. *&* Met. 5. *Vide inſuper Claudiani tres elegantes* de raptu Proſerpinæ *libello.*

1 *Sicula.* Vidiſti ſiculæ regna proſerpinæ. *Sen. Her. fur.*
2 *Ennea.* ———raptâ præceps Ennea virgine ceſſit. *Silius* 14.
Candida. Candida Tartareo nuptû Proſerpina regi. *Cl. de rapt.* 1.
3 *Inferna.* Iunoni infernæ dictus ſacer. *Virg Æn.* 6.
3 *stygia Iuno.* —stygiæque ſeueros—Iunonis thalamos. *stat. Theb.* 3.
Ferox. ———quo ducta ferox Proſerpina curru. *Cl. de rap.* 1.
Saua. Nullum ſæua caput Proſerpina fugit. *Hor. car.* 1.
Furua. Quam pœnè furuæ regna Proſerpinæ, &c. *idem car.* 2.
Caſta. ————vbi caſta fouet Proſerpina lucos. *Silius* 13.
Pulchra. Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus
Inſtituit. *Virg. Æn.* 6.
4 *Ætnæa.* Cû fugeret thalamos, Ætnæa virgine rapta. *silius* 7.
3 *Iuno infera, Auerna.* 3 *Domina ditis.* 3 *Regina Erebi.*
3 *Elyſij ſponſa Tyranni.* 4 *Ætnæa virgo.* 3 *Profunda.*
Torua. Seuera.

PROTESILAVS.

Vide caput Laodamia, *cuius epitheta, & argumenta hic conueniunt.*
Hæmonis. Hæmonis Hæmonio Laodamia viro. *Ou. epiſt.* 13.
Phylacides. Illic Phylacides iucundæ coniugis Heros
Non potuit cæcis immemor eſſe locis.
sed cupidus falſis attingere gaudia palmis,
Theſſalus. Theſſalis antiquã venerat vmbra domû. *Propert.* 1.

PROTEVS.

Filius fuit Oceani, & Tethyis, Deus 1 *maris, paſtor Phocarum, quos ad littus* 4 *Carpathi inſulæ in mari Mediterraneo, Rhodum inter, & Cretam agebat. Reſponſa dabat,* 2 *ſed coactus, vt qui ſe in omnia rerum miracula,* 3 *in ignem, horribilem feram, & fluuium liquentem transformaret. Fabulam aperit Diodorus Siculus libro* 2. Ægyptiis mos eſt regibus (nam Proteus rex Ægypti fuerat) aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, inſignia principatus: quandóque verò arborem, aliquando ignem, quandóque redolentia ſupra caput vnguenta. Hæc tum ad decorem ſpectant, atq; ornatũ: tũ ſtuporẽ, ac ſuperſtitionẽ quandã aſpiciẽtibus iniiciebant.
2 *Vates.* Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates
1 *Caruleus.* Cæruleus Proteus. *Vir. Geor.* 4.
4 *Carpat. ſen.* Artibus Ææ, Carpathiique ſenis. *Ou. d. am.* 2.
Leuis. Vtque leuis Proteus modò ſe tenuabat in vndas,
Nunc leo, nũc arbor, nunc erat hirtus aper *id. de arte* 1.
Cæruleos habet vnda deos, Tritona canorum,
3 *Ambiguus.* Proteáque ambiguum *idem met.* 2.
1 *Æquoreus.* Alligat æquorei brachia capta ſenis. *idem faſt.* 1.
Immanis. ————————————immanis in antro
Conditur abrupto Proteus, *Silius* 7.

PRVINA.

Vide capita Frigus. Nix. Gelu. Glacies. *quorum argumenta, epithetorúmque diu rſaratio, & explicatio hic inſeruit.*

Gelida. ——id venti cur nt, gelidæque pruinæ. *Virg. Geor. 2.*
Cana. Frigora nec tantùm canâ concreta pruinâ. *ibid.*
Vitrea. Tempus erat vitrea quo primùm terra pruina
Spargitur. *Ou. epiſt. 10.*
Matutina. ————matutinæque pruinæ
Sole tepente ſolent, &c. *idem met. 3.*
Roſcida. Roſcida cũ primũ foliis excuſſa pruina eſt. *idem faſt. 5.*
Rigida. Hinc flãmas, illinc rigidis infeſta pruinis. *Lucret. 2.*
————lucidus agros
Algens. Ortus, & algentes laxauit ſole pruinas. *ſtat. Theb. 3.*
Candens. Hũc neque candẽtes audẽt veſtire pruinæ. *Cl. de nu. H.*
Triſtis. ——niues inter, triſtéſque pruinas
Durat. *Valerius 7.*
————atque vna pruinæ
Canens. Canentis. *ſil. 3.*
Riphea. Aruáque Riphæis nunquã viduata pruinis. *Vir. geor. 4.*
Odryſia. Quicúnque Odryſias bibunt pruinas. *Mar. epig. 10*
Getica. Frigidior Geticis petitur decocta pruinis. *Iuuen. ſat. 5.*
Caucaſia. Caucaſias armenta bibunt captiua pruinas. *Cl. in Eutr. 1.*
Sithonia. *Alpina. Sarmatica. Hyperborea. Hyberna.*

PRVNA. *Fructus.*

Cerea. Addam Cerea pruna, & honos erit huic
quoque ponto. *Virg. Ecl. 2.*
Autũnalia. Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna. *Propert. 4.*
Liuentia. Prunáque non ſolùm nigro liuentia ſucco,
Generoſa. Verũ etiã generoſa, nouáſq; imitãtia ceras. *Ouid. met. 13*
Cana. Paruáq; cum canis venerunt coctana prunis. *Mar. ep. 7.*

PSITTACVS. *Auis.*

Ex Plinio lib. 10. cap. 42 India 1 hanc mittit, 2 viridem toto corpore, torque tantùm miniato in ceruice diſtinctam. Imperatores 3 ſalutat, & quæ accipit verba 4 pronuntiat. In vino præcipuè laſciua. Capiti eius eadem duritia quæ roſtro.

1 Eous. Pſittacus Eois ales mihi miſſus ab oris. *Ouid. am. 2.*
Rarus. Alitis in raræ miſerum diuertite funus. *ibid.*
Auiũ gloria. Infœlix auium gloria nempe iaces. *ibid.*
Ales vocum Non fuit in terris vocum ſimulantior ales,
ſimulans. Reddebas blæſo tam bene verba ſono. *ibidem.*
———non tu fera bella mouebas
Garrulus. Garrulus, & placidæ pacis amator eras. *ibid.*

Loquax. Occidit ille loquax humanæ vocis imago
Pſittacus, extremo munus ab orbe datum. *ibid.*
Dux voluc. Pſittace, dux volucrum, domini facunda voluptas,
Imit. hum. Humanæ ſolers imitator, Pſittace, linguæ,
linguæ. Quis tua tã miſero præcluſit guttura fato? *Stat. ſyl. 2.*
———at nunc æterna ſilentia Lethes
Canorus. Ille canorus habes. *ibid.*
Doctus. Huc doctæ ſtipentur aues, queis nobile fandi
Ius natura dedit. *ibid.*
Gloria gentis aeriæ. Occidit aeriæ celeberrima gloria gentis
Pſittacus, ille plagæ viridis regnator Eoæ:
2 *Viridis.* Quem non gemmatâ volucris Iunonia caudâ
Vinceret. *ibid.*
3 *Salutator regum.* Ille ſalutator regum, noménque locutus
Cæſareum. *ibid.*
4 *Facil. red. monſtr. ver.* ———monſtratáque reddere verba
Tam facilis. *ibid.*

PSYLLI. *v.* MARMARIDÆ.

PVDICITIA. *v.* VIRGO.

PVDOR.

Virgineus. Virgineus teneras ſtat pudor antè genas. *Tibul. 1.*
Ingenuus. Aut pudor ingenuus, aut reticendus amor. *Propert. 2.*
Sanctus. ————————ſanctíque pudoris
Aſſideat cuſtos ſedula ſemper anus. *Tibul. 1.*
Caſtus. ———caſtíque decus ſeruare pudoris. *Ou. met 13.*
Sacer. Inceſtabo toros, ſacrum calcabo pudorẽ *Pru. in Sy. 2*
Inuictus. Proderet inuictũ per fortia facta pudorẽ. *Sidonius.*
Auguſtus. ———auguſti maieſtas grata pudoris. *Cl. Au. pan. 2*
Tener. —tenerum iam pronuba flamma pudorem
Sollicitat. *id. de rap. 1.*
Purpureus. Nudáque ſimplicitas, purpureúſq; pudor. *Ouid. am. 1.*
Pulcher. ——————————pulchérque ſeuero
Armatur terrore pudor. *Clau. pan. 5.*
Rigidus. ——————————rigidi ſed plena pudoris
Elucet grauitas, faſtu iucunda remoto. *idem pan. 8.*
Rudis. Exoluítque rudẽ genitrix digreſſa pudorẽ *Stat. Ach. 1.*
Sollicitus. Nemo eſt tã teneri. tam ſollicitíq; pudoris. *Mar epig. 11.*
Timidus. —timidus latebras ſperet habere pudor. *Ouid. am. 1.*
Tacitus. ———tacito tantùm modò victa pudore. *idem met. 6.*

Aureus. *Honeſtus.* *Impollutus.* *Inuiolatus.*
Niueus. *Innocens.* *Intemeratus.* *Seuerus.*

PVDOR VIOLATVS.

Depoſitus. Depoſitum laudas ob amici iuſſa pudorē. *Hor.epiſt.1.*
Victus. Victus amore pudor. *Ouid.am.3.*
——————licet alta recondas
Afflictus. Vulnera,& afflictū generi vereare pudorē. *Stat.The.11.*
Profugus. —profugúſque pudor ſua caſtra reliquit. *Ouid.epiſt.4.*
——————ipſa pudore
Projectus. Proiecto, tua facta loquar. *idem met.6.*
——————te propter eundem
Extinctus. Extinctus pudor,& (quâ ſolâ ſydera adibam)
Fama prior. *Virg. Æn.4.*
Poſitus. ——————poſitóque pudore,
Fontib⁹,& fluuiis,puteíſq;capacib⁹ hærēt. *Ouid.met.7.*
Poſtpoſitus. Dum tua poſtpoſito facta pudore refers. *idem am.3.*
Pulſus. ——————pulſ[illegible]que pudore, [*met.6.*
Quāuis ſint ſub aqua,ſub aqua maledicere tentāt. *idem*
Relictus. ——————hoc fama,pudórque relictus. *Stat.Theb.3.*
Raptus. Solutus. Ablatus. Fugitiuus.

PVDOR. DEDECVS.

Verecūdus. Plena verecundi culpa pudoris erat. *Ou. de ar.2.*
Turpis. Miſtáque cum turpi damna pudore tulit. *id.epiſt.21.*
Grandis. Nec minùs infœlix culpæ grandíque pudore
Turbatus Conſul. *Sil.10.*
Ingens. ——————æſtuat ingens
Imo in corde pudor. *Virg.Æn.10.*
Æger. Dejicit hinc vultus æger pudor. *Val. 7.*
——————digitis deſignor adultera vulgi,
Famoſus. Deſit famoſus qui notet ora pudor. *Ouid.am.3.*
Triſtis. Illa tremēs,triſtíq;oculos deiecta pudore. *Val. 2.*
Magnus. Triſtia cum magno damna pudore tuli. *Ouid.am.3.*
Dirus. ——————dirus ô nobis pudor!
O triſte fatum! *Sen. Her.œt.*
Fœdus. Hoſtibus eueniat tā fœdi cauſſa pudoris. *Ou.de arte 3.*
Miſer. ——————notitia eſt miſero quæſita pudori. *id. epiſt. 9.*
Turpis. ——————turpíque pudore
Tempora purpureis tentat velare tiaris. *id. met. 11.*
Malus. ——————pudor (inquit) te malus vrget. *Horat.ſat.2.*
Pallidus. Conſcius. Turpis.

PVELLA.

Innupta. ——————pueri, innuptæque puellæ
Sacra canunt. *Virg. Æn 2.*
Caſta. Littora quæ fuerant caſtis inimica puellis. *Propert.1.*

Trepida. Mirantur iuſtique ſenes, trepidæq; puellæ. *Ouid. epiſt.* 1.
Verecunda. Illa verecundis lux eſt præbenda puellis. *idem. am.* 1.
Timida. ——————iuuenes, timidæque puellæ. *idem am.* 3.
Formoſa. Annule, formoſæ digitũ vincture puellæ. *ibid.*
Lacteola. Nunc te lacteolæ tenent puellæ. *Catul.*
Facie præſt. Inter captiuas facie præſtante puellas. *Ouid. faſt.* 3.
Tenera. Pallada nunc pueri, teneræq; orate puellæ. *ibid.*
Ign. mariti. Caſtis cum pueris, ignara puella mariti. *Hor. epiſt.* 2.
Intemerata. Intemerata puella parit. *Prud. Cath.*
Exp. cõnub. Expers connubii, timidè poſitura pudorẽ. *Stat. Th.* 10.

Vaga.	*Perfida.*	*Simplex.*	*Sancta.*	*Amabilis.*
Fragilis.	*Nubilis.*	*Sæua.*	*Pura.*	*Viridis.*
Intacta.	*Fallax.*	*Pulchra.*	*Mollis.*	*Roſea.*
Imbellis.	*Lactea.*	*Decora.*	*Nitida.*	*Cupida.*
Tetrica.	*Innuba.*	*Pauida.*	*Hilaris.*	*Laſciua.*
Facilis.	*Leuis.*	*Mobilis.*	*Scelerata.*	*Periura.*
Infida.	*Flaua.*	*Culta.*	*Diues.*	*Paſſa virum.*
Florens.	*Delicata.*	*Placida.*	*Proterua.*	*Florida.*
Petulans.	*Salax.*	*Bella.*	*Blanda.*	*Matura viro.*
Candida.	*Compta.*	*Ingenua.*	*Experta virum.*	
Digna.	*Aurea.*	*Procax.*	*Nuptiarum expers.*	

PVER.

Impubes. Nã puer impubes, & adhuc nõ vtilis armis. *Ouid. faſt.* 2.
Facie ſpectabilis. Phryx puer in ſyluis facie ſpectabilis altis,
Turrigeram caſto iunxit amore deam. *idem faſt.* 4.
——————pauperiem pati
Robuſtus. Robuſtus acri militiá puer
Acer. Condiſcat. *Hor. car.* 3.
Ingenuus. Neſcit equo rudis hærere ingenuus puer. *ibid.*
Caſtus. Caſtis cum pueris, ignara puella mariti. *idem ep.* 2.
Egregius. At puer egregius tendẽs ad ſydera palmas *Stat. ſyl.* 3.
Rudis. Vt rudibus pueris mõſtratur littera primũ *Manil.* 2.

Mollis.	*Tener.*	*Blandus.*	*Decorus.*	*Imbellis.*
Intonſus.	*Dulcis.*	*Formoſus.*	*Improbus.*	*Incorruptus.*
Integer.	*Laſciuus.*	*Nobilis.*	*Pulcher.*	*Trux.*

PVGNA. *v.* BELLVM. ARMA. CERTAMEN. TELVM. PRÆLIVM. MARS. MAVORS.

——————te cominus æquo
Pedeſtris. Mecũ crede ſolo, pugnæq; accinge pedeſtri. *Vir. Æn.* 11
Ardens. ——ardentes accingor dicere pugnas. *id. Georg.* 3.
Triſtis. Vidiſſet triſtémque hoc ipſo in littore pugnã. *id Æn.* 5.
Aſpera. ——————pugna aſpera ſurgit. *idem Æn.* 9.

Dira.	——& diræ valeam ſubducere pugnæ.	*Virg Æn.10.*
Anceps.	Anceps pugna diu.	*ibid.*
Ferox.	——bella vides, pugnáſque feroces.	*Stat. ſyl. 4.*
Infauſta.	————infauſtas agit	
	Dimitte pugnas.	*Sen. Theb.*
Acris.	Acres diſce ex me pugnas.	*Silius 5.*
Dura.	————duras obit horrida pugnas.	*Valer. 3.*
Cæca.	——cæcâ ſed cuncta impellere pugnâ	
	Debuimus.	*idem 5.*
Magna.	Magna bis victi pugna.	*Virg. Æn.12.*
Iniqua.	——vrgetur pugnâ congreſſus iniquâ.	*id. Æn.10.*
Sæua.	——ſæuæque hoc littore pugnæ.	*Valer. 4.*
Fortis.	————forti decernere pugnâ.	*ibid.*
Inſana.	————inſanas depoſcere pugnas.	*Stat. Th.10.*
Ingens.	*Cruenta. Minax. Terribilis. Trux. Atrox.*	
Horribilis.	*Sanguinea. Funeſta. Crudelis. Acerba. Horrida.*	

PVLMO.

Tumidus.	——enſem tumido in pulmone recondit.	*Vir. Æn.10.*
Anhelus.	————pulmonis anheli	
	Fibra iacet	*Lucanus 1.*
Mollis.	——è molli ſanguis pulmone remiſſus.	*Ou. Pont. 1.*
Sanguine⁹.	In parte dextra pulmo ſanguineus iacet.	*Sen. Oedip.*
	————pulmonibus errat	
Imus.	Ignis edax imis.	*Ouid. met. 9.*

PVLVIS.

Quia Athletæ in ludis Olympicis plurimùm pulueris colligebant, ab ipſis ludis, & nobiliſſimiſque certaminibus epitheton infrà poſitum ductum eſt.

Canus.	——cano rota puluere labens	
	Sulcatam fœcundat humum.	*Cl. de rap. 1.*
Ater.	Puluere canities atro, arentíque cruore	
	Squallebat barba.	*Silius 10.*
Cruentus.	————atérque cruento	
	Puluere.	*Vir. Æn. 2.*
Niger.	Hîc ſubitò nigro glomerari puluere noctẽ.	*idem Æn. 9.*
Immundus.	Canitiem immundo deformat puluere.	*id. Æn. 10.*
Turbidus.	Voluitur ad muros caligine turbidus atrâ	
Caliginos⁹.	Puluis.	*id. Æn. 11.*
Cæcus.	————cæco puluere campus	
	Miſcetur.	*id. Æn. 12.*
Sordidus.	Sordide de niueo corpore puluis abi.	*Ouid am. 3.*
Turpis.	Vtque reſurrexit, fœdatis puluere turpi	

Crinibus. *Ouid.triſt.1.*

Siccus. Paruáq; quot ſiccus corpora puluis habet. *ibid.*

Commotus. ——————commoto puluere nubes. *Silius 4.*

Glomerat⁹. Erigit vndantē glomerato puluere nubē. *idem 13.*

Craſſus. ——————ego puluere craſſo,
Atque cruore genas, meruit quibus iſte fauorem,
Semiuir infodiam? *Stat. Theb. 6.*

Crudus. ——————& ſtringere venas
Feruentis maſſæ crudo de puluere iuſſit. *Perſ.ſat. 2.*
——————Tyberinis vectus vt vndis

Inanis. Littus ad Inachium puluis inanis eam. *Ouid.faſt.5.*

Leuis. Illius, ah! mala dona leuis bibat inrita puluis. *Catul.*

1 Non indecorus. Audire magnos iam videor duces
Non indecoro puluere ſordidos. *Hor.ſat.2.*

1 Olympic⁹. Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegiſſe iuuat, metáque feruidis

1 Nobilis. Euitata rotis, palmáque nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos. *idem car. 1.*

Obſcurus. *Littoreus. Opacus. Volans. Indecorus. Tenuis.*

PVMEX.

Pumex in fœminino 1 Catullus extulit.

Cauus. Pumicibúſq; cauis, exeſæq; arboris antro. *Vir. Geor. 4.*

Mordax. Nec tua mordaci pumice crura teras. *Ou.de ar.1.*

Viuus. Antra ſubit tophis laqueata, & pumice viuo. *id.faſt.2.*

Exeſus. Eſt ſpecus exeſi ſtructurâ pumicis aſper. *idem faſt. 4.*

Fragilis. Nec fragili geminæ poliantur pumice frōtes. *id.triſt.1.*

Scrupeus. Scrupeus aſpratâ latrare crepidine pumex. *Sid. Ap.pan.*
——————dono lepidum nouum libellum,

1 Arida. Aridâ modò pumice expolitum. *Catul.*

Tenuis. Exactus tenui pumice verſus eat. *Propert. 3.*

Aſper. Tener. Rudis.

PVPPIS.

v. NAVIS. CYMBA. RATIS. CARINA. PINVS.

Turrita. Tanta mole viri turritis puppibus inſtant. *Virg. Æn.8.*

Celſa. Stans celſa in puppi. *idem Æn. 3.*

Alta. Intereà Æneas ſocios de puppibus altis
Pontibus exponit. *id. Æn.10.*

Excelſa. Quáque modò excelſæ ſulcarēt æquora puppes. *Sil.15.*

Caua. ——————ſoluúntque cauas à littore puppes. ——————

Cærula. Spargitur impulſa cærula puppis aqua. *Ouid.faſt. 4.*

Recurua. ——————puppíque recuruæ
Inſilit, & pictos verberat vnda deos. *idem faſt. 4.*

Curua. Vere monet curuas materna per æquora puppes
Ire. *Ouid faſt.* 4.
Concaua. Cæleſtem matrem concaua puppis habet. *ibid.*
Adunca. Accipit & pictos puppis adunca deos. *id. epiſt.* 15.
Patula. Puppib⁹ illa pri⁹ patulis, nũc hoſpita plauſtris. *Vir. G.* 3.
Ærea. ———vaſtis tremit ictibus ærea puppis. *idem Æn.* 5.
Ærata. Iuſſit & æratas impleri remige puppes. *Ouid. met.* 8.
Pict. abiete. Tranſtra per, & remos, & pictas abiete puppes. *ibid.*
Cerata. Nõ ſatis vna tenet ceratas anchora puppes. *O. de re. A.* 2
Picta. Nil pictis timidus nauita puppibus
Fidit. *Horat. car.* 1.
Hoſpita. Hoſpitáque in ponti littore puppis adeſt. *Ouid. triſt.* 3.
Concita. ———————pleno concita velo
Attica puppis adeſt. *idem met.* 7.
Vt ſimul intrauit Colchos Pagaſæus Iaſon,
Celeris. Impoſitam celeri Phaſida puppe tulit. *id. epiſt.* 18.
Cita. Auſi ſunt vada ſalſa citâ decurrere puppi. *Catul.*
Merſa. Interdum timui, ne dum vada tendis ad Hebri,
Naufraga. Merſa foret canâ naufraga puppis aquâ. *Ou. epiſt.* 2.
Lacera. Ah laceras etiam puppes furioſa refeci!
Firma. Vt, quâ delererer, firma carina foret. *ibid.*
Dubia. ——dubiam rege, nauita, puppim. *id. faſt.* 2.
Feſſa. ———————iámque in ſua littora feſſis
Puppibus exierant. *idem met.* 6.
Submerſa. Incute vim vẽtis, ſubmerſáſq; obrue puppes. *Vir. Æn.* 1.
Furua. Non puppis vmbras furua trãſuexit meas. *Sen. Her. œt.*
Cærulea. Cærulea aduertit puppim, ripæq; propinquat. *V. Æn.* 6

PVRPVRA.

Amplam huius capitis, & epithetorum habes explicationem ad caput AHENVM. OSTRVM. MVREX. *Purpura tamen hic quaſi honoris, & dignitatis ſignum; quia veſte hoc colore infectâ Magiſtratus, & Triumphantes inſigniebantur.*

Melibœa. Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit. *V. Æn.* 5.
Fulgens. Purpura ſæpè tuos fulgẽs protexit amict⁹. *Ouid. faſt.* 3.
Laconica. ——————nec Laconicas mihi
Trahunt honeſtæ purpuras clientæ. *Hor. car.* 2.
Coa. Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ,
Nec clari lapides tempora, &c. *idem car.* 4.
Qua pretioſa Tyros, rubea qua purpura ſucco
Sidonia. Sidoniis iterata vadis. *Stat. ſyl.* 3.
Nobilis. Nobilis auratos iã purpura veſtiat armos. *Claud. epigr.*
Micans. Purpura Agenoreis ſaturata micabat ahenis. *Sil.* 7.

Tænaria. ——Tænareo pariter tremit ignea fuco
Ignea. Purpura. *Val. 1.*
Sarrana. Includat Sarrana chlamis, &c. *Sid. Ap. pan.*
1 *Triumph.* Vile triumphalis portauit purpura ſemen. *ibid.*
Celſa. Cognatum ſociat purpura celſa genus. *ibid.*
Recocta Sic te Sidonio recocta fuco
fuco. Multos purpura veſtiat per annos. *ibid.*
Ardens. Quales eſſe decet quos ardẽs purpura veſtit. *Iuu. ſat. 11.*
1 *Regia.* Illum non populi faſces, non purpura regum
Flexit. *Vir. Geor. 2.*
1 *Læta.* Læta bis octonis accedit purpura faſtis. *Stat. ſyl. 4.*
Delicata. Et te purpura delicata velet. *Mar. epig. 3.*
Pretioſa. *Rubens. Purpuræ ſydus. Oebalis. Tyria. Splendida.*

PVTEVS. *v.* FONS. AQVA FONTIVM. VNDA.

Capax. Fõtibus, & fluuiis, puteiſq; capacib⁹ hærẽt. *Ouid. met. 7.*
Perennis. Collectóſue bibãt imbres, puteóſq; perẽnes. *Hor. epiſt. 1*
Patens. ——rupem, & puteum vitare patentem. *id. epiſt. 2.*
Dulcis. PYLADES.

Filius fuit 1 *Strophij, patriâ* 2 *Phocæus:* 3 *Theſſalũ fecit Stat. Oreſtis, quanquam furijs maternis agitati, comes* 4 *fideliſſimus.* [Põt. 2.
1 *Natus Str.* Non ita vixerũt Strophio, atq; Agamẽnone nati. *Ou de*
2 *Phocæus.* Adfuit inſano iuuenis Phocæus Oreſti. *ibid.*
3 *Hæmoni⁹.* Dign⁹ & Hæmoniũ Pyladen præcedere famâ. *St ſyl. 2.*
4 *Fidus.* Et fidum rigidi ſodalem Oreſtæ. *S. d. Ap. pan.*

PYLOS.

Achaiæ vrbs eſt, cuius 1 *Neſtor,* 2 *Nelei filius, rex fuit.*
1 *Neſtoria.* Bello cùm peteres Neſtoriam Pylon. *Sen. Her. fu.*
2 *Nelæa.* Et Nelæa Pylos, &c. *Ouid. met. 6.*
2 *Neleia.* Mittat opes, Danaáſq; Pylos Neleia turmas. *Stat. The.*

PYRA. *Lignorum congeries.*

Vide quæ diximus ad argumentum BVSTVM: *capita inſuper* ROGVS. FLAMMA. FAX. IGNIS. FVNVS. CVPRESSVS.
Ingens. Ipſa pyrã ſuper ingentẽ ſtans ſaucia Pyra. *Virg. Æn. 4.*
Extructa. Paruáque in extructas munera ferre pyras. *Ouid. faſt 2.*
Succenſa. Des mea ſuccẽſæ membra cremãda pyræ. *id. in Ibide.*
Flammans. Hic flammante pyrâ miſer miniſter
Ardens. Ardens ſupplicium parare iuſſus. *Prud. de cor.*
Atra. ————————atram
Feſtinat furibunda pyram. *Sil. 8.*
Funerea. Funereas tum deinde pyras certamine rexunt,
Infœlix. Officiũ infœlix, & munus inane perẽptis. *idem 10.*
Sublimis. Sublimem eduxẽre pyram. *ibid.*
Flagrans. Feralis.

PYRENE. *V.* Mons.

Vel Pyrenæi montes, qui (vt vult Plinius lib. 3. cap. 3.) Gallias, Hiſpaniaſque diſterminant, promontoriis in duo diuerſa maria proiectis. *Dicitur 1 marmorea Pyrene, quòd marmoris ferax ſit. Deſcriptionem attulimus ex Silio Italico lib. 3.*

Celſa. Pyrene celſa nimboſi verticis arce
Nimboſa. Diuiſos Celtis altè proſpectat Iberos,
Atq; æterna tenet magnis diuortia terris. *ſil. 3.*
Frondoſa. Frondoſúmque apicem ſubigens ad ſydera mater
Fera. Bellorum fera Pyrene. *id. 17.*
Longa. Thyrreni, Rheníq; liquor, vel lõga Pyrene. *ſid. Ap pan.*
Horrida. ———ſubiere leues quos horrida miſit
Pyrene populi. *ſil. 9.*
———————celſíſque niuoſæ
Niuoſa. Pyrenes trabs lecta iugis. *id. 1.*
Ferox. Siue ferocis iuga Pyrenes. *Seneca.*
1 Marmorea. Trans Alpes, & marmoream Pyrenen. *Auſon. epiſt.*
———————————niualem
Niualis. Pyrenen, Alpéſq; tibi mea dextera donat. *Sil. 1.*
Aeria.

PYROPVS. *Lapis pretioſus.*

Vide capita GEMMA, *&* LAPILLVS: *vbi plura appoſita reperies.*

Flammas imitans. Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis,
Clara micãte auro, flãmáſq; imitãte Pyropo. *Ou. met. 2.*
Clarus. Námque alias fit vti, claro ſit rubra Pyropo. *Lucretius.*

PYRRHA.

Filia fuit 1 Epimethei fratris Promethei: Deucalioni nupſit; cum quo poſt diluuium iactis poſt terga lapidibus (ſi credere dignum eſt) generis humani iacturã reparauit. Dicitur Titania, ab auo 2 Titane.

1 Epimethides. Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet *Ouid. met. 1.*
2 Titania. Cõiugis augurio quãuis Titania mota eſt. *ibid.*

PYRRHVS.

Ex Seruio: A qualitate capillorum vocitatus eſt: antè 5 Neoptolemus dictus, 1 Achillis, & Deodamiæ filius, Pelei, 4 & Thetidis nepos ex patre: ex matre verò Lycomedis regis 3 Scyriæ inſulæ. *Ab auo paterno 6 Æaco dictus eſt Æacides.*

1 Achilleid. Pyrrhus Achilleides animoſus imagine patris. *Ou. ep. 8.*
3 Scyrius. Te ſorte prima ſcyrius iuuenis tulit. *ſen. Tro.*
1 ſtirps Ach. ſuperbus. ſtirpis Achilleæ faſtus, iuuenémque ſuperbum
ſeruitio enixæ tulimus. *Virg. Æn. 3.*

6 *Æacides.* Cõiugio Æacidæ Pyrrhi, ſceptríſq; potitũ. *ibid.*
4 *Pelides.* Pelidéſq; Neoptolem⁹, primúſq; Machaõ. *idem en.* 2.
5 *Neoptolemus.* Morte Neoptolemi regnorum reddita ceſſit
Pars Heleno. *idem an.* 3.

PYTHAGORAS.

1 *Samius patriâ, Philoſophus magni nominis, qui* (*vt ait Acron in Horat. carm.* 1. *Ode* 28.) dicebat animas poſt mortem tranſire in alia corpora: ſéque in bello Troiano fuiſſe Euphorbum 2 Panthoi filiũ, qui interfectus à Menelao, iterùm reuixit, factus Pythagoras. Hic antè & in Homerum dicitur renatus, poſteà in pauonem, poſtremò in Ennium Poetam.

1 *Samius.* Siue erat à Samio doctus, qui poſſe renaſci
Nos putat. *Ouid. faſt.* 3.
2 *Panthoides.* ——————— habéntque
Tartara Panthoiden iterùm Orco
Demiſſum. *Horat. car.* 1.
3 *Renatus.* Nec te Pythagoræ fallant arcana renati. *idem epod.*

PYTHON. *v.* SERPENS.

Serpens eſt, qui è putredine terræ (*inde enim nomen habet*) *poſt diluuium natus eſt. Hunc occidit Apollo. Verſus Ouidij, argumenti cauſſa, ſubjecimus.*

Maximus. ——— ſed te quoque, maxime Python,
Tum genuit: populiſque nouis, incognite ſerpens,
Terribilis. Terror eras: tantum ſpatii de monte tenebas.
Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Antè, niſi in damis, ceruíſque fugacibus vſus,
Mille grauem telis, exhauſta penè pharetra
Perdidit effuſo per vulnera nigra veneno. *Ouid. met.* 1.
Tumidus. Strauimus innumeris tumidum Pythona ſagittis. *ibid.*
Cæruleus. Cæruleus tali proſtratus Apolline Python
Implicuit fractis moritura volumina ſyluis. *Claudian.*

Q

QVADRIGÆ. *v.* CVRRVS. EQVI.

Niuea. Qui captos niueis reges egêre quadrigis. *Cl. de be. Get.*
Cita. Haud procul inde, citæ Metium in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant. *Vir. aneid.* 8.

QVADRVPES. *v.* EQVVS.

QVALVS.

Vas eſt vimineum, per quod vinum guttatim percolatur.

Vimineus. ————— tu ſpiſſo vimine qualos
Coláque prælorum fumoſis diripe tectis. *Virg. Geor.* 2.

QVERCVS.

Quercus, arbor glandifera, 1 Ioui ſacra eſt: quòd agreſtes homines, ab eſu carnium humanarum abſterritos, & ad vitæ ciuilioris traductos rationem, glande veſci docuerit. Dicitur autem Dodonæa, & fatidica, quòd 2 Pelaſgi, ſeu 3 Græci Dodonæum 4 templum Ioui, in Dodona ſylua 5 Chaoniæ regionis Epiri, condiderint: vbi in quercubus ſedentes columbæ, 6 futura prædicebant ſciſcitantibus.

Magna.	Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus	
	Ingentes tendat ramos.	*Virg. Geor.* 3.
Dura.	Et duræ quercus ſudabunt roſcida mala.	*idem Ecl.* 4.
	Tum verò in numerum Faunóſque, feráſque videres	
Rigida.	Ludere, tũ rigidas motare cacumina querc⁹.	*idem Ecl.* 6.
	———————quales cum vertice celſo	
Aeria.	Aeriæ quercus.	*idem Æn.* 3.
Annoſa.	Ac veluti annoſã valido cũ robore quercũ.	*id. Æn.* 4.
Grauis.	Illa graues potuit quercus, adamantáque durum	
	Flectere.	*Ouid. am.* 3.
Patula.	Et quæ deciderãt patulâ Iouis arbore glandes.	*id. met.* 1.
1 *Sacr. Ioui.*	———————patulis rariſſima ramis	
4 *Dodonæa.*	Sacra Ioui quercus de ſemine Dodonæo.	*idem met.* 7.
	————ramíſque ſonum ſine flamine motis	
Alta.	Alta dedit quercus.	*ibid.*
Ingens.	Stabat in his ingẽs annoſo robore querc⁹.	*idem met.* 8.
	Vidi ego Petræum conantem euellere terrâ	
Glãdifera.	Annoſam quercum.	*id. met.* 12.
4 *Dodonia.*	Ceſſerit inuentis Dodonia quercus ariſtis.	*Cl. de rap.* 1.
1 *Amica*	Querc⁹ amica Ioui, tremulos tectura cupreſs⁹.	*id. de ra.* 2.
Ioui.	Hic viridis tenerã prætexit arundine ripas	
6 *Sacra.*	Minci⁹, éq; ſacra reſonant examina quercu	*Virg. Ecl.* 7.
Sublimis.	Qualis frugifero quercus ſublimis in agro	
	Exuuias veteris populi, &c.	*Lucanus* 1.
5 *Chao. arb.*	—————non Chaonis abſuit arbor,	
3 *Habita*	Non nemus Heliadum, &c.	*Ou. met.* 10.
Graijs orac.	————habitæ Graiis oracula quercus.	————
2 *Pelaſga.*	Hæc tibi non hominem, ſed quercus crede Pelaſgas	
	Dicere.	*id. de arte* 2.
	—————quercus hanc ſortem mihi	
6 *Fatidica.*	Fatidica quondam dederat.	*Sen. Her. œt.*

QVERELA. *v.* PRECES.

Dulcis.	Inque vicẽ dulces cautè dixere querelas.	*Nemeſ.*
Blanda.	Ergo ne dubita blãdas adhibere querelas.	*Tibul.* 3.
Triſtis.	Sæpe etiã triſtes voluẽs in corde querelas.	*Vir. in Ceiri.*

Miſera.	Non auditurũ miſeras Phaetõta querelas.	*Oui.met.2.*
Rabida.	———iniuſtos rabidis pulſare querelis	
	Cælicolas.	*Stat.ſyl.5.*
Mollis.	——————deſine mollium	
	Tandem querelarum, &c.	*Hor. car.2.*
Funerea.	Nænia funereis ſatis officioſa querelis.	*Auſ.Parent.*
	————germanum meum	
Funebris.	Dona querelâ funebri.	*Ibidem.*
	——————querelis	
Supplex.	Supplicibus, miſeris fletibus illa fauet.	*Tibul. 1.*
Lachryma-	Cape munus triſte parentum,	
bilis.	Lachrymabilis orſa querelæ.	*Ibidem.*
Mœſta.	Iam mœſta quieſce, quieſce querela.	*Prud. Cath.*
Turpis.	———turpes depone querelas.	*Sid.Ap.pan.*
Grauis.	Hos inter grauibus cogor deflere querelis.	*Propert. 1.*
Ingrata.	Et non ingratis inceſſit turba querelis.	*Lucanus 5.*
Saua.	Tu tamẽ in melius ſæuas cõuerte querelas.	*Ibidem.*
Pia.	Singultúque pias interrumpẽte querelas.	*Oui. met.11.*
Longa.	—longas ſed ſupprime, Muſa, querelas.	*Ouid faſt.4.*
Iuſta.	Effundunt iuſtas in numina ſæua querelas.	*Lucanus 2.*
Fœminea.	Atria fœmineis crepitant vlulata querelis.	*Stat.Th.10.*
	Abrupta. Iners. Iniqua. Muliebris.	
	Inſomnis. Peruigil. Ægra. Sollicita.	

QVESTVS.

Infauſtus.	———libet infauſtos mittere queſtus.	*Sen Thyeſt.*
Flebilis.	Flebilis auditur queſtus.	*Cl.in Ruf 1.*
Vanus.	————queſtibus vanis agis	
	Iras.	*Sen. Thyeſt.*
Miſerabilis.	Flet noctem, ramóque ſedens miſerabile carmen	
Mæſtus.	Integrat, & mœſtis latè loca queſtibus	
	implet.	*Virg.Geo 4.*
Triſtis.	————triſtes queſtus	
	Natæ exaudi.	*Sen. Octa.*
	——atque hæc lamenta per auras	
Inanis.	Fluctibus in mediis queſtu voluebat inani.	*Vir.inCeiri.*
Magnus.	——magnóque implorat numina queſtu.	*Valerius 3.*
Acerbus.	——queſtúque Iouem teſtatur acerbo.	*Idem 5.*
Inexpletus.	—inexpleto rumpentem pectora queſtu,	
	Complexúmque rogos, incumbentémque fauillis	
	Aſpiciens.	*Stat. ſyl.3.*
Tacitus.	Et tacitos muto voluũt in pectore queſt⁹.	*Lucanus 1.*
Anilis.	Argolis Alcmene queſt⁹ vbi ponat aniles.	*Ouid.met.9.*

Vigil.	——per vigiles acuunt ſuſpiria queſtus.	*Stat. Th. 3.*
Feralis.	——feralem queſtum poſt fata popoſcit.	*Claudian.*

QVIES.

V. SOMNVS. SOPOR.

Secura.	At ſecura quies, & neſcia fallere vita.	*Virg. Geor. 4*
Placida.	——nec placidam mẽbris dat cura quietẽ	*Virg. æn. 4.*
	——————preſſitque iacentem	
Dulcis.	Dulcis, & alta quies, placidæq; ſimillima morti.	*V. æn. 6.*
	————rapior per inania ventis	
Iucunda.	Tu lentus refoues iucunda mẽbra quiete.	*Vir. in Cul.*
Mollis.	Abit in quiete molli rabidi furor animi.	*Catullus.*
Optata.	——optatam trahit illa quietem.	*Prop. 1.*
Alta.	Securumque quies, alta per Argos erat.	*Oui. epiſt. 14*
	——————pax alta per omnes	
Tranquilla.	Et tranquilla quies populos, &c.	*Lucanus 1.*
Secreta.	Te ſecreta quies, te ſophos omnis amat.	*Mar. ep. 7.*
Longa.	At numquam patiens pacis, longæque quietis Armorum.	*idem 2.*
Æterna.	Hîc æterna quies: nullis hîc iura procellis.	*Stat. ſyl. 1.*
Fœcunda.	——fœcunda quies, virtúſque ſerena Fronte grauis.	*ibid.*
Pigra.	Fugit pigra quies, inerſque ſomnus	*ibid.*
Læta.	Hîc igitur tibi læta quies fortiſſime diuûm Alcide.	*Stat. ſyl. 4.*
Opaca.	—opaca quies, vacuuſque ſilentia ſeruat Horror.	*Stat. Th. 4.*
Pacata.	——pacata quies, tantus in ore decor.	*Mar. ep. 9.*
Amica.	Quies amica venas Pectuſque feriatum Placat rigante ſomno.	*Prud. Cath.*
Sera.	Procubuit, ſeráque dedit per mẽbra quietẽ.	*Virg. æn. 6.*
Nocturna.	Non me quies nocturna, non altis ſopor Soluere curis.	*Sen. Hipp.*
Obſcura.	Seruat placidos obſcura quies.	*ibidem.*
Tacita.	——vix te tacita defendit quies.	*Sen. Med.*
Mitis	——mitem fundit per membra quietem.	*Silius 6.*
Plena.	Plena quies aderit, quæ ſtricti neſcia ferri.	*Calphur.*
Emerita.	Emeritam fateor ſemper fouiſſe quietem.	*Sid. Ap. pan.*
Blanda.	Blanda quies furtim victis ſubrepſit ocellis.	*Oui. Faſt. 3.*
Grata.	Si te grata quies, & primam ſomnus in horam Delectat.	*Hor. epiſt. 1.*
Segnis.	Præcipitat conſulta viri, ſegnemque quietem	

Terret. *Silius* 3.

QVIES. *Mors.*

Dura. Olli dura quies oculos,& ferreus vrget
Somnus,in æternã clauditur lumina noctẽ. *Virg. æn.*10.

QVIRINVS. V. ROMVLVS.

Ex Seruio ad Virg. æn. 1. Quirinus Romulus dictus eſt, quod haſta vteretur quæ Sabinorum lingua curis dicitur:inde ſecuris,quaſi ſemicuris. Hoc nomine etiam Mars appellatur, ſed cum tranquillus eſt: cum ſæuit Gradiuus dicitur. *Pro vtroque hic accipitur.*

Pulchra ſubit facies,& puluinaribus altis
Trabeatus. Dignior eſt,qualis trabeati forma Quirini. *Oui.met.*14
——————genitorque Quirinæ
Inuictus. Vrbis,& inuicti genitor Gradiue Quirini. *Oui.met.*15
Martigena. Dũ caſa Martigenã capiebat parua Quirinũ. *Ouid.faſt.*1
Magnus. ———ades faſtis magne Quirine tuis *idem* 4.
Fortis. Hæc vbi narrauit,Tatium, fortẽq; Quirinũ, &c. *id.*6.
Pulch. trab. ———lituo pulcher, trabeáque Quirinus. *ibidem.*
Armifer. ———armiferi ſordebant tecta Quirini. *Stat.ſyl.*3.
Sanctus. Vicinoſque tibi ſancte Quirine Lares. *Mar.ep.*10.
Bellator. ——————ſeu bellatore Quirino
Seu placido regnante Numa. *Cl.Ang pa.*2.
Victor. ———victoriſque arma Quirini. *Virg.Geo.*3.

R.

RABIES.

V. Furor, Ira, Mens, Portus, Animus, Cor in ira.

Improba. ——————quos improba ventris
Exegit rabies. *Virg.æn.*2.
Furens. ———furenti rabie vagus animi. *Catullus.*
Sæua. Sæua canum rabies morſus auertit hiantes. *Propert.*3.
Horrenda. Non dico horrendam rabiem. *Hor.ſat.*2.
Veſana. Spumea tum primùm rabies veſana per ora. *Lucan.* 5.
Inſana. Inſanam pauit rabiem. *Pr.in ſym.*2.
Cruenta. ————ambobus rabiem fortuna cruentam
Attulit. *Stat.Th.*1.
Præceps. O præceps rabies cum Cæſar tela teneret! *Lucan.* 7.
Dira. Dira ſubit rabies, ſua quiſque, & publica fata
Præcipitare parat. *ibid.*
Indomita. Indomitam properat rabiem ſedare. *Hor. epod.*
Tumida. ———tumidam rabiem ſpumoſãque ponit
Murmura. *Stat.ſyl.*1.

Fera. Flammata. Tr[illegible] Acerba.

RACEMVS.

V· Pampinus, Corymbus, Vitis, Vua.

Non ego te menſis, & dijs accepta ſecundis,
Tumidus. Trāſierim Rhodia, & tumidis Bumaſte racemis. *V. Geo.* 2.
Extentus. Tempus vt extentis tumefacit vua racemis. *Oui. triſt.* 4.
Liuidus. ———iam tibi liuidos
Diſtinguet autumnus racemos
Purpureo varius colore. *Hor. car.* 2.
Purpureus. Inuida purpureos vrat ne bruma racemos. *Mar. ep.* 8.
Liuens. Prima mihi variat liuentibus vua racemis,
Et coma lactenti ſpicea fruge tumet. *Propert.* 4.
Pampineus. *Bacchæus.* *Grauidus.* *Bicolor.* *Mitis.*

RADIVS.

V. Sol, Lux, Lumen, Calor.

Coruſcus. Per iubar hoc, inquit, radiis inſigne coruſcis *Oui. met.* 1.
Micans. ———circum caput omne micantes
Depoſuit radios. *Oui. met.* 2.
Ardens. Inſinuare ſuum radiis ardentibus æſtum. *Lucret.* 6.
———te cupiunt nurus
Lucidus. Quamprimum radios ſpargere lucidos. *Sen. Med.*
Serenus. ———Phœbique egreſſa ſerenos
Infecit radios. *Cl. in Ruf.* 1.
Flammifer. Flammiferis tellus radiis cùm exuſta dehiſcit. *Sil.* 1.
Aureus. ———radiiſque ardentem lucis, & auro
Ipſe manu quatiens oſtendit ab æthere nubē. *Vir. æn.* 7.
Matutinus. ———radiis iuga ſubdita matutinis *Oui. met.* 1
Acutus. Quod ſit auus radiis frontem vallatus acutis
Purpureus. Purpureo tepidum qui mouet axe diem. *Ouid. ep.* 4.
Purus. Quantum cum radiis fulges argentea puris. *Ouid.*
Sydereus. *Phœbeus.* *Nitens* *Fulgens.*

RADIX. *V* Arbor.

Arborea. Pronus ab arborea cecidit radice retentus,
Dum leuat hunc Peleus. *Oui. met.* 8.
———matres Edonidas omnes
Torta. Quæ videre nefas tortâ radice ligauit. *Oui. met.* 11.
———at illam
Lenta. Lenta tenet radix, exultantemque coërcet. *Ibidem.*
Ima. Quæ grauidam latè ſegetem ab radicibus imis
Sublime expulſam eruerent *Virg. Geo.* 1.
Valida. ———nec iam validis radicibus hærens
Pondere fixa ſuo eſt *Lucanus* 1.
Alta. Acceſſit, telumque alta ab radice reuellit. *Virg. æn.* 12.

Infixa. Ferina. Dura.

RAMALE. *V.* Lignum.

Aridum. Multifidáſque faces, ramaliáque arida tecto
Detulit. — *Oui.met.8.*

Vetus. Vt ramale vetus vegrandi ſubere coctum *Perſ.ſat.1.*

RAMVS.

Felix. Exiit ad cælum ramis fœlicibus arbor. *Vir. Geo.2.*

Fortis. Tum fortes latè ramos, & brachia tendens. *ibidem.*

Fluens. ——ramos compeſce fluentes. *ibidem.*

Patulus. ——patulis rariſſima ramis
Sacra Ioui quercus de ſemine Dodoneo. *Ouid.met.7*

Pandus. Suſpiciens pandos autumni pondere ramos. *Oui.met.14*

Opacus. Si mea falx ramo lucum ſpoliauit opaco. *Oui. faſt.4.*

Pomifer. Non vlla ramos ſylua pomiferos habet. *Sen.Her.F.*

Nodoſus. Et quatiens acer nodoſi pondera rami. *Silius 5.*

Errans. ——ramis errantibus implicat vmbras. *Calphur.*

Teres. ——ex tereti pendebat fiſtula ramo. *Nemeſ.*

Bifurcus. ——ramum prior ille bifurcum
Geſſerat, hic iaculum. *Oui.met.12.*

Fragilis. Iam fragiles poterã à terra cõtingere ramos. *Virg.Ecl.8.*

Frondens. ——frondenti tempora ramo
Implicat. *Virg.æn.7.*

Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus

Ingens. Ingentes tendat ramos. *Virg.Geo 3.*

——iamque arbore ſumma

Lentus. Confluere. & lentis vuam demittere ramis. *Virg.Geo.4.*

Longus. Illa dolet fieri longos ſua brachia ramos. *Oui.met.2.*

Tener. Et teneros manibus ramos abrumpit. *ibidem.*

Viridis. ——virides amplexus in arbore ramos
Fit lapis. *Oui.met.12.*

Inutilis. Inutileſque falce ramos amputans
Feliciores inſerit. *Horat.epod.*

Curuatus. Flectitur obſequio curuatus ab arbore ram⁹. *Ou.de ar.2.*

Summus. Summi frondeſcunt rami. *Lucretius 1.*

Lætus. ——quæ lætos ſolet
Præbere ramos arbor. *Seneca.*

Pendens. Carpit ab vmbrifera pendẽtes arbore ramos. *O.met.11.*

Ferẽs poma. Rus amat & ramos felicia poma ferentes. *Idem 14.*

Excelſus. Annoſa excelſos tendebat ad æthera ramos. *Silius 5.*

Altus. Et quærit altos vnde pendeat ramos. *Mar.epi.8.*

Diffuſus. Nutans. Vmbrifer. Frugifer.
Virens. Grauidus. Tortilis. Plexilis.

RANA.

Viridis. Semina limus habet virides generātia ranas. *Oui. met. 15*
Turpis. Et vncta turpis ora ranæ ſanguine. *Hor. epod.*
Paluſtris. ——mali culices, ranæque paluſtres
Auertunt ſomnos. *Hor. ſat. 1.*
Querula. ——querulis vis infeſtiſſima ranis
Lucius. *Auſon. Moſ.*
——ripaſque habitans, hic piſcibus atram
Loquax. Improbus ingluuiem raniſque loquacibus xplet. *V. G. 3.*

RAPACITAS.

Sæua. Sed quæſita vorans ſæua rapacitas
Altos pandit hiatus. *Boetius.*
Dira. Diræ filius eſt rapacitatis. *Mar. epig. 8.*

RAPINA. *V.* Auaritia, Cupido.

Dira. Triſte nemus diræ vetuit ſupereſſe rapinæ. *Mar ep. 11.*
Auida. Barbara pars læua eſt auidæ ſubſtructa rapinæ. *Ou. tri. 1.*
Hoſtilis. Prædaque, & hoſtiles luxum ſuaſere rapinæ. *Lucanus 1.*

RASTRVM, & RASTRI. *Plural.*

Graue. Aut grauibus raſtris galeas pulſabit inanes. *Virg. Geo. 1.*
Tenaces. Procuruā expectāt falcē, raſtroſque tenaces. *Virg. Geo. 2.*
Curui. Non humilis curuis purgatur vinea raſtris. *Catullus.*
Aſſidui. ——aſſiduis terram inſectabere raſtris. *Virg. Geo. 1.*

RATIS.

Picta. Seu rate cæruleas picta ſulcauimus vndas. *Ouid. Pōt. 2.*
Leuis. Ipſe leuem remo per freta pelle ratem. *Tibullus 1.*
Celeris. Super alta vectus Atys maria celeri rate. *Catullus.*
Cita. Arte citę velōque rates, remōque reguntur. *Oui. de ar. 1.*
Celſa. Celſam paratis pontibus ſcandit ratem. *Prud. Cath.*
Cærula. Cærula ceratas accipit vnda rates. *Ouid. ep. 5.*
Lenis ac modicum fluens
Aura, nec vergens latus
Intrepida. Ducat intrepidam ratem. *Sen. œd.*
Veliuola. Et freta veliuolas non habitura rates. *Ou. de Pōt. 4*
Præceps. Præcipites hæſere rates, & ſtrage cruenta. *Lucanus 2.*
Volucris. ——volucrem ſub luce dehiſcens
Terruit vnda ratem. *Valerius 2.*
Credula. Nondum ſecabant credulæ pontum rates. *Sen. Hipp.*
Fortis. Cęſaris & fortes dicere poſſe rates. *Propert 3.*
Curua. Ite rates curuæ, & lethi contexite cauſſas. *ibidem.*
Vaga. Et vagas pelago rates. *Boet.*

Spumantes

Spumans. Spumanteſque rates aruis inferre Latinis. *Virg.æn.10.*
Ipſa vides cælum pice nigrius,& freta ventis
Caua. Turbida, perque cauas vix adeunda rates. *Ouid.ep.17.*

RATIS, in naufragio & tempeſtate.

———mox reficit rates
Quaſſae Quaſſas,indocilis pauperiem pati. *Hor.Car.1.*
Quaſſata. Quaſſatæque rates,& non tractabile cęlum.*Virg. æn. 4.*
Inſtabilis. Ducunt inſtabiles ſydera certa rates. *Tibullus 1.*
Sollicita. Vtile ſollicitæ ſydus vtrumque rati. *Ouid.faſt.5.*
Illi robur & æs triplex
Fragilis. Circa pectus erat,qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus. *Hor.Car.1.*
Trepida. Nunc rector trepidæ fatur ratis. *Lucanus 5.*
Debilis. Hibernum pelagus iam rate debili
Et vim naufragi pertulerat Noti. *Prud.inſym.1.*
Lacera. ———tunc ſi quis creditur alto
Naufraga. Vix tenuit laceræ naufraga membra ratis *O.de art.2.*
Prona. Fertque pronas rates medioq; ſub ęquore mergit.*O.m.14*
Ni pater ille tuus iam iam ruitura ſubiſſet
Turbata. Pondera, turbatamque ratem, certaque leuaſſet
Naufragium commune manu. *Cl.pan.7.*
Submerſa. ———ſubmerſis ratibus ſaturata Charybdis.*Ouid.am.2.*
Dubia. Sæpe reges dubiam Creſſa puella ratem. *O.de art.1.*
Pauida. ———pauidamque coruſcæ
Ante ratem cecidere faces. *Valerius 2.*

RECESSVS.

Extremus. Cuius in extremo eſt antrũ nemorale receſſu.*Oui.met.3*
Longus. Eſt prope Cimmerios longo ſpelũca receſſu. *O.met.11.*
Horrendus.—horrendos quondã penetrare receſſus.*Cl.de laud.Stil.*
Imus. Imos Oceani colens receſſus. *Sid.Apoll.*
Tacitus. ———cumque tuos tacito fortuna receſſu
Formarit vultus. *Stat.ſyl.1.*
Marmoreus.—marmoreo ſuperi ſedêre receſſu. *Ouid.met.1.*
Seductus. Aut vbi laſſata eſt, ſeductos nacta receſſus
Gurgitis,incluſã ſua mẽbra refrigerat vmbrâ.*Ou.me.13.*
Tenebroſus.———tenebroſo obtecta receſſu
Carceris. *Cl.de rap.3.*
Placidus. ———placido lunata receſſu
Æquora. *Stat.ſyl.2.*
Interior. Phocus in interius ſpatium, pulchroſque receſſus

Pulcher. Cecropidas duxit. *Oui.met.7.*
Latus. Lati collibus imminent receſſus. *Mar.ep.4.*
Facilis. Nunc vrbi vicina iuuant facileſque receſſus. *idem 6.*
Obſcurus. Eſt in receſſu Tartari obſcuro locus. *Sen.Her.fur.*

R E X.

V. Princeps, Proceres, Tyrannus.

Superbus. ———hæc ſunt ſpolia, & de rege ſuperbo
Primitiæ. *Virg.æn.11.*
Magnus. ———vbi magni filia regis
Ludere virginibus Tyriis comitata ſolebat. *Oui. met.2.*
Inſignis ———medio rex ipſe reſedit
ſceptro. Agmine purpureus, ſceptroq; inſignis eburno. *Ou.met.7*
Diues. ———opum diues rex ibi Battus erat. *Ouid.faſt.3.*
Timendus. Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouis. *Hor.car.3.*
———quiſquis in toto furit
Sæuus. Rex ſæuus orbe, manibus autaris nocens
A me timetur. *Sen. Her. F.*
Inclytus. Ecquis peremptor inclyti regis fuit. *Sen. Oedip.*
Cruentus. —pax cruento rege proſtrato data eſt. *Se.Her.Oet.*
Purpureus. Sub tua purpurei venient veſtigia reges. *Cl.de nup.hon.*
Summus. ——ſummos dignatur figere reges. *Cl.de nup.h.*
——ductaque per vias
Minax. Regum colla minacium. *Hor. car.3.*
Tremendus.—Maneſque adijt, regemque tremendum. *Virg.Geo.4.*
Tumidus. —tumidique vocant hæc munera regis. *Mar.ep.5.*
Auguſtus. Centum oratores auguſta ad mœnia regis
Ire iubet. *Virg. æn. 7.*

Indomitus.

R E G I A.

V. Arx. Ædes. Aula. Domus.

Alta. Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis,
Clara. Clara micante auro, flammaſq; imitante Pyropo. *O.m.2.*
———Athamanta ſuperbum
Diues. Regia diues habet. *Oui. met. 4.*
Magna. Tunc erat intonſi regia magna Numæ. *Ouid.faſt.6.*
Aurea. Aurea nunc ſolio ſtellantis regia cæli
Accipit. *Virg.æn.7.*
Celſa. Hîc ſteterat Priami regia celſa ſenis. *Ouid.ep.1.*
Opulenta. ———quacumque opulenta receſſit
Regia, fulgenti ſplendent auro atque argento. *Catull.*

Splendida. *Ingens.*

REGIO *v*. Gens. Ora.

———————per auras
Ignota Ignotæ regionis eunt. *Oui.met.*2.
Deuia. Quã procul hæc regio eſt, & ab omni deuia curſu. *O.Põt.*3.
Dira. Quem mihi nunc animũ dira regione iacenti. *O.triſt.*3.
Vlt.mundi. Hæc igitur regiõ magni penè vltima mundi. *O.triſt.*4.
Funeſta. Heu regio funeſta Getis! heu terra ſiniſtris
Auguriis calcata mihi! *Cl.Aug.pan.*1.
Imperuia ———quæ ſic imperuia famæ
fama. Succeſſit regio *Cl.de nup.Pall.*
Amara. Quid niſi de vitio ſcribam regionis amaræ? *Ou Pont.*3.
Deſerta. Hinc deſerta ſiti regio, latèque furentes
Barcæi. *Virg. æn.* 4.

REGNVM.

Ingens. Tu populos, vrbeſque, & regna ingentia finis. *O.faſt.*1.
Vberrimũ. —centum vrbes habitant, vberrima regna. *Virg.æn.*3.
Latum. Templa Ioui centum latis immania regnis. *Virg. æn.* 4.
Fulgens. ———————fulgentibus oſtro
Hæc potior regnis. *Silius* 13.
Magnus. ———magnique potentia regni. *Oui. met.*7.
Nobile. ———ego ſum tibi nobile regnum. *Oui. ep.*16.

REGNVM Potentia.

Potens. Sunt tibi magna, puer, nimiũq; potentia regna. *O.Am.*1.
Superbum. Et geret in gremio regna ſuperba tuo. *Tibullus* 1.
Argolico famulum non te ſeruire Tyranno
Sæuum. Vidiſſent gentes, ſæuaque regna pati. *Mar.ep.*9.

REGNVM INFERORVM.

Infernum. Inferna noſtros regna ſenſere impetus. *Sen. Her. F.*
Inamabile. ———ſatis eſt inamabile regnum
Aſpexiſſe ſemel, Stygios ſemel iſſe per amnes *O.m.*14.
Inamœnũ. Perſephonen adiit inamœnaque regna tenentem
Vmbrarum dominum. *Oui.met.*10
Infelix. Forte ſedens media regni infelicis in arce
Dux Erebi. *Stat.Th.*8
Duriſſimũ. Gnoſſius hęc Rhadamãtus habet duriſſima regna. *V.æ* 6.
Profundum ———tacitas Erebi ſedes, ditiſque profundi
Pallidum. Pallida regna petunt. *Lucanus* 1.
——— & non ceſſura pruinis
Piceum. Membra colorantur picei caligine regni. *Cl.de rap.*3.
———————mare temperat
Triſte. Ventoſum, & vrbes, regnaque triſtia. *Hor. car.* 3.

Trux. ―――magna pars regni trucis
Eſt ipſe dominus. *Sen. Her. fur.*

Ingens. Per chaos hoc ingens vaſtique ſilentia regni
Vaſtum. Eurydices oro properata retexite fata. *Oui. met. 10.*

Lamentabile. *Inhoſpitum.* *Silens.*

REMEX.

Acer. Velocem Mneſteus agit acri remige Priſtin. *Virg. æn. 5.*
Validus. ―――valido ſuperabat remige ventos. *Silius 14.*

REMVS.

Oblonga eſt, & lata pertica, qua naues aguntur.

Validus. ―――validiſque incumbere remis. *Virg. æn. 5.*
Grauis. Prima pares ineunt grauibus certamina remis. *ibidem.*
Agilis. ―――agili peragit freta cærula remo. *Ouid. ep. 21.*
Lentus. Vngula lentos imitante remos. *Sen. Hipp.*
Certans. Verrimus & proni certantibus æquora remis. *Virg. æn. 3.*
Properans. ―――impellit properantibus æquora remis. *Oui. met. 3.*
Celer. Agmine ventorum celeri, ventiſque vocatis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto. *Virg. æn. 5.*
Leuis. ―――leuibuſque Amphryſia remis
Saxa fugit. *Ou. met. 15.*
Intortus. ―――intortis ſocio cum milite remis. *Valerius 8.*
Audax. Fregit Hyperboreas remis audacibus vndas. *Claudian.*

REMVS, frater Romuli.

Remus fuit filius 1 *Martis, &* 2 *Iliæ ſeu Syluiæ Veſtalis: hic occiſus eſt à fratre Romulo. V. Tit. Liuium lib.* 1. Dec. 1. *Vide caput* Romulus, *cuius epithet a hic conueniunt.*

Martigena. ―――Martigenæ non ſunt ſine crimine nati
Iliades. Romulus Iliades, Iliadeſque Remus. *Ouid. am. 3.*

REPVLSA.

Sordida. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus. *Hor. car. 3.*
Grauis. Dixerat illa graui multum demiſſa repulſa. *St. Achil. 1.*
Turpis. ―exiguum cenſum, turpemque repulſam. *Hor. epiſt. 1.*
Triſtis. Quod regnũ mereare doles, triſtiq; repulſa, &c. *Sid. Ap.*
Grau. mort. ―――grauior mihi morte repulſa eſt. *Oui. epig. 19.*

REQVIES. *V.* Quies, Otium, Pax.

Grata. Tu requies feſſo grata laboris eras. *Ou. ad Liu.*
―――tunc ilia ſenectæ
Sera. Sera meæ requies. *Virg. æn. 9.*
Tuta. Tutior eſt requies, ſolito dum flumina currant
Lumine. *Oui. met. 8.*

RES, bona fortunæ.

Læta. ——nimium lætis excuſat fidere rebus. *Silius 10.*
Præclara. Præclaram ingrata ſtringat malus ingluuie rē. *Hor. ſat. 1.*
Iucunda. Dum licet in rebus iucundis, viue beatus. *Hor. ſat. 2.*
Opima. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis. *Hor. epiſt. 1.*
Beata. Sed tu beatis mitior rebus veni. *Sen. Hip.*
Secunda. Sperate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis. *Virg. æn. 1.*
Magna. Res vbi magna nitet domino ſene. *Hor. ſat. 2.*
Parta ſang. ——res ſanguine partæ. *Ouid. epiſt. 1.*
Ampla. Si res ampla domi. *Iuu. ſat. 12.*
Florentes. *Felices.*

RES AFFLICTÆ.

Afflicta. ——afflictis melius confidere rebus. *Virg. æn. 1.*
Trepida. Vitamque ſub dio, & trepidis agat
In rebus. *Hor. car. 3.*
Feſſa. Quem feſſis rebus finem ferat. *Virg. æn. 3.*
Egena. ——cum tu ſupplex in rebus egenis. *Virg. æn. 6.*
Dubia. ——tuque ô dubiis ne deficce rebus. *ibidem.*
Merſa. ——merſis fer opem mitiſſima rebus. *Oui. met. 1*
Miſera. ——miſeriſque venit ſolertia rebus. *Ouid. met. 6*
Læſa. Quo minus ô pauci rebus ſuccurrite læſis. *Oui. triſt. 1.*
Acerba. Sic mea neſcio quis malefidus rebus acerbis. *ibidem.*
Lapſa. ——vnde petam lapſis ſolatia rebus. *Oui. triſt. 5.*
Ardua. Æquam memento rebus in arduis
Seruare mentem. *Hor. car. 2.*
Anguſta. Rebus anguſtis animoſus, atque
Fortis appare. *ibidem.*
Aduerſa. ——aduerſis probitas exercita rebus. *Oui. triſt. 5.*
————————rebus in arctis
Arcta. Ferre mihi nullam turpe putatis opem. *Oui. Pont. 3.*
Extrema. Conſulite extremis anguſto in tempore rebus. *Lucan. 4.*
Defeſſa. Defeſſis ſubeant rebus. *Silius 1.*
Siniſtra. ——heu rebus facies inhonora ſiniſtris! *Silius 10.*
——Martemque ſubiret Iberum
Attrita. Attritis rebus. *idem 15.*
——compoteſque conſilii
Turbida. Dimitto, vt ne res temere tractent turbidas. *Ennius.*
Laſſata. Laſſatis nimium ſpes vnica rebus. *Sil. Ap. pan.*
Inualida. *Inclinata.* *Infeſta.*

RETE.

Rarum. Retia rara plagæ lato venabula ferro. *Virg. æn 4.*
Fallens. Sæpe tulit iuſſo fallentia retia collo. *Ou. de ar. 2.*

Nexum. Quũ graue nexa ſimul retia mergat opus. *idem triſt.* 5.
Tortum. Ipſa ego per montes retia torta feram. *Tibul.*
Subdolum. Subdola tendũtur craſſis modò retia turdis. *Mar. epig.* 2.

REVERENTIA. *v.* Majeſtas.

Decens. Donec honos, placidóq; decẽs reuerẽtia vultu. *O. faſt.* 5

REVS.

Trepidus. Ciuica pro trepidis cùm tulit arma reis. *Ouid. faſt.* 1.
Mœſtus. Inſigne mœſtis præſidium reis. *Hor. car* 2.
Sollicitus. Et pro ſollicitis non tacitus reis. *idem car.* 4.
Pallidus. Non rumpet altũ pallidus ſomnum reus. *Mart. epig.* 1.
Pauidus. ——pauidos triſti voce citare reos. *idem* 4.

RHADAMANTHVS.

Filius Iouis ex Europa: rex 1 *Cretæ fuit; qui quòd iuſtitiæ, & legum acerrimus propugnator fuerit, dicitur apud inferos ſontium cauſſas, & crimina cognoſcere. Vide* Minos: *cuius eadem ratio epithetorum hic conueniet.*

1 *Gnoſſius.* Gnoſſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna,
Caſtigátque, audítque dolos, ſubigítque fateri,
Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani,
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortẽ. *Virg. Æn.* 6.

RHAMNVSIA.

Dea eſt indignationis, quam ſuperbis iratam volunt Poetæ. Græcè dicitur Nemeſis: quod caput conſule.

Vltrix. Exiget at dignas vltrix Rhamnuſia pœnas. *Ouid. triſt.* 5.
Triſtis. Attendit toruo triſtis Rhamnuſia vultu. *Stat. ſyl.* 2.

RHENVS.

Germaniæ celeberrimus eſt fluuius: ab Alpibus defluens, Galliam à Germania diuidit.

Bicornis. Extremíq; hominũ Morini, Rhenúſq, bicornis. *V. æn.* 8.
Gallicus. Gallicũ Rhenũ, horribiléſq; vltimóſq; Britãnos. *Catul.*
Ferox. Perſica violẽtus vnda Tigris, aut Rhen⁹ ferox. *Sen. H. fu.*
Spumans. Fregit & Arctoo ſpumantẽ vertice Rhenũ. *Lucanus* 1.
Minax. ————Rhenúmque minacem
Cornibus infractis adeo miteſcere cogis. *Clau. pan.* 1.
——& flauis in pocula fracte Sicambris
Tumens. Rhene tumens. *Sid. Ap pan.*

RHESVS.

Ex Seruio apud Virg. Æneid. 1. Rex 1 Thraciæ fuit: qui cùm ad Troiæ veniſſet auxilia, clauſiſque iam portis tentoria locauiſſet in littore, Dolone prodente Troiano, qui miſſus fuerat ſpeculator; à Diomede, & Vlyſſe eſt interfectus, qui & ipſi ſpeculatum venerant: abductíque ſunt equi, quibus pendebant fata Troiana. *Rationem*

ſubiectorum epithetorum quære ad caput Thracia.

1 *Threicius.* Hîc fera Threicij ceciderunt agmina Rheſi. *Ouid. am.* 1.
1 *Sythonius.* Illic Sythonij fuerant tentoria Rheſi. *Oui. de ar.* 2.
Bellicoſus. Non bellicoſo Threſſa cum Rheſo phalanx. *Sen. Aga.*
Dux Odryſ. Exigis Odryſij facta cruenta ducis. *Ouidius.*

RHETI. *V.* Gens, Populus, Natio.

Populi ſunt Alpini, vt vult Plinius lib. 3. *c.* 20. *cum quibus acre bellum Auguſtus, Auguſtique filij geſſerunt.*

Saui. Quæ ſæuis obiecta Rhetis Saxonia frenat. *Cl. in Ep. Pal.*
Immanes. ——immaneſque Rhetos
Auſpiciis pepulit ſecundis. *Hor. car.* 4.

RHODANVS.

Fluuius eſt Galliæ, ortus in Alpibus; adeo magni, & præcipitis curſus, vt aduerſo flumine nauigari vix poſſit. Cum Arari apud Lugdunum commiſcetur: amboque in mare Mediterraneum deferuntur.

Celer. Teſtis Arar Rhodanuſq; celer, magnuſq; Garũna. *Tib.* 1
Velox. Quos Rhodanꝰ velox, Araris quos tardior ambit. *Cl. in Ruf.* 2
Torrens. Aſpice morigeras Rhodani torrentis alumnas. *Cl. epigr.*
Præceps. Quà rapitur præceps Rhodanꝰ genitore Lemanno. *Auſ. vrb.*
Tumidus. ————tumidique minaces
Minax. Accedit Rhodani feſtino milite ripas. *Silius* 3.
Incitus. ——in pontum lato ruit incitus alueo. *Ibid.*

RHODOPE, mons Thraciæ.

Threicia. Threiciam Rhodopen habet angulus vnus, & Æmum
Gelida. Nunc gelidos montes. *Oui. met.* 6.
Glacialis. Quà patet vmbroſũ Rhodope glacialis ad Æmũ. *O. ep.* 2.
Nimboſa. Nũc dabat hibernũ Rhodope nimboſa cubile. *Cl. de l. St.* 1
Aeria. Aeriã Rhodopen ſola niue verberat Arctos. *Stat. Th.* 8.
Threſſa. Threſſæ ſub Rhodopes iugis. *Seneca.*
Arctoa. Quaq; redit mediũ Rhodope porrecta ſub axẽ. *V. G.* 3.
Thracia. Thraciæ ſi quis Rhodopes alumnus
Durior terris Helices niuoſæ, &c. *Sen. Her. œt.*

RHODOS.

Nomen eſt Inſulæ, & vrbis in ea conditæ; dicta eſt à roſis, quæ ibi dum conderetur vberrimâ copiâ inuentæ ſunt: Phœbo ſacra 1 *eſt, vel (vt volunt Poetæ) quod Phœbus Rhodiæ puellæ captus amore, ab ea Rhodũ appellauit, vel, quod veriſimilius dixit Solinus,* Nunquam ita cælum nubilum eſt, vt in ſole Rhodos non ſit.

Nobilis. Rhodumque nobilem, horridamue Thraciã. *Catull.*
1 *Phœbea.* Phœbeamque Rhodon, & Ialyſios Telchinas. *O. met* 7.
1 *Sole clara.*—claramque relinquit —Sole Rhodon *Lucanus* 8.
Phœbeia. —Phœbeia donis. —Exornata Rhodos. *Lucanus* 5.

RHOMBVS.

v. LICIVM. CARMEN. ARS MAGICA.

Magicum inſtrumentum eſt, figurâ quadratâ, filis quibuſdam implicitum: quo mulieres 1 Theſſalæ, Colchique 2 populi in Magicis ſacris vtebantur.

Tortus. Scit benè quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quid valeat virus amantis equæ. *Ouid. am. 1.*

1 Theſſalicus. Quæ nunc Theſſalico lunam deducere rhombo,
Quæ ſciet hos illos vendere lena toros. *Mar. epig. 9.*

2 Colchus. Cum ſecta Colcho luna vapulat rhombo. *idem 12.*

RICTVS. *v.* OS BELLVARVM.

——————laudatáque quondam

Latus. Ora Ioui, lato fieri deformia rictu. *Ouid. met. 2.*

Peſtifer. Spumáq; peſtiferos circũfluit albida ric̃t⁹. *idem met. 3.*

Spumans. Cæde leæna boum ſpumãtes oblita rictus. *idem met. 4.*

Patulus. Ipſáque dilatant patulos conuicia rictus. *idem met. 6.*

Sanguineus. Oblitus eſt ſpumis, & craſſo ſanguine rictus,

Fulmineus. Fulmineus, rubrâ ſuffuſus lumina flammâ. *idem met. 11.*

Ferus. ————quiſquis auidorum feros

Auidus. Rictus leonum, & dira furiarum agmina
Implicitus horres. *Sen. Thy.*

Cruentus. ———cruentos vatis infandæ tuli
Rictus. *Sen. Oedip.*

Immanis. ———immanes reſerat dum bellua rictus,
Expleri, paſcíque nequit. *Clau. pan. 2.*

Ferinus. ———inter pecudes, rictúſque ferinos. *Pru. in Sym.*

Terribilis. Terribilẽ attollunt excelſo vertice rictum. *Sil. 2.*

Minax. Attoniti terrore nouo, rictúque minaci
Quadrupedes. *ibid.*

Vaſtus. Mors graditur vaſto pandens caua guttura rictu. *ibid.*

Lethifer. Contra lethiferos rictus, contráque rapacem
Mouit tela feram. *Cl. in Ruf. 1.*

RIMA.

Anguſta. ———anguſtas extendit limine rimas. *Perſ. ſat. 1.*

Hians. ———& ſaniem per hiantes viſcera rimas
Emittunt. *Lucanus 1.*

Tenuis. ———per tenues ferri producere rimas *Claudianus.*

Caua. Pérq; cauas terræ quas egit carmine rimas. *Lucanus 6.*

RIPA. *v.* LITTVS.

Viridiſſ. gra. ————viridiſſima gramine ripa. *Virg. Geor. 3.*

Viridans. ———ripâque æſtus viridante leuaret. *idem Æn. 7.*

Fluuialis. Populus eſt, memini, fluuiali conſita ripâ. *Ouid. epiſt. 5*

Obliqua.	Fluminàq; obliquis cinxit decliuia ripis.	*Ouid. met.* 1.
Viridis.	——ripas virides, amnémque querelis	
	Eridanum implerat.	*idem met.* 2.
Decliuis.	Sponte ſuâ natas ripis decliuibus vmbras.	*idem met.* 5.
Gelida.	Tybris & in gelida ponentē corpora ripa.	*id. met.* 14.
Mollis.	Ventū erat ad mollē decliuo tramite ripā	*idem faſt.* 3.
	——————non humiles domos	
Vmbroſa.	Faſtidit, vmbroſámque ripam.	*Horat.car.* 3.
Alta.	Labuntur altis interim ripis aquæ.	*Horat.epod.*
Fluminea.	Martia fluminea poſuit latus Ilia ripâ.	*Stat.ſyl.* 1.
Arundinea.	Lætus arundineæ, recubánſque ſub aggere ripæ	
	Cernitur.	*id. Theb.* 6.
Frondens.	——————frondentibus humida ripis	
	Colla leuant.	*Clau.pan.* 2.
Graminea.	Conſite gramineas amnis viridiſſime ripas.	*Auſ. Moſell.*
	——————horrida iuxta	
Stagnans.	Stagnantes Conſul molitur prælia ripas.	*Silius* 10.
Humida.	——————iuuat humida forſan	
	Ripa.	*Calphurn.*
Limoſa.	Amnis arundinibus limoſas obſite ripas.	*Ou. amor.* 3.
Opaca.	Vix credas labi ripis tam mitis opacis.	*Sil.* 4.
	——————carétque	
Taciturna.	Ripa vagis taciturna ventis.	*Hor.car.* 3.
Capax.	Tu potiùs ripis effuſe capacibus amnis.	*Ouid.am.* 3.

Lacuna. Tacens.

RISVS.

Obſcœnus.	Eſt & in obſcœnos deflexa Tragœdia riſus	*Ouid.triſt.* 2.
Solutus.	——————ſolutos	
	Qui captat riſus hominum.	*Horat. ſat.* 1.
Tremulus.	Fiet vti riſu tremulo concuſſa cachinnent,	
	Et lachrymis ſalſis humectent ora, genáſque.	*Lucret.* 1.
Blandus.	——blando fraudem prætexere riſu.	*Cl.in Ruf.* 1.
Gratus.	Gratus puellæ riſus.	*Hor.car.* 1.

Magnus. Inſanus. Immodicus.

RITVS.

v. MOS. MORES. GENS.

Nouus.	Hinc populi ritus edidicêre nouos.	*Ouid. faſt.* 2.
Barbaricus.	Et vos barbaricos ritus, morémque ſiniſtrum	
Siniſter.	Sacrorū Druidæ poſitis repetiſtis ab armis.	*Lucanus* 1.
Ferus.	Armorū, morūmq; feros māſueſcere ritus.	*Prud.in Sy.* 1.
Immanis.	Barbarus immani quæ territat incola ritu.	*Sil.* 15.
Profanus.	*Ferinus. Agreſtis. Sanguinolentus.*	

RIVVS. *V.* Fons, Aqua fluminum, Lympha, Vnda.

Saliens.	Dulcis aquæ ſaliēte ſitim reſtinguere riuo.	*Virg. Ecl 5.*
Fluens.	Fer cineres, Amarylli, foras, riuóque fluenti,	
	Tránſque caput iace.	*idem Ecl. 8.*
Labens.	Aſpice labentes iucundo murmure riuos.	*O. de re. A. 1.*
Argutus.	———————obeſt arguti glarea riui.	*Calphurn.*
Garrulus.	Garrulus in primo limine riuus erat.	*Ouid faſt. 2.*
Lapidoſus.	Defluit incerto lapidoſus murmure riuus.	*idem faſt. 3.*
	———————————& vda	
Mobilis.	Mobilibus pomaria riuis.	*Horat. car. 1.*
	—————quis neget arduis	
Pronus.	Pronos relabi poſſe riuos	
	Montibus.	*idem car. 3.*
	Tu potes tigres, comitéſque ſyluas	
Celer.	Ducere, & riuos celeres morari.	*ibid.*
Fugiens.	Fugiente dulcis murmurat riuo ſonus.	*Sen. Hip.*
Obliquus.	———————obliquo laborat	
Fugax.	Lympha fugax trepidare riuo.	*Horat. car. 3.*
Raucus.	Cornua tēporibus raucos ſudantia riuos.	*Claud. pan. 5.*
Tenuis.	———tenuis fugiens per gramina riuus.	*Vir. Geor. 4.*
Gelidus.	———————gelidos inficiet tibi	
	Rubro ſanguine riuos.	*Horat. car. 3.*
	Fas peruicaces eſt mihi Thyadas,	
Vber.	Viníque fontem, lactis & vberes	
	Cantare riuos.	*idem car. 2.*
Praceps.	Præcipitíq; ruēs Tyberina ad flumina riuo.	*Lucanus 2.*
Leuis.	Quæ leuibus placidū riuis ſonat orta liquorē.	*Vir. in cul.*
Liquidus.	Confeſtim liquidus fortunæ riuus inauret.	*Hor. epiſt. 1.*
Errans.	Stagnáq; & errātes obducite puluere riuos.	*Stat. The. 4.*
Tremulus.	Fons agit, & tremulo percurrit lilia riuo.	*Calphurn.*
Pellucidus.	*Adſtrepens.* *Strepens.*	*Purus.*

RIXA.

Immodica.	Turparunt humeros immodicæ mero	
Vecors.	Rixæ.	*Hor. car. 1.*
	Vecordem parat excitare rixam.	*Catul.*
	———verecundúmque Bacchum	
Sanguinea.	Sanguineis prohibete rixis.	*Hor. car. 1.*
	Lenit albeſcens animos capillus,	
Proterua.	Litium, & rixæ cupidos proteruæ,	*idem car. 3.*
	Mox vbi luſit ſatis, abſtineto,	
Calida.	Dixit, irarum, calidæque rixæ.	*ibid.*
	Inſana. *Inſolens.*	

ROBVR. *Arbor.* v. QVERCVS.

Fiſſile. ——————cuneis & fiſſile robur
Scinditur. *Virg. Æn. 6.*
Durum. Génſque virûm trũcis,&duro robore nata.*idem Æn.8.*
Nodoſum. Hac freta cõcutio,nodoſáq;robora verto. *Ouid.met.6.*
Annoſum. Stabat in his ingẽs annoſo robore quercus.*idem met. 8.*
——————————latéque tenebat
Frondoſum. Frondoſi nigram tellurem roboris vmbra. *Sil. 5.*
Antiquum. Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingens. Ingentes tendat ramos. *Virg.Geor.3.*
Cauum. ——lætíque cauo ſe robore promunt. *idem Æn.2.*

ROBVR. v. VIRES.

Graue. Et graue magnanimi robur mirare Rutuli.*Ou. Pont.1.*
Firmum. ——firmum, atque immobile mundi
Immobile. Robur inoccidui. *Stat.The. 8.*
Ferox. Stabat feroci robore pertinax. *Prud. de cor.*
Non expug. ————non expugnabile robur. *Stat.The.6.*
Inuictum. ———inuictum poncbat pectore robur. *Sil. 11.*
Solidum. ——ſolidóque ſuo ſtant robore vites. *Vir. æn. 2.*
Forte. Durum. Rigidum. Firmum.

ROGVS. v. Buſtum. Pyra. Ignis rogalis. Funus. Mors.

Ardens. ———ardentem flebitur ante rogum. *Tibul. 2.*
Fumoſus. Vt pia fumoſis addita thura rogis. *Ou.epiſt.7.*
Extructus. Portet ad extructos corpus inane rogos. *id. epiſt.21.*
Extremus. Solus ad extremos permanet ille rogos. *id. de arte 2.*
Auidus. ———hæc auidos effugit vna rogos. *idem ad Liu.*
Ploratus. Vltima plorato ſubdita flamma rogo eſt. *idem faſt. 4.*
Miſer. Et dederat miſeris omnia iuſta rogis *idem faſt. 6.*
Intepidus. ————in tepido deferet oſſa rogo. *idem triſt. 1.*
Structus. Et gracilis ſtructos effugit vmbra rogos. *idem triſt 4.*
Accenſus. Auſáque in accenſos Hyphias ire rogos. *triſt.5.*
——noſtros non rumpit funus amores, *idem*
Dirus. Nec diri fax ſumma rogi. *Stat. ſyl. 1.*
Triſtis. —tibi purpureo triſtis rog' aggere creuit· *idem ſyl.2.*
Mæſtus. Pinguia nec mœſtis addere thura rogis. *Mart. 10.*
Niger. Nec data ſunt nigris tota labella rogis. *idem 11.*
——————atque luctiferâ manu
Flagrans. Vaſtam rogo flagrante corripiat facem. *Sen.Her.fur.*
Calens. ——————viuíque calentes
Conſcendêre rogos. *Lucret. 3.*
Altus. ——————————& altos
Conſcendit furibunda rogos. *Vir.Æn 4.*

ROMA.

Hiſtoriam vrbis Romæ vide apud Titum Liuium, Florum, Tacitum, &c. Prius dicta eſt Saturnia, a 2 Saturno: & Auſonia, ab 3 Auſonia populis Italiæ, quæ etiam ab illis Auſonia vocata eſt. A Dardano 1 rege Troiæ, à quo per Æneam Romulus eius Fundator deſcenderat, Dardaniam Ouid. appellauit.

Alta.	Albaníq; Patres, atque altę mœnia Romæ	*Virg. Æn.* 1.
Inclyta.	En huius, gnate, auſpiciis illa inclyta Roma	
	Imperium terris, animos æquabit Olympo	
Fœlix prole	Septem vna ſibi muro circumdabit arces,	
virûm.	Fœlix prole virûm.	*idem Æn.* 6.
Alta 7. iug.	Septẽ vrbs alta iugis, toti quæ præſidet orbi.	*Propert.* 3.
1 *Dardania*	Nũc quoq; Dardaniã fama eſt cõſurgere Romã.	*O. m.* 15
Victrix.	Proxima victricẽ cũ Romã aſpexerit Eos	*idem faſt.* 4.
2 *Saturnia.*	A patre dicta meo quõdã Saturnia Roma eſt.	*idem faſt.* 6
Bellatrix.	Nõ mihi materiã bellatrix Roma negabat.	*idem triſt.* 2.
	———————triumphatíſque poſſit	
Ferox.	Roma ferox dare iura Medis.	Hor. *car.* 3.
Beata.	———omitte mirari beatæ	
	Fumum, & opes, ſtrepitúmque Romæ.	*ibid.*
Magna.	Egreſſum magna me accepit Aricia Roma.	*idem ſat.* 1.
Regia.	————————mihi iam non regia Roma,	
	Sed vacuum Tibur placet.	*idem ep.* 1.
Septemgem.	Qui ſeptẽgeminæ poſuiſſet mœnia Romæ.	*Stat. ſyl.* 1.
Immenſa.	Et pars immenſæ gaudet celeberrima Romæ.	*ibid.*
Fœlix.	—premit fœlix regum diademata Roma.	*idem ſyl.* 3.
Potens.	Dic age, Roma potẽs, & mecũ lõga vetuſtas.	*idem ſyl.* 4
Martia.	Pulchrior, & maior quo ſub duce Martia Roma.	*M. ep.* 5
Aurea.	Hîc vbi Roma ſuas aurea vexit opes.	
Dea gentiũ.	Terrarum dea, gentiúmque Roma.	*id. epig.* 2.
Domina.	———dominæ pergunt ad limina Romæ.	*Cl. de lau. St.*
Pulcherr.	——————rerum pulcherrima Roma.	*Virg. Geor.* 1.
	—————————————habeto	
Romulea.	Tu quoque Romuleâ, dixit, in vrbe locũ.	*Ouid. faſt* 5.
3 *Auſonia.*	Ergo quod Auſoniæ pater auguſtiſſimus vrbis.	*St. ſyl.* 4.
Rerum	——————————nunc maxima rerum	
maxima.	Roma colit.	*Virg. Æn.* 7.
Superba.	Inde ſuperbæ	
	Mœnia Romæ	
	Famâ, & meritis	
	Inclytus auxſti.	*Auſ. Profeſſ.*

Dom° diuûm Prima vrbes inter diuû dom°aurea Roma. *Auſ.vrbs.*
Troïa. Cùm coleret patrios Troïa Roma deos. *Prud.de Cor.*
Dardana. Dii Patrii, quorum auſpiciis ſtat Dardana Roma. *Sil.4.*

Vrbs Mauortis. *Vrbs alta Quirini.* *Vrbs domina.*
Princeps vrbium, *Auguſta, Bellatrix,* *Caput mundi.*
Arces Romulea. *Iliaca vrbs,* *Mauortia,*
Purpurea, Ardua, *Candida.* *Arces Romana.*
Romana palatia. *Romana mœnia.* *Muri Romulei.*

ROMANI.

Rerum dom. Romanos rerũ dominos, gẽtémq; togatã. *Virg. Æn.1.*
Superbi. Hinc populum latè regem, bellóque ſuperbum
Venturum excidio Libyæ. *ibid.*
Acres. ——patriis acer Romanus in armis. *id. Georg.3.*
Gens Quirina. Populus Quirini. Gens Romula. Gens Romana.

ROMVLVS.

Ex Seruio ad librum primum Æneid. Amulius, & Numitor fratres fuerunt: Amulius fratrem imperio pepulit, & filium eius necauit: filiam verò eius 2 Iliam Veſtæ ſacerdotem fecit, vt ſpem ſobolis auferret: à qua ſe puniri poſſe cognouerat. Hanc (vt multi dicunt) Mars 1 compreſſit: vnde ſunt nati Remus, & Romus; quos cum matre Amulius præcipitari iuſſit in Tyberim. Pueri verò expoſiti ſunt ad ripam vicinam: hos Fauſtulus reperit paſtor, cuius vxor erat meretrix, Acca Laurentia, quæ ſuſceptos aluit pueros. Hi poſteà auum ſuum Numitorem, occiſo Amulio, in regna reuocarunt: captatis auguriis vrbem condiderunt, quam ſuo nomine Romus Romam nominauit: vt autem pro Romo diceretur Romulus, blandimenti gratiâ factum eſt, quod gaudet diminutione. Finguntur autem à lupa nutriti, ad celandam authorum Romani generis turpitudinem: nam meretrices lupas vocamus, vnde & lupanaria. *Hactenus Seruius. Poſt mortem diuinis honoribus cultus eſt, 3 Quirinúſque patris ſui Martis nomine appellatus eſt. Eius mortem, & apotheoſim, vide apud Ouid. met. 15.*

1 *Mauortius* ——comitem ſe ſe Mauortius addit
Romulus. *Virg. Æn.6.*
Acer. ——quem Romulus acer aſylum
Rettulit. *idem Æn.8.*
2 *Iliades.* —Martigenæ non ſunt ſine crimine nati
1 *Martigena.* Romulus Iliades, Iliadeſque Remus. *Ouid. am.3.*
3 *Quirinus.* ————Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt. *Virg. æn.1.*

ROS.

Ros humor eſt, qui ſereno, & matutino tempore è cælo decidit

In impropria ſignificatione ſignificat quamcúmque puram aquam, vel 1 pluuiam, flumineam, vel fontanam : pro quibus vide Aquæ fontium. Vnda. Fons. Imber. Pluuia. Flumen. Fluuius. Amnis.
1 Lachrymas (ſed cum addito proprio) & vnguenta 3 deſignat.

Gelidus. Exiguâ tantū gelidus ros nocte reponet. *Virg. Geor. 2.*
grat. pecori. Et ros in tenera pecori gratiſſim' herba eſt *idem Geor. 3.*
Vitreus. ————vitreóque madentia rore
Tempora noctis eunt. *Ouid. am. 1.*
Liquidus. Virgineos artus liquido perfundere rore. *idem met. 3.*
1 Tepidus. Æſtuat, & tepido ſuffundit lumina rore,
2 Caleſtis. Sparſáque cæleſti rore madeſcit humus. *idem faſt. 1.*
Recens. Canuerint herbæ rore recente quater. *idem faſt. 3.*
Viuus. Dic quater, & viuo perlue rore manus. *idem faſt. 4.*
————madidantes nectare pennas
Fœcundus. Concutit, & glebas fœcundo rore maritat. *Cl. de rapt. 2.*
3 Ambroſi'. Ambroſiúmq; bibit roſeo de gramine rorē. *Pru. Ham.*
Nocturnus. Frigida nocturno pinguntur paſcua rore. *Calphur.*
Purus. Qui rore puro Caſtaliæ lauit
Crines ſolutos. *Horat. car. 3.*
2 Pluuius. Quà nebulæ, pluuiíque rores. *ibid.*
Leuis. Spargens rore leui ramo felicis oliuæ. *Virg. Æn. 6.*
Largus. Certatim largos humeris effundere rores *idem Geor. 1.*
3 Tyrius. Spirabat Tyrio myrtea rore coma. *Tibul. 3.*
Matutinus. *Gratus.*

ROSA. V. Flos.

Dicitur 1 Pæſtana, ab hortis Pæſtanis in Lucania : vbi ingens quotannis roſarum copia.

1 Pæſtana. Caltháque Pæſtanas vincet odore roſas. *Ou. Pont. 2.*
Odorata. Floret odoratis terra benigna roſis. *Tibul. 1.*
Tenera. Molliter & tenerâ poneret oſſa roſâ. *Propert. 1.*
Pubens. Pubētéſue roſæ primos moriuntur ad Auſtros *St. ſyl. 3.*
Verna. Et caput in vernâ ſemper habere roſâ. *Propert. 3.*
————& nimiùm breues
Amœna. Flores amœnæ ferre iube roſæ. *Horat. car. 3.*
Punicea. Nūc & qui color eſt puniceæ flore prior roſæ. *id. car 4.*
Breuis. Aut imitata breues punica mala roſas. *Mart. epig. 1.*
Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo,
Sutilis. Laſſentúrque roſis tempora ſutilibus. *idem epig. 5.*
Mollis. I fœlix roſa, mollibúſque ſertis
Fœlix. Noſtri cinge comas Apollinaris. *idem 7.*
Hic Paphias myrtos: hic purpureos amethyſtos,
Albens. Albentéſue roſas. *O. de arte 3.*

ROSARIVM, ROSETVM.

Amœnum. Littora quot conchas, quot amœna roſaria flores,
Quotue ſoporiferũ grana papauer habet. *Ouid.triſt.5.*
Puniceum. Puniceis humilis quantum ſaliũca roſetis. *Virg.Ecl.5.*

ROSTRVM.

Non ſolùm de auibus, ſed etiam de reliquis animalibus dicitur.

Obuncum. ——roſtróque immanis vultur obunco. *Virg Æn.6.*
Aduncum. ———haud minus vrget adunco
Luctantem roſtro. *Ouid. am. 1.*
Acutum. Pectora quod roſtro cornix fodiebat acuto. *idem am.3.*
Pandum. Oſq; meũ ſenſi pando occalleſcere roſtro. *idẽ met.14.*
Apt.rapinæ. Grãde caput, ſtãtes oculi, roſtra apta rapinæ. *id. faſt.6.*
Reduncum. ——————roſtróque redunco
Hamatiſque viri laniarunt vnguibus ora. *idẽ met. 12.*
Rigidum. Alteráq; alterius rigido cõcreſcere roſtro. *idem met. 5.*
Hamatum. ROTA. *v.* Currus. Axis. Plauſtrum.
Rapida. ——rapidiſque rotis inſiſtere victor. *Virg.Geor.3.*
Gemens. ————tractúque gementem
Ferre rotam. *ibid.*
Ærea. Ærea quem obliquum tranſiit rota. *idem Æn.5.*
Volucris. ——currúmque, rotáſque volucres
Inſtabant. *idem Æn.8.*
Feruens. Frænáque, feruentéſque rotas. *idem Æn.11.*
Celeris. Verſantur celeri noxia membra rota. *Tibul. 1.*
Appia, dic quæſo, quantum, te teſte, triumphum
Effuſa. Egerit, effuſis per tua ſaxa rotis. *Propert. 4.*
Curua. Nec minus à curuis Appia trita rotis. *Ouid. Põt.2.*
Præceps. Per varios præceps caſus rota voluitur æui. *Silius 6.*
Feruida. Collegiſſe iuuat, metáque feruidis
Euitata rotis, palmáque nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos. *Horat.car.1.*
Leuis. Atq; rotis ſũmas leuibus perlabitur vndas. *Virg. Æn.1.*

ROTÆ SOLIS, & AVRORÆ.

v. Currus. Axis. Equi Solis, Auroræ.
————————altera lucem
Crocea. Cũ croceis inuecta rotis Aurora reducet. *Ouid.*

RVBIGO.

Vitium eſt ſeu ſitus, quo ferrũ cõſumitur. Dicitur etiã de vitio ſegetũ.

Scabra. Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila. *Vir. Geor.1.*
Salſa. ———& ſalſa lædit rubigine ferrum. *id. Georg.2.*
Squallida. Squallida deſertis rubigo infertur aratris. *Catullus.*
Aſpera. Aſpera rubigo, parcas Cerealibus herbis. *Ouid.faſt 4*

Nec peſtilentem ſentiet Africum
1 *Sterilis.* Fœcunda vitis, nec ſterilem ſeges
Rubiginem, *Hor. car.3*
Mala. Mox & frumentis labor additus vt mala culmos
Eſſet rubigo. *Vir. Georg.1.*
Nigra. Et ſcabros nigræ morſu rubiginis enſes. *Lucanus 1.*
Putris. ——————putri rubigine tela,
Horrenteſque ſitu gladios in cæca recuruant
Vulnera. *Stat. The. 3*
Edax. Nunc conſumit edax ſegetem rubigo. *Pru. in Sy. 2.*
Obſcura. ——obſcurâ teritur rubigine mucro. *Propert. 2.*

RVBOR. *v* Pudor.

Verecundus. Flaua verecundus tinxerat ora rubor. *Ouid. epiſt. 4.*
Lenis. ——ſubeſt niueo lenis in ore rubor. *id. epiſt. 19.*
Roſeus. ——candorem roſeo ſuffuſa rubore
Antè fuit. *idem am. 3.*
Purpureus. Purpureus molli fiat in ore rubor. *idem triſt. 4.*
Igneus. ——————rubor igneus inficit ora. *Lucanus 5.*
Flauus. Et ora flauus tenera tingebat rubor. *Sen. Hip.*
Virgineus. At ſi virgineum ſuffuderet ore ruborem. *Virg. Geor. 1*
Tenuis. Pectora traxerunt tenuē candore ruborē. *Ouid. met. 3.*
Conſcius. Huic manet triſti conſcius ore rubor. *Catullus.*
SEMITA. *v.* TRAMES. LIMES. VIA.

Rara. Rara per occultos ducebat ſemita calles. *Virg. Æn.* 9.

Tenuis. ————tenuis quà ſemita ducit. *idem Æn.* 11.

Ardua. Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo. *Sil.* 15.

SENATVS.

Sanctus.	Iura, Magiſtratúmq; legũt, ſanctúmq; senatũ.	*V. Æn.* 1.
Grauis.	——populúmque, grauémque senatum Conuocat.	*Ou. met.* 15.
Clarus.	Floreat, & claro cingatur Roma senatu.	*Claud. pan.* 5.
	————————eloquente	
Purpureus.	Cantu purpureum trahes senatum.	*Stat. ſyl.* 2.
Magnanim'.	Triſtia magnanimi portabat iuſſa senatus	*Sil.* 2.
Trabeatus.	——trabeatus adit delubra senatus.	*Clau. pan.* 7.

Auguſtus. Venerandus. Verendus. Honoratus.

SENECTVS.

v. SENEX. SENIVM.

Quoniam (vt ait Terentius) ſenectus ipſa eſt morbus, dicetur Infirma, Effœta, sterilis, Frigida: *ab annorum pondere* Longa, Longæua, Viuax. *Cùm autem eadem (vt ait Cicero) habet authoritatem, erit* Honorata, seuera, Grauis. *A canitie, erit* Cana, Alba, Albeſcens, *&c. Vide itaque capita* ÆTAS ÆVVM. COMA. CANITIES. CRINIS. CAPILLI SENVM. *A 1 Tithono, & 2 Neſtore, 3 Pylio, viuaciſſimis ſenibus, nonnulla hic habes epitheta.*

Triſtis.	——ſubeunt morbi, triſtíſque ſenectus.	*Virg. Geor.* 3.
Turpis.	————nec turpi ignoſce ſenectæ.	*ibid.*
Victa ſitu.	Sed te victa ſitu, veríque effœta ſenectus.	*idem Æn.* 7.
Effœta.	sed mihi tarda gelu, ſeclíſque effœta ſenectus.	*idem* 8.
Tarda.	————————nec tarda ſenectus Debilitat vires.	*idem* 9.
Infirma.	——infirmæ venêre vbi fata ſenectæ.	*Tibul.* 1.
	————————quem prole parata	
Pigra.	Occupat in parua pigra ſenecta caſa.	*ibid.*
Rugoſa.	Cùm mea rugoſa pallebunt ora ſenecta.	*idem* 3.
Inops.	Dii tibi dẽt nullóſq; Lares, inopẽmq; ſenectã	*Ou. am.* 1.
Curua.	Iam veniet tacito curua ſenecta pede.	*id. de arte* 2.
Damnoſa.	Iniiciétque manum formæ damnoſa ſenectus, Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit.	*idem triſt.* 3.
Exanguis.	Cõferet exãguis quò ſe poſt bella ſenect'?	*Lucanus* 1.
Iners.	Iners ſenectus adiuuat baculo manum.	*Sen. Her. fu.*
Grauis.	Grauis ſenectus ſibimet, & pẽdẽs metus.	*idem Oedip.*
Orba.	————contemnitur orba ſenectus.	*Auſon. epig.*
Frigens.	Vani frigentem in Marte ſenectam Prodebant ictus.	*Silius* 5.
Segnis.	Námq; graues morbi ſubeũt, ſegníſq; ſenectus	*Nemeſ.*
Tremula.	Labẽtéſq; dies vitę, tremulámq; ſenectam.	*Manil.* 2.
Tardans.	——gelidus ſanguis, tardante ſenecta.	*Virg. Æn.* 5.

Longa. Quãuis te longæ remorentur fata ſenectæ. *Propert. 1.*
Longæua. Qui tam longæuæ minuiſſet fata ſenectæ. *idem 2.*
Matura. Tempora maturæ viſurus longa ſenectæ. *Ouid.met.3.*
Vetus. ——& rugis vetus
Frontem ſenectus exaret. *Horat. epod.*
Annoſa. Exuit annoſã mores, noménque ſenectã. *Mar. epig. 1.*
————cernere hoc audes nimis,
Viuax. Viuax ſenectus. *sen. Her. fu.*
Conſummata. ————conſummatámque ſenectam
Non ferro finire pudet. *sid. Ap pan.*
Exhauſta. —ſeu tarda ſitu, rebúſque exhauſta ſenectus
Errauit. *stat. ſyl. 3.*
Spatioſa. ——ac ſi quem potuit ſpatioſa ſenectus
ſpectatorem operum multorum reddere. *Ou. met. 12.*
Occidua. Labitur occiduæ per iter decliue ſenectæ. *idem met. 15.*
Feſtina. ————miſeris feſtina ſenectus. *Valerius 4.*
Alba. ſparſerit & nigras alba ſenecta comas. *Propert. 2.*
Cana. Venit ad pigros cana ſenectus. *sen. Her. fur.*
Canens. ——cælo dignus canente ſenectã,
Conciliôque deûm. *Nemeſ.*

Sera. *Miſera.* *Amara.* *Miſeranda.* *Incumbens baculo.*
Placida. *Frigida.* *Feſſa.* *Iniqua.* *Vicina letho.*
Trãquilla. *Debilis.* *Inualida.* *Dira.* *Incurua.*
Infœlix. *Gelida.* *ſquallens.* *Emerita.* *Rigida.*
Pigra. *Tremens.* 1 *Tithonia.* 2 *Neſtorea.* 3 *Pylia.*

SENEX. *Vide ſuperius caput.*

Anhelus. ——& ſenibus medicantur anhelis. *Vir. Geor. 2.*
Inermis. ————& vulgus inerme,
Inualidus. Inualidíque ſenes. *id. æneid. 12.*
Seuerus. Rumoréſque ſenum ſeueriorum. *Catul.*
Antiquus. Diſce per antiquos quæ mihi nota ſenes. *Ouid. faſt. 2.*
Infirmus. Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes. *idem faſt. 5.*
Te ſuis matres metuunt iuuencis,
Parcus. Te ſenes parci. *Hor. car. 2.*
Maturus. Maturúſue ſenex, an adhuc florente iuuẽta. *id. de ar. poe.*
Iners. Dilator, ſpe longus, iners, auidúſque futuri,
Difficilis. Difficilis, querulus, laudator temporis acti
ſe puero, cenſor, caſtigatórque minorum. *ibid.*
ſeuerus. ————flammíſque ſeueri
Illicitis arſere ſenes. *Lucanus 6.*
Longæuus. ——ecce longæuus ſenex,
Arbitrio ſub quo regii fuerant greges. *sen. Oed.*

———ducentéſque vltima fata

Grãdæuus. Grandæuos rapuere ſenes. *ſil.* 3.

Animoſus. Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem. *Ou. de arte* 1.

Delirus. Libertaſue ſenem delirum temperet. *Hor. ſat.* 2.

Auarus. Iſta ſenes licet accuſent conuiuia auari. *Propert.* 2.

Æger. *Effœtus.* *Tremulus.* *Canus.* *Laſſus.*

Aridus. *Rigidus.* *Exanguis.* *ſquallidus.* *Miſer.*

Imbellis. *Turpis.* *Debilis.* *Verendus.* *Priſcus.*

Tardus. *Auius.* *Grauis.* *Tremens.* *Obſitus æuo.*

Durus. *Animi maturus* *Æui maturus.*

SENIVM. *Vide ſuperiora capita, & caput*

ÆTAS SENILIS.

Iners. ——————ſenio nec feſſus inerti. *ſtat. ſyl.* 2.

——————————formaque nobilis

Deforme. Deformis ſenii limina tranſeat. *ſen. Hippol.*

Triſte. —morúmque ſenium triſte, & aſpectu graue. *ibid.*

Graue. *Debile.* *Moleſtum.* *Tremens.* *Annoſum.*

SENSVS.

Integer. *Nitidus.* *ſanus.* *Iucundus.*

Vitalis. *Arcanus.* *Vigil.* *Acutus.*

SENTENTIA.

v. CONSILIVM. MENS. ANIMVS. ROBVR.

Fidelis. *Fida.* *Fœlix.* *Candida.* *Velox.*

Diſcors. *Varia.* *Anceps.* *Diuina.* *Præceps.* *Sancta.*

SENTES.

v. SPINA. RVBVS. VEPRES.

Spinæ ſunt ſic dictæ, quòd à tangentibus quamprimùm ſentiantur.

Inculti. Incultíſque rubens pendebit ſentibus vua. *Virg. Ecl.* 4.

Denſi. Bis ſegetẽ denſis obducũt ſentibus herbæ. *idẽ Georg.* 2.

Aſperi. Improuiſũ aſpris veluti qui ſẽtibus anguẽ. *Vir. æneid.* 2.

Hamati. ———hamatis præcordia ſentibus implet. *Ouid. met.* 2.

Duri. *Acuti.* *Rigidi.* *Horribiles.* *Triſtes.*

SEPES.

Hirta. —humus vel parietibus, vel ſepibus hirtis

Claudatur, neu ſit ecori, neu peruia furi. *Columel.*

Longa. Licia dependent longas velantia ſepes. *Ouid. faſt.* 3.

SEPS. *SERPENS.*

Tabificus. Oſſaq; diſſolués cũ corpore tabificus ſeps. *Lucanus* 9.

SEPTENTRIO.

v. ARCTOS. AXIS. POLVS. VRSA.

Parrhaſij *Triones.* *Tardi.* *Gelidi.*

ſcythici. *Hyperborei.* *Odryſij.*

SEPVLCHRVM.

V. Fax, Rogus, Cinis, Flamma, Buſtum, Tumulus.

	———animas imis excire ſepulchris,	
Imum.	Atque ſatas aliò vidi traducere meſſes.	*Virg.Ecl.8.*
Mutum.	Si quicquã mutis gratum acceptũque ſepulchris.	*Catull.*
Antiquum.	Euocat antiquis proauos batauoſq; ſepulchris.	*O.Am.1.*
Mœſtum.	——habent altas mœſta ſepulchra faces.	*Oui.faſt.2.*
Triſte.	——domus, iſta domus quis triſte ſepulchrum Dixerit?	*Stat.ſyl.5.*
Crudele.	Heu quàm crudeli condebat mẽbra ſepulchro!	*Ennius.*

SERA. *V.* Ianua. Porta.

Rigida.	——ni teneant rigidæ condita bella ſeræ.	*Oui.faſt.1.*
Firma.	——firmâ ſummouet arma ſera	*Oui.Pont.1.*
Dura.	Clauditur & dura ianua firma ſera	*Tibull.1.*

SERES.

Populi ſunt; Orientales, Indis finitimi, cum quibus eadem ſortiuntur epitheta. Dicuntur colorati, & vltimi; quòd crederent 2 antiqui Poetæ, in ijs regionibus nimio ſolis æſtu torridis homines nigro eſſe colore, nec vllas 1 vltra eſſe terras, quæ habitarentur.

2 *Colorati.*	Vela colorati qualia Seres habent.	*Ouid.Am.1.*
1 *Vltimi.*	Quæ fila ramis vltimi Seres legunt.	*Sen. Hip.*
3 *Eoi.*	Videre Eoi monſtrum admirabile Seres.	*Silius 17.*

1 *Extremi.* 1 *Longinqui.*

SERIES.

Immenſa.	Me quoque debilitat ſeries immenſa laborũ.	*Ouid.Põt.1*
Longa.	Non ego te longa ſerie per ſingula ducam.	*Silius 7.*
Longiſſima.	———ſeries longiſſima rerum.	*Virg.æn.1.*
Innumerabilis.	———innumerabilis Annorum ſeries, & fuga temporum.	*Hor. car.3.*

SERMO.

Politus.	——ſitiens ſermonis mella politi.	*Cl.Mal.pan.*
Comis.	Sollicitant lenem comi ſermone Lyæum.	*Auſ. epiſt.*
Benignus.	Æſtiuam ſermone benigno tendere noctẽ.	*Hor.Epiſt.1*
	———duramque viri deflectere mentem	
Pacificus.	Pacifico ſermone parant.	*Lucan. 3.*

Grauis. Cultus. Purus. Longus. Concinnus. Multiplex. Varius. Vagus. Lenis. Tumidus.

SERPENS, hic & hæc.

V. Anguis, Draco, Hydra, Venenum.

Ater.	Ille malum virus ſerpentibus addidit atris.	*Virg.Geo.1.*
Ferox.	——ferox ardens óculis, & ſibila colla	
Ardẽs oculis.	Arduus attollens.	*Virg.æn.5.*

Immanis.	Immanis vario maculatus ſanguine ſerpens.	*Vir. in Cul.*
Dira.	——— ——— ———cruciabere diræ	
	Sanguine ſerpentis.	*Ouid. met. 2.*
	———longo caput extulit antro	
Cæruleus.	Cæruleus ſerpens.	*ibidem.*
Pennatus.	Quæ niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras.	*Oui. met. 7.*
Aſpera.	Vultu ſereno, fortis, & aſperas	
	Tractare ſerpentes.	*Hor. car. 1.*
	Hoc delibutis vlta donis pellicem	
Ales.	Serpente fugit alite.	*Hor. Epod.*
Lubrica.	——— ———cùm lubrica ſerpens	
	Exuet in ſpinis veſtem	*Lucret. 3.*
Lethifer.	Siccaque lethiferis ſqualle͂t ſerpe͂tibus arua.	*Lucanus 1.*
Lethalis.	———lethaliſque irrumperet atria ſerpens.	*Stat. The. 6.*
Minax.	———ſibilat totos minax	
	Serpens per artus.	*Sen. Her. F.*
Latebroſa.	Perbibit peſtem latebroſa ſerpens.	*Sen. Oed.*
Squammea.	———torto non ſquammea tractu	
	Signat humum ſerpens.	*Nemeſ.*
Horrendus.	*Attollens iras. Sibilus. Immanis. Tumens. Longus.*	

SERTVM.

A diuerſis herbis, arboribus, & floribus ex quibus contexitur: à colore item, & odore varia epitheta deſumuntur. Conſule itaque capita Flos. Corona. Odor. Roſa, *&c.*

Recens.	———ſertiſque recentibus halant.	*Virg. æne. 1.*
Molle.	Mollibus intexens ornabat cornua ſertis.	*Virg. æn. 7.*
Odoratum.	Feſtáque odoratis innectunt tempora ſertis.	*Oui. triſt. 5.*
Feſtum.	Feſta coronato non pendent limine ſerta.	*Lucanus 2.*
Laureum.	At dum thura ferent du͂ laurea ſerta Tonanti.	*Lucan. 7.*
Sutile.	Sutilibus ſertis omne rubebat iter.	*Mar. epig. 6.*
Floreum.	———cingant florea ſerta caput.	*Mar. epig. 8.*
Flauens.	——— ———flauentia ſerta comarum	
	Sponte cadunt.	*Cl. de rap 3.*
Luteolum.	Lilia luteolis interlucentia ſertis.	*Prud. Pſich.*
Floridum.	———quum poſti florida ſerta darem.	*Tibull. 1.*
Geniale.	Non data ſunt capiti genialia ſerta.	*Ouid. met. 13*
Myrteum.	Et gerit inſigni myrthea ſerta coma:	*Tibul. 1.*
Beneolens.	*Suaueolens. Florens. Gramineum.*	*Pictum.*
Gemmans.	*Virens. Intortum. Redolens.*	*Roſeum.*

SERVITIVM SERVITVS.

Acre.	——— ———ſeruitium acre	
	Te nihil impellit.	*Perſ. ſat. 5.*

Longum. Cum te ſeruitio longo curaque leuarit. *Hor. ſat.* 2.
Superbum. Tu modo ſeruitio vacuum me ſiſte ſuperbo. *Propert.* 3.
Triſte. ſeruitiũ, ſed triſte datur teneorque catenis. *Tibullus* 2.
Turpe. ———turpi ſeruitio fauens
Finxit libido. *Senec. Hip.*
Durum. Immite. Infame. Miſerum. Miſerabile. Ignobile. Laborioſũ.

SERVM, *aqua lactis. Gallicè*, du petit laict.

———acremque moloſſum
Pingue. Paſce ſero pingui. *Virg. Geo.* 3.
Liquidum. Dentque viam liquido vimina rara ſero. *Oui. faſt.* 4.

SERIPHOS.

Vna eſt ex inſulis Cycladibus in mari Ægeo.

Parua. —vt Gyaræ clauſus ſcopulis, paruaq; Seripho. *Iuu. ſat.* 10.
Humilis. —hinc ſpretæ Myconos, humiliſq; Seriphos, *Stat. Ach.* 1.
Plana. ———————planamque Seriphon,
Marmoreamque Paron. *Oui. met.* 7.

SETAE.

Pili ſunt craßiores horridioreſque, quales habent ſues, & apri.

Dura. ———duris horrens denſiſſima ſetis
Corpora turpe puta. *Oui. met.* 13.
Hirta. Barba viros, hirtæque decent in corpore ſetæ. *ibid.*
Feræ. Et villoſa feris horreſcunt corpora ſetis. *Silius* 5.
Horrentes. ———horrentes pectore ſetas—Vellicat. *Nemeſ. ecl.*
Rigida. ———exuuias rigidis horrentia ſetis
Terga dat. *Oui met.* 8.
———————incanaque menta
Comantes. Cinyphii tondent hirci, ſetaſque comantes. *Virg. Geo.* 3.
Fulua. ———fuluis velantur corpora ſetis. *Ibidem.*

SIBILVM.

Tam de ſerpentibus, quàm de 1 *ventis, &* 2 *fiſtulis eleganter ſumitur.*

Horrendum. Cæruleus ſerpens, horrendáq; ſibila miſit. *Ouid. met.* 3.
Stridulum. ſtridula vibratis fuderunt ſibila linguis. *Lucanus* 9.
Ferum. ———fera ſibila crine virenti
Congeminat. *ſtat. Theb.* 1.
Vibratum. ———vibrata per auras
Exterrent ſæuis à tergo ſibila linguis. *ſilius* 3.
2 *Paſtoriũ.* ſenſerunt toti paſtoria ſibila montes. *Ou. met.* 13.
Trepidans. ———trepidantia torſit
ſibila. *Valerius* 7.
———nec me tua ſibila toto
1 *Infeſtum.* Exagitent infeſta mari. *idem* 8.
2 *Diſſonum.* ſed pro carminib' malè diſſona ſibila reddit. *Nemeſ.*

SIBYLLA. *v.* DEIPHOBE.

Plures fuere sibyllæ, quæ verſibus futura prædicebant. De Cumæa, ſeu Cumana tantum hic: Seruius ad 6. Æneid. Virg. proloquetur. Sibyllam pio amore dilexit Apollo: & ei obtulit poſcendi quod vellet arbitrium; illa hauſit arenam manibus: & tam longam vitam popoſcit. Cui Apollo reſpondit id poſſe fieri, ſi Erythræam in qua habitabat inſulam relinqueret, & eam nunquam videret. Profecta igitur tenuit Cumas: & illic corporis defecta viribus, vitam in ſola voce retinuit. *Totam hanc fabulam fuſius explicatam vide apud Ouid.* metamorph. 14

Horrenda. —horrendæque procul ſecreta ſibyllæ
Antrum immane petit. *Vir. æneid. 6.*

Virgo Cumæa. ———elige (ait) virgo Cumæa, quid optes,
Optatis potiere tuis. *Ou. met. 14.*

Caſta. ——— ———huc caſta ſibylla
Nigrarũ multo pecudũ te ſanguine ducet. *Vir. æneid. 5.*

Viuax. Carmine viuacis Venꝰ eſt trã ſlata ſybillæ. *Ouid. faſt. 4.*

SICAMBRI, populi Germaniæ.

v. GENS. POPVLVS. TELLVS. TERRA. ORA, &c.

Feroces. ——trahet feroces
Per ſacrum cliuum meritâ decorus
Fronde ſicambros. *Hor. car. 4.*

Indomiti. Ille genus ſueuos acre, indomitóſque ſicambros
Barbari. Contudit, inque fugã barbara terga dedit. *Ouid. ad Liu.*

Cæde gaudentes. Te cæde gaudentes ſicambri,
Compoſitis venerantur armis. *Hor. car. 4.*

Paludoſi. Ille paludoſos memoret ſeruire ſicãbros. *Propert. 4.*

SICILIA, *vel* SICANIA.

Sicilia olim Sicania dicta eſt, vt vult Solinus, à 1 Sicano rege: & Trinacria, à tribus 2 promontorijs Pachyno, Peloro, & Lilybæo, in formam Δ ita diſpoſitis, vt triangulum rectangulum efficere videantur. Ab Oriente, & Occidente, Septentrionéque Thyrreno mari, à Meridie Africo alluitur. Ibi mons Ætna perpetuis incendijs nobilis.

2 Trifida. ———trifidámque retentat
1 ſicania. ſicaniam. *Cl. Mal. pan.*

Vaſta. Vaſta Giganteis iniecta eſt inſula membris
Trinacris. *Ouid. met. 5.*

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor
2 Trinacris. Trinacris, a poſitu nomen adepta loci. *Ouid. faſt. 4.*

2 Trinacria. ——— ———Trinacria quondam
Italiæ pars vna fuit. *Cl. de rap. 1*

Alta. Fertilis. Ferax. Ætnæa tellus.

SIGNVM.

Pro multiplici huius vocabuli acceptione diuerſa diſpoſuimus capita. Notam enim, ſeu rem illam, quâ quid ſic eſſe dignoſcitur; tum vexilla militaria, ſtatuas, ſydera item, & omen, oſtentum, aut augurium ſignificat: pro quibus omnibus quæ conueniant epitheta deliges ex illis capitibus, cum quibus communem habet ſignificationem.

SIGNVM, *Nota.*

Manifeſtum.	————manifeſtáque belli	
	Signa dedit mundus.	*Lucanus* 1.
Ingens.	————venturæ ingentia laudis	
	Signa dabat.	*Silius* 8.
Certum.	Atque hæc vt certis poſſim⁹ diſcere ſignis.	*Virg. Geor.* 1.
Magnum.	Magnáque diſcedēs ſigna relinquet hyēs.	*Ouid. faſt.* 2.
Verax.	—compertum eſt veracibus vt mihi ſignis.	*Tibul.* 4.

SIGNVM MILITARE.

v. VEXILLVM. AQVILA. DRACO.

Militare.	Interque ſigna turpe militaria	
	Sol aſpicit conopeum.	*Horat. epod.*
Infeſtum.	——infeſtiſque obuia ſignis	
	Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.	*Lucanus* 1.
Victrix.	Tollite, iampridem victricia tollite ſigna.	*ibid.*
Fulgens.	——ſigna tulit toto fulgentia ponto.	*idem* 2.
Minans.	Explicuit turmas, & ſigna minātia pugnā.	*idem* 6.
Bellicum.	——ſtarem prope bellica regis	
	Signa mei.	*Stat. ſyl.* 3.
Martium.	————quid Martia ſigna	
	Sollicitas?	*idem Thе.* 6.
Minitans.	——oſtentare iubet minitantia ſigna.	*Silius* 2.
Fatale.	———cecinit fatale cruenti	
	Turbati ſignum belli furiata iuuentus.	*idem* 11.
Arduum.	————ardua primùm	
	Ad muros dux ſigna rapit.	*idem* 14.
Infœlix.	————infœlicia ſigna	
	Deſigunt vallo.	*idem* 7.
Cruentum.	———bello dat ſigna cruentum	
	Buccina.	*Virg. Æn.* 1.
Forte.	———Auguſti fortia ſigna ſequi.	*Propert.* 3.
Aureum.	Aurea purpureo longè radiantia velo	
Radians.	ſigna micant, ſinuátque truces leuis aura dracones.	*Nemeſ.*
Ferum.	*Nobile.* *Superbum.*	

SIGNVM STA-

SIGNVM, *STATVA.*

Splēdidum.	————tum ſplendida ſigna videntur.	*Lucret.* 4.
Dædalum.	Carmina, picturas, & Dædala ſigna polire.	*idem* 5.
Eburnum.	———ſignis creſcit rorus aſper eburnis.	*Stat. ſyl.* 3.
Spirans.	Raptáq; fumanti ſpirantia ſigna Corintho.	*Cl. de bel. Gt.*
Illuſtre.	————————ſignum illuſtre ſuperbis Mos læuâ geſtare viris.	*Silius* 11.
Spirans.	Stabunt & Parii lapides, ſpirantia ſigna	*Virg. Geor.* 3.
Laudatū.	Pectoráq; artificū laudatis proxima ſignis.	*Ou. met.* 12.
Form mar.	Hæret vt è Pario formatū marmore ſignū.	*idem met.* 3.
Nobile.	Quū fieret lapis, aſper erat, nūc nobile ſignū.	*idē de ar.* 3.
Aureum.	Aurea quæ pendent ornato ſigna theatro.	*ibid.*
Viuidum.	Quatuor artificis viuida ſigna boues.	*Propert.* 2.
Marmoreū.	Ille mihi niueo factum de marmore ſignum Oſtendens iuuenile.	*Ou. met.* 14.
Fulgens.	Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ære.	*id. met.* 13.
Eburneum.	————————vt eburnea ſi quis ſigna tegat.	*id. met.* 4.
Aheneum.	———expreſſi vultus per ahenea ſigna.	*Horat. ep.* 2.
Animoſum.	Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna.	*Propert.* 3.
Rude.	————rudibuſque ſimillima ſignis.	*Ouid. met.* 1.
Exangue.	Oráq; duruerāt ſignūmq; exāgue ſedebat.	*idem met.* 2.
Candidum.	————hîc nuda, & candida ſigna.	*Iuuen. ſat.* 3.

SIGNVM CÆLESTE.

v. SYDVS. STELLA.

Cæleſte.	Altiùs egreſſus, cæleſtia ſigna cremabis.	*Ouid. met.* 2.
Vagum.	Ponemúſque ſuos ad vaga ſigna dies.	*idem faſt.* 1.
Labens.	Non illi cælo labentia ſigna tenebant.	*idem faſt.* 3.
Taciturnū.	Fallere & toto taciturna noctis ſigna cum cælo.	*Hor. car.* 2.
Oriens.	———noctem, noctíſque orientia ſigna.	*Virg. Æn.* 7.

SIGNVM, *OMEN*, *Oſtentum.*

	Intereà lumen (poſito nam ſcribimus illo)	
Proſperum.	Perſtrepit, & nobis proſpera ſigna dedit.	*Ou. epiſt.* 18.
Fælix.	Accipio, ſintque iſta, precor, fœlicia mentis ſigna ruæ	*idem met.* 7.
Malum.	—————tardæ dat mala ſigna moræ.	*Ouid faſt.* 2.

SILENTIVM.

Nocturnū.	Auribus arrectis nocturna ſilentia captat.	*Vir. in Ceiri.*
Trāquillū.	Exturbare odiis tranquilla ſilentia noctis.	*Stat. The.* 1.
Amicum.	———tacitæ per amica ſilentia lunæ.	*Virg. Æn.* 2.
Altum.	————quid me alta ſilentia cogis	

Rumpere? *Virg. Æn. 9.*

Taciturnũ. Qui ſermone placet taciturna ſilẽtia vitet. *Ou. de ar. 2.*

Mutum. Fertque vagos mediæ per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus. *idem met. 7.*

Longum. Deſierat Ianus, nec longa ſilentia feci. *idem faſt. 1.*

Æternum. ———at nunc æterna ſilentia Lethes
Ille canorus habes. *Stat. ſyl. 2.*

Nigrum. Incertúſque viæ, per nigra ſilentia vaſtum
Quæris iter. *idẽ Theb. 1.*

Seuerum. ——————ſeuera ſilentia noctis *Lucret. 4.*

Horrẽdum. —tenebræque horrenda ſilentia alebant *Silius 5.*

Verecundũ. ———————verecunda ſilentia rupi *Cornel. Gall.*

Sacrum. Vtrũmque ſacro digna ſilentio
Mirantur vmbræ. *Hor. car. 2.*

Decorum. ——————————decoro
Inter verba cadit lingua ſilentio. *idem 4.*

Fidele. Eſt & fideli tuta ſilentio
Merces. *idem 3.*

Fidum. ——————hinc fida ſilentia ſacris. *Virg. Æn. 3.*

Opacum. *Tenebroſum. Latebroſum. Arcanum. Secretum.*

SILENI. *SILENVS.*

Silenus Bacchi fuit nutritius: quem ideò ipſe grandior factus, poſt deuictam Indiam ſuis ſacris præfecit. Hos Bacchi Myſtas communi vocabulo Poetæ Silenos appellant. Dicuntur autem Nyſigenæ, 1 ab vno è Bacchi cognominibus; vel quòd è 1 Nyſa, monte Indiæ, oriundi ſint.

Ebrius. Ebrius ecce ſenex pando ſilenus aſello

Senex. Vix ſedet. *Ou. de ar. 1.*

Senior. Venerat & ſenior pando ſilenus aſello. *idem faſt. 1.*

Pater. ——————ſileni patris imago
Fictilis. *Propert. 3.*
At parte ex alia florens volitabat Iacchus,

1 *Nyſigenæ.* Cũ Thyaſo ſatyrorũ, & Nyſigenis ſilenis. *Catul.*

SILER, *frutex.*

Námque aliæ nullis hominum cogentibus ipſæ
ſponte ſuâ venient, campóſque, & flumina latè

Molle. Curua tenẽt, vt molle ſiler, lẽtæq; geniſtæ. *Vir. Geor. 2.*

SILEX, hic, & hæc.

v. ſaxum. Lapis. Cos. Rupes. Marmor.
———periuráque pectora vertit

Durus. In durum ſilicem. *Ouid. met. 2.*

Nuda. ſpẽ gregis, ah! nudâ in ſilice cõnixa reliquit. *Virg. Ecl. 1.*

Rigidus. Hoc rigidos ſilices, hoc adamanta terit. *Ouid. triſt. 4.*

Validus, Vtque queát validi ſilices,ferrúmq;creari. *Lucret.* 1.
Atra. Quos ſuper atra ſilex iam iam lapſura cadenti
Immineat aſſimilis. *Virg. Æn.* 6.
Grauis. Ille grauẽ medios ſilicẽ iaculat⁹ in hoſtes. *Ouid.met* 7.
Acuta. ſtabat acuta ſilex præruptis vndique ſaxis. *idem met.* 8.
Indomitus. Indomitúſq;ſilex curuâ fornace liqueſcit. *Stat. ſyl.*3.
 • SILIGO, *frumenti ſpecies.*
Mollis. ſed tener,& niueus,molliq;ſiligine fact⁹. *Iuuen. ſat.* 5
SIMIA. *SIMIVS*, *notum animal.*
Callidus. Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas. *Mar. epig.* 14
Simulator. Humani qualis ſimulator ſimius oris. *Cl. in Eutr.* 1.

SIMOIS.

Fluuius eſt,qui ex 1 *Ida monte* 2 *Phrygiæ defluens,Troiam alluit.*
Tunc ille Æneas,quem Dardanio Anchiſæ
2 *Phrygius.* Alma Ven⁹genuit Phrygii ſimoẽtis ad vndas. *V. Æn.* 1.
Rapidus. Victor apud rapidũ ſimoenta ſub Ilio alto *idem Æn.* 5.
1 *Idæus.* Idæum ſimoenta Iouis cunabula parui. *Propert.* 3.
————quam frigida parui
Findunt ſcamandri flumina,
Lubricus. Lubricus & ſimois. *Horat. epod.*

SIMPLICITAS.

Sincera. ————quo nec ſincerior alter habetur
Niuea. Pectore, nec niueâ ſimplicitate prior. *Mar. epig.* 9.
Nuda. Nudáque ſimplicitas,purpureúſq;pudor. *Ouid am.* 1.
Rudis. ſimplicitas rudis antè fuit. *idem am.* 3.
Non ingratus ager, focus perennis,
Prudens. Prudens ſimplicitas, pares amici. *Mar epig.* 10
Vera. Artibus, & verâ ſimplicitate bonus. *idem* 1.
Ruſtica. *Credula. Candida. Neſcia fraudis.*
Pura. *Incauta. Aurea. Caſta.*

SIMVLACHRVM. *STATVA.*
v. SIGNVM.

Ligneum. Lignea cõtulerat veterũ ſimulachra virorũ. *Ou. met.* 10.
Aureum. Si non aurea ſunt iuuenũ ſimulachra per ædes. *Lucr.* 2.
Nitens. ——fragili ſimulachra nitentia cerâ. *Iuu. ſat.* 12.
Cereum. Deuouet abſẽtes,ſimulachráq,cerea fingit. *Ou. epiſt.* 6.
Auguſtum. Antiquum.

SIMVLACHRVM, pro vmbris mortuorum.
v Manes. Vmbræ Animæ.

Pallidum. ſõnia dira toris,ſimulachráq; pallida linquens. *Valer.* 5.
Pallens. ——ſimulachra modis pallentia miris. *Vir. Georg.* 1.

Infelix. Infelix ſimulachrũ,atq;ipſius vmbra Creüſæ. *Vir. Æn.* 2
Inane. ———ſimulachráque inania lyncum,
Pictarúmq;iacẽt fera corpora pantherarũ. *Ouid. met.* 3.

SINGVLTVS. *v.* GEMITVS. LVCTVS. MAEROR. TRISTITIA. PLANCTVS. LACHRYMAE.

Longus. ——————longis ſingultibus ilia pulſat. *Virg. Æn.* 9.
Frigidulus. Frigidulos vdo ſingultus ore cientem. *Catul.*
Cõcut. ora. Oraque ſingultu concutiente ſonant. *Ouid. am.* 3.
——— ſingultu medios impediente ſonos. *idem triſt.* 1.
——— ſingultúque pias interrumpente querelas. *ibid.*

SINON.

Proditoris nomen eſt: cuius dolis capta eſt Troia. v. Virg. Æn. 2.
Vanus. ———nec ſi miſerum fortuna ſinonem
Mendax. Finxit vanũ etiã,mẽdacẽq;improba finget. *Virg. Æn.* 2.
Periurus. Talibus inſidiis, periurique arte ſinonis
Credita res. *ibid.*
Fallax. Nocturnus in vos ſparſit, aut fallax ſinon. *Sen. Tro.*
———ſe ignotum venientibus vltrò,
Fidens animi. Hoc ipſum vt ſtrueret,Troiámque aperiret Achiuis,
Obtulerat,fidens animi, atque in vtrúmque paratus,
Doloſus. Seu verſare dolos.ſeu certæ occũbere morti. *Vir. Æn.* 2.
Pellax. Pellaci reſerata proditore. *Sid. Ap. pan.*
Dirus. *Cautus.*

SINOPE.

Vrbs Ponti, patria Cynici Diogenis: quam olim fuiſſe Nympham teſtatur Valerius Flaccus Argonaut. *lib.* 5.
Opima. Aſſyrios complexa ſinus ſtat opima ſinope,
Nympha priùs,blandóſque Iouis quæ luſerat ignes;
Cæruleis immota procis: deceptus amaræ
Fraude deæ non ſolus Halys,non ſolus Apollo. *ibid.*
Magna. —magnæ pelago tremit vmbra ſinopes. *Valer.* 5.

SINVS, pro pectore, & præcordiis.

Blandus. ——————blando ſinu
Fouens nepotem. *Sen. Tro.*
Cupidus. ——————cupido rapta fecere ſinu. *Ou. epiſt.* 19.
Tepidus. Decidit in tepidos lucida gutta ſinus. *idem faſt.* 4.
Trepidus. Pulſantur trepidi corde micante ſinus. *id. de arte* 3.
Fœcundus. E cuius aruis, éque fœcundo ſinu
ſtricto iuuentus orta cum ferro ſtetit. *Sen. Her. fu.*
Attonitus. Attoniti micuere ſinus,gelidúſque cucurrit,
Vt mihi narraſti, dura per oſſa tremor. *Ou. epiſt.* 5.
Mollis. *Tener.* *Niueus.* *Lacteus.* *Roſeus.*

SINVS, pro veſte.

Fluens. ———nodóque ſinus collecta fluentes. *Virg. Æn.* 1.
Regalis. Indue regales, Laodamia, ſinus. *Ou. epiſt.* 13.
Purpureus. Purpureos laniata ſinus, laniata capillos. *id. epiſt.* 14.
Auratus. Mæonis aurato conſpicienda ſinu. *idem faſt.* 2.
Laxus. ————laxos degrauat illa ſinus. *idem faſt.* 4.
Nexilis. Vt fieret torto nexilis orbe ſinus. *Ouid. am.* 1.
Carbaſeus. Carbaſeúſque ſinus, & fibula raſilis auro. *Stat. The.* 7.
Tyrius. ————Tyrio prodeat apta ſinu. *Tibul.* 1.
Tenuis. Et tenues Coâ veſte mouere ſinus. *Propert.* 1.
Crepans. —tum croceam chlamydem, ſinúſque crepantes
Carbaſeos fuluo in nodũ collegerat auro. *Virg. Æn.* 11.

SINVS, *Litus maris incuruum.*

————amnis ab alto
Reductus. Frãgitur, inq; ſinus ſcindit ſe ſe vnda reductos. *V. Æn.* 1.
Immenſus. ————intus immenſo ſinu
Placido quieta labitur Lethe vado *Sen. Her. fur.*
Extremus. ————ab extremo ſinu
Heſperia Thetis lucidum attollet diem. *idem Hip.*
Vaſtus. Accepitq; ſinu vaſto, miſitque ſub amnẽ. *Vir. Geor.* 4.
Ater. ————ego quid ſit ater
Adriæ noui ſinus. *Hor. car.* 3.
Curuus. Ter curuos egere ſinus. *Stat. The.* 6.
Falcatus. Eſt ſin⁹ adductos modicè falcat⁹ in arcus. *Ou. epiſt.* 2.
Profundus. ſinu profundo conde depoſitum meum. *Sen. Tro.*
————latere quas ſciſſo leuat
Vadoſus. Altum vadoſos ſigeon ſpectans ſinus. *ibid.*

SINVS, *pro velo. v.* Carbaſus.

Laxus. Aurâ laxos complente ſinus. *Sen. Her. fu.*
Curuatus. Plenáque curuato pandere vela ſinu. *Ou. de arte* 3.
Effuſus. Effuſum ventis præbuerátque ſinum. *Tibul.* 1.
Perſpicuus. Latáque perſpicuo vela tumere ſinu. *Mar. epig.* 1.
————vi curſus in altum
Secundus. Vela vocet, poſſíſq; ſin⁹ implere ſecũdos. *Virg. Æn.* 3.

SIRIVS.

Stella eſt in ore Canis cæleſtis: quâ exortâ circà VIII. *Calend. Iulij, immenſus æſtus fruges, meſſéſque coquit. Vide caput* Canicula.

Lethalis. Illos implacido lethalis ſirius æſtu, &c. *Stat. ſyl.* 2.
Acer. Acer anhelantes incendit ſirius agros. *idem ſyl* 3.
Æſtifer. ————ignes auget æſtiferi Canis
Titan Leonis terga Nemæi premens. *Sen. Oed.*
Ardens. ————non illum ſirius ardens

Brumaue Riphæo ſtridês Aquilone retardat. *Cl. in Ruf.* 1.
——————ſub platani voles
Virentis vmbra, vel gelido ſpecu
Torrentior. Torrentiorem fallere Sirium. *Cl de Nup. Hon.*
Lethifer. ——lethiferos accendens Sirius ignes
Sauus. Torret anhelantem ſæuis ardoribus orbem. *Silius* 16.
Torrens. Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos
Ardebat cælo. *Virg. Geo.* 4
Rapidus. ———rapidus quà ſyrius ignes —Exerit. *Lucan.* 10
Anhelus. Feruens. Feruidus. Peſtifer. Ater. Igneus.

SIREN. *SIRENES.*

Ex Seruio ad 5. *Æneid. Virg. ſub finem.* Sirenes ſecundum fabulam partim virgines fuerunt partim 2 volucres, 1 Acheloi fluminis, & Calliopes Muſæ filiæ. Harum vna voce, altera tibijs, alia lyrá canebat: & primo iuxta Pelorum, poſt in Caphareis inſulis habitauerunt quæ illectos ſuo cantu in naufragia deducebant. Secundum veritatem meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes quoniam deducebant ad egeſtatem, his fictæ ſunt inferre naufragia: Has Vlyſſes contemnendo deduxit ad mortem.

1 Acheloides. ————Acheloidûmque relinquit
ſirenum ſcopulos. *Ou. met* 14.
2 Volucres. ——volucres quæ vis ſirenas abegit. *Cl. de rap.* 3.
Diræ. ————cùm Auſonium diræ peſtes
Canoræ. Voce canorâ mare mulcerent. *Sen. Med.*
1 *Acheloia.* *Dulces.*

SISTRVM.

Muſicum inſtrumentum eſt, quo Ægyptij 1 *vtebantur in ſacris* 2 *Iſidis. Dicitur Memphiticum ab vrbe* 4 *Memphi, & Mareoticum ab lacu* 3 *Mareotide in Ægypto.*

Crepitans. Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro. *Prop.* 3.
1 Ægyptiũ. Quid nos ſacra iuuãt quid nunc Ægyptia ſiſtra? *O. A.* 3.
Tinnulum. Iactantem Phariâ tinnula ſiſtra manu. *Oui. Põt.* 1.
3 Mareoticũ. Iſiacos agitant Mareotica ſiſtra tumultus. *Auſ. epiſt.*
2 Iſiacum. Ipſa Iſiaco certarunt fulmina ſiſtro. *Manil.* 1.
Non ^ pin Mareoticum ſonabo
4 Memphit. Ad Memphitica ſiſtra concitari. *Sid. Ap. pan.*
Sonabile. ——crepuitque ſonabile ſiſtrum. *Oui. met.* 9.
Multiſonũ. Excipe multiſono puppem Mareotida ſiſtro. *Stat. ſyl.* 3.
Garrulum. ——quatiat tenerâ garrula ſiſtra manu. *Mar.* 14.
1 *Pharium. Ouans. Sonans. Æreum. Dulce.*

SISYPHVS.

Æoli 1 *filius fuit. Hic ob latrocinia ſummamque crudelitatem*

(ex alta enim rupe quam incolebat prætereuntes in mare mittebat) à Theſeo interfectus eſt, & apud inferos hac pœna torquetur, vt grandeſaxum ad montis cacumẽ magnis viribus euehat; quod ſtatim relapſum, denuo, & ſemper reuoluat.

———damnatuſque longi

Æolides. Siſyphus Æolides laboris. *Hor. car. 2.*

Inquietus. Nunc inquieti monte ſiſyphi preſſus. *Mar. ep. 10.*

SITIS.

Sæua. Doloris artes, & famem, & ſæuam ſitim. *seneca.*

Horrida. ———tantùm ſitis horrida torret. *stat. theb. 3.*

Acris. ———ſed acrem
Iam iam poturi deſerit vnda ſitim. *Tibul. 1.*

Arens. Et canis arenti torreat arua ſiti. *ibid.*

Perpetua. Et longas hyemes, perpetuámque ſitim. *Ouid. am. 1.*

Arida. ———ſitis arida guttur
Vrit. *idem met. 11.*

Sicca. Nec ſiccam Getico fonte leuare ſitim. *idem triſt. 4.*

Anhela. ſic igitur tibi anhela ſitis de corpore noſtro
Abluitur. *Lucret. 4.*
———craſſum rapit, eiectátque vaporem

Flammata. Cornipedum flammata ſitis. *stat. theb. 6.*

Auida. Auidam rigens Dercenna placabit ſitim. *Mart. epig. 1.*

Feruida. ———inter vndas feruidâ exuſtus ſiti,
Aquas fugaces ore decepto appetit. *sen. Agam.*

Aſpera. ———ſitis aſpera, & hauſtus
ſub galea puluis. *silius 15.*
Tum primùm Phrygius ſenex
Vndis ſtantibus immemor

Rabida. Excuſſit rabidam ſitim. *sen. Her. oet.*

Ignea. ———Inachios haurit ſitis ignea campos. *stat. theb 4.*

Triſtis. ———triſtem depellere feſſo
Ore ſitim. *silius 6.*

Implacabilis. Pocula prenſa manu ſitis implacabilis haurit. *Hor. ep. 1*

SITIS, *Cupido.*

Cuiuſcúnque rei per tranſlationem ſitis cupiditatem ſignificat. Conſules itaque capita Cupido. Auaritia. Fames.

Importuna. Quę tenet argẽti ſitis importuna, faméſque. *Hor. epiſt. 1.*
———venit imperii ſitis

Cruenta. Cruenta. *sen. Hip.*

Immenſa. Cædis amor, feritáſq;, ſitíſq; immẽſa cruoris. *O met. 13.*

Scelerata. Creſcebat ſcelerata ſitis, prædæque recentis

Inceſta. Inceſtus flagrabat amor. *Cl. in Ruf. 1.*

SITVS.

Ex Donato, eſt corruptio ex humore, & diuturnitate contracta.

Exequiæ fuerant rari furtiua capilli

Immundus.	Vincula, & immundo pallida membra ſitu.	*Propert.* 4.
Turpis.	Caneſcunt turpi tecta relicta ſitu.	*Ouid. am.* 1.
Piger.	Indigna eſt pigro forma perire ſitu.	*idem am.* 2.
Iners.	Deficit, eſtque minor factus inerte ſitu.	*Ouid. Pót.* 1.
Informis.	Nũc ſitus informis premit, & deſerta vetuſtas.	*Hor. ep.* 2.
Rigidus.	Ceſſat iners rigido terra relicta ſitu.	*Oui. triſt.* 3.
Squallidus.	Orbis iacebit ſquallido turpis ſitu.	*Sen. Her. fu.*
	———ſquallent immania fœdo	
	Sceptra ſitu.	*Cl. de rap.* 1.

Caligans. Canus. Sterilis. Languens. Putris. Ater. Ferrugineus. Araneoſus. Triſtis.

SMARAGDVS. *v.* Gemma. Lapillus.

Dicitur Erythræus à ab Erythræo mari, vnde gemmæ eruuntur.

Viridis.	Opereat quicunque legit virideſq; ſmaragdos.	*Tibul.* 1.
Clarus.	In ſolio Phœbus clarus lucente ſmaragdis.	*Ouid met* 2.
à *Erythræus.*	Inter Erythræos fulgẽtia colla ſmaragdos.	*Cl. Aug. pa.* 2
Grauis.	——————grauibuſque ſmaragdis	
	Impoſuit cæias Hyacinthi rupe columnas.	*Cl. de nup. H.*
Igneus.	——arcano florentes igne ſmaragdos.	*Stat. Th.* 2.

SOBOLES. *v.* PROLES.

Egregia.	Segregat egregiam ſobolem virtutis amore.	*Nemeſ.*

SOCCVS.

Genus eſt calceamenti, quo vtebantur olim Comici, ſicut & Tragici poëtæ Cothurno.

	——————————niueo gerens	
Luteum.	Luteum pede ſoccum.	*Catull.*
Plantas	Crura diſtincta religauit auro	
cohibens.	Luteo plantas cohibente ſocco.	*Sen. Hipp.*

SOCIVS SODALIS. *v. Amicus. Comes.*

Fidus.	Cognatum, fratremque time, fidumq; ſodalẽ.	*O. de ar.* 1.
Dilectus.	———dilecto volo laſciuire ſodali.	*Stat. ſyl.* 1.
Vetus.	Quippe rogabatur fiduſq; vetuſque ſodalis.	*Mar. ep.* 2.
Charus.	Parua dabis charo, ſed dulcia dona ſodali.	*idem ep.* 7.
Fidelis.	Ille habuit fidamque manum, ſocioſq; fideles.	*O. triſt.* 1.
Iucundus.	Sed memor vnde alij queror ô iucũde ſodalis.	*O. Pont* 1.
Vnanimes.	Doctus & vnanimes odij s turbare ſodales,	*Cl. in Ruf.* 1.

Dulcis.

SOL.

v. Phœbus. Currus. Ortus. Axis. Equi ſolis

Radijs circumdata ſolis imago. *Hyperionia lampas.*
Clypeus ſolis. *Volu.ris rota Phœbi.* *Diurnum ſydus.*
Lucis alma rector. *Cæli decus lucidum.* *Dux aſtrorum.*
Fax æterna. *Phœbea flamma.* *Oculus mundi.*

SOL ORIENS.

Æthereus	——ætherei ſpectans orientia ſolis	
Oriens.	Lumina.	*Virg.æn.8.*
Primus.	——primo læti cum lumine ſolis.	*Virg. æn 7.*
Exoriens.	Sol quoque & exoriēs;& cū ſe condet in vndas.	*Vir.G.1.*
Surgens.	Hic mutat merces ſurgente à ſole.	*Hor.ſat.1.*
	————quæ maxima quondam	
Veniens.	Extremo veniens ſol aſpiciebat Olympo.	*Virg. æn. 7.*
Nouus.	Aut cum ſole nouo terras irrorat Eous.	*Virg.Geor.1.*
Recens	————armentaque paſces	
ortus.	Sole recens orto.	*Virg.Geo.3.*
Aureus.	——vbi pulſam hyemem ſol aureus egit.	*Vir.Geo.4.*
Vagus.	Aurora exoriente vagi ſub lumina ſolis.	*Catullus.*
Rubens.	Ante meum ſtantes ſole rubente torum.	*Prop. 3.*
Serenus.	Numine cæleſti ſolem fulſiſſe ſerenum	*Ou.Pont.1.*
Clarus.	Nec tibi ſol clarus, nec ſit tibi lucida Phœbe.	*Oui.in Ibi*
	————cras vel atra	
	Nube polum pater occupato,	
Purus.	Vel ſole puro.	*Hor.car.3.*
	————& ô ſol	
Pulcher.	Pulcher! ô laudande canam recepto	
	Cæſare felix!	*Hor.car.4.*
Almus.	Alme ſol, curru nitido diem qui	
	Promis & celas, &c.	*Hor.epod.*
Roſeus.	Quis non Luciferum roſeo cum ſole videri	
	Credidit?,	*Cl.Aug.Pan.1.*
Albus.	Interea sol albus receſſit in infera noctis	*Ennius.*
Nitidus.	En ego cum dea ſum nitidi quoque filia ſolis.	*O.met.14*
Blandus.	Tunc blandi ſoles, ignotáque venit hirundo.	*O.faſt.1.*
Candidus.	Candidus Oceano nitidū caput abdiderat ſol.	*O.met.15*
Infuſus.	Iam ſole infuſo, rebus iam luce retectis.	*Virg.æn.9.*
Reductus.	——vt poſſint ſole reducto.	
	Exercere diem.	*Virg.æn.10.*

SOL, in meridie & æſtu.

Torrens.	————torrentes ramorum frigore ſoles	
	Temperat.	*Cl.de rapt.2.*

Ardens. Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. *Virg. Ecl.* 2.
——————-glebaſque iacentes
Maturus. Puluerulenta coquat maturis ſolibus æſtas. *Virg. Geo.* 1
Rapidus. Ne tenues pluuiæ rapidiue potentia ſolis. *ibidem.*
Potens. Cui ſuper indignas hyemes, ſolemque potētem. *V.G* 2.
Tepidus. Nam tepidum ad ſolem pennas in littore paudunt. *Id.* 1,
Rubens. ————quarum vna coruſco
Coruſcus. Sole rubens. *ibidem.*
Altiſſimus. Fecerat exiguas cùm ſol altiſſimus vmbras. *Oui. met.* 3.
Æſtiuus. —& alas ——Pandere ad æſtiuum ſolem. *Virg. Ge* 4.
1 *Acer.* Sole acri terræ ferueſcunt. *Lucretius* 3.
——————fitientes Sirius Indos
Igneus. Ardebat cælo, & medium ſol igneus orbem. *Virg. Ge.* 4.
Calens. Area dum meſſes ſole calente teret *Tibullus* 1.
Magnus. Et contra magnū potes hos attollere ſolē. *Propert.* 1.
Æthereus. Solibus æthereis altoque recanduit æſtu. *Ouid. met.* 1.
1 *Propinqu⁹.* Pone ſub curru nimium propinqui
Solis. *Hor car.* 1.
1 *Grauis.* ——ante grauem quæ legerit arbore ſolē. *Hor. ſat.* 2.
1 *Acutus.* Cum ſemel accepit ſolem furibundus acutū. *Hor. epiſt.* 1.
Iniquus. Quattuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui. *Vir. an.* 7.
———ſupra ſol montes eſſe videtur
Feruidus. Cōminus ipſe ſuo contingens feruidus igni. *Lucretius* 4
Ibis quà vagus Hercules, & Euan
Flammeus. Vltra ſydera flammeumque ſolem. *Stat. ſyl.* 4.
Splendentéque die medio non cernere ſolē. *Pru. in Sy.* 1.
Medius. Sol medius operum ſummo librabat Olympo
Lucentes ceu ſtaret equos. *Stat. Th.* 5.
Tepens. Et pereunt lapſæ ſole tepente niues. *Oui. faſt.* 3.
Nimius. Et modò ſol nimiùs, nimi⁹ modo corripit imber. *O. m.* 5.

SOL, in occaſu.

Pronus. Flagrantes ſol pronus equos rutilamque lauabat
Oceani ſub fonte comam. *Stat. The.* 3.
Caducus. ——caduco——Sole iam ſub veſpere. *Auſon. Epig.*
Occiduus. Veſper, & occiduo quæ littora ſole tepeſcūt. *Oui. met.* 1.
Iberus. ——————quem ſolis Iberi
Veſper habet roſeus, & quē nouus excipit ort⁹. *Pr. Ap.*
Cadens. ——quod iam tenebris, & ſole cadente
Exportant calathis. *Virg. Geo.* 3.
Supremus. Supremo te ſole domi, Torquate, manebo. *Hor. epiſt.* 1.
Ecce aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci,
Decedens. Et ſol creſcentes decedēs duplicat vmbras. *Virg. Ecl.* 2.

Fugiens. *Conditus.*

SOLES, pro die, & anno.

Aſſidui.	——aſſiduo curata cuticula ſole.	*Perſ ſat.* 4.
Longi.	——ſæpe ego longos Cantando puerum memini me condite ſoles.	*Vir. Ecl.* 6.
Candidi.	Fulſere quondam candidi tibi ſoles.	*Catullus.*
Dulces.	——dulces ſoles mihi ſurgunt.	*Valerius* 4.
Blandi.	Tunc blandi ſoles, ignotáque prodit hirundo.	*O. faſt.* 1.
Hiberni.	Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles Hiberni?	*Virg. Geo.* 2.

SOLIVM. *v.* Sceptrum. Diadema.

Excelſum.	—— —te caſus excelſo magis Solio reponet.	*Sen. Tro.*
Eburnum.	——ſolio fultus genitoris eburno.	*Cl. de rap.* 3.
Coruſcum.	Cæſariem tum forte Venus ſubnixa coruſco Fingebat ſolio.	*Cl. de Nup. H.*
Aureum.	——ſolio tum Iuppiter aureo—Surgit.	*Virg. æn.* 10.
	——pulchro ſedet illa receſſu	
Sublime.	Sublimi ſolio.	*Ouid. met.* 14.
Regale.	Iuppiter ad ſolium ſuperis regale vocatis.	*Oui faſt.* 6.
Altum.	——ſolio rex infit ab alto.	*Virg. æn.* 11.
Decorum.	—————decoro Æternùm ſolio diues ſapientia regnet.	*Prud. Pſich.*

SOLLICITVDO.

v. Augor. Mœror. Triſtitia.

Mordax.	————neque Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.	*Hor. car.* 1.
Dira.	———— & fide Cyllenæa Leuare diris pectora ſollicitudinibus.	*Hor. epod.*
Aſpera.	——mox aſpera cum ſollicitudo premit.	*Auſ. Edyll.*

SOLAMEN, *SOLATIVM.*

v. Gaudium. Lætitia. Voluptas.

Dulce.	Dulcia permulcent animos ſolatia vitæ.	*Lucret.* 5.
Gratum.	Hinc Priſcilla tuo ſolatia grata marito.	*Stat. ſyl.* 5.

SOLVM. *v.* Terra. Tellus.

Aridum.	————arida tantum Ne ſaturare fimo pudeat ſola.	*Virg. Geo.* 1.
Durum.	Luſtrabit æthera albũ, ſola dura, mare ferũ.	*Catullus.*
Planum.	Nãq; agor, vt per plana citus ſola verbere turbo.	*Tib.* 1.
Puluereum.	Puluereũq; ſolum pede pulſauere biſulco.	*Oui. met.* 7.
Accliue.	ſin tumulis accliue ſolum.	*Virg. Geo.* 2.
Putre.	——niuco que rigant ſola putria nimbo.	*Stat. Th.* 1.

SOLVM, tellus fertilis.

Pingue. Pingue ſolum primis extemplo à menſibus anni
Fortes inuertant tauri, glebáſque iacentes. *Virg.Geor.1.*
Præpingue. Exupero præpingue ſolũ ſtagnãtis Elori. *idem Æn. 3.*
———fœcundáque ſemina rerum
Viuax. Viuaci nutrita ſolo. *Ouid. met.1.*
Ferax. ——————nactúſque alimenta feracis,
Fœcundíque ſoli. *idem met. 7.*
Cultum. Nec ſterilis culto ſurgat auena ſolo. *idem faſt. 1.*
Mite. Circa mite ſolum Tiburis. *Horat.car.1.*
Vber. Et omne quidquid vberi cingit ſolo. *ſen.Her.fur.*
Diues. ——————————diues ſolum
Quod Xãthus ambit niuib⁹ Idæis tumẽs. *idem Theb.*
Dite. ———non dite ſolum, non vlla parenti
Regna peto. *Val. 2.*
Fœcũdum. Fœcundúmq; ſolũ varias agitare perartes. *Manil. 3.*
Viride. In viridi ſedere ſolo *Virg.Æn.6.*

SOLVM, tellus infœcunda.

Triſte. Triſte ſolũ, ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tell⁹. *O.met.8*
Sterile. Deterges ſterilis ſoli pudorem. *ſtat.ſyl.4.*
Vile. Vile ſolũ ſpartæ eſt, altæ cecidere Mycenæ. *Ou.met.15.*

SOMNIVM.

Triſte. ————tibi triſtia ſomnia portans. *Virg. Æn.5.*
————quam ſedem ſomnia vulgò
Vanum. Vana tenere ſolent. *idem Æn.6.*
Póſtque venit tacitus nigris circundatus alis
Nigrum. ſomnus, & incerto ſomnia nigra pede. *Tibul. 2.*
Nocturnũ. ————nocturnis te ego ſomniis
Iam captum teneo. *Hor.car.4.*
Vagum. ſũt etiã innumero rerũ vaga ſomnia vultu. *Stat. Th.10.*
Sæuum. ———fuſus humi ſæua feroci
Corde volutat ſomnia. *Sen. Her.fu.*
Sollicitum. Et par ſollicito fabula ſomnio. *idem Tro.*
Infauſtum. ſomnia quinetiam variis infauſta figuris. *Cl.de rap.3.*
Malum. Ite per obliquos cæli, mala ſõnia, mũdos. *Auſ.Ephem.*
Dirum. ſõnia dira toris, ſimulachráque pallida linquens. *Val.3.*
Temerariũ. ſomnia fallaci ludunt temeraria nocte. *Tibul. 3.*
Crudele. —Deus in melius crudelia ſomnia vertat. *ibid.*
——— ——————varias imitantia formas
ſomnia. *Ou.met.11.*

Inane. *Cæcum.* *Horrens.* *Horridum.*
Vagans. *Terrificum.* *Pallidum.* *Funeſtum.*

SOMNVS.

Somnus dicitur Lethæus, 1 id eſt, obliuioſus: omnium enim curam aufert; & propterea 2 Domitor curarum appellatur. Deus apud Antiquos habebatur: 3 hinc leuis, volucer, & alatus fingitur. Huic ſignificationi aliqua hic epitheta appoſuimus: quæ tu ſeliges. Quoniam verò (vt ait Cicero de Diuinat *lib. 2.) omnium laborum, & ſollicitudinum perfugium eſt, jure ſcripſeris* Benignũ Quietum, Dulcem, Securũ, Languidum, *&c. Si verò varijs curarum æſtibus animus dormientis afflictetur; tunc erit* Ingratus, Sollicitus, Inquietus, *&c. A tempore elegantiſſima deſumentur epitheta* Nocturnus, Matutinus, Longus, *&c. Eum Poeta fratrem mortis, Cicero lib. 1.* Tuſculan. quæſt. *ſimulachrum, & imaginem ejuſdem nominauit. Secundùm quam ſignificationem inferius caput perleges: & quare majorem epithetorum copiam ad caput* MORS. *Deſcriptiones ſomni vide apud Stat.* Theb. 10. *& Ouid.* metamorph. 11.

Domit.lab. ———————ô domitor
Req.animi. Somne laborum, requies animi,
Gen' Aſtrea. Pars humanæ melior vitæ
Frat.mort. Volucer, matris genus Aſtreæ,
Languidus. Frater duræ languide mortis:
Pater rerũ. Pater ô rerum, portus vitæ,
Requ.lucis. Lucis requies, noctiſque comes;
Noctis comes. Qui par regi, famulóque venis
Placidus, feſſum leníſque foues,
Pauidum lethi genus humanum
Cogis longam diſcere noctem. *Sen.Her.fur.*
Imago mortis. Stulte, quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?
Longa quieſcendi tempora fata dabunt. *Ouid. am. 2.*
Quies rerũ. Somne, quies rerum, placidiſſime ſomne deorum,
Pax animi. Pax animi, quem cura fugit. *idem met. 11.*
Requiescur. Publica me requies curarũ ſõnus habebat. *idem Pont. 3.*
Vtilis menti Deus. Nec me ſopierat menti Deus vtilis ægræ. *Tibul. 3.*
——————————non curarum
2 Cur.dom. ſomnus domitor pectora ſoluit. *Sen. Agam.*
Similis morti. Nox ſimiles morti dederat placidiſſima ſomnos. *Sil. 15.*
——————————manus effugit imago
3 Volucer. Par leuib' vẽtis, volucriq; ſimillima ſõno. *Virg. Æn. 6.*
3 Leuis. Cũ leuis æthereis delapſus ſõnus ab aſtris. *idem Æn. 5.*

SOMNVS; QVIES.

v. SOPOR. QVIES OTIVM.

Impauid'. ſolet impauidos ducere ſomnos. *Sen. Her. Oet.*
1 Lethæus. Vrunt Lethæo perfuſa papauera ſomno. *Virg. Geor. 1.*

Dulcis. Tunc ſomni dulces, denſæq; in mõtibus vmbræ. *ibid.*

Mollis. ———————molléſque ſub arbore ſomni. *id. Georg.* 2.

Saluber. ———nec ſomnos abrumpit cura ſalubres. *id. G.org* 3.

Securus. Securo preſſos ſomno mandauerat artus. *idem in Cul.*

Lãguidul⁹. Lãguidulóſq; paret recũ coniũgere ſõnos. *Catul.*

Tacitus. Poſtque venit tacitus fuluis circundatus alis
somnus, & incerto ſomnia nigra pede. *Tibul.* 2.

Ignauus. ———ignauus defluxit corpore ſomnus. *idem* 3.

Tener. Nec tener in miſero pectore ſomn⁹ adeſt. *Ou. epiſt.* 12.

Pinguis. Nũc etiam ſomni pingues, & frigidus aer. *idem am.* 1.

Iucundus. Iucũdóque locet languẽtia corpora ſõno. *Virg. in Cul.*

Iners. At mihi ſæuus amor ſõnos abrũpit inertes. *Ouid. am.* 2.

Grauis. ————graui ceciderunt lumina ſomno. *Valerius* 1.

Altus. sũt quoq; quæ faciũt altos medicamina ſõnos. *O. de a* 3

Placidus. ——placido tradunt ſua corpora ſomno *idem met.* 6.

Lenis. Lenis adhuc ſomnus placidis Eriſichtona pennis
Mulcebat. *idem met.* 8.

————————aridâ
Pellente laſciuos amores

Facilis. Canitie, facilémque ſomnum. *Hor. car.* 2.

Soporifer. Inde ſoporifero ceſſerunt languida ſomno
Membra ducis. *Lucanus* 3.

Matutin⁹. Quis matutinos abrũpet murmure ſõnos? *Stat. ſyl.* 2.

Deſes. ————————deſidis atria ſomni,

Segnis. securúmque larem ſegnis natura locauit. *idem Th.* 10.

Blandus. Ne blando rota ſit moleſta ſomno. *Mar. epig.* 9.

Obrepens. sed mouet obrepens ſomnus anile caput. *Ou. epiſt.* 18.

Imbellis. ————recubant imbelli littora ſomno. *Stat. The.* 3.

Quietus. Creſcere & ſomnos cupiens quietos. *Sen. Her. fu.*

Piger. ——pigro torpebant æquora ſomno. *Stat. The.* 2.

Irriguus. Languens. Obliuioſus.
Mitis. Lentus. Benignus.

SOMNVS INQVIETVS.

v. Dolor. Furor.

Furens. Quos agitat veſana quies, ſomníque furẽtes. *Lucan.* 7.

SOMNVS. *MORS.*

Ferreus. Olli dura quies oculos, & ferreus vrget

Durus. sõnus; in æternã clauduntur lumina noctẽ. *Vir. Æn.* 10.

Longus. ————longo componit lumina ſomno. *Sil.* 15.
——membris dimiſſa ſolutis

Niger. Arma fluunt, errátque niger per lumina ſomnus. *id.* 7.

Lethæus. Pocula lethæos vt ſi ducentia ſomnos

Arente fauce tiaxerim, *Horat. epod.*

Frigidus. ——————en frigidus orbes

Purpureos iam ſomnus obit. *Val. 8.*

Æternus. Perpetuus.

SONIPES. *v.* EQVVS

SONS. *v.* REVS.

SONVS. *SONITVS.*

v. MVRMVR.

Sonus in Muſicis erit Blandus, Dulcis, Lenis: *ſi pro voce, aut ſermone in lætitia, & 2 plauſu, erit* Fauſtus, ſuauis, Comis, Lætus, Iucundus: *in ira*, Turbatus, Impauidus, Iratus, Acerbus, Acer, Indignus: *in triſtitia*, Miſerabilis, Triſtis, Lugubris, Feralis: *quòd ſi pro 4 clangore tubarum, erit* Terribilis, Horribilis, Horrendus, Trux. *In Magicis verò, & 5 incantationibus, erit* Feralis, Lethalis, Terrificus. *Reliquis acceptionibus, pro iudicio, ſua quibúſque attribues appoſita.*

Dulcis.	Et facili dulces editis ore ſonos.	*Ouid. faſt. 1.*
1 Lyricus.	Captáque erit Lyricis Auſonis ora ſonis.	*idem faſt. 2.*
2 Ind. latit.	Index lætitiæ fertur ad aſtra ſonus.	*idem faſt. 4.*
2 Latus.	Lætum theatris ter crepuit ſonum.	*Hor. car. 1.*
2 Fauſtus.	Et manibus fauſtos ter crepuere ſonos.	*Propert. 3.*
suauis.	Illi reſpondet ſuauis ſonus Ægeriai.	*Ennius.*
Blandus.	Auſus ſum blandis nuper adire ſonis.	*Ou. epiſt. 15.*
Mitis.	Quidue ferant miti lenia verba ſono.	*Tibul. 1.*
stridens.	ſtridentíque ſono vaſtus exterruit vndas.	*Nemeſ.*
Minax.	——————————ſcelerata minaci	
	ſtridẽtis ſonitu tremuerunt limina Phœbi.	*ſilius 7.*
Acutus.	—exile trahens ſonitus producit acutos.	*Prud. apoth.*
Inanis.	————ſonitúque exhauſtus inani.	*Clau pan. 7.*
Trux.	Gemina Parnaſſi niualis arx trucẽ ſonitũ dedit.	*se. Oed.*
Ingens.	Ingentem ſonitum dedit.	*Virg. Geor. 2*
Acer.	Aut acrem flammæ ſonitum dabit.	*idem Geor. 4*
Vaſtus.	——————& pectore vaſtos	
	Dant ſonitus.	*idem An. 5.*
Indignus.	——indignos edidit ore ſonos.	*Ou. epiſt. 11.*
Raucus.	Mugitum rauco furta dedere ſono.	*idem faſt. 1.*
Impauidus.	Edidit impauidos ore minante ſonos.	*idem faſt. 2.*
	————ſed me ſonus æris acuti	
Horrendus.	Terret, & horrendo lotos adunca ſono.	*idem faſt. 4.*
Grauis.	Funereóque graues edidit ore ſonos.	*idem in Ib.*
	——————flammeus ardor	
Horribilis.	Horribili ſonitu flammas exederat.	*Lucretius 5.*

Terrificus. Terrifico quatiũt ſonitu cæleſtia templa. *ibid.*
——————duri ſilicis, grauiſque ferri
Immanis. Immanis ſonitus *Stat. ſyl. 4.*
Canorus. Canoros Curetũ ſonitus, crepitãtiáq; ęra ſecutę. *V. G. 4*
Non facient vt viuat amor Medeides herbæ,
3 *Magicus.* Miſtáque cũ Magicis Marſa venena ſonis. *Ou. de ar. 2.*
4 *Terribilis.* At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro
Increpuit. *Virg. Æn. 9.*
——————& vox
4 *Fractus.* Auditur, fractos ſonitus imitata tubarum. *id. Georg. 4.*

SONOR.

Sonus eſt vehemens.

Magnus. ——magno veluti cùm flamma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni *idem Æn. 7.*
Clarus. Ob ſignãs formã verbis, clarúmq; ſonorẽ. *Lucret. 4.*

SOPOR.

Idem quod ſomnus eſt. Hoc igitur caput, & eius diuiſionem percurre.

Conſanguineus lethi. Tum conſanguineus lethi ſopor, & mala mentis
Gaudia. *Vir. æneid. 6.*
Placidus. Nox erat, & placidum carpebant feſſa quietem
Corpora. *id. æneid. 4.*
Altus. Alituũ pecudúmque gen⁹ ſopor altus habebat. *id æn 8.*
Mitis. Mitẽ concepit proiectus membra ſoporẽ. *idem in Cul.*
Effuſus. Languidáque effuſo requierunt membra ſopore. *ibid.*
Piger. Piger his labantes langore oculos ſopor operit. *Catul.*
———dum latent ſyluis feræ
Dulcis. Dulci ſopore languidæ. *Horat. epod.*
Segnis. ——————ſegnis ſopor,
Faméſque mœſta tabido rictu iacens. *Sen. Her. fur.*
Mollis. Animam ſenilem mollis exſoluit ſopor. *idem Oedip.*
Blandus. Blandus ſopor viciſſim
Feſſos relaxat artus. *Prud. Cath.*
Fœlix. Tũc epulæ, fœlixq; ſopor noctéſq; quietæ *stat. theb. 5.*
Suauis. —ſuaui ſomnus deuinxit membra ſopore. *Lucretius 4.*
Securus. ———mulcens ſecuro membra ſopore. *ſilius 3.*
ſollicitus. ſollicitum curis non abruptura ſoporem. *Cl. in Ruf. 1.*
Trepidus. —num meritò trepidis ſopor? atráque matri
ſigna deûm. *stat. Ach. 1.*

Grauis. Impauidus.

SOPOR, *Mors.* *v.* Somnus. Mors.

Perpetuus. Ergo Quinctilium perpetuus ſopor
Vrget. *Horat car. 1.*

SORS.

SORS.

Fortunam, & caſúmque ſignificat: erit itaque vel fœlix, vel infauſta. Quam diuiſionem reperies ad caput FORTVNA. *Pro oraculis ponitur: id caput conſules. Petetur autem difficiliorum epithetorum explicatio ab diuerſis Phœbi, ſeu Apollinis, Oraculorum dei, cognominibus: quam ad propria capita reperies.*

SORS, *fortuna inimica.*

v. CASVS. FORTVNA.

Iniqua.	—ſortémque animo miſeratus iniquam.	*Virg. Æn. 6.*
Ferrea.	Ferrea ſors vitæ, difficiliſque premit.	*Ouid. triſt. 5.*
Difficilis.	———————tolerandáque nullis	
Inamabile regnum.	*Inania regna Ditis.*	*Noctis æternæ chaos*
Mundus opacus.	*Polus ater.*	*Inamœna regna.*
Domus Plutonia.	*Immanis aula*	*Informia regna.*
Pallentes ſedes.	*Limina mortis.*	*Antrum Tartareum.*
Via irremeabilis.	*Cæcis plaga cæca tenebris.*	

——hac animas ille euocat Orco
Triſtia. Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit. *Virg. Æn.* 4
Impia. —— ——non me impia namque
Tartara habent, triſtéſque vmbræ. *idem Æn.* 5.
Nigra. Bis ſtygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara. *idem Æn.* 6.
Tenebroſa. Poſtquã ſaturno tenebroſa in Tartara miſſo. *Ou. met.* 1.
Opaca. —— ——non huc vt opaca viderem
Tartara deſcendi. *idẽ met.* 10.
——per ego hæc loca plena timoris,
Vaſta. Per chaos hoc ingẽs, vaſtiq; ſilentia regni. *ibid.*
Inania. —— —— ——alii ſub inania corpus
Tartara detruſum ſyluarum more ferebãt *idẽ met* 12.
Regna nouiſſima. Elyſiáſque domos, & regna nouiſſima mundi
Me duce cõgnoſces. *idẽ met.* 14.
Atra. —in barathrum, nec Tartara decidit atra. *Lucret.* 5.
—— ——ceu raptus ab æuo
Dura. Tartara dura ſubis. *Stat. ſyl* 5.
Regna mortis. Tartareæ ſedes, & formidabile regnum
Mortis inexpletæ. *id. Theb.* 4.
Vltricia. —— ——ſubiítque vltricia Tydeus
Tartara. *id. Theb.* 10.
Profunda. Inter profũda Tartara, & Ditem horridũ. *Sen. Hip.*
Pigra. Pigráque veloces ad Tartara concutit alas. *Cl. in Ruf.*
Intima. —— —— —— ——intima lethi
Tartara. *Virg. Geor.* 4.
—— ——túque tenebrarum potens

Ima. In Tartara ima rector vmbrarum rape. *Sen. Oed.*
Squallida. Pallentéſq; lacus, & ſquallida Tartara torrēt. *V. in Cul.*
Funeſta. ———funeſtáque Tartara letho
Polluite. *Stat Th* II.
Pallentia. Mœſta. Infeſta. Caua. Pallida. Lurida.

TAVRVS. *BOS.*

Nitens. —————————ſuperoque nitentem
Cælicolum regi mactabam in littore taurū. *Virg. æn.* 3.
Candens. ———candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras. *Virg. æn.* 5.
Fortis. Fortes inuerrant tauri, glebáſque iacentes. *Virg. Geo.* I.
Validus. Illo non validus ſubiit iuga tempore taurus. *ibidem.*
Trux. ———eris tauro ſæuior ipſe truci. *Ouid. epi.* 4.
Furibūdus. Surgit, & vt taurus vacca furibundus adēpta. *Ou. met.* 13.
Arduus. ———diu taurus meat arduus. *Stat. Th.* 4
Ferus. ———ferus ante ictum ſpumis delubra cruentat
Taurus. *Stat. Th.* II.
Indomitus. —————————indomiti ferent
Centena tauri colla. *Sen. Her. fu.*
Ferox. Tauri ferocis ſanguis oſtentat fugas. *Sen. Theb.*
Sæuus dux ———pecoris efferri ſæuum ducem
pecoris. Audax amaſti, toruus impatiens iugi
Toruus. Adulter ille ductor indomiti gregis. *Sen. Hip.*
Impat. iugi. Huc taurus ingens fronte torua & hiſpida. *Prud. de Cor.*
Ingens. Quattuor eximios præſtanti corpore tauros
Præſtans. Ducit & intacta totidem ceruice iuuencas. *Virg. Geo.* 4.
Arator. ———cedebat taurus arator equo. *Ouid. faſt.* I.
Acer. ————ſpargit tamen acer arenam
Taurus. *Oui. met.* 4.

TAVRVS, ſignum cæleſte.

Iuppiter ſub forma bouis Europam I *Agenoris regis Tyri filiam rapuit: in cuius rei memoriam Taurus inter ſydera locatus eſt.*
Candidus. Candidus auratis aperit cum cornibus aurum
Taurus. *Virg. Geo.* I.
I *Agenore*°. ———Agenorei reſpectat cornua tauri. *Auſon. Ecl.*

TAVRVS, Mons.

Taurus mons eſt ab India per I *Scythiam in Ciliciam vſque ductus.*
Frigidus. Frigidus intonſos Taurus alat Cilicas. *Tibul.* I.
Cilix. ———Cilicis Tauri ſaxoſa cacumina viſet *Sil.* 13.
I *Scythes.* ———an Taurus Scythes
Colchuſque Phaſis. *Seneca.*
Rigens frig. Taurus coërcet frigore Arctoo rigens. *ibidem.*

TAXVS.

Arbor eſt ſimilis abieti, tam præſentis veneni, vt ſi qui dormiant ſub ea, cibumue capiant, moriantur. Dicitur Cyrnæa à 1 Corſica Inſula, quæ hoc nomine appellatur.

Nocens. ——piceæ tantum taxique nocentes. *Virg. Geor.2*
Funeſta. ——funeſtamque hederis irrepere taxum
Pertimui. *Stat. ſyl. 5.*
Metuenda ————metuendáque ſucco
ſucco. Taxus, & infandos belli potura cruores
Fraxinus. *stat. Th. 6.*
Mortifera. Mortifera canam taxus aſtringit comam. *seneca œd.*
Qualis peſtiferas animare ad prælia taxos
Torua. Torua Megæra ruit. *Cl. de rap. 3.*
1 *Cyrnæa.* Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos. *Virg. Ecl. 9.*

TAYGETVS. Taygeta. Plural.

Mons eſt Laconiæ qui (teſte Seruio) Libero patri ſacer eſt.

————————ô vbi campi
Lacæn. Sperchiuſque, & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta. *Virg. Geo. 2.*
Gelidus. ————gelidique inculta iuuentus
Taygeti. *Lucan. 5.*
Algentia. Et Dryadum viduare choris algentia poſſit
Taygeta. *stat. ſyl. 1.*
Ardua. ——minor Othrys & ardua ſidunt
Taygeta. *St. in Achil. 1*
Pruinoſa. Et modo Taygeti crines aſperſa pruinâ
Longa. Sectatur patrios per iuga longa canes. *Prop. 3.*

TECTVM.

Tectum ſi pro domo vſurpetur, V. Caput Domus: ſi pro templo, vide Templũ Ædes, *ſingulíſq; ſignificationibus ſua epitheta attribue.*

Candidum. Bipatens. Hoſpitum. Saxum.

Regium. ——ſimul ænean in regia ducit
Tecta. Tecta. *Virg. æn. 1.*
ſuperbum. ————tectiſque ſuperbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum. *Virg. æn. 7.*
Auguſtum. Tectum auguſtum ingens, centum ſublime columnis
Ingens. Vrbe fuit ſumma, Laurentis regia Pici
ſubl. colum. Horrendum ſyluis, & relligione parentum. *Virg. æn. 7.*
————ac tecta Latinorum
Arduum. Ardua cernebant. *ibidem.*
Excelſum. Hinc ego Dardaniæ muros, excelſáque tecta
Et freta proſpiciens, arbore nixus eram *Ouid. ep. 1.*

Aureum. Innumeras vrbes, atque aurea tecta videres. *Ibid* 11.
Altum. At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto
Occurrit domino flebilis vmbra ſuo. *Oui.triſt.3.*
Capax. ——fulget hic turbæ capax
Immane Immane tectum. *Sen. Thy.*
Regale. ——repetam ne domum, & regalia tecta? *Oui.met.6.*
——video fulgentibus armis
Conſpicuũ. Conſpicuos poſtes, tectaque digna deo. *Oui.triſt.5.*
Pulchrum. Inter pulchra ſitum tecta remugiat
Ventus. *Hor.car.3.*
Laqueatũ. ——& curas laqueata circum
Tecta volantes. *idem.*
Marmoreũ. Non vbi marmorei prodirem è limine tecti *Tibull.* 1.

TECTVM HVMILE. *v.* CASA.

Humile. Euandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma. *Virg. æn.8.*
Anguſtum. ——angusti ſubter faſtigia tecti
Ingentem Æneam duxit, ſtratiſque locauit. *ibidem.*
Auream quiſquis mediocritatem
Obſoletum. Diligit tutus, caret obſoleti
Sordibus tecti. *Hor.car.3.*
Agreſte. ————tectis agreſtibus ignem
Et ceſſaturæ ſuppoſuere caſæ *Oui. faſt.4.*
Deforme fu. Tecta ſenis ſubeunt nigro deformia fumo. *Oui faſt.5.*
Fumoſum. Colaque prælorum fumoſis deripe tectis. *Virg.geor.2.*
Pauper. ————licet ſub paupere tecto
Reges, & regum vita præcurrere amicos. *Hor. epiſt.1.*
Placidum. Cum libuit pacem placidis emittere tectis. *Ouid.faſt.1.*
Ruſticum. Ruſtica agricolæ bonis
Tecta frugibus exples. *Catullus.*
stramineum. sordidum. squallens.

TELA. *v.* Stamen, Acus, Lana, Linum.

TELEGONVS.

Filius fuit Vlyſſis ex 1 *Circe: patrem imprudens* 2 *occidit.*

1 *Æaus.* Quid petis Æximœnia Telegoni? *Propert.2.*
Decliue contempleris aruum, &
2 *Parricida.* Telegoni iuga parricidæ. *Horat.car.3.*

TELEMACHVS.

Fuit filius eiuſdem Vlyſſis ex Penelope.

Qualis vnica ab optima
Matre Telemacho manet
Penelopæus. Fama Penelopæo. *Catul.*
Prol.Vlyſſ. ——Telemachus proles patientis Vlyſſei. *Horat.ep.1.*

TELEMVS.

Filius Eurimi, vates præſtantiſsimus, qui luminis iacturam Polyphemo prædixit.

Eurimedes.	Telephus Eurimedes, quem nulla fefellerat ales,	
Prouidus.	Terribilem Polyphemon adit: lumenque quod vnum	
Augur.	Fronte geris media rapiet tibi, dixit, Vlyſſes.	*O. met. 13.*

TELEPHVS

Filius fuit Herculis, *& rex Myſorum. Hunc vulneratum eadem haſtâ Achilles ſanauit.*

	Mouit nepotem Telephus Nereium,	
ſuperbus.	In quem ſuperbus ordinarat agmina	
	Myſorum, & in quem tela acuta torſerat.	*Horat. epod.*
Myſus.	Profuit & Myſo Pelias haſta duci.	*Ou. pont. 2.*

TELLVS. *V.* Terra.

Tellurem pro terra Poetæ vſurpant; cùm Tellus dea ſit terræ: terra verò elementum.

ſolidiſsima.	Vidi ego quæ fuerat quondam ſolidiſſima tellus	
	Eſſe fretum.	*Ouid met. 15*
Frugum	Placētur frugū matres, Telluſq; Cereſque.	*idem faſt. 1.*
mater.	Quò bruta tellus, & vaga flumina, &c.	*Hor. car. 1.*
Bruta.	——putrorem cùm [illegible] inſecta eſt	
Humida.	Intempeſtiuis ex imbribus humida tellus.	*Lucretius 2.*
Arida.	————rapit arida tellus	
	ſudorem.	*Lucanus 4.*
Immenſa.	Telluris illum pondus immenſæ premit.	*Sen. Her. fur.*
Immota.	Immota tellus, pondus ignauum iaces.	*idem Thyeſt.*
Dura.	——dura poſitis tellure capillis	
	Bibli iaces	*Ouid. met. 9.*
Sicca.	—incūbere aratris—Dū ſicca tellure licet.	*Virg. Geor. 1.*

TELLVS FOECVNDA.

Fœcunda.	At ſi non fuerit tellus fœcunda.	*Vir. Georg. 1.*
Prodiga.	Prodiga diuitias, alimentáque mitia tellus	
	ſuggerit	*Ouid. met. 15*
Fertilis.	Fertilis frugum, pecoriſque tellus.	*Horat. epod.*
Dædala.	——tibi ſuaues Dædala tellus	
	ſummittit flores.	*Lucret. 1.*
Verna.	At puer in gremio vernæ telluris.	*Stat. Theb. 4.*
Ferax.	Eſtne aliqua tell⁹, Cereris, aut Bacchi ferax?	*Sen. Her. fu.*
Diues.	—diues tellus, nunquam mentita colono.	*Silius 7.*
Iuſtiſsima.	Fundit humo facilē victū iuſtiſſima tellus	*Virg. Geor. 2.*
Pinguis.	Pinguis item quæ ſit tellus hoc denique pacto	
	Dicimus.	*Ibid.*

——————non fluminis illas

Humens. Eſſe, nec humenti ſenſit tellure remitti. *Ouid.met.1.*

Florida. *Picta.* *Frugifera.* *Optima frumentis.*

Fœta. *Granida.* *Lata.* *Benigna.*

TELLVS STERILIS.

Inarata. Nec nulla intereà eſt inaratæ gloria terræ. *Virg.Geor.1.*

Rigi Tellurem Boreâ rigidam ſpirante mouere. *id.Geotg.2.*

Arenoſa. ——arenoſâ ſurgens tellore, ſub auras

Erigitur globus. *Silius 16.*

Effœta. Iámq; adeò fracta eſt ætas, effœtáq; tellus. *Lucret. 2.*

Iners. ————iners audito nomine tellus

Incaluit. *Calph. Ecl.*

Immunis. Ipſa quoque immunis, roſtróque intacta, nec vllis

Amara. Saucia vomeribus, per ſe dabat omnia tellus. *Ouid.met.1*

Infœlix Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara,

frugibus. Frugibus infœlix (ea nec mā ſueſcit arādo) *Virg. Geor.2*

Parca. Nos parca tellus, peruigil & focus,

Culménque multo lumine ſordidum

Solantur. *Stat.ſyl.4.*

TELLVS. *Regio.*

Hoſpitalis. Non hoſpitalis exulem tellus ferat *Sen.Oedip.*

Extrema. Audiit, & ſi quem tellus extrema refuſo

Summouet Oceano. *Virg. Æn.7.*

Hoſpita. Illa mihi domus eſt: vobis erit hoſpita tellus. *Ou.met.3.*

Barbara. Barbara me tellus, orbíſque nouiſſima magni

Nouiſſima. Suſtinet, & ſæuo cinctus ab hoſte locus. *idem triſt. 5.*

TELVM.

Omne quod in ſui defenſionem jacitur, telum dici poteſt: pro ſagitta igitur, & ſpiculo erit Volans, Volatile, Ales: *ea capita conſule. Ab ipſo bello, vbi potiſſimùm vſui eſt, erit* Martium, Bellicum, Mauortium. *A perſona quæ proficit,* Ciuicum, Inimicum, Sceleratum, Validum, Inuictum, Sæuum. *A forma erit* Hamatum, Lucidum, Vncum, Acutum, Longum, Ingens. *Ab effectu* Vltrix, Noxium, Lethiferum, Fatale *Ab ipſo ictu erit* Tremens, Contortum, Miſſile. *Pro fulmine, & ſagittis amoris frequens eſt, diſquire igitur in capitibus* Flamma. Ignis. Fulmen. Sagittæ amoris. Fax Ignis amoris. Cupido. Venus.

Infeſtum. Conuertêre vias, infeſtáque tela tulere. *Virg. Æn.5.*

————ceu ſæuum turba leonem

Infenſum. Cum telis premit infenſis. *idem Æn. 9.*

Sæuum. ———tela vndique ſæua premebant. *idem Æn.11.*

Immane. Telum immane manu valida quod fortè gerebat

Bellator.

	Bellator.	*Virg. Æn.* 11.
Bellicum.	Quid mihi cũ ferro? quid bellica tela puellæ?	*Ou. ep.* 14.
Forte.	Aſpicis in timida fortia tela manu	*ibid.*
Volatile.	Saucius ingemuit, telúmq; volatile ſenſit.	*id. de arte* 1.
Vulnificũ.	Vulnifico fuerat fixurus pectora telo.	*idem met.* 2.
Temerariũ.	Odit, cúmq; manu temeraria tela ſagittas.	*ibid.*
Vncum.	——————telóque accingitur vnco.	*idem met.* 4.
Ineuitabile.	——————non euitabile telum	
	Conſequitur.	*idem met.* 6.
Exitiabile.	Dúmq; manu tẽtat trahere exitiabile telũ.	*ibid.*
Tremens.	——————rurſúſque trementia forti	
	Tela manu torſit.	*id. met.* 12.
Seuum.	———ſæuíque vicem præſtantia teli.	*ibid.*
Perfidum.	Simplex nobilitas, perfida tela caue.	*idem faſt.* 2.
Nocens.	Vtiliùs gladios, & tela nocentia carpe.	*idem faſt.* 4.
Cruentum.	Bella ſonant aliis, telis inſtructa cruentis.	*idem triſt.* 2.
Martium.	——————hi Martia tela,	
	Belligeróſque hortantur equos.	*Stat. Theb.* 7
Lucidum.	Antè fuit multò, quàm lucida tela volarẽt.	*Lucret.* 4.
Ingens.	Telum ingens auidè, & quantum non antè lacerto	
	Impulit.	*Stat. The.* 8.
Vltrix.	——————tela vltricia poſcit.	*idem* 10.
Mauortiũ.	———non tela licet Mauortia dextrâ,	
	Non trepidas agitare feras.	*Stat. Achil.*
Vibratum.	——————vibratíſque peti faſtigia telis	
	Aſpicit.	*Cl in Ruf.* 2.
Stridens.	—poſuit volucres ſtridentia tela ſagittas.	*Auſonius.*
Gortyniũ.	——————Gortynia muris	
	Tela ſonante fugat neruo.	*Sil.* 2.
Fatale.	———tandem conuertit fatalia tela.	*idem* 9.
Inimicum.	——————cui tela inimica ferebas	
	Contundet iuuenis.	*ibid.*
Hoſticum.	I demens, i, carpe fugam, non hoſtica tela.	*idem* 10.
Horridum.	——————viridis circùm horrida tela	
	Sylua tremit.	*Val.* 2.
Celere.	Proſtrauítque virũ celeri per pectora telo.	*idem* 3.
Ales.	———iacet hic ſimul alite telo	
	Abſentem paſſus dextram.	*Sid. Ap. pan.*
Immedicabile.	———telum immedicabile torſit.	*Virg. Æn.* 12
	———telúmque coruſcat	
Arboreum.	Ingens, arboreum.	*idem Æn.* 11.
Trabale.	———telóque orantem multa trabali	

Deſuper altus equo grauiter ferit. *Vir. æneid. 12*

Indeuitatū. Indeuitato traiecit pectora telo. *Ouid. met. 2.*

Violētum. ——————violentáque ſumere tela
Rex iubet Oetæus. *idem met. 11.*

Acutum. ———telo lumen terebramus acuto. *Vir. æneid. 3.*

Penetrabile. ——emicuit neruo penetrabile telum. *Ouid. met. 5.*

Miſſile. Dextra mihi de⁹, & telū, quod miſſile libro. *Vir. æn. 10.*

Imbut ven. Hoſtis habens arcus, imbutáque tela veneno. *Ou. tri. 4*

Vir⁹ habēs. ——————telo virus habente perit. *ibid.*

Luridum. Teláque vipereo lurida felle gerat. *idem triſt. 5.*

Rorās ven. ——————nigris rorantia tela venenis. *Cl. de Pr cōſ.*

Litum ven. ——————————lita tela veneno. *Prud. Pſych.*

Leue. *Infectum ſanguine.* *Illitum dolis.* *Improuiſum.*
Volucre. *Ferum.* *Iniquum.* *Micans.* *Vagum.*
Excuſſum. *Ineuitabile.* *Splendens.* *Crudele.* *Iaculabile.*

TELVM, pro fulmine.

Dicitur Typhæum, à Typhæo 1 Gigante: qui quòd contrà Iouem bella mouiſſet, ab eo fulmine contritus, in Ætna monte Siciliæ ſepultus eſt: & Cyclopeum, à 2 Cyclopibus, qui in inſula Lipara fulmina procudunt.

————————————diſcute telo

Flagrans. Flagranti (nil oramus) Carthaginis arces. *Silius 9.*

Manib⁹ fabric. Cycl. Quid non torſiſti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela, pater? *Cl. de rap. 2.*

2 Cyclopeū. ——————quòd non Cyclopea tela
Stringim⁹, aut vanas tonitru deludimus auras. *id. de ra. 1*

Igneum. Telum depoſuit Iuppiter igneum. *Sen. Oedip.*

Triſulcum. Aut Iouis infeſti telo feriare triſulco. *Ouid. in Ib.*

1 Typhoeū. Nate patris ſummi qui tela Typhoea tēnis. *Vir. æneid. 1.*

TELVM. *Sagitta amoris.*

Cupidineū. Molle, Cupidineis nec inexpugnabile telis. *Ouid. triſt. 4*

Inuictum. Inuicta gerit tela Cupido. *Sen. Octau.*

Tacitum. ——Tyriam pubem tacitis exurite telis. *Silius 11.*

Hamatum. Quid iuuat in nudis hamata recondere tela
Oſſibus? *Ouid. am. 1.*

TEMPE, *plural.*

Deſcriptionem hic ex Ouid. metamorph. *lib. 1. exſcripſimus, quæ argumenti vice erit.*

Eſt nemus 1 Æmoniæ, prærupta quod vndique claudit
Sylua: vocant Tempe, per quæ 1 Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis voluitur vndis.

Sunt & alia loca in Bœotia, quæ Theumeſia, & 3 Heliconia dicuntur

ab Theumeſſo, & Helicone montibus in Bœotia.

Frigida. Speluncæ, viuíque lacus, at frigida Tempe. *Vir. Geor. 2.*
1 *Peneia.* Paſtor Ariſteus fugiens Peneia Tempe. *idem 4.*
2 *Heliconia.* ———tua ſunt Heliconia Tempe. *Ouid. am. 1.*
Nemoroſa. Iam ſuper Herculeas fauces, nemoroſaq; Tēpe. *Luc. 8.*
Vmbroſa. ——— ———vmbroſáque Tempe
Præcipitare ſolo, lucóſq; oſtēdere Phœbo. *Stat. Theb. 6*
Opaca. Theſſali montes, & opaca Tempe. *Sen. Troad.*
——— ———vel Apolline Delphos
2 *Theſſala.* Inſignes, aut Theſſala Tempe. *Horat. car. 1.*

TEMPESTAS.

Tempeſtas tempus ipſum, ſeu aeris conſtitutionem vt ſæpè deſignat: qui ſi erit ſerenus, quære caput AER SERENVS: *& dic cum Virgilio,* Clara tempeſtas, Benigna, Serena: *ſi procelloſus, & turbidus, quære caput* AER OBSCVRVS: *vide inſuper capita* MARE. ÆQVOR TVRBATVM. PROCELLA. AQVA. VNDA MARIS. HYEMS.

Liquidiſſima. Præthereà modò cùm fuerit liquidiſſima cæli
Tempeſtas. *Lucret. 4.*
Clara. ——— ———vnde hæc tam clara repentè
Tempeſtas? *Vir. æneid. 9.*
Serena. Aut tempeſtatis clementia læta ſerenæ. *Prud. in Sy. 2.*
Salubris. ———odor penetrat, complétque ſalubri
Dulcis. Tempeſtate viros, & nectare dulcior aura. *Cl. epig. Ph.*

TEMPESTAS. PROCELLA.

Deſcriptiones vide apud Lucanum libro 5. Virgil. Æneid. *lib. 1.* *Ouid.* metamorph. 11. *&* triſt. 1. eleg. 2. *Sen.* Agamemn.

Fœda. Et fœdā glomerāt tēpeſtatē imbrib⁹ atris. *Virg. Geor. 1.*
Sonora. Luctantes ventos, tempeſtatéſque ſonoras. *id. æneid. 1.*
Atra. Præcipites atrâ ſeu tempeſtate columbæ. *id. æneid. 2.*
Horrida. Horrida tempeſtas cælum contraxit. *Horat. epod.*
Sæua. ———donec tempeſtas ſæua coorta eſt. *Lucret. 6.*
Volans. Adde vagos ignes, tempeſtatéſque volātes. *ibid.*
Animoſa. ——— ———animoſáque ſurgit
Tempeſtas. *Stat. Theb. 9*
———nulla tempeſtas fretum
Violenta. Violenta turbet. *Sen. Her. fur.*
Fera. Inſtar nautis fera tempeſtas. *idem Thyeſt.*
Atrox. ——— ———circumſtetit atrox
Tempeſtas. *C. de be. Get.*
Inopina. Naſcitur hîc inopina mali lachrymabilis aſtu
Tempeſtas. *Prud. Pſych.*

Turbida. ——ſubitis horreſcit turbida nimbis
Subita. Tempeſtas. *Silius* 1.
Naufraga. Has nimbi, ventique domos, & naufraga ſeruat
Tempeſtas. —— ——
Acta procellis. Sæuior it trucibus tẽpeſtas acta procellis. *Silius* 3.
——————& trahit atram
Grauida procellis. Fulminibus grauidam tempeſtatem, atque procellis,
Ignibus, ac ventis. *Lucret.* 6.
Aduerſa. *Miſeranda. Trux. Conflata ventis.*
Coorta. *Maligna. Iniqua. Obſcura. Inſana. Picea.*

TEMPLVM. *v.* Ædes. Templum.

Ingens. Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Opul.donis. Cōdebat, donis opulentū, & numine diuæ. *Virg. Æn.* 1.
Immane. ——poſuitque immania templa. *idem An.* 6.
Altum. ——vocat alta in templa ſacerdos. *ibid.*
Fulgens. Sæpè pater diuûm tẽplo in fulgẽte reuiſẽs. *Catul.*
Aureum. Fictilibus creuere diis hæc aurea templa. *Propert.* 4.
Eburnum. Nec me turba iuuat, nec templo lætor eburno. *ibid.*
Operoſum. ————proceres operoſa petiti
Conueniunt ad templa dei. *Oui.me.*14.
Marmoreū. Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicet. *Pru.in Sy.*2.
Sublime gradibus. Inde timore pari gradibus ſublimia celſis
Ducor ad intonſi candida templa dei. *Ouid. triſt.* 3.
Antiquum. Templa ruunt antiqua deûm. *Hor. ſat.* 2.
Cādidum. Et reſera nutu candida templa tuo. *Ouid. faſt.* 1.
Auguſtum. Sancta vocant auguſta patres, auguſta vocantur
Dicatum. Templa Sacerdotum ritè dicata manu. *ibid.*
Venerabile. Eſt propè Collinā tẽplum venerabile portā. *id. de re. A.* 2
Sanctum. ——dum ſancta deûm fulgentibus ornet
Templa. *Virg. in Cul.*
Sacratum. Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo
Palladium. *Virg. an.* 2.
Vetuſtum. Et vrbe egreſſis tumulus, tẽplūmq; vetuſtū. *idem An.* 2.
Niueum. Cādida te niueo poſuit lux proxima tẽplo. *Ou. de re.* 1.
Diues. Non illic Libycæ poſuerunt ditia gentes
Templa. *Lucanus* 9.
Annoſum. Annoſa fulgent templa Cænei Iouis. *Sen. Her. œt.*
Perenne. Templum conſtituunt perenne CHRISTO. *Prud. Cath.*
Nobile. *Radians auro. Factum de marmore. Structum ſaxe.*
Inclytum. *Arduum. Grande. Pictum. Conſpicuum. Sacrum.*
Penetrale. *Arx ſacrata. Religioſa limina. Sedes ſacrata.*

TEMPVS. *v.* Ætas. Æuum.

Tempus à duratione dicetur Longum, Immenſum, Infinitum, Breue: *à præſenti, præterito, & futuro vel erit lætum, vel triſte: ſi primum, vide capita* Omen fœlix Dies ſacra, Gaudium. Voluptas. Lætitia: *ſi triſte, perquire capita* Dolor. Malum. Mœror. Triſtitia. Damnum. *Si verò occaſionem, quæ ipſius temporis opportunitas eſt, dic* Maturum, Secundum, Idoneum, Aptum, Fœlix: *ſi aeris, vel ſereni, vel obſcuri conſtitutiones, vide quatuor anni tempeſtates,* Æſtas, Autumnus Hyems. Ver. *& capita* Aer. Æther. Cælum Dies. *dicéſque* Formoſum, Aureum, Serenum, Nubilum, Aduerſum. *Denique à dubio euentu erit* Incertum, Ferale, Lachrymabile: *ab eius natura* Labens, Pronum, Tacitum, Præceps: *ab eius iactura* Irreparabile, Irremeabile, Irreuocabile. *A rebus quæ eo currente fiunt,* Sacrum, Solenne, Feſtum, Lugubre, Funereum, Lætum, Fallax. *Si ætatem iuuentutis ſignificet, quære caput* Iuuentus. Æuum. ætas iuuenũ. *ſi ſenectutem, vide* Senectus. æuum. ætas ſenilis. *Denique à ſexcentis alijs locis diuerſa poſſunt deduci epitheta, quæ tibi (ſi rei, actionis, perſonæ agentis vel patientis circunſtãtias ſolerti curâ perſcruteris) obuia erũt.*

Edax rerũ.	Tempus edax rerum, túque inuidioſa voluptas,	
	Omnia conſumitis.	*Ouid. met.* 15
Auidum.	Tempus nos auidum deuorat, & chaos.	*Sen. Tro.*
Irreparab.	Sed fugit intereà, fugit irreparabile temp⁹.	*Virg. Geor.* 3.
Longum.	Tempora maturæ viſurus longa ſenectæ	*Ouid. met.* 3.
Præceps.	In tam præcipiti tempore ferret opem.	*idem faſt.* 2.
Præteritũ.	Ablue præteriti periuria temporis.	*idem faſt.* 5.
Labens	———non qui labentia tardè	
tardè.	Tempora narrando fallat amicus adeſt.	*idem triſt.* 5.
	—————nec vtilis vxor	
Perbreue.	Eſt data, quæ tempus perbreue nupta fuit.	*idem triſt.* 4.
Tacitum.	———clam tacitum tempus abire ſolet.	*idẽ Pont.* 4.
Immẽſum.	Tẽpus in immẽſũ lachrymas tibi mouim⁹ iſtas.	*id. in Ib.*
Tardum.	Si mihi tarda fluunt, ingratáque tempora.	*Hor. epiſt.* 1.
Infinitum.	Ex infinito iam tempore adhuc potuiſſent.	*Lucret.* 5.
Vetuſtum.	———vetuſti temporis monſtrat fidem.	*Prud. de cor.*
Decidens.	—————& decedentia certis	
	Tempora momentis.	*Hor. epiſt.* 1.
Maturum.	Ipſe ſeram teneras maturo tempore vites.	*Tibul.* 1.
Securum.	Si tum ſecurum tempus abibit iners.	*Ou. epiſt.* 15.
Idoneum.	Diſtulerátque graues in idonea tempora curas.	*id. m.* 2.
Optabile.	———venit ecce optabile tempus,	
	Lúxque iugalis adeſt.	*idem met.* 9.
Certum.	—————tempore certo	

Seminibus iactis eſt vbi fœtus ager. *Ouid. faſt. 1.*

Secundum. Rerûmque prudens & ſecundis
Temporibus, dubiiſque rectus. *Horat. car. 4*

Aureum. Vt inquinauit ex rè tempus aureum. *idem epod.*

Dextrum. ———niſi dextro tempore Flacci
Verba per attentā non ibunt Cæſaris aurē *idem ſat. 2.*

Fauſtum. Et niſi tempeſtas indulget tempore fauſto. *Lucret. 1.*

Aptum. ——————ratus apta fauoris
Tempora. *Stat. Theb. 6*

Felix. ——————felix tempus neuere ſorores
Temporibus, Auguſte, tuis. *Sid Ap. pan.*

Florens. ——————florentia tempora veris. *Manilius 1.*

Formoſum. Et formoſa Venus formoſo tempore digna
eſt. *Ouid. faſt. 4*

——————vtque precando

Inane. Tēpora cū blandis abſūpſit inania verbis. *Ouid. met. 2.*

Ferale. Et tunc ferali tempore operta vides. *idem faſt. 5.*

Nubilum. Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis. *id. triſt. 1.*

Supremum. Quæ mihi ſupremum tempus in vrbe fuit. *ibid.*

Extremū. Coniūgitq; epulas, extremáq; tēpora vitæ. *Manilius 2.*

Durum. Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides. *Ouid. triſt. 1.*

Triſte. Tempus agi ſine me non niſi triſte tibi. *id. triſt. 3.*

Aduerſum. Temporis aduerſi ſic mihi ſenſus ineſt. *id. triſt. 4.*

——————& ſecundis

Dubium. Temporibus, dubiiſque rectus. *Horat. car. 4*

Ingratum. Sic mihi tarda fluūt, ingratáque tempora. *id epiſt. 1.*

Iniquum. Nam neque nos agere hæc patriai tempore iniquo
Poſſumus. *Lucret. 1.*

Segne. Genitale. Ineluctabile. Iners. Formidoloſum.
Dirum. Iuſtum. Liberum. Læuum. Inoffenſum.
Imbelle. Matutinum. Nocturnum. Diurnum. Craſtinum.
Exoptabile. Molle. ſacrum. Proſpcrum. ſpatioſum.
Graue. ſummum. Luctuoſum. Vernum. Tranquillum.
Gratum. Volubile. Mobile. Anceps. Lubricum. Subitum.

TEMPŌRA. *plur. Pars capitis.*

A iuuenili ætate erunt Flauentia, Iuuenilia, Decora, Flaua, Pulchra: *à ſenili*, Cana, Rugoſa, Arata rugis, &c.

Flauentia. Cingite littoreā flauentia tempora myrto. *Ouid. am. 1.*

Decentia. ———longóque decentia crine
Tēpora cingebat de qualibet arbore Phœbus. *id. met. 1.*

Albentia. ———ille mouens albentia tempora canis. *idem 3.*

Egregia. Niuea. Eburnea.

TENEBRÆ *v:* CALIGO. NOX.

Cæca. Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt. *Lucretius 2.*

Denſa. ——denſæque oculos preſſere tenebræ. *Lucanus 7.*

Triſtes. Lumine purpureo triſtes aperire tenebras. *Stat. ſyl. 5.*

Atra. —————tenebris inuoluerat atris
Lumen hyems. *Cl. Au. par. 2*

Graues. ——circúmque graues videre tenebras. *Val. 2.*

Nocturna. At quæ nocturnis fuerit mẽſura tenebris. *Manil. 3.*

Gelida. Impulerat cælo gelidas Aurora tenebras. *Stat. Theb. 2.*

Pruinoſa. Pérq; pruinoſas tulit irrequieta tenebras. *Ouid. met. 5.*

Profunda. —————merſúſque profundis
Agnouit tenebris cæleſtia bella Typhoe'. *Silius 12.*

Nigrantes. Soláq; nigrantes laxabant aſtra tenebras. *Statius 12.*

Arcana. ——arcanis effert pudibunda tenebris
Deidamia gradum. *idẽ Achill. 2.*

Turpes. Stat chaos denſum, tenebræque turpes. *Sen. Her. fur.*

Tacita. ——tacitiſque inopina tenebris. *Val. 3.*

Immunda. Sæpè etiã immundis paſſa eſt habitare tenebris. *Prop. 3.*

TENEBRÆ STYGIÆ.

Inferna. Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum. *Horat. car. 4*

Stygia. —————Stygiis emiſſa tenebris
Mors fruitur campo. *Stat. Theb. 8.*

TENEDOS.

Inſula eſt in mari Ægæo, contrà Trojam, propè Sigæum.

Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima fama

Malefida Inſula, diues opum, Priami dum regna manerent:

carinis. Nunc tantùm ſinus, & ſtatio malefida carinis. *Vir. æn 2.*

TEREVS.

Vide argumenta HIRVNDO, *&* PROGNE. *Dicitur 2 inceſtus, quòd Philomelam vxoris ſuæ Prognes ſororem per vim ſtuprarit: Iſmarius, & Othryſius, ab 4 Iſmaro, & 5 Othri, montibus in 1 Thracia: & Biſtonius 3 à Biſtonibus populis, quibus imperabat.*

1 *Threicius.* Threicius Tereus hæc auxiliarib' armis Fuderat. *O. m 6*

5 *Othryſius.* At rex Othryſius, quamuis ſeceſſit ab illa. *ibid.*

Iniquus. Et ſoror, & Progne Tereúſq; duabus iniquus. *id. faſt. 2.*

Sæuus. Nec fati iam certus olor, ſæuíque mariti
Tereos. *Stat. ſyl. 3.*

2 *Inceſtus.* Flet Philomela nefas inceſti Tereos. *Mar. epig. 14*

Dirus. Impia diri furta mariti —Garrula deflet. *Sen.*

Ferus. 3 Biſtonius. Martigena. Geticus. Immitis. Infidus. 4 Iſmarius.

TERMINVS. *v.* Limes.

TERRA.

Vide argumentum ad caput Tellus, *cuius hîc par ratio eſt.*

Iacens. Deſpiciēs mare veliuolū, terráſq; iacentes. *Vir. æneid.* 1.
Vaſta. Tótq; maris, vaſtæq; exhauſta pericula terræ. *id. æneid.* 9
Arida. Terráque cæleſtes arida ſorbet aquas. *Ou. de ar.* 2.
Lata. Vnde ſolet nubes latis inducere terris *idem met.* 3.
Immenſa. Illa per immenſas ſpatiatur libera terras. *idem triſt.* 4.
Grauis. Ille grauem duro qui terram vertit aratro. *Horat. ſat.* 1.
Caua. Aſtra ſequi, clauſúmq; cauâ te condere terra. *Vir. æn.* 1.
Magna. Omnia ſub magna labentia flumina terra
Spectabat diuerſa locis. *id. Georg.* 4.
Iners. Qui terram inertem, qui mare temperat. *Horat. car.* 3.
Solida. *Sedes iners.* *Pondus ignauum.*

TERRA FERTILIS.

Pinguis. Pinguibus hæ terris habiles, &c. *Vir. Georg.* 2.
Ditiſſima. Sed neque Medorū ſyluæ, ditiſſima terra. *ibid.*
Omniparēs. Necnō & Tityō terrę omniparētis alūnus. *id. æneid.* 6.
Benigna. Floret odoratis terra benigna roſis. *Tibul.* 1.
Vber. Me genuit terris fertilis vberibus. *Propert.* 1.
Herboſa. Feſſus in herboſa poſuit ſua corpora terra. *Ou. met.* 10.
——denſáque cedit
Fæta. Frigoris aſperitas, fœtáque terra patet. *idem faſt.* 4.
Alma. Alma nihil maius Cæſare terra ferat. *idem triſt.* 4.
Beata. In qua tu nata es terra beata mihi eſt. *id. epiſt.* 15.
Ferax. Otia terra ferax, otia pontus habet. *idem faſt.* 1.
Optima Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
matrum. Terra creat. *id. met.* 14.
Opulenta.

TERRA STERILIS.

Viridis. *Fertilis.* *Rigua.* *Larga.* *Læta.*
Vda. *Arata.* *Ingenioſa.* *Docilis.* *Ferax olea.*
Grauida. *Ferax Cereris.* *Ferax Bacchi.* *Facilis pecori.*
Frugifera. *Patiens vomeris.* *Fauens Baccho, frumentis.*
Graminea. *Rariſsima Baccho.* *Accommoda Baccho.*
Cerealis. *Spiſſa.* *Fælix.* *Humida.* *Prævalida.*
Leuis. *Nigra.* *Opportuna pecori.*

Segnis. Non ſegnes iaceant terræ. *Vir. Geor.* 2.
Difficilis. Difficiles primùm terræ, &c. *ibid.*
Sterilis. Quam ſterili terræ Delphicus edat opem. *Ouid. faſt.* 3.
Frigida. Frigida carſeolis, nec oliuis apta ferendis
Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager. *idem faſt.* 4.
Iners. Ceſſat iners rigido terra relicta ſitu. *idem triſt.* 3.

Infidelis. Terram infidelem, nec feracem criminans. *Auſon. epiſt.*
Rudis. *Laſſa.* *Inhoſpita Baccho.* *Indocilis Cereri.*
Pauper. *Amara.* *Salſa.* *Arenoſa.* *Infœlix frugibus.*

TERRA. *Regio.* *V.* Gens. Populus.

Antiqua. Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt,
Potẽs arm. Terra antiqua, potens armis, atq; vbere glebę. *Vir. æn.* 3.
Deſerta. Diuerſa exilia, & deſertas quærere terras. *ibid.*
Hoſpita. ——bellum, ô terra hoſpita, portas. *ibid.*
——& claſſe ſubegit
Ignota. Amiſſa ſocios ignotæ linquere terræ. *id. Æn.* 5.
Peregrina. Repperit oſſa tamen peregrina condita terra. *Ou. met.* 2
Barbara. In qua ſcribebat barbara terra fuit. *idem triſt.* 3.
Cruda. *Crudelis.* *Hoſtilis.* *Infamis.* *Infeſta.*
Ingrata. *Mauortia.* *Inuiſa.* *Inops pacis.*

TERROR.

v. Metus. Pauor. Timor.

Cæcus. Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Commiſtum clamorem. *Vir. Æn.* 12.
Gelidus. ——gelidóque comæ terrore rigebant. *Ouid. met.* 3.
Trepidus. ————trepido terrore repleta eſt. *Lucret.* 5.
Anceps. Ancipiti trepidant igitur terrore per vrbes. *idem* 6.
Inanis. ————vulgus inani
Percuſſum terrore pauet. *Lucanus* 1.
Grauis. Quatiet populos terrore graui. *Sen. He. Oet.*
Vanus. Spem vano terrore fouens. C. *au pan.* 2
Seuerus. ——neque nos ſeuerus
Terror impellit. *Prud. Cath.*
Vagus. Impletur terrore vago cuncta Africa. *Silius* 17.
Amens. ————deiecerat amens
Occultis odiis terror. *Cl. in Ruf.* 1.
Sæuus. ———ſæuis vrbem terroribus implet. *Silius* 13.

TESQVA.

Loca ſunt nemoroſa, Deo alicui ſacra.

————nemoroſáque teſqua
Nemoroſa. Et ſyluas, vaſtáſque feras indagine claudit. *Lucanus* 6.
Inhoſpita. ———deſerta, & inhoſpita teſqua
Deſerta. Credis. *Hor. epiſt.* 1.

TESSERA.

Signum, ſymbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus militibus datur.

Bellica. ——it bello teſſera ſignum. *Vir. æneid.* 7.
Tacita. ——tacitum dat teſſera ſignum. *Silius* 15.

TESTA.

Vas eſt fictile. Dicitur Samia, à terra 1 Samia ex qua ficta eſt. Ducit aliquæ ep:theta à vino, 2 & vini generibus, quibus repletur.

1 *Samia.*	At tibi læta trahant Samiæ conuiuia teſtæ.	*Tibul.* 2.
2 *Græca.*	——Græcâ quod ego ipſe teſtâ	
Leuis.	Conditum læui.	*Hor. car.* 1.
2 *Apta mero.*	——liquido teſta ſit apta mero.	*Oui. triſt.* 2.

TESTVDO. *V.* Cithara, Chelys, Lyra.

Phœbea.	O decus Phœbi, & dapibus ſupremi	
———	Grata teſtudo Iouis.	*Hor. car.* 1.
———	Tuque teſtudo reſonare ſeptem	
———	Callida neruis.	*ibidem.*
Amica menſis.	Diuitum menſis, & amica templis.	*Hor. car.* 3.
Aurea.	——ô teſtudinis aureæ,	
	Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas.	*idem* 4.
Caua.	Qui perſæpe cauâ teſtudine fleuit amorem.	*Hor. epod.*
Apollinea.	——Apollineâ victus teſtudine paſtor.	*Cl. in Eutr.* 2.
Blanda.	Deſerat Orphæos blandâ teſtudine cantus.	*Cl. Mall. pa.*
Docta.	Tale facis carmen docta teſtudine.	*Propert.* 2.
Cyllenæa.	Hanc decet ornari teſtudine Cyllenæâ.	*Oui. de ar.* 3.

TESTVDO, *FORNIX.*

Pulchra.	Nec varios inhiãt pulchrâ teſtudine poſtes.	*Virg. Geo.* 1.
Lunata.	Accipe lunatâ pulchrum teſtudine ſignum.	*Mar. ep.* 14.

TESTVDO. Machina bellica.

Arcta.	Tandem condenſis arctæ teſtudinis armis	
	Subducto Pœni vallo, cæcaque latebra	
	Pandunt prolapſam ſuffoſſis mœnibus vrbem.	*Sil.* 1.
Denſa.	——hoſtiles denſa teſtudine muros	
	Tecta ſubit virtus, &c.	

TETHYS.

Filia Cæli, vel (vt volunt alij) 1 Titani. Fuit vxor Oceani, & mater Nympharum: pro mari 2 frequens eſt.

Candida.	Miratur pater Oceanus, & candida Tethys.	*Vir. in Cul.*
Cana.	—ad canam deſcendit in æquore Tethym.	*Ouid met.* 2.
1 *Titanis.*	Duxerat Oceanus quondã Titanida Tethym	*O faſt.* 2.
Grandæua.	—Tethys grandæua ſinuſque —Suſtulit.	*Val.* 2.
Magna.	Te magna Tethys, teque tot Pelagi deæ.	*Sen. Tro.*
Maxima.	——vbi primum maxima Tethys	
	Impulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto.	*Stat. Th.* 3.
Viridis.	Et viridem Tethyn Oceanumque patrem.	*Mar. ep.* 10.
2 *Reciproca*	Fertq; refertq; fretũ, ſequiturq; reciproca Tethys.	*Sil* 3.
2 *Vaga.*	Tethyos vnda vagæ lunatibus æſtuet horis.	*Lucan.* 1.

TEVCER.

Filius Telamonis. Salamina 1 *vrbem in inſula Cypro condidit.*
Impauidus. Vrgent impauidi te Salaminius
1 *Salaminius.* Teucer. *Hor. car.*

TEXTVM. *V.* Stragulum, Stratum, Tapes, Aulæa.

Nō enarrab. ——& clypei non enarrabile textum. *Virg. æn.* 8.
Pretioſum. Purpura nāq; mihi, pretioſaque texta dabūtur. *O. ep.* 16.
Rude. ——iniecit textum rude ſedula Baucis. *Ouid. met.* 8.
Illuſtre. ——textumque illuſtre coronæ. *Stat. Th.* 6.

THALAMVS.

Vide Cubile. Lectus. Torus.

——collapſaque membra
Marmoreus. Marmoreo referunt thalamo. *Virg. æn.* 4.
Cultus ——ebore & teſtudine cultos
ebore. Tres habuit thalamos. *Oui. met.* 2.

THALAMVS. Coniugium.

Pudicus. Hæc ſibi propoſuit thalamos violare pudicos. *O. Am.* 1.
Superbus. —thalamos auſus quondam ſperare ſuperbos. *Silius* 2.
Iugalis. ——cerno & thalamos ardere iugales. *ibid.*
Genialis. —thalamis proprium genialibus omen. *Cl. in Ruf.* 1.
Felix. ——téque felici parat
Dotare thalamo *Sen. Tro.*
Dulcis. *Maritus.* *Beatus.* *Caſtus.* *Fidus.* *Fidelis.*
Inceſtus. *Inuiſus.* *Infelix.* *Impudicus.* *Nefandus.* *Pudendus.*

THALIA. *v.* Muſæ. Gratiæ.

Scita lyra. Clióque, & curuæ ſcita Thalia lyræ. *Ouid. faſt* 5.
Arguta. Doctor argutæ fidicen Thaliæ. *Horat. car* 4.
Laſciua. ——roſeâ laſciua Thalia coronâ. *Stat. ſyl* 2.

THASOS. *Inſula eſt vna è Cycladibus, marmoris varij ferax.*
Nemoroſa. Et Paros, & nemoroſa Thaſos *Stat. Theb.* 5.

THEATRVM

Marmoreū. Siue ego marmorei reſpexi ſumma theatri. *Oui. Am.* 2.
Curuum. Seu tu præcipuè curuis venare theatris. *O. de ar.* 1.
Plenum. ——pleni moderantem fræna theatri. *Iuue ſat.* 10.
Magnum. ——cum magnis intenta theatris, &c. *Lucretius* 4.
Clamoſum. ——clamoſi turba theatri. *Stat. ſyl.* 3.
Ornatum. Aurea quæ pendent ornato ſigna theatro. *Oui. de ar.* 3.
Mar. tectū. ——marmore tecta theatra. *Oui. Pont.* 1.
Cauum. Nec ſinuoſa cauo pendebant vela theatro. *Prop.* 4.
Solemne. Scilicet ex illo ſolemnia more theatra, &c. *Oui. de ar.* 1.
Feſtum. Sic vbi tolluntur feſtis aulæa theatris. *Oui. met.* 3.
Clarum. ——claris nomen celebrate theatris. *Cl. Mall. pan.*

THEBÆ, Plural.

Vrbs eſt in Bœotia, ſeu 1 Aonia, Græciæ regione; ab 8 Ogyge, vel (vt vult Ouid.) à 2 Cadmo Agenoris regis Tyrij 9 & Sidonis filio, condita. Illam 3 Amphion muris, 6 Bacchus & 7 Hercules ſuis victorijs, & ſacris ornarunt; 5 Echion, Labdacus, & 4 Oedipus maternis nuptijs, Patris Laij nece deteſtabilis, in ea regnarunt. Dicuntur Dirceæ, ab fonte Dirces in Bœotia.

2 *Cadmea.* Dũ tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ. *Propert.* 1.
1 *Aonia.* Protinus Aoniis immiſſa eſt bellua Thebis *Oui. met.* 7.
3 *Arx Amph.* Nec nõ & Cecropis, nec non Amphionis arces. *O. m.* 15.
4 *Oedipod.* Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ. *ibidem.*
5 *Echionia.* Victor Echionias ſi vir penetraſſet in arces. *Oui. triſt.* 5.
6 *Inſignes Baccho.* —vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos Inſignes. *Hor. car.* 1.
7 *Herculea.* ——Herculeæ norint Thebæ Prælia fratrum. *Sen. Oed.*
8 *Ogygia.* ——Ogygias eadem dea turbida Thebas Inſilit. *Stat. Th.* 2.
9 *Tyria.* —— Tyriæ dux inclyte Thebes. *Stat. Th.* 4.
9 *Sidonia.* At non Sidoniam diuerſa in parte per vrbẽ. *idem* 8.
Inclyta. Nobiles Baccho. Arces Cadmea.

THEMIS.

Cœli & Terræ filia fuit; Iuſtitiæ & oraculorum præſidem eam Poëtæ faciunt. Colebatur in Bœotia ad radices 1 Parnaſſi montis, vbi illi templum.

Fatidica. Fatidicãque Themin quæ nũc oracla tenebat. *Ouid. m.* 1
1 *Parnaſſia.* —— dederat Themis hanc Parnaſſia ſedẽ. *Ou. met* 4.
Scilicet alma Themis, nec talia liquit inulta. *Oui. m.* 7.
Praſcia venturi. Hæc tibi faticano fatorum præſcia dixit Ore Themis. *Ouid. met.* 9.
Longæua. Sic cecinit longæua Themis. *Cl. de rap.* 1.

THERAPNAE.

Vrbs in Laconia, 1 Apollini ſacra, marmoris 2 viridis ferax.

1 *Apollinea.* Tænareũq; cacumẽ Apollineaſq; Therapnas. *St. Th.* 3.
Vmbroſa. ——vmbroſæque magis coluere Therapnæ. *stat. ſyl.* 4.
2 *Viridis.* ——virides plauſere Therapnæ. *ibidem.*

THERMODOON.

Ex Seruio: Fluuius eſt Thraciæ ad quem 1 Amazones ab Tanai flumine in Aſia digreſſæ ſe tranſtulerunt.

1 *Amazoni9.* Perſtrepit & tellus, & Amazonius Thermodõ. *Silius* 8.
————Et tu fœmineæ Thermodon cognite turmæ. *O. Põt.* 4.
Citus. Thermodoonq; citus, Gangeſq;, & Phaſis & Iſter. *O. m.* 2

THESEVS.

1 *Ægei filij* 5 *Neptuni, & regis Athenarum, ex Æthra, Theſeus fuit filius, Minotaurum occidit ope Ariadnes, quam ſpe coniugij deluſit, ſolamque in inſula deſerta* 3 *expoſuit, ducta ſorore eius Phedra. Pirythoum ſummè* 4 *dilexit, eiuſque liberãdi gratia inferos adijt. Dicitur Cecropides à* 2 *Cecrope rege Athenarum, &* 6 *Trazenius à Trazene oppido in Attica.*

Ferox. Illa tempeſtate ferox, & tempore Theſeus. *Catull.*
Perfidus. Perfidus Ægides ducentia fila ſecutus. *Oui.ep.4.*
2 *Cecropides* ——ſuccedo meis (ait) inclyte tectis
Inclytus. Cecropide. *Oui.met.8.*
3 *Periurus.* Dicebam (memini) periure & perfide Theſeu. *O.faſt.3.*
3 *Fallax.* Theſea culpabas fallacemque ipſe vocabas. *ibidem.*
4 *Pius.* Quod piꝰ ad manes Theſeus comes iret amico. *O.triſt.1.*
5 *Neptuniꝰ* ———rubuit Neptunius heros
Heros. Permotus lachrymis. *Stat. Th.12.*
———cedit tibi gloria fidi
4 *Fidus.* Theſeos. *stat.ſyl. 4.*
Magnanim. Magnanime Theſeu, perque natorum fidem. *sen. Hip.*
1 *Ægides.* Protinus Ægides rapta Minoide, &c. *Oui.met.8.*
6 *Trazenius. Superbus. Crudelis. Fortis. Belliger.*

THETIS.

Filia eſt 1 *Nerei, Nympha maris, quæ nupſit Peleo regi Theſſaliæ, ex quo Achillem ſuſcepit. Pro mari nonnunquam accipitur.*

1 *Nereis.* Talis ad Æmonium Nereis Pelea quondam
Vecta eſt, frænato cærula piſce Thetis. *Tibul. 1.*
Vda. Námq; ſenex Thetidi Proteus prædixerat vdæ. *Ou.m.11.*
Æquorea. Iuppiter æquoreæ Thetidis connubia vitat. *ibid.*
Marina. ———qui latet vt marinæ
Filium dicunt Thetidis ſub lachrymoſa Troiæ
Funera. *Horat.car.1.*
1 *Filia Nerei.* ——te filia Nerei,
Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniux. *Vir.æn.8*
Aquoſa. Tu mihi iurabas per numina matris aquoſæ. *Ou.epiſt.3*
Cærula. ———pro nato cærula mater
Ambitioſa fuit. *id. Met. 13.*
1 *Nereia.* Præſcia venturi genitrix Nereia. *ibid.*

THISBE.

Pyramus, & Thiſbe Babylonij, inuitis parentibus mutuo inuicem amore exarſerunt: quo vt potirentur, clam de nocte effugerunt. Elapſa prior Thisbe, in leonem incidit; quem vt falleret, in cauernam ſe recepit: ſed amiſſo capitis velamine, quod bellua recenti cæde oblita cruen-

tum, ad fontem ore detulit: ad quem mox ſuccedens Pyramus, agnita velamine, deuoratam à fera virginem manifeſtâ certior factus coniecturâ, doloris impatiens incubuit in gladium. Thiſbe verò vbi ad fontem reuerſa, Pyramum ſemianimem vidit, eo ſe gladio transuerberauit: ambo deorum commiſeratione in arborem morum mutati ſunt. Vide Ouid. metamorph. 4.

Babylonia. Quem procul ad radios lunæ Babylonia Thiſbe Vidit. *Ouid. met. 4.*

THOLVS. *Teſtudo templorum.*

Curuum. Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo. *Ouid. faſt. 6.*

THORAX.

Munimentum eſt pectoris, ex ferro, aut ære in bello.

Ahenus. ———— alii thoracas ahenos,
Aut læues ocreas lento ducunt argento. *Virg Æn. 7.*

Grauis. —grauem tardi ſubeant thoraca lacerti *Stat. ſyl. 4.*

Nexilis. Nexilis innumero chalybũ ſubtemine thorax. *id. Th. 4.*

Crudus. Accipe belligeræ crudũ thoraca Mineruæ. *Mar. epig. 7.*

Trilix. ———conſerto adamante trilicem
Induerat thoraca humeris. *Prud. Pſych.*

——— ———multóque labore Cyclopum
Sudatum thoraca capit *Silius 4.*

Denſus. ———denſis thoracibus horrens
Stat manus. *Valerius 3.*

Rutilus. *Multiplex. Æneus. Aheneus. Pictus. Ferreus.*

THRACE. *THRACIA.*

Europæ regio eſt, olim dicta Scythonia, à Scythone, poſt Thracia, à Thrace filio 1 Martis; cui propter perpetua 2 bella, quibus infeſtatur, ſacra eſt. A Septentrione Iſtrum habet: ab Oriente, Pontum: a Meridie, Ægæum mare. Ab aſperitate dicta eſt Thracia: eſt enim (vt vult Pomponius Mela) regio nec cælo, nec ſolo tractabilis: & niſi quà mari propior eſt, infœcunda, frigidáque. Dicitur 3 Æmonia, ab Æmo monte: & 4 Biſtonia, à Biſtonibus populis. Huic imperauit 5 Lycurgus rex, Bacchi ſacris infenſus.

Vaſta. Terra procul vaſtis colitur Mauortia campis,
Thraces arant, acri quondã regnata Lycurgo *Vir. Æn. 3*

Horrida. Rhodúmne nobilèm, horridámne Thraciam. *Catul.*

1 *Armifera* Armiferam Thracen qui regat alter erit. *Ouid. epiſt. 2.*

2 *Furioſa.* Otium bello furioſa Thrace *Horat. car. 2.*

Niue candida. Hebrum proſpiciens, & niue candidam Thracen. *idem*

Barbara. ——nam nec mihi barbara Thrace, &c. *Sta car. 1 t. ſyl. 3.*

2 *Saua.* —ſæuam ſpectant trans æquora Thracen. *idem Theb.* 5.
1 *Mauortia.* Proxima ſed ſtudiis multū Mauortia Thrace. *Stat. Ach.*
Dura. —duræ ſimilem nihil Orphea Thracæ &c *idem The.* 5.
Gelida. Cùm gelidam Thracen,& opertum nubibus æmum,
Et maris Ionii tranſieritis aquas. *Ou. Pont.* 4.
3 *Æmonia.* 4 *Biſtonia.* 5 *Regnata Lycurgo.*
Glacialis. *Operta nimibus.*

THVLE.

Duæ ſunt Inſulæ huius nominis, quarum altera in Mari 1 *Atlantico eſt, altera in Oceano Septentrionali vltra Britanniam, olim credita terrarum vltima,* 2 *vt quæ in ſolſtitio æſtiuo noctem, in hiberno diem non habeat.*

1 *Heſperia.* ———Heſperiæ vada caligantia Thules. *Stat. ſyl.* 3.
1 *Nigra.* Aut Rheni populos, aut nigræ littora Thules. *idē ſyl* 4.
2 *Imp. rat.* Horreſcit Libye, ratibuſq; imperuia Thule. *Claudian*.
2 *Vltima.* ——tibi ſeruiat vltima Thule. *Virg. Geo.* 1.
2 *Remota.* ——procul axe remotam
Inſolito belli tremefecit murmure Thulen. *idem.*
Extrema. *Horrida.*

THVS.

A 1 *Saba, regione Æthiopiæ.* 2 *Panchaiâ* Arabiæ, *Ægypto, vbi Nilus* 3 *fluuius thus (ibi enim prouenit) epitheta deſumit. Dicitur* Eoum, *quòd Arabia ſit* Indiam *verſus, quæ* Eoa *dicitur, ab* 4 *oriente ibi ſole. Cùm autem in ſacrificijs, & templis vratur, erit* Pium, Sacrificum, Votiuum, Sacrum.

Maſculum. Verbenáſq; adole pingues, & maſcula thura. *Virg. Ecl.* 8.
1 *Sabæum.* ————centúmque Sabæo
Thure calent aræ. *Virg. Æn* 1.
2 *Panchaicū.* ———illi Panchaica thura
Floribus agreſtes herbæ variātibus adſūnt. *idem in Cul.*
3 *Niliacum.* Aut thus Niliacum, piperue ſeruant. *Stat ſyl.* 4.
4 *Eoum* ——cumulo cur thuris Eoi
Læta calet. *Stat. Th* 1.
Pium. Vrantur pia thura focis. *Tibul.* 2.
Blandum. Blandáq; cum multa thura dediſſe prece. *ibid.*
Flauum. Flaua ſalutatis thura, precéſque damus. *Ou. epiſt.* 19.
Votiuum. Accipit ara preces, votiuáq; thura piorum *idem am.* 3.
Sacrum. ————ſacro thure vocatam
Iunonem Inachiis oculos aduertere tēplis. *Cl. de Pr. cōſ.*
Vaporum. ——ter fronde ſacra, ter thure vaporo

Luſtrauit. *Nemeſ. Ecl.*

Sudatum. ——ſudataque ligno
Thura ferat. *Ou. met. 10.*

Incanum. ——incanáque glebis
Thura. *Stat. Theb. 6.*

Pingue. *Dulce.* *Odorum.* *Odoratum.*
Redolens. *Molle.* *Fragrans.* *Calens.*

THYAS. *THYADES.*

Bacchi ſunt ſacerdotes. Plura vide ad caput, & argumentum Bacchæ. *Dicuntur Theumeſiæ, à Theümeſſo monte in Bœotia, vbi Trieterica Bacchi celebrabantur.*

Euantes. Thyadas effuſis Euantes cornibus egit. *Catullus.*

Peruicaces. Fas peruicaces eſt mihi Thyadas,
Viníque fontem, lactis & vberes
Cantare riuos. *Horat. car. 2.*

Concita. Pulſo Thyas vti concita tympano. *idem 3.*

Inſana. ——inſano veluti Theumeſia Thyas

Theumeſ. Pulſa deo cùm ſacra vocant. *Stat. Theb. 5.*

—— —— Qualis Baccho ſaucia Thyas
Fertur rapido regina gradu. *Sen. Her. œt.*

Bacchæ. —qualis Bacchæ ad bella vocatæ

Amentes. Thyades amentes. *Stat. The. 12.*

THYASVS.

Saltatio, & chorea eſt, quæ in honorem Bacchi inſtituitur. Vide epithetorum explicationem ad caput Bacchus.

Terribilis. Terribiles intus Thyaſi, veſanâque miſto
Concentu delubra gemunt. *Cl. de rap. 1.*
——cùm forte pruinas

Ogygius. Ogygiis complent Thyaſis. *Sid. Ap. pan.*

THYESTES.

Ex Seruio ad lib. 1 æneid. Virg. Atreus, & Thyeſtes, germani, cùm diſſenſione nocere non poſſent, in ſimulatam gratiam redierunt: qua occaſione Thyeſtes cum fratris vxore concubuit. Atreus verò ei filium epulandum appoſuit: quæ ſol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed veritas hæc eſt, Atreum apud Mycenas primum ſolis eclipſin inueniſſe: cui inuidens frater, ex vrbe diſceſſit tempore quo eius probata ſunt dicta. *Dicitur Tantalus, ab auo Tantalo.*

Sceleratus. Si non Aeropen frater ſceleratus amaſſet,
Auerſos ſolis non legeremus equos. *Ouid. triſt. 2.*

Dirus. Diri prandia nec refert Thyeſtæ. *Mar. epig. 10*

Tātalides. Tantalidæ fratres abſint, & Iaſonis vxor, *Ouid. faſt. 2.*
——qui ſcibit prandia ſæui

Crudus. Tereos aut cænam crude Thyeſte tuam. *Mar. ep.* 4.

THYMBRA. *HERBA.*

Olens. Floribus innumeris, & olēti ſpargere thymbra. *St. ſyl.* 1.
Gelida. ——gelidæque vmbracula thymbræ. *ibidem.*
Gra ſpirans.——& grauiter ſpirantis copia thymbræ. *Virg. Geo.* 4.

THYMVS, & Thymum.

Herba eſt, quâ mirificè delectantur apes: habet epitheton ab Hyblâ monte 1 Siciliæ, & à Cecrope 2 Rege Atticæ regionis in Græcia, vbi frequens eſt.

————credas examina fundi
Hyblæum. Hyblæum raptura thimum. *Cl. de rap.* 2.
2 *Cecropiū.* Cecropiūq; thymū, & graueolentia centaurea. *V. Geo.* 4
————volucres ego mella daturas
Canum. Ad violam, & cythiſos, & thyma cana voco. *Ou. faſt.* 5.
Dulce. Et careat dulci Trinacris Hybla thymo. *Oui. triſt.* 5.
Amarum. ——nec iam deguſtat amarum
Deſidioſa thymum. *Lucanus* 9.
Odorum. Miſtaque odoro Leſbia cum thymo. *Sen. Oed.*

THYRSVS.

Eſt, vt vult Macrobius, ſpiculum; cuius ferrum hedera lambente protegitur, illudque mulieres 1 *ad ſacra* 2 *Liberi patris geſtabant. Conſule caput* Bacchus: *vbi epithetorum plana ratio.*

1 *Mollis.* ——etenim molles tibi ſumere thyrſos,
Te luſtrare choros: ſacrum tibi paſcere crinem
Fama volat. *Virg. an.* 7.
————pampineis velata frondibus haſta. *Oui. met.* 7.
————Euœ parce Liber,
Grauis. Parce graui metunde thyrſo. *Hor. car.* 2.
Frondens. ——manibus frondentes ſumere thyrſos
Imperat. *Oui. met.* 4.
Leuis. Fudere comam, thyrſumque leuem
Vibrante manu. *Sen. Oed.*
Teres. Non tamen, aut teretes thyrſos, aut mollia geſſi
Penſa. *Stat. Th.* 9.
Rudis. Quæq; rudes thyrſos hederis veſtiſtis Acharnæ. *St. th.* 12.
Pampineus.——pampineis diffundere brachia thyrſis. *St. Achil.* 1.
2 *Imbellis.* ——quid imbelles thyrſos mercatus. *ibidem.*
——nec manu molli leuem
Vibraſſe thyrſum. *Sen. Her. Fu.*
Virens. Tectam virenti cuſpidem thyrſo gerens. *ibidem.*
2 *Mœnius.* Ebria Mæonijs fulcit veſtigia thyrſis. *Cl. de rap.* 1.
2 *Nyſæus.* Mollia Nyſæis armate brachia thyrſis. *Sen. Oed.*

2 *Dionyſæus.* Ac Nebriſſa Dionyſæis conſcia thyrſis. *Sil.* 3.

THYRSVS.

Per tranſlationem ſignificat ſtimulum, aut incitamentum.

Acer. ——— ——— ——— ——— ———ſed acri
Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor. *Lucret.* 1.

Sacer. Sic vbi nota calent ſacro mea pectora thyrſo *Ou. triſt.* 4

TIARA. Tiaras. hic, & hæc. *v.* MYTRA.

Ornamentum capitis, quo Perſæ, & 1 *Phrygij, ſeu reges, ſeu ſacerdotes vtebantur.*

1 *Phrygius.* ——— ———hoc Phrygius loco
Fixus tiaras Pelopis. *Sen. Thyeſt.*

Lunata. Flectit Achemenius lunatam Perſa tiaram. *Sid. Ap. pan.*

Purpureus. Tempora purpureis tentat velare tiaris. *Ou. met.* 11.

Sacer. ———ſceptrúmque, ſacérque tiaras,
Iliadúmque labor. *Virg. Æn.* 7.

TIBIA. *v.* FISTVLA. BVXVS. CICVTA. ARVNDO.

Tibiarum maximus erat vſus in ſacris; Cybeles in 1 *Phrygia, & Liberi* 2 *patris. In funeribus item, &* 4 *ſacrificijs ea canebatur: inde lauta erit epithetorum copia.*

Curua. Aut vbi curua choros induxit tibia Bacchi. *Virg. Æn.* 11.

Dulcis. Sed Tyriæ veſtes, & dulcis tibia cantu. *Tibul.* 1.

1 *Phrygia.* Obſtrepit & Phrygio tibia curua ſono. *ibid.*

Rauca. Tibia nocturnis ſuccumbat rauca choreis. *Propert.* 3.

Multifora. Longáque multifori delectat tibia buxi. *Ou. met.* 11.

2 *Furioſa.* Exululant comites, furioſáque tibia flatur. *idem faſt.* 4.

Caua. Quæritur in ſcenâ caua tibia. *idem faſt.* 6.

Longa. Vt daret effeci tibia longa ſonos. *ibid.*

Acris. Quem virum, aut Heroa lyra, vel acri
Tibia ſumes celebrare Clio? *Hor. car.* 1.

Querula. Sub cantu querulæ deſpice tibiæ. *idem car.* 3.

3 *Berecynthia* ———cur Berecynthiæ
Ceſſant flamina tibiæ. *ibid.*

Amara. Thebaníque vrunt ſonitus, & amara laceſſit
Tibia. *Stat. The.* 8.

4 *Sacrifica.* Sacrifica dulces tibia effundat modos. *Sen. Agam.*
Glauca.	Informi ligno, glaucáque exponit in vlua.	*Virg.æn.*6.
Limoſa.	Exul limoſa Marius caput abdidit vlua.	*Lucanus* 2.
Gratã pal.	Vimina cũ iuncis, gratámq; paludibus vluã.	*Ou.met.*6.

VLVLATVS.

Tremulus.	Aſt aliæ tremulis vlulatibus æthera complent.	*V.Æn.*7
Acutus.	vbi ſacra ſancta acutis vlulatibus agitant.	*Catul.*
Terribilis.	Terribilémq; vagas vlulatum ſpargit in auras.	*St.Th.*7.
Inſanus.	———inſanis vlulatibus ipſe remugit.	*id.Theb.*11.
	——— ———vlulatúque æthera rupit	
Terrificus.	Terrifico.	*Cl in Ruf.*1.
Horriſonus	———horriſonis vlulatibus erigit iras.	*Silius* 4.
Attonitus.	Impleuit chorus attonitis vlulatibus antra.	*ibid.*
Flebilis.	——— ———vlulatus flebilis auras	
	Impulit.	*id.Theb.*5.
Fœmineus.	Lamentis, gemituque, & fœmineo vlulatu	
	Tecta fremunt.	*Virg. æn.* 4.
Creber.	———feriunt crebris vlulatibus aures.	*Lucanus* 2.
Querulus.	Impleuit ſacrã querulis vlulatibus Idam.	*Ouid.epiſt.*

VLYSSES.

Filius fuit Anticleæ ex 1 *Laerte: vel (vt illi objecit Ajax, apud Ouid. met.* 13.*) ex* 2 *Siſypho Æoli filio: cùm enim duceretur Anticlea Laertæ, raptam compreſſit Siſyphus. Porrò omnium Ducum, qui ad Trojam profecti ſunt, Vlyſſes fuit excellentiſſimus; quippe qui & militarem artem cum doctrina haberet coniunctam. Inde dicetur* Solers, Facundus, Cautus, Duplex. 3 *Dulichij, &* 4 *Ithacæ inſularũ rex fuit.*

Durus.	Myrmidonum, Dolopumq; aut duri miles Vlyſſi.	*V.æ.*2
Pellax.	———inuidia poſtquam pellacis Vlyſſi.	*ibid.*
Scel. inuẽt.	Tydides ſed enim, ſcelerumque inuentor Vlyſſes.	*ibid.*
Dirus.	Tiſandrus, Sthenelusque duces, & dirus Vlyſſes	*ibid.*
Sæuus.	Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſi.	*Vir. æneid.*3.
Facundus.	Plus ego quã Phœnix, pluſquã facundus Vlyſſes.	*O.ep.*3
Solers.	Penelopẽ abſens ſolers torquebat Vlyſſes.	*id. de arte* 2.

1 *Laertiades* Saxa moues gemitu, Laertiadæque precaris
Quæ meruit. *Ou. met.* 13.
3 *Dulichius* Sed neque Dulichius ſub Achillis caſſide vertex
1 *Laertius* Pondera tanta feret. *ibid.*
Heros. vltima murmur erat, donec Laertius Heros. *ibid.*
4 *Ithacus.* Et iam Dulichios portus, Ithacámque, Samumque,
Fallax. Neritiáſque domos regnum fallacis Vlyſſis. *ibid.*
————————nec quæ Lapitheia monit
Audax. Prælia, nec coniux timidi, aut audacis Vlyſſei. *id. met.* 14
Cautus. Sæpè ferox cautum petiit Neptunus Vlyſſē. *idem triſt.* 1.
Duplex. Nec certus duplicis per mare Vlyſſei. *Horat. car.* 1.
Laborioſus. Laborioſi remiges Vlyſſei. *idem epod.*
Patiens. Haud male Telemachus proles patiētis Vlyſſei. *id ep.* 1.
Varius. Graiorumque dolos, variumq; ignorat Vlyſſē. *St. Ach.* 1
Acer. ————————tunc acer Vlyſſes
Admotus lateri. *ibid.*
Fallax. Nec fallacem cernit Vlyſſem. *Seneca Tro.*
Infidus. ————infidi claſſem defendit Vlyſſis. *Sid. Ap. pan.*
Æolides. *Hortator ſcelerum.* *Sagax.*
2 *Siſyphides* *Furtis aptus.* *Ferox.*

VMBO.

v. Clypeus. Scutum. Parma.

Media eſt pars clypei: pro clypeo tamen ſumitur.

Aureus. ————vaſtos vmbo vomit aureus ignes. *Vir. aneid.* 10
Vaſtus. ———vaſto metuenda vmbone ferarum
Excutiens ſtabula. *Stat. Theb.* 1.
Durus. ———duris rumpunt vmbonibus agmen. *idem* 8.
Minax. ————————auidos tranſire minaci
Cornipedes vmbone ferit. *Cl. de rap.* 2
Coruſcus. ————————latéque coruſco
Curuatas glacie ſyluas vmbone ruebat. *id de lau. St.* 1.

VMBRA.

A noctis tempore, & colore dicetur Rorifera, Nocturna, Fuſca, Cærulea, Nigrans, Frigida: *ab arborum opacitate* Denſa, Horrens, Spiſſa, &c.

Frigida. Frigida vix cælo noctis diſceſſerat vmbra. *Virgil. Ecl.* 8.
Viridis. ———aut viridi fontes induceret vmbra. *idem Ecl.* 9.
Grauis. ———ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra. *idem Ecl.* 10.
Denſa. Tunc ſoni dulces, denſæq; in montibus vmbræ *id. Ge* 1
Ingens. ———ingentem ſuſtinet vmbram. *Vir. Geor.* 2.
Pallens. Tum ſol pallētes haud nunquā diſcutit vmbras. *id G.* 3.
Horrens. —horrentique atrum nemus imminet vmbra. *id. an.* 1

Dulcis. ——& dulci ſpirans complectitur vmbrâ. *Virg Æn.1.*
Humens. Humētēq; Aurora polo dimouerat vmbrā. *idem Æn.3.*
Leuis. Arboris antiquæ quà leuis vmbra cadit. *Tibul. 2.*
Lenta. Pinus & incūbēs lētas circūdabat vmbras. *Propert. 3.*
Nocturna. Hanc ego nocturnas viuam volitare per vmbras
Suſpicor. *Ou met. 10.*
Arborea. ——arboreâ frigus ducebat ab vmbra. *idem triſt. 3.*
Pampinea. Nō hîc pāpineâ dulcis latet vua ſub vmbra. *Lucret. 4.*
Quà pinus ingens, albáque populus
Hoſpitalis. Vmbram hoſpitalem conſociare amant
Ramis. *Horat. car. 2*
Nigra. ————nigras diſcutit vmbras
Aeris illius. *Lucret. 4.*
Rorifera. Hinc vbi roriferis terrā nox obruit vmbris. *idem 6.*
Fuſca. ——fuſca Deus obſitus vmbra
Exilit ad Superos. *Stat. Theb. 2*
Cærulea. Nox & cæruleam terris infuderat vmbram. *ibid.*
Opaca. Sed fragiles buxos, & opacas palmitis vmbras. *Martialis 1.*
Vertitur intereà cælum, & ruit Oceano nox,
Magna. Inuoluens magna vmbra terrámque, polúmque. *Virg. Æn.2.*
Populea. Populea mecū carmen luctare ſub vmbra. *Claud. epigr.*
Nigrans. —triſti nemore, atque vmbris nigrantibus horrens. *Silius 12.*
Amœna. ————amœna Faunus in vmbra
Securus recubat. *Calphur. ecl.*
Ingens. Parua ſub ingenti matris ſe ſubiicit vmbra. *Vir. Geor. 2.*
Nemoralis. ——nemoralibus obſitus vmbris. *Ouid. am. 3.*
——agnouítque per vmbram
Obſcura. Obſcuram. *Virg. Æn. 6.*
Sacra. ——ſacra nemus accubat vmbra. *idem Geor. 3.*
Cæca. ————cæcis ſe condidit vmbris. *idem Æn. 7.*
Gelida. Tertia lux gelidā cælo dimouerat vmbrā *idem Æn. 11.*
Picea. ——piceis noctis ſe condidit vmbris. *Stat. The. 9.*
Soporifera. Fortè ſoporiferas cæli ſecreta per vmbras *idem 12.*
Mollis. Vis'erā molli recubās Heliconis in vmbra. *Propert. 2.*
Atra. —atram nox protinus abſtulit vmbram. *Val. 5.*
Sylueſtris. ——ſylueſtri nata ſub vmbra
Mollia fraga leges. *Ou. met. 13.*
Fluminea. ——fluminea errare per vmbras
Malumus. *Nemeſ.*

VMBRÆ, pro inferis, ſeu morte.

Crudeles. —nec adhuc crudelibus occubat vmbris. *Virg. Æn. 1.*
Pallentes. Parcite, pallẽtes vmbras quicũnq; tenetis. *Tibul. 3.*
Stygiæ. Quáſq; recõdiderat, Stigiiſq; admouerat vmbris. *O m. 1.*
Immites. ——immites lentè deſcendit ad vmbras. *Stat. ſyl. 3.*
Mœſtæ. Irrũpis mœſtas, fatis nolentibus, vmbras. *idem Th. 10.*
Infernæ. Magn'ab infernis reuocetur Tulli' vmbris *Mar. epig 4.*
Nigræ. Paruula ne nigras horreſcat Erotion vmbras. *idem 5.*
——— ——cur caput tenebris graue
Æternæ. Non mitto ad vmbras Ditis æternas? *Sen Theb.*
Tartareæ. ——Tartareas Pandiona miſit ad vmbras. *Ouid met. 6.*
Imæ. ——imas Erebi deſcendit ad vmbras. *Vir. æneid. 6.*

VMBRÆ. *Animæ mortuorum.*
v. Animæ mortuotum. Manes.

Exangues. Errãt exãgues ſine corpore & oſſibus vmbræ. *Ou. met 4*
Tacitæ. Magna feres tacitas ſolatia mortis ad vmbras. *idem 5.*
Trepidãtes. Immiſſúſque dies trepidantes terreat vmbras. *ibid.*
Gelidæ. Vos cinis exiguus, gelidæque iacebitis vmbræ. *idem 8.*
Leues. Occurrat tacitò ne leuis vmbra ſibi. *idem faſt. 5.*
Lubricæ. Lubrica prenſantes effugit vmbra manus. *ibid.*
Cruentæ. Vmbra cruenta Remi viſa eſt aſſiſtere lecto. *ibid.*
Flebiles. Occurrit regi flebilis vmbra ſuo. *idem triſt 3.*
Noxiæ. —noxia mille modis lacerabitur vmbra. *idem in Ib.*
Exanimes. Exanimis mores oderit vmbra tuos. *ibid.*
Impiæ. Impia nec pœna Pentheos vmbra vacat. *idem triſt. 5.*
Graciles. Et gracilis ſtructos effugit vmbra rogos. *idem triſt. 4.*
Inanes. Nõ ſũ qui fuerã, quid inanẽ proteris vmbrã? *idem triſt. 3*
Tenues. Vmbræ ibãt tenues, ſimulachráq; luce carẽtum. *V. G. 4.*
Silentes. Dii quibus imperiũ eſt animarũ, vmbræq; ſilẽtes *id. æ. 6*
Luridæ. Luridáque euictos effugit vmbra rogos. *Propert. 4.*
Volantes. ———non vmbras nocte volantes,
Non timeo ſtrictas in mea fata manus. *Ouid am. 1.*
Ferales. Auribus incertum feralis ſtrideat vmbra. *Lucanus 6.*
Sanctæ. ——ſanctis quem coniugis vmbris
Miſcuit. *Mar. epig. 7.*
Felices. ——— ———felices quoque
Exterret vmbras. *Sen. Her. fur.*
Gradúmque retrò flectere haud vnquam ſinunt
Tenaces. Vmbræ tenaces. *ibid.*
Deteſta- ——— ——perge deteſtabilis
biles. Vmbra, & Penates impios furiis age. *idem Thyeſt.*
Nocentes. Vmbræ nocentes cedite. *idem Hip.*

VNDA.

v. Fluctus, Procella, Mare, Pontus, Pelagus.
Conſule caput Aqua : *eandem enim hic diuiſionem fecimus.*

VNDA FONTIVM.

v. Fons. Riuus.

Fontana. Bis caput intõſum fontanâ ſpargitur vndâ *Ouid.faſt.*4.
Dulcis. ——dulcéſque è fontibus vndæ. *Vir.Geor.*2.
Pura. Idem ter ſocios purâ circumtulit vndâ. *idem Æn.* 6.
Vitrea. Te nem⁹ Angitiæ, vitrea te Tucinus vnda. *idem Æn.* 7.
Formoſa. Et modò formoſis incũbens neſcius vndis. *Propertius* 1.
Placidiſſima. ———cuius placidiſſima læuum
Radit arenoſi Tybridis vnda latus. *Ouid.faſt.*1.
Viua. Corpora nunc viua ſparguntur gurgitis vnda. *Silius* 12.
Volubilis. Gramina linquam⁹, ripámque volubilis vndæ. *Calphur.*
Gelida. ——gelida cùm perluor vnda. *Hor.epiſt.*1.
Grata ſiti. Sole iuuant vmbræ, grata fit vnda ſiti. *O.de re.a.*2.
Nitida. Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis. *idem met.*3.
Tenuis. Fons ſonat à dextra tenui perlucidus vnda,
Perlucida. Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus. *ibid.*
Currens. Et vocet in riuos currentem ruſticus vndã. *idem am.*2.
Labens. Carmina cycnorũ labẽtibus audit in vndis. *idem met.*5.

Salubris. Glauca. Cærulea. Fluens. Mollis. Liquida. Rauca. Garrula. Loquax. Perſpicua. Tremula. Cita. Properans. Fugax. Humens. Volucris. Irrigua. Lucida. Lucens. Illimis. Frigida. Mobilis. Pernix. Fugiens.

VNDA FLVMINVM.

Fluuialis. Quã ſatus Iapeto miſtã fluuialibus vndis. *Ouid.met.*1.
———vbi tectus arundine ſerpit
Fluminea. In freta flumineis vicina Numitius vndis. *idem met.* 14
Labens. Vtque per alternos, vndâ labẽte, recurſus. *idem in Ib.*
Mitis. ———mitis vnda ſternitur. *Prud. Cath.*
Limoſa. ——limoſas extendere latiùs vndas. *Sil.* 6.
Torrens. Necnon & torrentẽ vndam leuis innatat alnus. *V.Geo.*2
Velox. ——Rhodanus raptum velocibus vndis
In mare fert Ararim. *Lucanus* 1.

Præceps. Præceps. Rapax. Rapida. Tumens. Rauca. Vaga. Stagnans. Intorta. Furens.

VNDA MARIS QVIETI.

Æquorea. ——ab æquoreis nitidum iubar exerit vndis
Lucifer. *Ouid.faſt.*2.
Summa. ——ſumma placidum caput extulit vnda. *Vir. æneid.*1.

Dicuntur

Liquida. Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per vndas. *Catullus.*
Cærulea. Nondum cæruleas pinus contēpſerat vndas. *Tibullus 1.*
Cærula. Cærula ceratas accipit vnda rates. *Ouid. epiſt. 5.*
Placida. —rapidum placidis etiam mare conſtitit vndis. *Tib. 4.*
Vaga. Regna vagæ, dixi, ſortite Tridentifer vndæ. *Ouid. met. 8*
Grauis. —madidiſque grauis fluere vnda capillis. *idem met. 11.*
Alta. Trās ego tellurē, trans altas audiar vndas. *idem triſt. 4.*
Glauca. Ionium glaucis aſpergit littus ab vndis. *Lucretius 1*
Mitis. ———mitis vnda ſternitur. *Prud. Cath.*
Alludens. ———& in alludentibus vndis
Sūma pedū, talóque tenus veſtigia tingit. *Ouid. met. 4.*
Nec poterat quenquam placidi pellacia ponti
Ridens. Subdola pellicere in fraudē ridētibus vndis. *Lucretius 5.*
Mendax. ———vnda ſcrupeis mendax vadis. *Sen. Agam.*

VNDA MARIS TVRBATI.

———ne ſpoliata armis, excuſſa magiſtro
Surgens. Deficeret tantis nauis ſurgentibus vndis. *Virg. Æn. 6.*
Feruens. ———ingreditur feruentes æſtibus vndas. *Oui. met. 14.*
Exſultans. Oſque cauū ſaxi ſonat exſultantibus vndis *idem met. 13.*
Concuſſa. ———concuſſas Triton exaſperat vndas. *idem am. 2.*
Indomita. Indomitas prope qualis vndas
Exercet Auſter, &c. *Horat. car. 4*
Dehiſcens. ——— ———vnda dehiſcens
Terram inter fluctus aperit. *Virg. Æn. 1.*
Agitata. Agitata ventis vnda venturis tumet. *Sen. Agam.*
Spumea. Spumea ſemifero ſub pectore murmurat vnda. *V. æn. 10*
Spumoſa. Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerit vnda. *idem æn. 6.*
Cæca. ———cæcis erramus in vndis. *idem æneid. 3*
Aſpera. Neptunus ſæuus vndis aſperis pauſam dedit. *Ennius.*
Latrans. ——— ———exeſa in viſcera montis
Contortum pelagus latrantibus ingerit vndis. *Silius 5.*
Vaga. Et vaga Ponti mobilis vnda. *Sen. Her. fu.*
rapit. *idē Hip.*
Torrens. Rupéſque, & amnes, vnda quos torrens
Fluctiuaga ———fluctiuagâ qua præterlabitur vnda. *Stat. Theb. 1.*
Tumens. ——— ———cumque tumentes
Rurſus hiant vndæ vix eminet æquore malus. *Luc. 5.*
Furens. —cum ventis, pelagique furentibus vndis *idem 3.*
Immenſa. Siue per immenſas iactabor naufragus vndas. *Ou. in Ib.*
Minax. Et minax (quod dii voluere) ponto
Vdda recumbit. *Horat. car. 1*
Tumida. ———tumidis qui regnat in vndis. *Ouid. triſt. 1.*

Grauis. —madidíſque grauis fluere vnda capillis. *Ouid.met.* 11
Ventoſa. His ego vẽtoſas nantẽ Delphina per vndas.*id. epiſt.*18.
Naufraga. Naufraga quã vaſti tunderet vnda maris. *Tibullus* 2.
Crepitans. Vicinæq;fremũt ripæ,crepitantibus vndis.*Virg.Æn* 10
Refluens. Vt mare ſollicitũ ſtridet,refluẽtibus vndis.*idem Geor.*4

VNGVEN.

Pingue. ——pingui fluit vnguine tellus. *Valerius* 6.
Liquidum. —liquido ſimul vnguine terga memento,&c.*Calphur.*
Craſſum. ——craſſo vitiatunt vnguine pultes. *Perſ ſat.*6.

VNGVIS.

Deſumetur epitheton à ferocitate bellnarum, & auium, quæ vnguibus armatæ in ipſos homines, vel etiam pecudes deſæuiunt: item ab ipſo dolore, qui cùm perſæpè magnus ſit, homines, præſertimque mulieres vt genas, & vultum crudeliter dilanient, impellit.

Acutus. Et pedibus teneris vngues præfixit acutos.*Vir.inCeiri.*
Rigens. Et ſecui madidas,vngue rigente, genas. *Ouid.epiſt.*5.
Auidus. —auidóſque timet,quibus hæſerat vngues.*idem met.* 6
Longus. Inq;caput creſcit,longóſq; reflectitur vngues. *id.m.*5.
Niger. ——nigris rapit vnguibus hydrum. *idem faſt.* 2.
Ferus. —quò,Diua,feros grauis exeris vngues? *Stat.ſyl.*2.
Cruentus. Pectore nunc moriens,nunc ora indigna cruento
Vngue ſecat. *idem The.*6.
Sæuus. vnguibus hunc ſæuis ira paterna ferit. *Cl.Hon.pan.*
Rigidus. ——rigido ſectas inuenit vngue genas. *Ouid.faſt.*6.
Inſanus. Diripiántque tuos inſanis vnguibus artus.*idem in Ib.*
Curuus. Petámque vultus vmbra curuis vnguibus.*Horatius ep.*
Vncus. Morſibus affixæ validis,atque vnguibus vncis. *Lucret.*5
Recuruus. ————————ora recutuo
vngue ſecat. *Stat.Theb* 3.
Hamatus. Hamatíſque viri laniauerat vnguibus ora. *Ou. met.*12.
Iratus. ——iratos in vultus coniicit vngues. *Propertius* 4.

VNGVLA.

Leuis. Perpetuo cornu leuis vngula. *Ouid.met.*2.
Dura. Duráque mollierat ſubiectas vngula glebas.*id.met.* 6.
Sonans. Eques ſonante verberabit vngula. *Horat. epod.*
Grauis. ——lethum peragit grauis vngula pulſu. *Silius* 4.
Cornea. Cornea gramineũ perſultans vngula campum.*idem* 6.
Caua. —plauſu caua concutit vngula terram. *Ennius.*

VOLATVS.

v. Penna. Ala.

Præceps. si tam præcipiti fuerant ventura volatu. *Martialis* 11
Sublimis. ——ſublimes raptim per inane volatus. *Stat.Theb.*1.

Celer. Nuntia votorũ celeri iam fama volatu,&c. *Clau.pan.8.*
———————inde ferebant
Suſpenſus. Nubila,ſuſpenſos celerem temeraſſe volatu
Perſea. *Stat.Theb.3.*
Lenis. Hanc vbi luſtrantem leni ſua caſtra volatu
Mopſus,& ingenti circùm clamore ſonantem
Aſpexit, &c. *Ouid met.12*
Subitus. Inter quæ ſubito cadunt volatu. *Statius ſyl.1.*

VOLVCRIS.

v. Penna. Ala.

Picta. Et genus æquoreum,pecudes,pictæque volueres
In furias, ignémque ruunt. *Virg.Geor.3.*
Celer. Gaudete ô celeres ſubnixæ nubibus altis,
Vaga. Quæ mare,quæ virides ſyluas,lucóſque ſonantes
Blanda. Incolitis;gaudete vagæ,blandæque volucres.*id. in Cei.*
Auida. ————non illa canes,auidæque volucres,
Non cani tetigere lupi. *Ouid.met.7.*
Aeria. Aeriæ primùm volucres,te diua,tuúmque
Significant luctum. *Lucretius 1.*
Varia. ————variæ circúmque,ſupráque,
Aſſuetæ ripis volucres,& fluminis alueo,
Æthera mulcebãt cantu,lucóque ſonabãt. *Virg. Æn.7.*
Rapidiſſ. Et volucris viſis rapidiſſima miluius extis. *Ouid.met.2.*
Vaga. In mare laſſatis volucris vaga decidit alis. *idem met. 1.*
Canora. —vmbroſæ ſalices,volucréſque canoræ. *idem faſt. 3.*

VOLVMEN.

v. Liber. Libellus.

Annoſum. ————————annoſa volumina Vatum
Dictitet. *Horat.ep 2.*
Craſſum. Nec craſſum dominus leget volumen. *Martialis 5.*

VOLVMEN,

pro gyro , & conuerſione.

Celere. Syderáq;alta trahit,celeriq;volumine torquet. *O.met.2.*
Immẽſum. —vinclorum immenſa volumina verſat. *Virg. Æn. 5.*
Sinuoſum. —ſerpens ſinuoſa volumina verſat. *idem Æn. 11.*
Curuatum. Ingenti traxit curuata volumina gyro. *Silius 15.*

VOLVNTAS.

Honeſta. Nec liber indiciũ eſt animi,ſed honeſta volũtas.*O.tri.2.*
Officioſa. Non illis pietas,non officioſa voluntas
Defuit. *idem Pont.3.*
Animoſa. ———animoſa voluptas
Admonet, &c. *Stat.Theb.9.*

Propenſa. Quãdo ita cælicolũ nobis propẽſa volũtas. *Sil.* 16.

VOLVPTAS FOEDA.

Breuis. Sic vbi percepta eſt breuis, & non vera voluptas. *O. P.* 1.
Damnoſa. —vires adimit Veneris damnoſa voluptas *ibid.*
Leuis. ——leuis effugit voluptas. *Stat. ſyl.* 1.
Fluxa. ——vt fluxa voluptas
Diffluat, impuro ferueſcat vt igne libido. *Prud. Ham.*
Non ſinc. ——nulla eſt ſincera voluptas. *Ouid. met.* 7.
Emp. dolor. ——nocet empta dolore voluptas. *Hor. epiſt.* 1.
Inconceſſa. ——placet inconceſſa voluptas. *Ouid. am.* 3.
Virt. inim. Hinc virtꝰ, illinc virtuti inimica voluptas. *Sil.* 15.

VOLVPTAS VERA, & ſincera.

Sincera. Caſtus amor, pulchra ſpecies, ſincera voluptas. *Pru. Ap.*
——immenſa voluptas,
Immenſa. Et riſus plerũnque ſubit. *Cl. in Ruf.* 2.
——ſed candida ſemper
Ignara Gaudia & in vultu curarum ignara voluptas. *Stat. ſyl.* 2.
curarum. ——quoad creſcat vera voluptas. *Lucret.* 5.
Vera. ——neque vllam
Liquida. Eſſe voluptatem liquidam, purámque. *idem* 3.
Magna. ——namque mea magna voluptas
Vtilitas veſtræ magna ſororis erit. *Ouid. faſt.* 2.
Iucunda. Nõ quia vexari quemquã eſt iucũda voluptas. *Lucret.* 2.
Blanda. Blãda truces animos fertur molliſſe voluptas. *O. de ar.* 2

VOMER.

v. Aratrum.

Durus. ——quondam duro ſulcata Camilli
Vomere. *Lucanus* 1.
Vncus. ——vncus aratri
Ferreus. Ferreus occultè decreſcit vomer in aruis. *Lucret.* 1.
Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro
Attritus. Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer. *V G.* 1.
Aduncus. Nullus anhelabat ſub adunco vomere taurus. *O. faſt.* 2
Vncus. Et facilẽ pecori, & patientem vomeris vnci. *Vir. Geor.* 2.
Impreſſus. ——impreſſo raduntur vomere ſaxa. *Sil.* 1.
Pronus. Non glebam prono conuellit vomere taurus *Catul.*
Rigidus. Et nullo rigidi verſabere vomeris ictu. *Cl. de rap.* 1
Curuus. At meliora dabat: curuo ſine vomere fruges. *Ouid. am.* 3

VORAGO.

v. Barathrum. Gurges.

Vaſta. ——vaſtáque voragine gurges
Æſtuat. *Virg. Æn.* 5.

Atra. Per pice torrentes, atráque voragine ripas
Annuit. *Virg. Æn.9.*
Profunda. Liuidiſſima, maximéque eſt profunda vorago. *Catul.*
Sinuoſa. Iámque humeros, iam colla ducis ſinuoſa vorago
Circuit. *Stat. Theb.9*
——————intus immenſo ſpecu
Ingens. Ingens vorago faucibus vaſtis patet. *Sen. Her. fu.*
Immenſa. —vmbras latè Stygias immenſa vorago
Faucibus oſtendit patulis. *Sil. 5.*
Tenebroſa. —iam Thebæ iuxta, & tenebroſa vorago, *Stat. The. 6.*

VORTEX.

v. Vertex. Turbo. Tempeſtas. Procella.

Inſanus. Proluit inſano contorquens vortice ſyluas. *Virg. Geor. 1*
Tortus. Dat ſonitum ſaxis, & torto vortice torrens. *idem Æn. 7.*
Turbineus. Corpora turbineo iuuenilia vortice merſit. *Ouid. met. 8*
Rapidus. ——ſaxa rapidis clauſa vorticibus tegit
Fallax Caphareus. *Sen. Agam.*
Sonorus. ——————furit vnda ſonoris
Vorticibus. *Sil. 4.*
Cauus. Vorticibuſq; cauis cedit, creſcitque barathrũ. *Stat. T. 9*
Creber. ——crebro vortice tortus Halys. *Ou. Pont. 4.*
Spumoſus. ————ſpumoſo vortice ſyluas
Inuoluunt. *Clau. pan. 8.*
Rapax. Vaſto rapacem vorticem ſcindens gradu. *Seneca.*

VOTVM. *v.* Preces. Sacrum.

Solemne. ——& cùm ſolemnia vota
Reddemus Nimphis. *Virg. Ecl. 5.*
Annuum. Annua vota tamen, ſolemnéſque ex ordine pompas
Exequerer, ſtruerémque ſuis altaria donis. *idem Æ. 5.*
——————irámque, mináſque
Supplex. Supplicibus ſupera votis. *idem Æn. 8.*
Immortale —diis Italis votum immortale ſacrabat. *ibidem.*
Debitum. Debita cùm caſtæ ſoluuntur vota Mineruæ. *id. in Ceiri.*
Pudicum. Ipſa domo vidua votis operata pudicis
Torqueor. *Ouid. epiſt. 9.*
Pium. ——irridet primo pia vota Lycaon. *idem met. 1.*
————pro te fortiſſime vota
Publicum. Publica ſuſcipimus. *idem met. 7.*
Potens. Sertáque cingebant, voti argumenta potentis *id met. 8*
Impetrab. Iunoni votum facite impetrabile, dixit. *Propert. 4.*
Luſtrale. ————donec luſtralia perno x
Vota fero. *Val. 3.*

VOTVM. *Voluntas. Spes. Deſiderium.*

Audax. Hunc precor audaci qui nunc ad prælia voto,
Heu nimiùm tibi fiſus abit:da viſere belli
Victorem. *Stat.Theb.9*

——at virgo Cinyreia peruigil igne
Furioſum. Carpitur indomito,furioſáque vota retractat. *Ou m.10*
Modeſtum. Ne mea ſint timeo vota modeſta parum. *idem triſt.5.*
Temerariũ. Quid precor ah demens? venti temeraria vota
Aeriæ & nubes diripienda ferant. *Tibul.3.*
Ferale. Non ego te contrà Stygiis feralia ſanxi
Vota Deis. *Stat.The.11.*

VOX.

Vide caput Os, *&* Lingua: *eadem enim diſtinctio, & diuiſio hic annotatur.*

Rauca. Tũ cornix raucâ pluuiã vocat improba voce. *Vir.Geor.1*
Liquida. —tum liquidas corui ter gutture voces,
Aut quatet ingeminant. *ibid.*
Tremula. Et tibi blanditias tremulâ componere voce. *Tibul.*
Canora. ———Syrenes erant, quæ voce canora. *Ou.de arte 3.*
Fragilis. Si vox infragilis,pectus mihi firmius eſſet. *idem triſt.1.*
Magna. Miles Io magna voce triumphe canet. *idem triſt.4.*
Acuta. ſeu voce nunc mauis acuta,
ſeu fidibus, citharáue Phœbi. *Horat.car.3.*
Feſta. —ecce iam cantus ciet—Feſtáſque voces. *Sen. Thyeſt.*
———————peruenit ad aures
Iucunda. Vox iucunda deæ. *Cl.de nu. P.*
Compoſita. Vel tibi compoſita cantetur epiſtola voce. *Ou de arte 3*
Mellita. ————& mellitæ nectare voces. *Auſon. Prof.*
Blanda. ————————blandíſque moratur
Vocibus. *Virg. Æn. 1.*
Hilaris. Eſt & frementi vox hilaris foro. *Stat.ſyl.4.*
Sacra. ———ſacráque ita voce profatur. *Ouid.met.2.*
Serena. ———————neque voce ſerena
Ingentes tiepidare Titos. *Perſ.ſat.1.*
Nuptialia concinens
Tinnula. Voce carmina tinnulâ. *Catul.*
Facunda. Talibus Aoniæ facunda voce Camœnæ. *Ouid.faſt.4.*

VOX, in ira.

v. Os. Mens. Animus in ira.

Iracunda. ———vox iracunda, mináxque,
Minax. Plenáque terroris rauco de gutture fertur. *Ouid.met.2.*
Horrenda. ———tum vox horrenda per auras

	Excidit.	*Virg.Æn.9.*
Summa.	——& ſumma Theſea voce voco.	*Ou. epiſt.10.*
Inſana.	——inſana regia voce ſonat.	*idem epiſt.11.*
Temeraria	————————temeraria, dixit,	
	Vox mea facta tua eſt.	*idem met. 2.*
Sonans.	Adiuuat & fortes, voce ſonante, manus.	*idem faſt. 4.*
Grauis.	Territa voce graui ſurgit dea.	*idem faſt.6.*
Trux.	Vox fera, trux vultus, certiſſima mortis imago.	*id.triſt.5*
Minax.	————puerum minaci	
	Voce dum terret.	*Horat.car.1.*
Acris.	——voce increpet acri.	*Lucret. 2.*
	————nec barbarus vnquam	
Horrida.	Annibal, aut ſæui poſſet vox horrida Syllæ.	*Stat.ſyl.4.*
Triſtis.	——pauidos triſti voce citare reos.	*Martialis 4.*
Rigida.	Appellat rigida triſtis me voce ſecundus.	*idem 7.*
Efferata.	Agedum, efferatas rabida voces amoue.	*Sen. Her.fu.*
Superba.	Iunonem victrix affatur voce ſuperba.	*Virg. Æn.7.*
Dira.	——tum vox tetrum dira inter odorem.	*idem Æn.3.*
Ferox.	——non voce feroci,	
	Non alto ſimulata gradu.	*Cl.de nu. H.*
Infanda.	————vocis infandæ ſonus.	*Sen.Agam.*
Tetrica.	*Rabida. Fulminea. Furibunda. Atrox.*	

VOX, in conuiciis, & blaſphemiis.

Moleſta.	Inuide, tu tandem voces compeſce moleſtas.	*Prop.1.*
Infanda.	——vocis infandæ ſonum,	
	Et aure verba indigna materna opprime.	*Sen. Agam.*
Inceſta.	Nec ſatis inceſtis temerari vocibus aures.	*Ouid.triſt.2.*
	——quibus abſtinet ille fruatur	
Obſcœna.	Vocibus obſcœnis.	*Iuuen.ſat.11*

VOX, in luctu, & triſtitia.

Demiſſa.	Deiecit vultũ, & demiſſa voce locuta eſt.	*Virg. Æn. 3.*
Lachrim.	—& ſcopulos lachrimoſis vocibus implent.	*idem 11.*
Mœſta.	Et mœſtas alto fundunt de limine voces.	*ibid.*
Querula.	Hæc poſtquã querula mecum ſub voce peregit.	*Prop.4.*
Supplex.	ſupplice voce roga, veniã dabit illa roganti.	*Ouid.met.6*
Timida.	Nec rigidam timidis vocibus obde forem.	*id. Pont. 2.*
Tremens.	Hæc quoque vix poteris voce tremẽte loqui.	*id. Pont.3.*
Summiſſa.	ſummiſſa fugiens voce clientis opem.	*ibid.*
Lugubris.	Cùm liquidã tollũt lugubri voce querelã.	*Lucret. 4.*
	————————blandas manus	
Miſerãda.	Ad genua tendens voce miſeranda vocat.	*Sen. Her.fu.*
Flebilis.	Quæ vox ab altis flebilis tectis ſonat?	*idem Hip.*

Tenuis. Vox tenuis, tardiq; gradus, oculiq; iacẽtes. *Cl. de bel. Gi.*

Sollicita. Sollicitâ petit propenſum voce fauorem. *Ou. met. 14.*

VRBS.

Vrbium laudes varias vide apud sid Apol. pan. ad Narbonem.

Egregia. Adde tot egregias vrbes. *Vir. Geor. 2.*

Clara. ——claras diruit vrbes. *Sen. Octau.*

Amœna. -per amœnam vrbem leni fluit agmine flumen. *Ennius.*

——illuſtres tituliſque

Nobilis. Frenos nobilium reximus vrbium. *Prud. Cath.*

Latè florens. ——————————aſpice latè

Florentes quondam luxus quas verterit vrbes. *Silius 15.*

Celſa. Ille velut celſã oppugnat qui mollib' vrbẽ *Vir. æneid. 5.*

Grau. bell. Quid grauidam bellis vrbem, &c. *idem æneid. 9*

Magna. —in magnæ dominatur mœnibus vrbis. *Ouid. met. 7.*

Magnifica. Te duce magnificas Aſiæ perreximus vrbes. *id. Pont. 2.*

Alta. Et altis vrbibus vltimæ

ſtetere cauſæ cur perirent

Funditus. *Horat. car. 1.*

Antiqua. Rarus & antiquis habitator in vrbibus errat. *Lucanus 1.*

Immenſa. Planctus immenſas reſonet per vrbes. *Sen. He. Oet.*

Beata. Otium ciues, ſimul & beatas

Perdidit vrbes. *Catullus.*

Præclara. Vrbem præclaram ſtatui. *Virg. æneid. 4*

Turrigera. Turrigeræque vrbes, biiugiq; ad frena leones. *id. æ. 10.*

Frequens populis. —vrbem populis, victiſque frequentem

Gentibus, & generis, coeat ſi turba, capacem

Humani. *Lucanus 1.*

Grauis armis, & opibus. Vrbem armis, opibuſque grauem, & modò ciuib' arctã

Ceu cælo dimiſſa lues, inimicáue tellus

Hauſiſti, &c. *Stat. The. 11.*

Summa. ———retinens in ſummis vrbibus arces *Catullus.*

VRNA.

Celata. Celatáque amnem fundens pater Inachus vrna *V. æn. 7*

Fictilis. Ponitur è ſumma fictilis vrna coma. *Ouid. faſt. 3.*

Capax. Omne capax mouet vrna nomen. *Horat. car. 3*

Aurea. Aurea diuinas vrna profudit aquas. *Propertius 2.*

VRSVS *Vrſa.*

Triſtis. ———triſtes turbare cubilibus vrſas. *Stat. Achil. 1*

Squallida. vrſa per incultos errabat ſquallida mõtes. *Ouid faſt. 2.*

Lycaonia. Ille Lycaoniæ rictu caput aſperat vrſæ. *Stat. The. 4.*

Sæua. Pannonis haud aliter poſt ictum ſæuior vrſa. *Lucanus 6*

————nec fuuera vulgo

Informis. Iā multa informes vrſi,ſtragémq; dedere. *Virg.Geor.*3.
Arm. vng. Raptoréſq;lupos,armatóſq;vnguib᾿vrſos. *Ou.met.*10.
Turpis. At lupus, & turpes inſtāt morientibus vrſi *idem triſt.*3.
Villoſus. Nulla villoſis feritas in vrſis. *Sen.Oedip.*
Trux. ——————truces ab ouilibus vrſi, &c. *Valerius* 2.
Sæuus. ——————ſæuis inter ſe conuenit vrſis. *Iuu.ſat.*15.
Auidus. Vtque fugax auidis ceruus deprehēſus ab vrſis *O.triſt.*3

VRSA, ſignum cæleſte.

Vide quæ dicta ſunt ad caput Arctos. Axis. Polus Arcticus: *quæ enim explicatu difficilia hic ſunt, in his capitibus, eorúmque argumentis plana, & expedita redduntur.*

Erymāthis. Tingitur Oceano cuſtos Erymanthidos vrſæ. *Ou.triſt.*1.
Mænalis. Cúmque ſuo Borea Mænalis vrſa videt. *idem triſt.*3.
Hiperborea Languet Hiperboreæ glacialis portitor vrſæ. *Stat.Th.*1.
Getica. ———Geticâ Boreas impactus ab vrſa. *idem The.*4.
Parrhaſia. Impia Parrhaſia mouiſti bella ſub vrſa. *Mar.epig.*4.
Arcades. Septem ſtellis Arcades vrſæ
Lucem verſo temone vocant. *Sen. Her.fu.*
Vbi ſum? ſub ortu ſolis, an ſub cardine
Glacialis. Glacialis vrſæ. *ibid.*

VRTICA, herba nota.

Mordax. Aut piper vrticæ mordacis ſemine miſcent. *Ou.de ar.*2.
Acris. ——————& acres
Diuitis vrticæ, &c. ———

VTERVS. *v.* Venter pro vtero.

Tumens. ———retinet iam certa tumentem
Spes vterum. *Stat.Th.*12.

VVA. *v.* Vinum. Vitis. Bacchus.

Rubens. Incultíſque rubens pendebit ſentibus vua. *Virg Ecl.*4.
Matura. Aut cuſtos gregis, aut maturæ vinitor vuæ *idem Ecl.*10.
Mitis. Heu malè tum mites defendet pampinus vuas! *V. G.*1.
Aurea. Aurea tunc preſſos pedibus dedit vua liquores. *Tibul.*2.
Iucunda. Et tu, Bacche tener, iucundæ conſitor vuæ. *ibid.*
Generoſa. Eſt tibi rure bono generoſæ fertilis vuæ
Vinea. *Ou.de re.a.*2
Racemifera. Ipſe racemiferis frontem circundatus vuis. *Ouid.met.*3.
——————ſunt deducentia ramos
Tumida. Pondere poma ſuo, tumidæque in vitibus vuæ. *id.m.*15.
Picta. Dum legit in ramo pictas temerarius vuas,
Decidit. *idem faſt.*3.
Pampinea. ———pampineas autumnus porrigit vuas. *id Pont.*3.
Nobilis. Preſſerat hinc madidos nobilis vua lacus. *Mar. epig.*4.

Odorata. Dulcis odoratis humor ſudauit ab vuis. *Silius 7.*
Læta. ———læta ostendit pampinus vuas. *Nemeſ.*
——————————ab vlmis
Purpurea. Purpureæ fœtis dependent vitibus vuæ. *idem.*
Culta. ————cultis benè Liber ab vuis
Prouenit. *Ou de arte 3.*
———non ille quidem turgentia ſertis
Flaua. Tempora, nec flauâ crinē diſtinxerat vuâ. *Stat. The. 5.*
Genialis. Et cum Lenæo genialis conſitor vuæ. *Ouid. met. 4.*
Grauida. Lenior & grauidis allatret Sirius vuis. *C. de la. St. 2.*
Nitens. Vlmus erat contrà ſpecioſa nitētibus vuis. *Ou. met. 14.*
Auro ſimilis. Sunt auro ſimiles longis in vitibus vuæ,
Sunt & purpureæ. *idem met. 13.*
Tenera. ————teneras mora percoquit vuas. *Ouidius.*
Falerna. ——————nimiùm Falernis
Methymnæa. Inuidet vuis. *Hor. car. 2.*
Quòd Methymnæam vitio mutauerit vuā. *idem ſat. 2.*
Dulcis. Nō hîc pāpineâ dulcis latet vua ſub vlmo. *Ouid. triſt. 5.*

VVLCANVS. *v.* MVLCIBER.

Filius fuit Iouis, & 1 Iunonis, Deorum faber: Marti enim arma, Ioui ſua fulmina in 2 Ætna monte fertur procudiſſe. Igni 3 præeſt, & pro eo ſumitur. Dicitur Tardipes, quòd 4 propter inſignem deformitatem vultum, inſulſóſque mores, è cælo in terras deturbatus, tibias ſibi fregit: eum clementer exceperunt 5 Lemnij, apud quos diuinis honoribus cultus eſt.

1 Iunonigena. ————Iunonigenæque marito
Furta toti, &c. *Ouid. met. 4*
4 Tardipes. Scripta tardipedi deo daturam
Infelicibus vſtulanda lignis. *Catullus.*
5 Lemnius. Lemnius extemplo valuas patefecit apertas. *Ou. met. 4.*
3 Ignipotēs. Hoc tunc ignipotens cælo deſcendit ab alto. *Vir. in Cul.*
3 Rex ignis. ————regémque coruſci
Siculâ incude rubēs. Ignis adhuc feſſum, Siculáque incude rubentem
Elicuiſſe ſatis. *Stat. ſyl. 1.*
Opifex triſulci fulminis. 2 Deus Ætnæus. 5 Pater Lemnius.

VVLCANVS, pro igne.

————dum graues Cyclopum
Ardens. Vulcanus ardens vrit officinas. *Horat. car. 1.*
Auidus. ——————hinc auidus ſtetit
Vulcanus. *idem car. 3.*

VVLGVS.

Vide capita Gens. Plebs. Populus.

Ignobile. ——ſæuitque animis ignobile vulgus. *Virg. Æn.* 1.
Inerme. ——& vulgus inerme,
Imbelle. Inualidique ſenes. *idem Æn.* 12
Inutile. Hac ſæuit rabie imbelle, & inutile vulgus. *Iuuen. ſat.* 15
Prauum. ——prauum, ac debile vulgus
Debile. Scrutamur penitus Superos. *Stat. Theb.* 3.
Segne. ——cùm ſegne potentes
Vulgus alunt. *Lucanus* 3.
Profanum. Odi profanum vulgus, & arceo. *Horat. car.* 3.
Malignũ. ——dedit & malignum
Spernere vulgus. *idem car.* 2.
Indoctum. Deſinite indoctum vanâ dulcedine vulgus
Fallere. *Ouid. met.* 5.
Incertum. Scinditur incertũ ſtudia in contraria vulg⁹. *Virg. Æn.* 2.
Diuerſum. Nam ſi diuerſi fremat inconſtantia vulgi. *Tibul.* 4.
Mobile. Mobile ſic ſequitur fortunæ lumina vulgus. *Ouid triſt.* 1
Infidum. At vulgus infidum, & meretrix retrò
Periura cedit. *Horat. car.* 1.
——nunquam ſtabilis fauor
Præceps. Vulgi præcipitis mouet. *Sen. Thyeſt.*
Mobile. Mobile mutatur ſẽper cũ principe vulgus. *Cl. Au. pa.* 2.
Leue. ——veniunt leue vulgus, eũntque. *Ou. met.* 12.
Mutabile. ——regnique acuat mutabile vulgus. *Valerius* 1.

Humile.	*Iners.*	*Miſerum.*	*Miſerabile.*	*Imperitum.*
Indocile.	*Rude.*	*Demens.*	*Vtile.*	*Inualidum.*
Fallax.	*Loquax.*	*Mendax.*	*Inſtabile.*	*Multifidum.*
Vecors.	*Procax.*	*Rebelle.*	*Indomitum.*	*Trepidum.*
Inane.	*Ignarum.*	*Inops.*	*Vanum.*	*Debile.*

VVLNVS.

Cautè his epithetis vtere; quæ enim præclarè pugnando vulnera excipiuntur, iure erunt Nobilia, Honeſta, Clara, Martia: *quæ contrà,* Pudenda, Inhoneſta, Fœda: *ab ictu, vulnus erit* Ingens, Graue, Violentum: *ſi mors ſequatur, dic* Lethale, Pallens, Lethiferum, Mortiferum: *à triſtiſſima occiſi parte* Triſte, Miſerabile, &c.

Infeſtum. ——illum infeſto vulnere Pyrrhus
Inſequitur. *Virg. Æn.* 2.
Crudele. ——crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem. *ibid.*
Lethiferum. ——& truncas inhoneſto vulnere nares. *idem Æn.*

Martium. Martia qui ob patriã pugnãdo vulnera paſſi. *Virg. Æn.7.*
Lethale. Spiramenta animæ lethali vulnere rupit. *idem Æn. 9.*
Immane. Diuidit impubéſque immani vulnere malas. *ibid.*
Altum. ——quanquam vis alto vulnere tardat. *idem Æn.10.*
Ingens. ————ingenti vulnere victum. *ibid.*
————at non, Euandre, pudendis
Pudẽdum. Vulneribus pulſum aſpicis. *idem 11.*
Acerbum. ————nunc vulnus acerbum
Conficit. *ibid.*
Immedi- ————————immedicabile vulnus
cabile. Enſe recidendum eſt. *Ouid. met. 1.*
Graue. Saucius illa graui venãtum vulnere pectus. *Virg. Æn. 12*
Ferum. Hic fera compoſitâ vulnera mente feret. *Ou. de arte 3*
Triſte. Triſtia ſanguineâ lãbentem vulnera dextrâ. *idem met. 3.*
Calidum. Torquet in hunc haſtã calido de vulnere raptã. *id. m. 5.*
Fœdum. Hunc procul vt fœdo diſiectum vulnere Peleus
Viderat. *id. met. 12.*
Crudum. Et tamẽ eſt aliquis qui vulnera cruda retractet. *id. triſt. 3.*
Pene decem totis aluit Pæantius annis
Tumidum. Peſtifero tumidum vulnus ab angue datũ. *idem triſt. 5.*
Miſerabile. ——inſtabat dominæ miſerabile vulnus. *ibid.*
Sæuum. ——ſæuo geminent vt vulnere cauſſas. *id. Pont. 1.*
Violentum. Demit imaginib⁹ violẽto vulnere honorẽ. *Lucret. 6.*
Cruentum. ————iacet omne cruenti
Vulneris auxilium. *Lucanus 8.*
Pallens. Tunc ſuper incumbens pallentia vulnera lãbit. *idem 9.*
Flebile. ————etiamnum flebile venis
Vulnus hiat. *Stat. ſyl. 2.*
Purulentũ Quid purulenta, & liuida
Malignitatum vulnera. *Prud. de cor.*
Grande. Vulnus non habuiſſe grande probrum eſt. *Sid. Ap pan.*
Liuidum. Iámque venenati per liuida vulnera morſus
Carpebant populum. *Prud. Ench.*
————vulnere tigris
Lethiferũ. Lethifero cedens *Sil. 2.*
Immite. Pertica dat plenis immitia vulnera ramis. *Ou. de nuce.*
Nigrum. *Magnum. Crebrum. Mortiferum.*
Recens. *Patens in pectore. Ingens. Miſerandum.*
Durum. *Repetitum. Vaſtum. Infixum ſub pectore.*

VVLNVS AMORIS.

Graue. At regina graui iamdudum ſaucia curâ
vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. *Virg. Æn. 4.*

Inconſo-	———————inconſolabile vulnus	
labile.	Mente gerit tacitâ.	*Ouid.met.5.*
———	———tacitum viuit ſub pectore vulnus.	*Vir.æneid.4.*
Æternum.	———æterno deuinctus vulnere amoris.	*Lucretius 1.*
Cæcum.	Vſque adeò incerti tabeſcunt vulnere cæco.	*idem.*
Vrens	———quouſque prement vrentia pectus	
pectus.	vulnera.	*Stat. Achi. 1*
	VVLNVS DOLORIS. *v.* Dolor.	
Æternum.	—æternum ſeruans ſub pectore vulnus.	*Virg.æneid.1*
Clauſum	———lachrymas introrſus obortas	
pectore.	Deuorat, & clauſum pectore vulnus habet.	*Ouid.faſt.4*
Inconſola-	—————inconſolabile vulnus	
bile.	Mente gerit tacita, &c.	*idem met. 5.*
Miſerabile.	Si quod & inſtabat dominæ miſerabile vulnus.	*id.triſt.5*
	VVLPES, notum animal.	
Aſtuta.	Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem.	*Horat.ſat.2.*
Olida.	—olidam clamoſus ages in retia vulpem.	*Mart. 10.*
Cauta.	Olim quod vulpes ægroto cauta leoni, &c.	*Hor.epiſt.1.*
Doloſa.	————vulpem captare doloſam	
	Gaudemus.	*Nemeſian.*
	VVLTVR, auis.	
Edax.	viuit edax vultur, ducitque per aera gyros.	*Ouid. am.2.*
Obſcœnus.	Exanima obſcœnus conſumit corpora vultur.	*Silius 13.*
Dirus.	————media inter pabula diri	
	vulturis.	*Valerius 4.*
Ales auida.	vbi tondet ales auida fœcundum iecur.	*Seneca.*

VVLTVS.

Vide capita Facies, Genæ, Os, *eorúmque diſpoſitionem, quam hîc exactè ſecuti ſumus.*

Serenus.	———quæ cauſa indigna ſerenos	
	Fœdauit vultus.	*Virg.æneid.2*
Amicus.	———vultus neue exhorreſcat amicos.	*idem 7.*
Blandus.	Sẽper vt inducar blandos offers mihi vultus.	*Tibul.1.*
Caſtus.	————&caſtos Ægide vultus	
	Nata Iouis texit.	*Ouid. met.4*
Virgineus.	Virginei vultûs, & vox humana remanſit.	*idem met.5.*
Verecũdus.	Illa verecundo vix tollens lumina vultu.	*idem met.14.*
Celſus.	Nonne vides hominum vt celſos ad ſydera vultus	
	Suſtulerit Deus.	*Silius 15.*
Renidens.	Iuno renidenti cohibens ſuſpiria vultu.	*Valerius 4.*
Pacatus.	Accipe pacato, Cæſar Germanice, vultu	
	Hoc opus.	*Ouid.faſt.1*

Nitidus. Inq;meā nitidos dominá conuertite vult⁹. *Ouid.triſt.* 4.
Hilaris. Sint vultus hilares,ſimque quod antè fui. *idem triſt.* 5.
Præclarus. Nūtia præclari vultus,pulchrique coloris. ———
————tanto deuinxit amore
Caſtus. Hos pudor,hos probitas,caſtiq;modeſtia vult⁹. *Luc.* 6.
Roſeus. ————————roſeos accendere vultus. *Stat.ſyl.* 3.
Benignus. Decipies alios verbis,vultúque benigno. *Mart.* 4.
Florens. Florentes nullâ ſignauit imagine vultus. *idem* 9.
Sydereus. Vultu ſydereo diſcute nubila. *Sen. Oedip.*
Ingenuus. Ingenui vultus puer,ingenuique pudoris. *Iuu. ſat.* 11.
Comes. ———comi moderatur gaudia vultu. *Prud. Pſych.*
Nitens. ————poſtrema nitenti—Affulſit vultu. *Silius* 6.
Formoſus. ———formoſos vultus adhibete puellæ. *Ouid. am.* 2.
Lætus. Nec lætos vultus, nec felix attulit omen. *id.met.* 10.
Bonus. ———ſuper omnia vultus—Acceſſere boni. *idem met.* 8.
Flagrans. Flagrātéſque Dei vultus,ſimulatáq;verba *Virg. Æn.* 1.
Decorus. *Loquax. Lucidus. Lubricus. purpureus. Compoſitus.*
Iuuenilis. *Fictus. Fallax. Æquus. Rectus. Intrepidus.*
Coruſcus. *Pulcher. Niueus. Dulcis. Ridens. Blandus.*

VVLTVS in ira, & dolore.

Trux. Vox fera,trux vultus,certiſſima mortis imago. *O.triſt.* 5
Mæſtus. ——————————triſtia mœſtum
Vultum verba decent,iratum plena minatum,
Ludentem laſciua, ſeuerum ſeria dictu. *Hor. de ar. P.*
Minax. ————————vultúſque inferte minaces *Lucanus* 4.
Rigidus. Quémq;vocāt Aliç vultū,rigidúmq;trucémque *O.ep.* 4
Durus. ————nec duro cætera vultu—Perlege. *idem epiſt.* 15
Seuerus. ——————————vultúſque ſeueros
Exue, nec rigidi iura tuere viri. *idem am.* 3.
Superbus. ———vultu mendax ancilla ſuperbo, &c. *id. de arte* 2.
Tacens. Sæpè tacens odii ſemina vultus habet. *id. de arte* 3.
Terribilis. Terribilem piceâ tectus caligine vultum. *idem met.* 1.
Intrepidus. Pertulit intrepidos ad fata nouiſſima vult⁹. *idem met.* 13.
Malignus. —in tranſuerſum vultu defixa maligno. *Manilius* 2.
Triſtis. ————triſtes igneſcunt ſanguine vultus. *Stat. The.* 3.
Grauis. Epiſtoliſque commodat grauem vultum. *Martialis* 5.
Igneus. Pauefactus infans igneo vultu patris
Perit ante vulnus. *Sen. Her. fu.*
Truculēt⁹. Vultuſque præ ſe ſcelera truculenti ferunt. *idem Agam.*
Teter. Deformem,& tetrum ante omnia vultum. *Iuu.ſat.* 10.
Gorgoneus. Gorgoneóque Larum torquentem lumina vultu
Occidis.

Infeſtus. Quæ poſtquã infeſto percenſuit omnia vultu. *Silius 6.*
Acerbus. ——————modò vultus ſumit acerbos. *Ouid. triſt. 5.*
Toruus. Interdũ toruos extollit ad æthera vultus. *idem met. 13.*
Trepidus. ———trepidóque inſania vultu. *idem met. 4.*
Confuſus. *Violentus. Durus. Ferox. Inimicus. Hoſtilis.*
Acer. *Rigidus. Toruus. Tumidus. Ferus. Amarus.*

VVLTVS, in timore, & triſtitia.

Exanguis. ———exangues, genitor, mirabere vultus. *Cl. Au. pan. 2.*
Deiectus. Sed frõs læta parũ eſt deiecto lumina vultu *Virg. Æn. 6.*
Mœrens. Intereà patrius vultu mœrente ſatelles. *Ouid. epiſt. 11*
Iacens. ——————vultus attolle iacentes. *idem met. 4.*
Supplex. ———vultuſque in marmore ſupplex,
Sũmiſſæq; manus, faciéſq; obnoxia manſit. *idem met. 5.*
Lugubris. —lugubres vultus, nunquámque vidẽdos, &c. *id. triſt. 1*
Exanimis. Vultuſq; exanimes, oculóſq; in morte iacẽtes. *Lucan. 2.*
Flebilis. ———flebilem ex oculis fuga
Regina vultum. *Sen. Her. fu.*
Silens. ———vultu defixus vterque ſilenti. *Val. 7.*
Mœſtus. ———mœſto defixus lumina vultu. *Virg. Æn. 6.*
Triſtis. *Demiſſus. Obductus luctu. Pauidus. Immotus.*

VXOR. *v.* Coniux. Fœmina.

Pia. Et pia non paruis teſtibus vxor eris. *Ou. Pont. 3.*
Laudabilis. Cũcta licet facias niſi eris laudabilis vxor. *ibid.*
At iam non domus accipiet te læta, neque vxor
Optima. Optima. *Lucret. 3.*
Placens. Linquenda tellus, & domus, & placens- Vxor. *Hor. car. 2*
Formoſa. Vxor cũ tibi ſit formoſa, pudica puella. *Iuu ſat. 13.*
Beata pueris creãdis. ———puerique beata creandis
Vxor. *idem.*
Legitima. Hæc in legitima præſtant vxore mariti. *Ou. de arte 2*
Nobilis. Dites. Caſta.

Z

ZACYNTHOS.

Græcia inſula eſt, ſita Samen inter, & Achaiam. Ex Pl. l. 4. c. 12.
Nemoroſa. In medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos. *V. Æ. 3.*
Alta. Dulichii, Samiique, & quos tulit alta Zacynthos. *O. ep. 1*

ZEPHYRVS. *v.* Fauonius.

Ventus eſt Latinè dictus Fauonius. Ineunte vere flare incipit: vnde à verna tempeſtate, & florum grato odore, quorum, vt volunt Poetæ, pater eſt, mutua deſumit epitheta.
Felix. Nigrã hyemi pecudem, Zephyris felicibus albã. *V. Æ. 3.*

Secundus. —nec Zephyros audis ſpirare ſecundos. *Virg. Æn. 4.*
Leuis. Vtque leui Zephyro graciles vibrantur ariſtæ. *O. ep. 14.*
Lenis. Lenibus impulſæ Zephyris, auráque ſalubri. *id de ar. 3.*
Placidus. ————placidique tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores. *id. met. 1.*
Mollis. Mollibus expoſitum Zephyris. *id. met. 15.*
Veris prænuntius. It ver, & Venus, & veris prænuntius antè
Pennatus graditur Zephyrus. *Lucret. 5.*
Volucer. ——volucres Zephyros præuertere telo. *Stat. ſyl. 3.*
————————————vere benigno
Tepens. Reddit Zephyro vela tepenti. *Sen. Thyeſt.*
Fauens. Suſpenſâ Zephyros expectant claſſe fauẽtes. *C. de be. Gi.*
Mitis. ————à Zephyris mitior aura venit. *Ouid. faſt. 2.*
Blandus. ————————blandiſque ſalubre
Serenus. Ver Zephyris tepido mulcebat rura ſereno. *Silius 12.*

ZODIACVS, alio nomine ſignifer.

Peruius aſtris. Hic qui ſacris peruius aſtris
Secat obliquo tramire Zonas,
Signifer. Flectens longos Signifer annos. *Sen. Thyeſt.*

ZONA. *v.* Cingulum.

Teres. Dat teretem Zonam quà modò cincta fuit. *Ou. faſt. 2.*

ZONA CÆLI TORRIDA.

Quinque tenent cælum Zonæ, quarum vna coruſco
Torrida. Sẽper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni. *Vir. Geor. 1.*
Vtque duæ dextrâ cælum, totidémque ſiniſtrâ
Ardens. Parte ſecant Zonæ, quinta eſt ardentior illis. *Ou. met. 1.*
Peruſta. Æquora ſubduxit Zonæ vicina peruſtæ. *Lucanus 9.*
Rubens. Ire iuber quà Zona rubens, atque axis inuſtus
Solis equis. *ibid.*
Rubicũda. ————————illos rubicunda peruſti
Zona poli tenuit. *idem 10.*
————————quæ plaga igniferi poli
Flagrans. Vetas flagranti currere in Zona diem. *Sen. Her. œt.*
Flãmifera. Flãmiferæ patiẽs Zonæ, Cancríq; calentis. *Claud. epigr.*

ZONA FRIGIDA. *v.* Arctos.

Niualis. ————————quam Zona niualis
Perpetuæque premunt hyemes. *Lucanus 4.*

Ad majorem Dei gloriam.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE